ADDITIO I.

In psal.ciij. Benedic. *vbi dicitur in postil.* Notas fecit vias suas Moysi, *id est*, præcepta legis.

Legitur Exo.xxxiij. d. quod Moses petiuit à domino, vt ostenderet sibi vias suas: in quo capitulo Deus sibi dixit, Ego ostendam omne bonum tibi. *& Exo.xxxiiij.a. legitur quod transeunte domino coram Moyse, ait*, Dominator domine Deus misericors & clemens, patiens, & multæ miserationis, &c. *vbi secundum veram expositionem literalem impleuit quod Moysi promiserat. s. ostendere ei vias suas misericordiæ, vt ibidem plenius est exponendum: & ideo cum in hoc loco dicitur*, Notas fecit vias suas Moysi, *ad hoc est referendum. s. ad vias diuinæ misericordiæ, quæ fuerunt Moysi singulariter ostensæ, & non populo. Præcepta autem diuina seu mandata, in quibus exprimitur diuina voluntas notificata fuerunt filijs Israel vniuersaliter in datione legis: & sic proprie intelligitur*, Notas fecit vias suas Moysi. *sc. vias diuinæ misericordiæ*, Et filijs Israel voluntates suas, *i. præcepta sua, in quibus diuina voluntas, sc. præcepti, manifestatur. Quæ autem sint illæ viæ, quas Deus notas fecit Moysi Psalmista, statim subdit, cum dicit*, Miserator & misericors dominus, &c. *vsque ibi:* Misericordia autem domini ab æterno, & vsque in æternum, *In quibus versibus multa ponuntur ad miserationes diuinas pertinentia de his, quæ Moysi fuerunt notificata, Exo.ca.all. vt patet vtranque autoritatem intuenti. Consequenter tangit Psal. mandata Dei in generali, quæ populo fuerunt notificata, & hoc cum dicit, his qui seruant testamentum eius & memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.*

ADDITIO II.

In eodem psal.ciij. vbi dicitur in postil. Quoniam secundum altitudinem cæli à terra.

Licet verum est, quod maior sit distantia inter punctum orientis, & punctum occidentis, quam inter altitudinem cæli & terræ· prout postil. ait, tamen attente consideratis verbis Psalmi ista aduersitas non proprie applicatur ad remissionem pœnæ & remissionem culpæ, prout ipse vult applicare. Nam in hoc quod dicitur, Corroborauit misericordiã suã super timentes se, *proprie intelligitur infusio gratiæ gratificantis per quam timentes Deum sunt in sua misericordia corroborati. Per hoc autem quod dicitur*, Longe fecit iniquitates nostras, *intelligitur elongatio à malo culpæ, prout etiam ipse postil. exponit. Constat autem quod infusio gratiæ est causa remissionis culpæ, sicut introductio lucis est causa expulsionis tenebrarum, vt in prima secundæ q.cxiiij. art.viij in responsione ad primum argumentum, dato etiam quod aliquo respectu prius esset infusio gratiæ, quam remissio culpæ: vnde nullo modo est dicendum quod infusio gratiæ sit minor quam remissio culpæ. Et ideo ad verum intellectum horum versuum. s.* Quoniam secũdũ altitudinem cæli, &c. *aliter videtur dicendum. Pro quo sciendum, quod licet magis distet oriens ab occasu quam cælum à terra, vt dictum est: tamen maior diuersitas est secundum naturam inter altitudinem cæli & infirmitatem terræ, quam inter orientem & occidentem. Prima enim diuersitas est talis quod nunquam de vno extremorum naturaliter peruenitur ad reliquum: nunquam enim aliqua pars cæli accedit ad terram, nec econtra, sed aliqua pars orientalis per motum cælestem deuenit ad occidentalẽ, & econtra. & ideo infusio gratiæ in eo qui prius eam non habebat proprie comparatur altitudini cæli à terra, eo quod Deo qui in hoc loco comparatur cælo, proprium est misereri & gratiam infundere. Creaturæ autem, quæ hic comparatur terræ nullo modo pertinet misereri respectu Dei seu deitatis. Remissio autem culpæ proprie comparatur distantiæ orientis ab occasu, qui licet sint maximæ distantiæ tamen de vno peruenitur ad reliquum: quia de statu gratiæ quandoque deuenitur ad lapsum culpæ, & econtra, sicut signa vel stellæ, quæ sunt in oriente, quandoque sunt in occasu, & econtra, vnde quod dicitur*, Secundum altitudinem cæli, *referendum est ad infusionem gratiæ: Quod autem sequitur*, Quantum distat ortus ab occidente. *referendum est ad remissionem culpæ modo prædicto. Et notandum: quod non dixit Psal. quantum distat cælum à terra sicut dixit, quantum distat ortus ab occasu, sed dixit secundũ altitudinem cæli à terra: ad denotandũ, quod non comparatur in hoc loco cælum ad terram secundum distantiam tantum, sed potius secundum diuersitatem naturæ, quia cælum est altum simpliciter & terra infima simpliciter, sicut & Deus est summus gratiæ largitor, & creatura rationalis infima in ordine naturæ, respectu recipientium gratiam.*

ADDITIO III.

In eodem psal.ciij. vbi dicitur in postil. Benedicite domino omnes virtutes eius, hoc exponitur dupliciter.

In hoc loco Hebraica litera habet, Benedicite domino omnes exercitus eius, *quod proprie intelligitur de corporibus cælestibus, quæ dicuntur exercitus Dei. vnde Esa. xl. f.* Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc, qui educit in numero militiã. *i. exercitum* eorum, & omnes ex nomine vocat. *Vnde in his quatuor versibus vltimis huius psal. notabiliter designat Psal. x. distinctiones in vniuerso. In primo enim denotat Christum, qui in sede cælesti sibi parata. s. empyreo omnibus dominatur & de hoc dicit*, Dominus in cælo parauit sedem suam, & regnum illius omnib. dominatur. *In secundo loco ponit naturam angelicam beatam, & de hoc dicit*, Benedicite domino omnes angeli eius. *In tertio loco ponit corpora cælestia. de quibus dicit*, Benedicite domino omnes exercitus eius, ministri eius qui facitis voluntatem eius. *vnde notanter dicit in angelis*: Facientes verbum eius ad audiendam vocem sermonum eius *ad denotandum, quod angeli per intellectum exequuntur diuinam voluntatem tanquam intellectuales naturæ: sed de corporibus cælestibus dixit*, Facientes voluntatem eius, *quia cum sint inanimata secundum communem sanctorum opinionem, licet faciant voluntatem diuinam, non tamen audiunt vocem sermonum eius. In quarto loco ponit omnia opera comprehendendo omnia ista inferiora. d.* Quæ sunt in omni loco dominationis *Dei, & quia in hac regione inferiori anima humana specialius Deum habet benedicere, cuius est capax per cognitionem & amorem, idcirco in quinto loco concludit correspondenter ad principium*: Benedic anima mea domino.

REPLICA. In psalm. Benedic. *Circa illum passum:* Notas fecit vias suas Moysi. *Burg. adducit resumendo quædam per eum dicta supra Exo. xxxiij. Sed vide ibi illa correcta, quod circa illum passum.* Quoniam secundum altitudinem cæli à terra. *Burg. applicat de ordine remissionis culpæ, & infusionis gratiæ: vide cor. supra circa psal.* Miserere mei Deus, &c. *Circa illum passum autem.* Benedicite domino omnes virtutes eius. *Bur. est singularis distinguens inter angelos & corpora cælestia, ex eo quia angeli facientes voluntatem Dei, audiũt vocem sermonum eius, corpora autem cælestia cum sint inanimata, & faciant voluntatem Dei, non tamen audiunt vocem sermonum eius, propter quod Burg. volens loqui proprie videtur se inuoluere circa vocem sermonum Dei. Est enim illa vox non sensibilis, sed intelligibilis significatio diuinæ inspirationis: quam percipiunt & animata & inanimata quia nihil excluditur ab inspirationis diuinæ illapsis: ideo de corporib. cælestib. dicitur Baruch. iij. d.* Stellæ vocatæ responderunt, Adsumus. *De modis loquendi Dei, & ideomatibus grandis sermo est apud doctores circa. ij. senten.*

GLOS. ORDIN.

A a *Psalmus Dauid.* Cas. Itẽ benedicere Deum monet, primò per cælũ & terrã, & ornatũ eorũ.

B Avg. Etsi verè hic omnia ad literam possunt religiosè accipi, sunt tamen plena mysterijs iuxta literam, ex visibilib. quæ hic dicuntur, inuisibilia debent intelligi. Ex fabricæ magnitudine &

C fortitudine, fabricatoris inæstimabilis magnitudo, & pulchritudo potest perpendi & amari, vt sic tandem possit videri. In omnibus spiritualis sensus quærendus est.

Beda. Dauid personam loquentis indicat, & cætera omnia Domino

Psalmus Dauid. CIII.

¶ Pro tantis, quæ hic narrantur.

Benedic anima mea domino:

a b

1 Domino Christo canuntur, qui creator, gubernator & redẽptor est mundi. Propheta volens ostẽdere conditionem rerum diuina

D significare mysteria, primo modo per fabricam cœli & terræ, E Christi & ecclesiæ sacramenta decantat. Secundo opera domini diuersis figuris tecta enumerat. Tertiò profitetur in illo æterno seculo præconia Domini iugiter se esse dicturum, quæ etiã in hac vitæ suæ breuitate cantauerat. F

PSALMVS CIII.

b *Benedic anima mea domino, &c. magnifica.* Avg. In notitia, qui semper

---

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CIII.

Benedic anima mea domino. *Huic psal. nullus titulus præponitur in Heb. nec in translatione Hier. propter quod dixerunt aliqui, quod non est psal. distinctus à præce. sed in libris Hebraicis, quos vidi ponitur psalmus distinctus, & similiter in translatione Hie. quia quotatur psal. ciij. præcedens autem. cij. Et hoc idem dicit Hier. in prologo super librum psalmorum. Et diuiditur in tres partes, Primo Psalmista ad Dei laudem se inducit: Secundo ad hoc rationes adducit, ibi*, Confessionem, *Tertio dictam laudem resumit, ibi*, Cantabo domi. *Circa primum dicit*, 1 Benedic, &c. *Et dicit* anima mea, *quasi diceret non tantum*

MORALITER.

1 *Benedic, &c.* Sicut dixi in expositione literali, autor huius psal. ignoratur: tamen est quædã inuitatio ad Dei laudem ex suis creaturis, in quibus relucet bonitas creatoris: & sic patet quod litera-

semper magnus natura : qui non potes crescere vel minui, quia perfectus es;

a *Confessionem.* AVGV. i. vndique habes creaturas, quæ te confitentur, & quæ sunt decoræ, & luminosæ. Vel, decor in essentia Dei, & lux vndique.

CAS. Vel incarnationem significat, per quam confessio & decus supernæ maiestatis innotuit, & homines cum confessi sunt, qui sunt lumen cognitione.

AVG. Cõfessionem induisti. i. ecclesiam, quæ prius est confessio peccatorum, postdecus virtutum, vt placeat spõso. Et ipsa vestis sine macula & ruga. *Lux in domino, etsi prius tenebræ.* Sed quomodo fecit, vt hanc indueret? *Extendens cælum.* Figuratis sacramentis exponit, quomodo ecclesia facta est lux, & vestis sine macula & ruga.

b *Amictus lumine quasi vestimento.* ✠ EVTHYM. Ille, qui amictus est luce, tegitur à luce: simile quiddam de Deo, ipse etiam Paulus dicit, qui habitat, inquiens, *lucem inaccessibilem.* Ex his vero docemur, Deum inuisibilem esse, & intellectu humano comprehendi non posse. Huic autem versiculo non aduersatur, quod alibi, Propheta dixit, *qui posuit tenebras latibulum suum.* Quippe cũ inaccessibilis lux, idem efficiat quod efficiunt tenebræ, vtrumque enim oculorum aciem admittit, quod si exterior Dei lux, & qua circundatur, inaccessibilis est : quanto magis id, quod in ea tegitur, videri non poterit. Cæterum alij per lucem mundiciam, alij cognitionem & scientiam intellexerunt.

c *Extendens calum sic.* CAS. Quæ confitentur? cœlum, terra, mare, cum omni ornatu suo de quibus singulis subsequenter.

AVG. *Extendens, calum sicut* Ad literam, cælum, quasi tectum mundi extendit Deus nõ labore, vt tu tuum tectum, sed tam facile extendit, vt quis pellem. Mystice, cælum scriptura, per pellem mortalitas prædicantium accipitur, verbum tamen Dei æternum est Deus apud Deum, & quia in sapientia Dei non cognouit mũdus Mystice dus Deum, per stultitiam. i. per mortales saluat credentes, & in mortali homine facit nosci verbum immortale. Mortui sunt prophetæ & apostoli, quæ dixerunt stant: Modo tenditur sermo eorum mortuorum, quia post mortem plus innotuerunt, vt in eo legamus, post in fine vt liber, scriptura plicabitur.

d *Qui tegis.* AVG. Ad literam sunt aquæ super firmamentum diuisæ ab aquis, quæ sub eo, quæ perfudũt terram. Mystice, superiora, sacrę scripturæ, charitas, quæ eminẽtior via: Vnde, *Ahuc eminentiorem viam vobis demonstro, &c.* Aquæ, spiritus sanctus, vnde, *Qui crediderit in me, de ventre eius fluent aquæ viuæ: hoc autem dixit de spiritu quẽ accepturi erant,* per eum habetur charitas, sed tegitur alijs, quia nullus malus in ea charitate, vel in spiritu cõmunicat bonis hominib. sicut in baptismo, & in cæteris donis, vel sacramentis. Vnde in prouerbijs, *In plateis tuis discurrent aquæ, & nemo alienus communicet tibi,* vel protegit & subleuat diuino spiritu cælum scripturæ, cuius superiora sunt duo præcepta charitatis.

AVG. Vel qui *tegis aquis.* i. spirituali sensu, superficiem scripturæ, vel, donis spiritualib. eorum munis charitatem, nequid eos seperare possit.

e *Super pennas ven. &c.* AVG. Ventus, est motus aëris. cuius velocitas per pennas signatur. Sed Deus hanc superat vbique præsens vnde, *Velociter sermo eius:* cito implens quicquid vult. Mystice, venti, animæ, pennæ virtutes, quæ sunt in duabus alis, id est, præceptis charitatis, sed charitatem omnium superat charitas Christi.

f *Ignem vrentem.* CAS. i. seraphim, qui sunt superior ordo, facis ministros tuos: vnde in Esa. *volauit ad me vnus de seraphim* qui sunt superior ordo.

g *Qui fundasti terram super stabilitatem suam.* CAS. Ideo spiritus sanctus in hoc psalm. difficilia dicit secundum literam; vt quæramus spiritualia.

a ¶ quia. ¶ Aug. Proponit magnificia, quæ dicturus est, in quibus non nisi ipse autor laudandus est. ¶ Proprie. 1
a domine Deus meus mãgnificatus es† vehementer. † Con- 2
a ¶ Aug. Vnde magnificatus, qui semper magnus? per hoc scilicet scitur, quod est magnus. b ¶ Tunica, quæ non potuit diuidi.
b fessiõnem & decorem induisti, † amictus lumine sicut ve- 3
a ¶ Facit amplum firmamentum. Aug. Vt tegat orbem terrarum.
b ¶ Aug. Verbum Dei quod vbique erat, sed mundus non cognouit, per mortales cœpit nosci.
c ¶ Operturam omnium, quæ circa omnia. d ¶ Charitate. 4
d stimento. Extẽdens cælũm sicut pellẽm, qui† tegis aquis 5 6
a ¶ Duo præcepta, vbi tota lex. b ¶ Aug. Christus in nube ascendit, sic & sancti rapiuntur in nubibus. Sic etiam cælum, scripturæ, per prædicatores ascenditur, extensa est scriptura, nec nubes desunt quæ in eam ducunt. c ¶ Excedis 7
supẽriora eius. Qui† ponis nubẽ ascensum tuũ, qui† ãmbu- 8
a ¶ Agilitatem cogitationis, vel charitatis sanctorum. b ¶ Aug. Spiritus in substantia, fecit angelos, cum mittit: & ignem, vt in rubo, & in aliis fecit impleri mysterium quod voluit. Sic in ecclesia facit spirituales nuntios verbi sui. Et quasi ad terram mittit, carnalibus loquentes, & ardentes, spiritu sunt ministri, qui incendunt alios charitate, & consumunt vitia.
e las super pennas vẽtorum. Qui† facis angelos tuos spiritus 9
a ¶ Seraphim. b ¶ Aug. Ad literam, forsan est aliqua firmitas occulta nobis, super quam firmatur terra. Mystice vero ecclesia super Christum, quæ non potest inclinari, de terra non adeo potest dici quæ legitur transitura. 10
& ministros† tuos ignẽm† vrentem. Qui† fundasti terram 11
super† stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum se- 12 13

† nimis † Gloriã & decorẽ induit. † circũamictus lumen sicut vestimentum 1. Cor. 12. d ✠ protegit Ioan. 7. f. E † ambulat † facit † fundauit Prou. 5. c. F Psal. 147. d Mystice. Esa. 6. b.

† ponit nubes. † suos † flagrãtem † firmitatẽ eius.

NICOLAVS DE LIRA.

tantum lingua, sicut faciunt hypocrytæ. *Esa.* 19. *d.* Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me.

1 Domi. De me. *id est, tanta excellentia es, quod non potes laudari à creatura, quantum es laudabilis, Eccle.* 43. *d.* Maior enim est omni laude.

2 Confessio. *Hic consequenter adducitur ratio motiua ad Dei laudem: Et primo ex ordinata productione mundi partium; secundo ex debita prouisione viuentium, ibi,* Qui emittis. *Circa primum sciendum, quod prima pars & principalis mundi est cælum empyreum à principio suæ creationis angelis repletum, sicut dictum fuit in principio Gene. & hoc notatur cum dicitur,* Confessionem & decorem induisti. *ita quod per* decorem, *intelligitur cælum empyreum, dictum à πῦρ quod est ignis, non quod sit igneum, sed splendidum, & sic aliquo modo conuenit cum igne in splendore, Per* confessionem *intelligitur congregatio angelorum sanctorum Deum confitentium continua confessione laudis diuinæ. Et istis duobus modis dicitur Deus indutus metaphorice, quia sicut indumentum facit ad ornatum hominis induti: sic istis in creaturis principaliter relucet gloria Dei, & ideo subditur,*

3 Amictus lumine. *quia lumen magis proprie est in spiritualibus substantijs, quam in corporalibus. Secunda pars machinæ mundi est cælum crystallinum & sydereum, continens sphæram stellarum fixarum, & orbes septem planetarum, & quantum ad hoc dicitur,*

4 Extendens cælum. *s. sydereum,* 5 Sicut pellem. *videtur enim extendi super hemisphærium nostrum quasi tentorium.*

6 Qui tegis aquis. *In hoc tangitur cælum crystallinum, quod est supra sidereum, quod dicitur aqueum. Gene.* 1. *eo quod conuenit cum aquis in diaphaneitate, sicut empyreum dicitur igneum modo prædicto.*

☞ *Super dicto. Tertia pars est elementum ignis & aeris, continens spatium quod est intra sphæram lunæ & superficiem terræ & aquæ: & quantum ad hoc dicitur,*

7 Qui ponis nubẽ ascẽsũ tuũ *in Hebræo & in trãslatione Hieron. habetur,* Currũ tuum: *quia nubes per aerem videntur ferri ad modum curruum, Et quia talis motus sit cõmuniter per impulsũ ventorum ideo subditur,* 8 Qui ambulas super pen. vent *Et dicuntur pennæ ventorum metaphorice, ad designandum velocitatem motus ipsorum. Quod autem dicitur hic Deus ambulare super pennas ventorum, & agitare nubes quasi currum suum, per hoc designatur, quod tales impressiones & consimiles fiunt in aere ex diuina dispositione. Et quia Deus naturam corporalem per angelos administrat, vt dicit August. super. Gene. ideo subditur,* 9 Qui facis. *i. spirituales substantias facis angelos tuos. i. nuntios. Angelus enim est magis nomen officij, quam naturæ.* 10 Et mi. t. ig. *hoc dicitur, quia angeli leguntur frequenter apparuisse in specie ignis, vt Moysi in rubo ardenti Exod.* 3. *vocatur tamen angelus ille* dominus, *qui personam domini representabat, vt dicit Grego. Item.* 4. *Regum.* 2. *in translatione Eliæ, quæ facta est ministerio angelorum, apparuit currus igneus, & equi ignei. Similiter.* 3. *Regum.* 6. *apparuit mons plenus equorum & curruum igneorum in circumitu Elisei: quia sicut dicit Hier. ad defensionem eius venerunt angeli. Et dicit* ignem vrentem, *quia angeli ardent charitate, & sunt efficaces ad executionem voluntatis diuinæ Quarta pars est elementum terræ & aquæ, quæ simul continetur cum sphæra terræ & de primo dicitur,*

11 Qui fun. *quia sicut fundamentũ est inferior pars domus, sic terra est inferior pars machinæ mundi.* 12 Super sta. *i. centrum mundi, ad quod vndique tendunt naturaliter partes terræ, & ideo subditur,*

13 Non inclinabitur, *declinans à centro in aliqua parte, quia hoc* ☞ *est sibi*

MORALITER.

✠ lis sensus est etiam moralis, propter quod pertranseo de alia moralitate inducenda.

☞ MORA.

☞ a *Super montes stabunt aquæ.* ✠ EVTHYMIVS. Aquæ, inquit, in ipsis montibus congregantur, & fontes illic scaturiunt, quamquam alioqui suapte natura ab alto soleant ad inferiora desluere; vel aliter, aquæ ac fluctus adeo in altum tollentur, vt ipsa etiam montium æquent cacumina.

b *A voce tonitrui.* CASSIOD. Per terribiles ventos siccabuntur aquæ; mali commination iudicij timebunt.

c *Ascendunt.* AVGVSTINVS. Mali, vt montes, cum sæuiunt fluctus. Descédunt, vt campi cum placati sunt: fundauit enim eis locum, id est, quodam metu cõpressit. Corda sæuorum mala sunt, sed quietata, & terminum, id est, finem impositum, nõ possunt transgredi; etsi leues fluctus assiliũt, terram diluuio non operiunt, vt liceat ecclesiæ liberè prædicare.

CASSIODOR. Superbos permittit Deus, quando vult, crescere, & cum vult humiliat apta dispositione. Vel ad literam, in loco, id est, vbi de vnoquoque cõpetenter disposuit, sicut etiam de aquis, quod nec terra immergitur, nec eis amodo eget. *Terminum posuisti eis,* C hoc de aquis diluuij, Sed & de ritibus Gentilium accipi potest, qui in aduentu Christi finiti sunt, vt iam mundum non occupẽt.

d *In conuallibus.* AVGVST. De humilibus subditis gratiæ & si sunt montes spirituali altitudine, fluunt fontes spiritussancti, qui super humilem quiescit.

e *Inter medium.* AVGVST. Id est inter medium apostolorum pertransibunt prædicatores verbi Dei. Medium commune dicitur, quod æque omnibus, non proprium cuicquam, Vnde dicitur, de aliquibus, Habent inter se pacem, & huiusmodi est in medio, id est, communis illis est. Sic aqua, id est, scriptura Dei, non est propria vel priuata alicui, sed publica. Non sit ergo mea vel tua veritas, sed idem sentiamus, & non sint in nobis schismata. Vnde siue ego, siue illi, sic prædicamus, nulla de aquis, id est, prædicatoribus discordet à montibus. Si quis aliud dicit, de suo dicit, non de medio, & hic talis mons non est audiendus.

Act. 10. b. f *Potabunt omne.* AVGVST. Omnes fuerunt in disco Petri ter submisso quatuor lineis, qui gerit personam prædicatorũ. Quatuor enim lineis vas submissum est Petro, in figura quatuor partium orbis, vbi prædicandum euangelium, & baptizandi homines. Ter submissum, vt in nomine trinitatis baptismus fieret, inde, scilicet ex ternario & quaternario colligitur numerus duodenarius, qui est prædicatorum. Duodecim enim apostoli electi sunt, quorum prædicatione totus orbis, cuius quatuor sunt partes, in nomine trinitatis vocatur, vt ecclesia cõgregetur.

g *Onagri.* AVGVS. Syluestres asini magni indomiti, sine iugo legis; & ipsi feribent cum timidis, onager cum lepore. magni cum paruis, in sua siti vnusquisq; tẽperata est aqua õnibus, nullum terret, vt strepitus Philosophorũ terrebat negando partũ virginis, & huiusmodi. Vel superbi Iudæi differẽt bibere in tempus vltimum.

Potabunt omnes bestiæ agri. ✠ BASIL. & THEOD. Et hoc maximum est argumentum diuinæ prouidentiæ, non modo hominum indigentiam implere, verum etiam rerum omnium aliarum. Propterea montes fecans, itinera aquæ fecit, vt non solum homines affatim fontium riuos haberent, sed etiam genera terrestrium, animantiumque, quę aerem penetrant. Hanc autem clausulam: *Expectabunt onagri in siti sua,* Symmachus sic explanauit, Recreabit onager sitim suam.

h *Super ea volucres cœli.* AVGVST. Non omnes aues manent ad literam in montibus, sed spirituales viri non in cordibus suis, sed in montibus id est, authoritatibus propheratum & apostolorum. Hi sunt aues sacrificij quas non diuisit Abraham quarum ibi ætas tacetur, quia æterna meditantes mente transeunt omnia temporalia. Hi soli non diuiduntur in hæreses & schismata. Aries, qui præpositos significat: Vacca, quæ Iudæos sub iugo legis; Capra, quæ Gentiles; trina fuerunt, quia tertio tempore gratia reuelata est. Hæc diuisa sunt, & aduersus se inuicem partes constitutæ. Hi omnes aduersus se diuiduntur per hæreses & schismata, in spiritualibus pax est, & eam in alijs quantum possunt, seruant. In vespera, id est, fine sæculi venit caminus & terror, id

☞ est, dies iudicij;

NICOLAVS DE LIRA.

est sibi innaturale, de elemento vero aquæ subdatur.

3 Abyssus. *Id est, oceanus, qui dicitur Abyssus propter sui profunditatem.*

2 Sicut vestimentum amictus eius, &c. *Quia oceanus circundat terram vndique, excepta vna parte, quæ remansit arida, propter vitam hominum & animalium terrestrium, vt dictum fuit plenius Geneſis 1.*

3 Super montes stabunt aquæ. *Et hoc loco dicit Rab. Sal. quod aquę in medio oceani sunt altiores, quam montes in terra positi. Sed hoc falsum est, quia cum aquæ sint graues & fluidæ æqualiter tendunt ad centrum vndique, & sic non sunt altiores in medio quam ripa, & ideo illud quod dicitur hic, intelligendum est de aquis pluuialibus, quæ generantur in nubibus, secundum quod dicit Iob,* Qui ligat aquas in nubibus suis. *Nubes autem generantur super cacumina montium.*

4 Ab increpatione tua fugient, &c. *Quia nubes pluuiosæ mouentur de loco ad locum secundum ordinem voluntatis diuinæ, Aliter exponitur hoc referendo ad homines: In nubibus enim frequenter generantur impressiones terribiles, vt tonitrua, fulgura, & turbines, quæ dicuntur quædam increpationes diuinæ, quæ frequenter sunt signa iræ suæ, & sic homines territi fugiunt de campis ad loca magis secura. Consequenter reuertitur ad dispositionem elementi terræ, quæ in aliquibus locis est montosa, in alijs plana, & quantum ad hoc dicitur,*

5 Ascendunt montes. *Et iste ascensus & descensus non est aliud, quam eleuatio maior montium & minor camporum, vlterius reuertitur ad dispositionem elementi aquæ dicens,*

6 Terminum posuisti. *Scilicet aquis oceani.*

7 Neque conuertentur operire terram. *Sicut fecerunt tempore diluuij, sicut promisit dominus Noe Gen. 9. b.* Neque erit deinceps diluuium dissipans omnem terram.

8 Qui emittis fontes in conuallibus inter medium montium. *Hic consequenter adducitur ratio diuinæ laudis ex debita prouisione viuentium: Et primo ex prouisione habitantium super aquam, secundo ex prouisione habitantium intra aquam, ibi,* hoc mare: *tertio quantum ad vtranque naturam, ibi,* Omnia à te expectant. *Prima in duas, quia primo describitur diuina prouidentia circa viuentia super terram in cibo corporum, secundo in altercatione temporum, ibi,* Fecit lunam in tempore. *Circa primum describitur mixtim prouisio animalium auium, & hominum, & primo quantum ad prouisionem humidi, sine quo vita sensitiua non potest continuari, dicens,* Qui emittis fontes in conuallibus, inter medium, &c. *quia in descensu, vel pede montium oriuntur communiter fontes magni, ex quibus oriuntur fluuij notabiles, & hoc est ad sustentationem viuentium, ideo subditur,*

9 Potabunt omnes bestiæ agri, *Quia multum habent de calido interiori.*

10 In siti sua. *Id est, reficit dictis aquis in sua siti, vnde & translatio Hieron sic habet.* Et reficiant onagri sitim suam.

11 Super ea volucres cœli. *Quia sunt aliquæ volucres aquatiles in fluminibus habitantes, vel prope, aliæ etiam volucres campales, vel memoriosa veniunt illuc ad bibendum, & ad loca sua reuertuntur gaudentes, ideo subditur,*

☞ est, dies iudicij, & transit caminus inter diuisa, & facit hæc ad dexteram, illa ad sinistram; & de carnalibus diuisis, lignum, fœnum, stipula comburuntur. Ipsi propter fundamentum, cui nihil ante posuerunt, salui erunt per ignem: alij in sinistra damnantur.

1. Cor. 1. d. a *De fructu operum tuorum.* AVGVST. Nemo ergo glorietur in operibus suis, sed *qui gloriatur, in domino glorietur*, gratia enim Dei saturatur terra. Sic igitur gratia gratis datur. Si operibus hominum redditur, merces dicitur.

1 Cor. 9. c. 13. q 1. c. ecclesia §. his ita. b *Seruituti hominū.* AVGVST. Vnde *cum liber essem ex omnibus, omnium me feci seruum* quæ seruitus est ex charitate, quæ facit humiles, quales non erant apostoli tunc cum dictum est à domino *Calicem quidem bibetis, sedere aut ad dexteram meam non est meum dare vobis*, id est, superbis, quod modo estis, sed humilibus, qui pro Christo serui hominum fiunt, vtilitati fratrum intendentes. Hæc sunt iumenta, quibus debetur herba, de quibus dicitur, *Non alligabis os boui trituranti*; Et, *Dignus est operarius mercede sua*, vnde, *si seminauimus vobis spiritualia, magnum est, si carnalia ve.m. Beatus est qui præoccupat vocem petentis*, id est, *qui intelligit super egenum & pauperem:* Non ita debes agere boui trituranti, vt mendico transeunti: illidas, quia legitur, *Omni petenti da:* huic & non petenti dare debes. Vide ergo ne, si sic egeat, vt petat, te iudicet, id est, damnabilem ostendat, antequam petat. Sicut enim de illo dicitur qui te quærit, *Da omni petenti*: sic de eo, quem tu quærere debes, dicitur, *Desudet ele emosyna in manu tua, donec inuenies iustū cui des. Omni petenti da*; quicunque sit, da, agnoscens in eo cui des: multò magis seruo Dei, & non petenti. Vnde & dominus loculos habuit in vsus eorum, qui cum eo erant, & suos, personam infirmorum magis suscipiens, vt ibi *Tristis est anima mea:* licet Paulus talia à suis non quæreret, & mori optaret: sublimius egit Christus, quia misericordius ne infirmos damnaret ista quæsituros, quibus præbuit exemplum necessaria sumendi à subditis.

1. Cor. 9. b. Luc. 20. b. 1 Cor. 9. b. Psal 40. Luc. 6. d. Ecclc. 29. b Ioan. 13. c. Matt. 26. d. 1. Cor. 9. c.

c *In oleo.* AVGVST. *Vnicuique datur spiritus ad manifestationem:* gratia ergo, & nitor quidam, qui est ad hominis conciliandum sanctum amorem, *oleum* dicitur. Hæc gratia excellētius in Christo, vnde ab omnibus laudatur, etiam ab eis, qui se iussa eius sequi non posse dicunt. Ecce Christus totus vnctus, vnde cæteri accipiunt, vt exhilaretur facies in oleo.

d *Et panis.* AVGVST. Idem est ergo panis & vinum. Panis enim iste & vinum, iusticia est. veritas est Christus: & hic & illud lætificat, & confirmat cor.

☞ EVTHY-

☞ EVTHYM. Vinum quidem lætificat cor, panis autem vires fatigatis præstat, & ipsius etiam terræ fructus est; omnium igitur creaturarum prouidentiam habuit Deus, tam irrationabilium, quam ratione præditarum, terramque ipsam satiauit, vt pinguefacta opportuna omnibus alimenta tribueret & necessaria.

e *Quas plantauit.* AVGVST. Cur à se plantatis relinquit candorem seculi? quia illic fulica auis, quæ in aquis habitat; hi sunt qui in baptismi gratia permanēt. Vel, Herodius auis rapacissima, nec tales Christus respuit.

f *Illic passe.* AVGVS. Minuta volatilia, id est, pauperes in seculo, qui & minima sua reliquerunt, vt nudi sequerentur Iesum, vt apostoli, & cum nihil habeant, omnia possident. Prorsus totum mundum Petrus reliquit: tamen totum accepit. Etenim cedri Libani, id est excelsi huius sæculi qui cum timore audiunt, *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem:* attendunt res suas, villas, superfluas copias, & præbent illas seruis Dei, & ita colligunt passeres, vt in cedris Libani nidificent.

1. Cor. 6. d. † Ciconiæ abietes domus sunt.

g *Herodij domus.* AVGVST. *Dux est eorum* passerum, vel cedrorum, quod tamen Latinè dici non potest, quia cedri fœminini generis sunt, hoc autem nullo modo ad literam, domus enim, id est, nidus fulicæ, quæ est auis marina vel stagnēsis, quomodo dux est passerum? sed per hoc innuit spiritualia esse quærenda.

AVGVST. Et si in diuitibus sæculi passeres nidificent, non tamen cedri superiores eis, quia eorum passerum dux est domus fulicæ, non ipse cedri. *Domus fulicæ* petra, quæ in aqua, quæ tusa fluctibus frangit eos, sed non frangitur; foris est hæc domus, sed non in excelsis. Sic Christus tanta passus à Iudæis integer mansit, quo nihil fortius, nihil humilius. In cedris ergo minuti spirituales nidificant propter præsentem necessitatem; sed tamen petram Christum habent ducem, imitantes passiones eius: & si fortè cedri mouentur, volabunt passeres, sed non peribunt, quia petra est dux eorum.

CASSIODO. Vel, fulica auis, quæ in aquis habitat, hi sunt qui in gratia baptismi permanent, quorum domus est baptismus. Et est quasi diceret: Qui sunt cedri? Qui sunt passeres? Illi qui baptizantur. Et hoc est, *fulicæ domus*, id est, baptismus, qui est domus regeneratorum *dux est eorum* passerum, id est, Christianorum.

HIERON. CAS. Herodius; auis rapacissima. omnium volatilium maior, quæ aquilam vincit. Et est Q. passeres nidificant in cedris, & dux eorum passerum est domus Herodij, id est,

☞ Christus

a ¶ Non de sua, sed de authoritate verborum Dei, in quibus sonat petra Christus.
b ¶ Ipsi montes, & petræ vnde habent. ¶ Emittis fontes in conual. tu. (dico) Rigans montes, vel rigas etiam montes de altioribus ipsis montibus.

habitabunt, de medio petrārum dabūt † voces. Rigāns mō- 1
a ¶ Altioribus arcanis, non de aliis petris. ¶ Ab eis, & ad terram vsque gratia descendit. 2
b ¶ quæ tu in omnibus operaris. c ¶ Non enim sunt hominum.

a tes de sūperioribus suis, de fructu operūm tuōrū satiabitur 3
a ¶ Conuersi. b ¶ Deus, vel terra. ¶ August. de euangelio viuant, qui euangelium annuntiant. 4
c ¶ Temporalia. d ¶ Prædicatoribus. e ¶ Exponit. f ¶ Quæ est ex charitate.

b tērra. † Prōducens fœnūm iūmentis & herbām seruītuti ho- 5
¶ Hæ sunt iumenta quibus debetur vt merces, quia seruiunt. a ¶ Ad quid hoc. b ¶ Christum. 6
c ¶ August. id est, de dispensatoribus veritatis, id est, Apostolis & cæteris adhuc in terra ambulantibus.
d ¶ Non quod conturbat sed quod.
e ¶ August. Hæc ebrietas, videtur in alienatione mentis à terra ad cœlum.

minum. Vt † educas pānem de terrā, & vinūm lætificēt cor 7
a ¶ Spirituſſancti. b ¶ August. Temporalis stomachum confirmat. 8
¶ Vel spiritualis, qui de cœlo descendit.

c hominis. Vt † exhilaret faciē in oleō, & pānis cor hominis 9
d a ¶ De istis ductis de terra, pane, vino, oleo. b ¶ Plebes humiles prius. c ¶ Diuites.
¶ Potentes in sęculo, etiam postea, quia prius electi sunt contemptibiles & ignobiles quam sapientes & nobiles. d ¶ Candidatio interpretatur.

e confirmet. Saturābuntur lignā campi, & cēdri Libāni quas 10
a ¶ Fide. b ¶ In cedris. ¶ Non aliæ. c ¶ Alias, Fulicę. d ¶ Genus vel generatio. 11
e ¶ Ipse Christus.

f plāntauit illic † passeres nidificabunt. † Herōdij dōmus dux 12
g

NICOLAVS DE LIRA.

1 De medio petrarum, &c. *Hoc dicitur propter aues in foraminibus murorum habitantes, vel etiam in rupibus. sicut dicitur de aquila, Iob. 39. b.* In petris morarur atque in accessis rupibus, in *Hebræo tamen habetur*, De medio ramorum. *& in translatione Hieronym.* De medio nemorum, *& hoc quantum ad aues in arboribus camporum vel syluarum commorantes.*

2 Rigans montes, *Scilicet Deus,*

3 De superioribus, &c. *Id est, de nubibus pluuiosis super montes generatis, vt ibi crescat herba animalibus syluestribus opportuna.*

4 De fructu, &c. *Id est, de effectu pluuiæ, quæ est opus tuum, fœcundabitur terra, ideo subditur,*

5 Producens fœnum iumentis, &c. *Ad eorum nutrimentum.*

6 Et herbam seruituti hominum, *Id est, vsui, granum enim seminatum in terra, primo producit herbam, postea spicam, & vltimo granum, vnde fit panis ad vsum hominis, ideo subditur,*

7 Vt educas panem de terra, &c. *Et quia ad sustentationem vitæ humanæ non solum requiritur cibus, sed etiam potus, qui principaliter est vinum de vite, ideo subditur,*

8 Et vinum, &c. *Requiritur etiam condimentum, ideo subditur*

9 Vt exhilaret faciem in oleo, &c. *Et per oleum, quod est principale condimentum*

le condimentum, intelliguntur alia. Et quia pluuia terram humectans fœcundat arbores, ideo subditur,

10 Saturabuntur ligna campi. *Dicit enim Philosophus 2. de Anima quod in arboribus radices suas similes ori in animalibus, quia per radices attrahitur alimētum arboris ad eius nutritionē & fructificationem. In Hebræo autem & in translatione Hieron. habetur sic,* Saturabuntur ligna domini, *& secundum Rab. Sa. ligna domini hic intelliguntur ligna Paradisi terrestris. Sed quia illa modo non veniunt in vsum hominis, nisi Enoch & Eliæ, & hoc agitur de lignis seruientibus ad vsum hominis ideo potest dici, quod omnia alia ligna conuenienter dicuntur ligna domini, quia sunt eius creaturæ,*

11 Illic passeres nidific. &c. *In Hebræo & in translatione Hieronymi habetur sic,* Aues nidificabunt, *aues enim alterius speciei magis ædificant in cedris, quam passeres, qui communiter nidificant in tectis domorum.*

12 Herodij domus dux est eorum. *Herodius est nomen auis prædalis quæ Gallice vocatur* Griffon, *& nidificat in cedris & dicitur dux passerum vel auium, eo modo loquendi, quo leo rex dicitur animalium, & ideo cum dicitur,* Herodij domus, *ibi est pūctus, refertur ad cedros vbi nidificat Herodius, cuius nidus dicitur domus eius, & quod sequitur:* Dux, &c, *refertur ad Herodium modo prædicto.*

☞ Montes

☞ Christus, qui est domus rapacissimorum, quia nec tales deserit. Vel, Herodius tribus Beniamin, de qua fuit Paulus, de quo dicitur, *Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, vespere dividet spolia*, quia Paulus in adolescentia persecutus est ecclesiam, & in vespera suæ ætatis spolia diabolo rapuit prædicando. Et est, Non mirum si cedri plantantur & passeres nidificãt, quia *domus*.i. genus vel generatio *Herodii*, id est Pauli, (qui fuit lupus rapax) *dux est eorum*, passerum & cedrorũ, quia ipse conuersus alios plures ad fidem conuertit.

Gen. 49. d. Act. 7. g.

a *Cerui petr.* Aug. Cerui sunt magni spirituales transcendentes in cursu omnia spinosa, hi sunt alti montes, qui eminent in scripturis per altiora præcepta. Cogitant enim sublimia, tenent eminentia, iustificantur in summis Hericius spinosum animal, significat peccatores: Lepus animal timidũ; Leporibus ergo & Hericiis si non possunt alta tenere, fact⁹ est Christus refugium. Hæc petra multipliciter habet vsum: In mari domus est fulicæ, quia Christus in fluctuatione sæculi est domus illorum, qui in gratia baptismi perseuerant. In terra est refugium Hericio & lepori, id est illis, qui aliquo amore adhærent terrenis: Est refugium in montibus, id est, in magnis, & spiritualibus est firmamentum. Hæc est *de qua* (vt supra dictum est) *volucres cœli dant voces*.

Fibicibus

B

C

b *Fecit lunam.* Cas. Post terrena transit ad cœlestia, quæ tamen terræ faciunt, id est, seruiunt. Post tot genera Christianorum, quæ per animalia significauit, & prædictam ordinationem. ascẽdens subiũgit de Christo & ecclesia, quomodo.s.hic tempora lis ecclesia crescit & decrescit, ꝙ faciat occasus & ort⁹ veri solis.

c *Posuisti, &c. Et facta est nox* in eis.i.obscura mentis obstinatio.

d *Et ipsa pertransibunt.* Aug. Non vt suprà, conuersi, Gentiles: sed dæmones, qui tẽpore passionis inuenerũt corda titubantium apostolorũ, sed Christo surgente, quia in omnibus non possunt, *in cubilibus*, id est, cordibus pertinacium permanent: Sic Christo in aliquo occidente, vigent mala, resurgente fugiunt.

✠ Basil. & Theod. Nox quidem hominibus quietem procurat, securitatem verò feris largitur, vt esurientes ventres expleant. Hæc verò clausula, *Vt quærant à Deo escam sibi*, videlicet, etiam his diuina prouidentia vsum præbet. Nam postulare quidẽ hominum est, qui ratione vtuntur: quærere verò animalium ratione carentium: verumtamen etiam his Deus necessarium nutrimentum donat.

D

c *Occasum.* Aug. Sol sic occidit, vt oriatur: ita qui dormit, id est, Christus, non adiiciet vt resurgat? Occidit, quia voluit, nemo tollit animam eius; cum occidit, tenebræ factæ sunt in apostolis, defecit spes eorum.

† funiculis

† agnouit

f *Catuli leonum &c.* Augustinvs. Sunt & principes dæmoniorũ, sicut & catuli cõtemptibilia dæmonia, quæ in tenebris quærunt seducere animas; maior leo semper *circumit quærens quem deuoret*, pascuntur autem erroribus hominum.

E

† quærẽtes

1. Pet. 5. b.

✠ Euthym. Catuli leonum frendentes vt rapiant, & parent sibi cibos qui à Deo eis ministrantur: ab eo etenim cunctis cibus præbetur animantibus. *Qui dat* enim, inquit, *escam omni carni*; vel, vt quærant, & petant cibos à Deo. Nam & homines sæpenumero famis aut sitis tempore & cætera animalia

† Exiet

† repleta

† locis

F

consueuerunt cœlum ipsum intueri, & ineffabili quodam quasi sermone factorem suum inuocare.

g *Ortus est sol, &c.* Cassio. Postquam dixit quid fecit occasus veri solis, subdit de ortu,

h *Possessione.* Aug. Alias *creatura.* Aug. Per Christum pater creauit quicquid est in terra, mari, & cœlo: sed hic dicit de noua creatura, quam exiuit à veteri homine Christus, qua impleuit orbem terræ, id est, ecclesiam. *Granum* enim *frumenti cadens in terra multum fructum attulit*: antè *singulariter erat, donec transiret*. Sed quando per passionem transiuit, drachmam perditam inuenit, & ouem errabundam ad gregem reduxit, vnde gaudium. Sed tamen adhuc peregrinatio, adhuc sæculum quatitur tempestatibus, datum est tamen lignum in quo transnauigemus.

Ioan. 12. d. Luc. 12. b. Ibidem a.

✠ Basilivs & Theodoretvs. Portò alij Interpretes, *Creatione tua*, posuerunt, videlicet, vniuersi generis bonorũ ipsam implesti, à terra igitur in propinquum mare transit, & ait,

i *Hoc mare magnum, &c.* Cassiod. Secunda pars vbi dicit: Quomodo ecclesiam per mare sæculi traducit ad littus patriæ.

k *Reptilia, &c.* Aug. Mali spiritus, quorum insidiæ serpũt.

☞ *Draco iste*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Montes, &c. *Supple sunt, refugia ceruis, sicut petra cauernosa est refugium Herinacius, est autem Herinacius animal paruum spinosum.*

2 Fecit lunam. *Hic consequenter ostenditur, qualiter Deus prouidet viuentibus in alteratione temporum, cum dicitur*, Fecit lunam in tẽpore: *secundum enim varium motum lunæ magis apparet sensibilis mutatio aeris, quam secundum alios planetas.*

3 Sol cognouit, &c. *Id est, determinate vadit ad occasum, acsi haberet intellectum, quia talis motus est ab intellecta intelligentia motricis: Per talem modum dicitur quod opus naturæ, est opus intelligentiæ.*

4 Posuisti tene. *In hemisphærio nostro, per occasum solis.*

5 Et fa. *Quia sicut dies est latio solis super terrã, ita nox est latio eius sub terra.* 6 In ipsa perttans. &c. *Quia tunc magis discurrunt ad quærendam prædam, quam de die: ideo sequitur,*

7 Catuli leonum rugientes vt, &c. *Et quia omnia illa procedunt ex diuina prouidentia, ideo subditur,*

8 Et quærant à Deo escam, &c. *Et quia habita præda reuertuntur ad sua latibula, ideo subditur,* Ortus est sol.

9 Exiuit homo ad opus suum. *Sicut enim feræ discurrunt per noctem, vel noctem, vel de nocte, propter victum quærendum: sic ecõtrario homo, qui est animal mansuetum natura, de nocte quiescit, & de die exit ad opera sua. Et quia ex talibus effectibus apparet altitudo diuinæ prouidentiæ vobis incomprehensibilis, ideo admiratiuè subdit Dauid,*

10 Quam magnificata. *Id est, valde magnificata* Sunt opera tua

11 Om.in sapientia fecisti. *Quia ipsa est regula veritatis.*

12 Impleta est terra, possessione tua *Id est, hominibus & animalibus, quæ sunt Dei creatura.*

13 Hoc mare. *Hic consequenter agitur de prouisione viuentium intra aquam. Et primo describit locum eorum. cum dicitur*, hoc mare magnum, *scilicet oceanus, vbi currunt omnes aquæ.*

14 Et spatiosum manibus, &c. *Id est locis. Dictio enim Hebraica hic posita æquiuoca est, ad signandum manus & loca.*

15 Illic reptilia, &c. *Id est, pisces diuersorum generum.*

16 Quorum non est numerus. *Quia non possunt ab homine numerari, sed Deo omnia sunt numerata.*

17 Animalia pusilla, &c. *In mari enim sunt pisces, aliqui valdè parui, & aliqui valde magni, vt cete grandia, quorum magnitudo est quatuor iugerum terræ, vt dicit Plinius.*

☞ A a *Draco iste quē formasti.* AVGVST. Præter hæc animalia, est etiam in mari quod superat ea omnia, id est, draco, qui est leo, serpens antiquus, cuius caput, id est, primam suggestionem ecclesia terit, & sic cæteros motus euadit. Ipse vero obseruat calcaneum eius, id est, lapsum à via Dei, vt sic possideat, vndein Genesi dicitur serpenti, *Inimicitias ponam inter te & mulierem, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.* Qui draco alibi dicitur Lucifer, alibi Leuiathan, qui cæteris in essentia excelsior, factus est in malitia maior.

Gene. 3. c.

† Leuiathā

Esaiæ 14. c.

B b *Ad illudendū.* AVGVS. Dicitur in Iob, illudi sathanę ab angelis Dei, qui sunt præpositi super aereas potestates, ne noceant nobis.

Iob. 40. c.

C † conuertentur. † innouabis ὃν ἔπλασας ἐμπαίσειν αὐτῷ

✠ EVTHIMIVS: Ipsum etiam cete, quod creasti, ad subsiliendum in mari. Draconem enim cete appellauit, veluti inter pelagi animantia vastæ cuiusdam magnitudinis animal mal, quemadmodum draco inter terrena.

D c *Escam.* AVGVSTIN. Cibus draconis terra est, quia dictum est ei, *Terram comedes omnibus diebus vitæ meæ.* Quia qui terrena amant, cibus diabolí sunt. Cibus autem iusti, verbum Dei, vnde, *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.*

Gene. 3. c. Deut. 8. a.

a ¶ Tamen. ¶ In illo mari. b ¶ Ecclesiæ, quas in ligno crucis gubernat Christus. c ¶ Nec ipsum draconem timebunt, imo illudant ei. ¶ Pro comeabunt.

mágnis illic náues pertránsibunt. † Draco iste quem † formasti ad illudendum ei: omnia à te d expectant, * vt des illis † escam in témpore. Dánte te illis colligent: aperiente te manum tuam omnia implebuntur, bonitate. Auertente autem te faciem turbabuntur: aúferes spíritum eorum & deficient & in púluerem suum † reúertentur. † Emitte spíritum tuú, & creábūtur: & † renouabis faciē terræ. Sit glória domini in sæculū, lætabitur dominus in operibus súis. Qui réspicit terram

a ¶ O Deus. ¶ Secundum substantiam, in qua bonus erat, & in empyreo locatus: sed in vitio suo inde cadens. b ¶ Ad hoc cadens de cælo, factus est, vt hic illudatur ei. c ¶ Hæc. ¶ Scilicet creatura noua, & reptilia. d ¶ Nil possunt nisi permittas.

a ¶ Opportuno, quod quidam interpretes addunt. b ¶ Alias cum dederis. Aug. ante non possunt colligere, nec tentare. c ¶ Addit & de cibo nostro.

a ¶ Aug. Manus, Christus est, quæ aperitur, sui reuelatur, & te eum reuelante omnia implentur bonitate: quam non à se habent, quod aliquando probatur illis, quia Auertente autem te, &c.

a ¶ Sed quare turbas? b ¶ Superbiam. c ¶ Omnino vt conuertantur

a ¶ Aug. Inuenit se homo terram, pœnitens de peccato. ¶ Vt clament, defecit spiritus meus. b ¶ Ablato spiritu eorum. c ¶ Sanctum qui ereat nouos.

a ¶ Vnde ipsius figmentum sumus, creati in operibus bonis. b ¶ Nouis hominibus confitentibus, quod à te, non à se boni sunt. c ¶ Et quia ex Deo omnia bona.

a ¶ In æternum. b ¶ Non tuis. c ¶ Quę in eis facit, & qualiter faciat subdit. Qui resp. ¶ Misericordia. d ¶ Humanæ mentis. ¶ Quæ exultat de bonitate sua.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

d *Manum tuam, omnia implebuntur bonitate.* CASSIO. Vel manus est potestas quæ abundè replet omnia.

† finxisti vt ludat in eo.

* Domine † cibum.

e *Auertente autem* AVGVSTINVS. Multi impleti bonitate, sibi tribuerunt: volens autem Deus eis probare, quod non à se habent, sed à Deo, vt cum bonitate habeant humilitatem, aliquando eos perturbat, auertit faciem, & cadunt in tentationem.

E

† Emittes

f *Emitte spiri. tuum* CAS. Puluis suus, illorum dicitur, quia ex se habent, quod sunt puluis. Spiritus verò domini: Ecce medicina reuersis in puluerem.

☞ *Tremere*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Illic naues pertransibunt, &c. *Vt bona in vna terra abundantia deportentur per nauigium ad aliam talibus carentem, & e conuerso.*

2 Draco iste, &c. *In Hebræo & in translatione Hieron. habetur,* Leuiathan istum tu formasti ad ludendū in eo. *Dicunt Hebræi quod est vnus piscis singularis incredibilis magnitudinis: ideo dicitur,* Leuiathan istum *in singulari, dicunt tamen Hebræi, quod Deus à principio creauit duo individua huius speciei masculum & fœminam, sed quia Deus præuidit, quod, si multiplicarentur, nauigatio impediretur quæ deseruit vtilitati mundi, ideo occidit fœmellam, & sale condiuit reseruans eam iustis post resurrectionem. Quod autem subditur,* Quem formasti ad ludendum in eo. *Dicunt ipsi Hebræi quod tribus horis in die Deus ludit cum Leuiathan. Sed primum dictum est contra sacrā scripturam Gene. 1. quia formatis generaliter omnibus piscibus dixit Deus,* Crescite & multiplicamini: *& sic non creauit aliquam speciem in masculo & fœmina quā non vellet multiplicari. Item, quod dicunt, carnes fœmellæ reseruatas iustis in resurrectione, est error Saracenorum, in quem Iudæi moderni ceciderunt, credentes, quod resurrectio sit futura ad vitam animalem cibis indigentem. Et quod dicitur, quod Deus ludit in eo vel cum eo tribus horis in die, puerile est & scititium. Et ideo aliter dicendum, quod Psalmista hic loquitur de cete, cuius, sunt plura individua in mari, nominans eum* Leuiathan, *sicut Iob 40. qui nominatur etiam* draco *in trāslatione communi, quia Gene 1. c. vbi dicitur* cete grandia, *in Hebr. habetur* dracones magnos: *tamē sub istis nominibus intelligitur hic principaliter diabolus, sicut in li. Iob. fuit dictum. Et ideo litera primo est exponenda de proprietatibus ceti, & secundo de proprietatibus diaboli per illas significatis. Quod ergo primo dicitur,* Draco iste quem formasti ad illudendum, *&c. in communi translatione, vel* Leuiathan istum *in translatione Hieron. per pronomen demonstratiuum & nomen cui adiungitur designatur eius magnitudo, euidenter excedens magnitudinem aliorum animalium terrestrium & marinorum. Et per hoc quod subditur,* Ad illudendum ei, *vel, ludendum in eo: non est intelligendum, quod ly* ad, *teneatur causaliter, quasi ad hoc Leuiathan finaliter sit formatus: sed tenetur consecutiuè, quia ad eius formationem consecuta est illusio illa. Ex hoc enim quod Leuiathan factus est a Deo in corpore tam magno, sequitur quod necessaria sit ei magna cibatio ex aliis piscibus maris quos deuorat: propter quod alij pisces cetum videntes ex instinctu naturali fugiunt versus ripam, vbi cetus natare non potest propter aquæ paritatem: & ideo cetus eos insequens impingit ad terram, & a piscatoribus ibi occiditur, quia non potest se mouere, & sic illusus sua spe frustratur. Per hoc autem principaliter intelligūtur proprietates dæmonis, quia per demonstrationem corporis eius extendentem, cum dicitur,* Draco iste, &c. *intelligitur potestas dæmonis omnem potestatem corporalem excedēs, si sibi dimittatur. Per illusionem verò ceti dictam, intelligitur illusio dæmonis, quia credens Christum se deuorare in sua passione: & mēbra sua in temporali persecutione, per eum contrà eos excitata, defraudatur ab intento, & remanebit post iudicium ligatus in inferno: quia nō erit amplius ad exercitium sanctorum in hoc aere caliginoso.*

Iudæorum fabulatio de ceto ludibrio habenda

3 Omnia à te expectant vt des, &c. *Hic incipit versus in Hebræo, & in translatione Hieronymi, vbi Psalmista declarat prouisionem diuinam circa vtramque naturam prædictam simul, dicens,* Omnia *scilicet viuentia super terram, & in aquis,*

4 A te expectant vt des illis escam in tempore, &c. *Quia per appetitum naturalem & sensitiuum tendunt ad id, quod est à Deo circa ipsa ordinatum: & sic dictum est supra, quod opus naturæ est opus intelligentiæ.*

5 Dante te illis colligent, & cætera. *Hoc dicitur specialiter propter illa viuentia, quæ non solum quærunt cibum ad horam, sed etiam congregant pro tempore futuro, sicut formica colligit grana in æstate, vnde viuit in hyeme.*

6 Aperiente te manum tuam, *Per diffusionem bonitatis tuæ in effectibus,*

7 Omnia implebuntur bonitate, *Id est, bono conuenienti suæ naturæ.*

8 Auertente autem te faciem, *Denegando prædictam diffusionem,*

9 Turbabuntur, *Ex defectu nutrimenti:*

10 Auferes spiritum eorum, *Id est vitam.*

11 Et deficient: *A vita præsenti,*

12 Et in puluerem suum reuertentur, *Id est, in materiam vnde fuerunt formata, quæ pro maiori parte est terra.*

13 Emitte, *Id est, emittes; sicut habetur in Hebræo, & in translatione Hiero.*

14 Spiritum tuum, *Id est, tuæ voluntatis effectum.*

15 Et creabuntur, *Id est, de nouo formabuntur eadem in specie secundum cursum naturæ, & aliquando eadem in numero, ad declarationem potestatis diuinæ in operibus miraculosis:*

16 Et renouabis faciem terræ, *Sicut patet in æstate, quia tunc renouatur herbis, & floribus, & fructibus, quibus priuata fuerat in hyeme.*

17 Sit gloria domini, *i. laus & honor sibi debitus impendatur,*

18 In seculum, *i. absque termino à parte finis.*

19 Lætabitur dominus in operibus suis, *Id est, in creaturis ad suā gloriam ordinatis, secundum quod dicitur Proue. 16. a.* Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus.

20 Qui respicit terram, & facit eam tremere, *Vt patet in motu terræ procedente ex diuina ordinatione.*

☞ Qui tangit

a ¶ Vnde cum tremore operamini. v. s. Deus enim, qui facit omnia in omnibus.
b ¶ Compunctione & amissione rerum. c ¶ Aug. Qui superbi iactantes se. d ¶ Tacti.
e ¶ Precem Deo reddunt, sacrificium cordis fumigant ad Deum. Incipit & flore, quia & fumus excutit lachrymas.

a & fácit eam trḗmere: qui tangit mṍntes, & ꝛ fumigánt. 1
b 2
c Cantabo domino in vitā mea, psállam Deo meo quándiu 3
d 4
a ¶ Quicquid cantat in vita cantat.
e
a ¶ Suauis est Deo confessio tua, bona commutatio, suauis est tibi ipsius gratia, ego vero dele.
b ¶ Augu. Quo me ei indico scienti, vt se indicet mihi nescienti.
f sum. ꝛ Iucúndum sit ei elṍquium meū: ego vero delectábor 5
a ¶ Et meo exemplo. b ¶ In se. ¶ Ne iam sint, quod prius, auferatur spiritus eorum, vt spiritu Dei recreentur. c ¶ In proximo. d ¶ Deficiant. 6
in domino. Dḗficient peccā́tores à terra, & ꝛ iniq̄ítā vt 7
a ¶ Iniqui. s. b ¶ Vidit hoc, & impletus gaudio dicit. ¶ Principium iterat.
g nṍn sint: bḗnedic anima mea domino. 8

☞ a *Tremere.* AVGVST. Melior est tremor humilitatis, quam confidentia superbiæ. Vnde apostolus, *Cum tremore operamini vestram salutem.* Philip. 2. b.

b *Montes.* AVGVST. Qui superbi erant, iactantes à se omnia.

✻ EVTHYMIVS. Quemadmodum accidit in monte Sina. Tacti autem à Domino montes fumigant instar herbæ, quæ igni propinquior sit facta.

B Illud verò animaduertendum est, ne verba illa, *Qui respicit & qui tangit*, humano more, sed dignè Deo intelligamus.

ꝛ Suauis sit ei disputatio mea, & ego inundabor.

c *Cantabo.* CASSIOD. Tertia pars, vbi promittit se semper cātaturum. Q. d. Hæc prædicta fecit dominus, & his inspectis.

C

d *In vita mea.* AVGVST. Præsenti & futura; spei & speciei. Modo spes est vita nostra, pòst æterna erit. Vita vitæ mortalis, spes est vitæ immortalis.

e *Quandiu sum.* AVGVS. Quia in illo fine fine sum, psallam quandiu quandiu sum, ne putetur alius actus illius vitæ, quā psallere: Quia non potest venire in fastidium, qui laudatur, non venit in fastidiū laudare; sed semper amatur, semper laudatur. D

f *Iucundum sit.* Alia litera: *Suauis sit ei disputatio mea.* AVGVST. Disputatio enim hominis ad Deum, est confessio peccatorum. Vnde Esaia, *Auferte nequitias ab animabus vestris, discite benefacere, indicate pupillo, & venite & disputemus, dicit dominus.* Disputatio ergo tua, sacrificium humilitatis tuæ, quod est Deo suaue. Esa. 1. d. E ꝛ fumigabunt.

✻ BASIL. & THEO. *Eloquium*, Sermocinatione, Symmachus, ꝛ iniusa dixit: Aquila verò, *Colloquium.* Cæterū precor ait, vt hæ meæ laudes dulces, & iucundissimæ videantur. F

g *Benedic anima mea domino.* AVGVS. Iterat quod in principio psalmi. *Benedic anima mea domino*, per hoc innuens, quòd finis bonorum similis sit principio.

☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Qui tangit montes, *tactu fulguris, quod frequentius cadit in montibus altis.*

2 Et fumigant, *quia ignis fulgureus magis fumigat quam inflammet. Sciendum autem, quod omnia predicta de ordine creaturarum & prouisione viuentium ad hoc inducta sunt, vt ex eis rationalis creatura insurgat ad laudem & honorem conditoris.*

3 Cantabo. *Hæc est vltima pars, in qua Psalmista resumit Dei laudem in principio psal. inchoatam, dicens,* Cantabo domino in vita mea, *id est, quandiu viuam, ideo subditur.*

4 Psallam Deo meo quandiu sum, *Et dicit* cantabo & psallam *quia diuina laus debet procedere ex corde & ore.*

5 Incundum sit ei eloquium meum, *coram eo placidum.*

6 Ego verò delectabor in domino, *id est, in consolationibus diuinis, & non in terrenis.*

7 Deficiēt peccatores à terra, *Loquitur de peccatoribus & iniquis in sua malitia obstinatis.*

8 Benedic anima mea domino, *& sic terminat canticum sicut incepit ipsum. Quod frequenter fit in cantibus, & exponatur sicut in principio psal.*

☞ PSAL.

ADDITIO I.

In psal. ciij. Benedic. *vbi dicitur in postil.* Benedic anima mea domino. *&* dicit anima mea. *&c.*

Hic psal. videtur continuari propriè cum vltimo præcedentis psal. Ibi enim concluſit: Benedic anima mea domino, *non exprimens modum seu materiam huius benedictionis seu laudis. In hoc verò psal. resumens illud verbum vltimum, scilicet,* Benedic anima mea domino, *declarat materiam huius laudis seu benedictionis sumptam ex rerum creatione. vnde Ra. Aben. in sua glo. super Psalte. in hoc narrat opera à Deo facta in creatione mundi, Gene. j. Ex quibus operibus Deus debet propriè dici magnificus: quia magnificentia secundum Philosophum. iij. Ethi. est virtus à qua magna opera fiunt, qua quidem magnificentia excedit nostram narrationem. & ideo dicit,* Vehementer: *& quia humana mens non attingit naturaliter ad notitiam Dei, nisi inquantum à cognitione creaturarum procedit in cognitionem creatoris, iuxta illud ad Ro. j. c.* Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta prospiciuntur: *idcirco dicit,* Confessionem & decorem induisti. *Pro quo sciendum, quod sicut si aliquis homo maximè potens & virtuosus sit vndique coopertus aliquo pulcherrimo & pretiosissimo indumento, talis non potest videri, nec per consequens laudari à vidente ipsum, nisi ex decore & pretiositate indumenti: sic Deus non potest à nobis cognosci naturaliter, neque laudari, nisi per creaturas ab ipso factas: ex qua consideratione psal. dicit,* Confessionem & decorem induisti. *quasi dicat, Ex decore tui indumenti, quod consistit in operibus tuis, habemus te laudare seu confiteri: Et quæ sunt illa opera, subdit. d.* Amictus lumine sicut vestimento, *quia in principio creationis rerum fit mentio de productione lucis. Gene. j. a.* Fiat lux: *vnde lumen hic dictum per psal. referendum est ad illud lumen primo creatum qualitercunque accipiatur, siue corporaliter, siue spiritualiter, siue vtroque modo, vt ibidem est videndum. Consequenter dicit,* Extendens cœlum sicut pellem, qui tegis aquas superiora eius, *vbi tanguntur opera secundæ diei, in qua factum fuit firmamentum diuidens aquas superiores ab inferioribus: & sic postea successiuè facit mentionem de fundamento terræ, & de plantis & de luminaribus, & de piscibus & de bestiis, & de homine, licet non seruato semper ordine, quo Gene. j. traduntur. Introducit etiam quædam ad prouidentiam viuentium pertinentia: sicut de pluuiis, fontibus, & ventis, & de nutrimentis animalium & huiusmodi: & consequenter concludit de vltimo fine creaturarum, quæ sunt ad claram notitiam Deitatis cum laude facta: & hoc cum dicit,* Sit gloria domini in seculum &c. *In fine autem declarat vltimum finem hominis iusti cum dicit,* Ego vero delectabor in domino, *Similiter & punitionem impiorum, cum dicit,* Deficiant peccatores: *& sic resumit,* Benedic anima mea domino, *quasi dicat sic sumitur ex creaturis benedictio seu laus diuina. Ad quam expositi. satis bene posset applicari litera præsuppositis aliis de his quæ traduntur in postil. ad hoc pertinentibus.*

ADDITIO II.

In eodem psal. vbi dicitur in postil. Super montes stabunt aquæ.

Opinio Ra. Sa. in hoc loco verior est. Ratio autem quam postil. contra eum facit, quod cum aquæ sint graues & fluidæ æqualiter tendunt ad centrum vndique, non valet: nam virtute diuina erant congregatæ præter naturam suam, vt terra arida appareret, vnde Gene. j. a. Congregentur aquæ sub cœlo ad locum vnum, & appareat arida: *& de hoc plenius est videndum ibidem.*

ADDITIO III.

In eodem psal. vbi dicitur in postil. Herodij domus dux est eorum

Vera litera Hebraica habet sic in hoc loco, Ciconia in abietibus domus eius: *vel* abietes sunt domus eius: *& hoc apparet manifestè: quia ciconia communiter habitat seu nidificat in altis ædificiis seu altis arboribus, & per consequens in abietibus, seu cedris, & consonat cum hoc quod sequitur,* Montes excelsi ceruis, *vbi Hebraica litera cum dicitur,* Ceruis, *habet* ibicibus, *quæ communiter habitant in altis montibus, sicut ciconia in altis arboribus seu ædificiis.*

REPLICA.

In psalmo Benedic *secundo Burg. laudat suum autorem. Ra. Aben. dicens eum propriè dicere Deum magnificum in opere creationis &c. Circa psal. autem,* In te domine speraui: *in ijsdem secundum Burgen. dicit magnificentiam esse circa opera magnarum expensarum, allegans ad id Aristo. quæ magnificentia in opere creationis propriè locum non habet, quia Deus creando nullos sumptus fecit, quia de nihilo cuncta produxit: & ita Burgen. phantasiando hic laudat in Abenhazra, quod supra reprehendit in postil. circa psal.* In te domine speraui, *& vide ibi corre. circa illum passum:* Supra montes stabunt aquæ. *Burgensis allegat quod dixerat circa j. capit. Gene. vide ibi correctior.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Halleluia.* Cassio. Hic primo *halleluia*, nec ante à quoquam situm est, quod nulla lingua præsumpsit mutare. *Halleluia*, laudate. *Ia* nomen Dei inuisibilis, quod ei tantum cõuenit. Per xx. psalmos, quibus hic titulus est, magnalia Dei dicuntur, & magna in eis est exultatio.

Cas. Hic commendat propheta bonos in illo populo Israel, qui eum aliis fidelibus sunt verum semen Abrahę, filij promissionis.

2

✠ Beda. *Alleluia* b Hæbræum nomen est, neutro genere declinandum, vt Hieronymus ostendit, quod interpretatur *laudate Dominum*: & vbicunque

B positum est in titulis, c docet potentiam creatoris semper debere d laudari. Quod autem semel dicimus, hoc in omnibus obseruandũ est: In quocũque psalmo primum Alleluya fuerit prænotatum, eũ etiã in fine habere Alleluya subiectum: quòd plerique nescientes, sequentis psalmi arbitrantur esse principium. Denique sæpe reperies in vno psalmo duo Alleluya præposita, quod significat vnum ad finem prioris, alterum ad sequentis pertinere principium: Sciens propheta populos Israel spem in temporalibus beneficiis ponere solitos, prima parte monet, vt eum spiritualiter semper exquirant: Secunda per patriarcharum eos exempla confirmat, qui à Domino non fuerint derelicti, eo quod eius imperio seruierint. Tertia dinumerat, quanta patribus eorum præstiterit, pericula Ioseph & honores, ingressumque in Aegyptum commemorans Hæbræorum. Quarta refert quomodo Israel ab inimicis diuersis Aegyptiorum plagis fuerit vindicatus. Quinta describit, quanta eis in deserto præstiterit, vt non in temporalibus bonis gauderent: sed beneficiis deliniti, iustificationes eius, legemque seruarent.

C

¶ Laudate dominum.

Halleluia.

PSALMVS CIIII.

a ¶ Laudate. ¶ quod fit ab amante: Non est enim speciosa laus in ore pec. b ¶ Quia laudans audietur.

Onfitẽmini domino, & inuõcate no- 1

a ¶ Aug. Amor domini in pascendis eius ouibus maxime ostenditur. 2

men eius: annũntiate ✝ inter gentes 3

a ¶ Verbo, quia ore cantatur.
b ¶ Et opere, laudate, quia manibus psallitur.

opera eius. Cantãte ei, & psãllite ei: 4 5

a ¶ Quod bene operantes possunt. ¶ Respicit ad id quod dixit, psallite. ¶ Id est, operamini sic, vt laudemini.

narrate omnia mirabilia eius. Lãuda- 6

a ¶ Ne de bono opere homo in se glorietur. b ¶ Et si non corpus.
c ¶ Qui bene operantes æmulantur. ¶ quanto magis inuenientium 7

mini in nõmine sãcto eius, lætetur cõr quærẽntiũ dominum. 8

a ¶ In primum. b ¶ Inde fortes, & etiam illuminati, vt sciant agenda, & possint ea perficere.
c ¶ In præsenti & in futuro.

e Quẽrite dominũ, ✝ & cõfirmãmini: quærite faciẽ eius sẽpẽr. 9 10

✝ & fortitudinem eius

Psalmvs CIV.

b

Confitemini domino. Avgvstinvs. Primus psalmus cui prænotatur haleluiah, vnde & incipit: *Confitemini* id est, laudate. Præmissa laude, sequitur inuocatio, vt petat desiderata, vnde, *Confitebimur & inuocabimus*: Et alibi, *Laudans inuocabo dominum*. Et ideo, in oratione dominica breuis laus præponitur, *Qui es in cælis*, & sequuntur petitiones.

psal. 74. psal 17. Matt. 6. b.

Avgvstinvs. primo, vt in verbis exterioribus, intellectũ interiorem videas, quasi in corpore animã, id est, intellectum videas: admonet semen Abrahæ, id est, filios promissionis, pertinentes ad hæreditatem testamenti æterni, vt ipsum Deum, tanquam hæreditatem, eligant, gratis non pro aliquo extra eum, colant, vt hoc faciant laudantes, inuocantes, annuntiantes, nec in sua, sed in eius gloria per fidem bene operantes, spe gaudentes, charitate ferD uentes. Hoc totum sonat his verbis, *Confitemini*, vsque, *Mementote mirabilium*; Vbi ad paruulorum corda nutrienda, & in fide roboranda, proponit de fide patriarcharum, & promissionibus Dei, vt simus semen illorum, non solum de Iudæis, sed de omnibus gentibus: & hoc vsque, *Cũ essent numero breui &c.* Quoniam autem occurrebat animo paruę fidei, Si Deus gratis est cõdus, & ipse est hęreditas, quid de necessitatibus mortalis vitæ fiet? subdit, Quid

+ in gentibus

patribus præstitit, & filiis eorum tã in carne quàm fide. *Cum essent numero* &c. Si quæris quomodo? *transierunt de gente ad gentem, & de regno ad po. al. vocauit famem*, vsque, *Et duxit populum suum vehem. & firmauit super inimicos eius.* Quomodo firmauit? *Conuertit cor eorum*, vsque

E ad, *Expandit nubem*: vbi dictis malis, quæ inimicis eorum iustitia Dei intulit, quæ temporalia misericordia Dei eis dedit, supponit.

✠ Basil. Theodo. Hoc autem verbum *Inuocate, Prædicate*, Symmachus dixit. Iubet vero sermo diuinus de gratiarum actione laudes afferre, diuininaque beneficia narrare.

c *Omnia.* Cas. omnia: nihil est pudore silendum, Vel, omnia, quæ dicent, mirabilia sunt, nullus enim potest omnia narrare.

d *Laudamini in nomi.* id est, gaudete Christiani dici à Christo.

Avg. Laudamini, non vetat laudari, si boni, si non, nisi in domino, qui bonos facit.

Avgvst. Laudamini in nomine: Quod alibi, *In domino laudabitur anima mea*: quod ibi addit, *audiant mansueti & lętentur*: hic quoque quodammodo, *lætetur cor*, quasi dicat,

e *Faciem &c.* Avg. id est, præsentiam, quæ etsi per fidem inueF nitur: tamen semper in hac vita perquirenda est, vt postea per speciem habeatur. Vel, etiam tunc sine fine quæretur: quia qui amatur, semper desideratur, semper quæritur, ne sit absens, sed semper præsens, Malus timere potest præsentiam, quam bonus amat.

Hiero. A martyre Hypolito. Isaac, imago est Dei: Rebecca, spiritus sancti, Esau, prioris populi, & diaboli, Iacob, ecclesiæ vel Christi. Senuisse Isaac, significat cõsummationem orbis: caligasse, fidem periisse. Quod filius maior vocatur, acceptio legis est, Quod capturas diligit, saluati sunt ab errore, iustis eos venatibus. *Vade accipe duos hœdos*: significat aduentum Christi in carne, in quo duos populos liberat à peccatis, teneros, dociles, innocentes. Vestis Esau, fides Hebræorum, scriptura, quibus Gentilis induitur Pellis in brachiis, peccata vtriusque populi, quæ in Gen. 27. b. extensione manuum Christus secum cruci afflixit. *Cur tam citò ve.* Miratur celerem fidem. Cibus placens, salus est peccatorum.

☞ Post

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CIV.

Confitemini domino &c. *Secũdum quod dicit Hiero. in prologo super librum istum psal. iste primus est inter illos qui dicuntur haleluiatici, & secundum hoc* haleluiah, *quod ponitur inter principium huius psal. & finem præcedentis, nõ pertinet ad psal. præce. quamuis hoc aliqui dicant, sed ponitur magis in principio huius psal. tanquam eius titulus: quia psalmi à titulis suis denominantur. Sciendum etiam, quod* haleluia *non est vna dictio, vt credunt aliqui, sed duæ in Hebræo: quia* הללו *halelu significat laudate, & est verbum imperatiui modi,* יה *iah significat Deum: & tenetur hic in accusatiuo casu: patet igitur quod psal. iste est quædam inuitatio ad laudem diuinam, & duo sequentes similiter. Et secundum Augustt. facti sunt à Dauid, secundum verò Hierony. & Hebræos autor ignoratur in particulari: tenetur tamẽ quod facti sunt ab aliquo viro sancto vel pluribus spiritumsanctum habentibus. Diuiditur autem psalmus iste in duas partes, quia primo psalmista excitat populum ad laudem diuinam: Secundo ad hoc efficacius agendum recitat beneficiorum Dei memoriam, ibi,* Mementote. *Circa primum dicit Psal.*

1 Confitemini domino, *confessione laudis pro beneficiis ab eo obtentis.*

2 Et inuocate nomen eius, *pro obtinendis, quia gratitudo de præteritis beneficiis est optima dispositio pro aliis impetrandis.*

3 Annuntiate inter gentes opera eius, *sua bonitatis, & potestatis declaratiua, quæ explicantur infra.*

4 Cantate ei, *ore,*

5 Et psallite ei, *corde:*

6 Narrate omnia mirabilia &c. *id est, aliqua ex omnibus, quia omnia non possunt narrari, siue enumerari particulariter.*

7 Laudamini in nomine sancto eius, *id est, opera facite bona de genere, & ex intentione gloriæ diuinæ. vt sic ex illis operibus laudemini in nomine domini, ad quem opera illa sunt directa.*

8 Lætetur cor quærentium dominum. *Quærens enim aliquid, habet materiam lætitiæ, quãdo est certus de inuentione: Quærentes dominum fideliter, inueniunt, eum infallibiliter, secũdum illud Mat. vij. a.* Omnis qui quærit inuenit &c. *ideo subditur,*

9 Quærite dominum & confir. *id est, sitis certi de inuentione.*

10 Quærite faciem eius, *id est, placete in conspectu eius.*

☞ Memen-

MORALITER.

✠ 1 *Confitemini domino.* Iste psalmus, & sequens, sunt quædam inuitationes ad Dei laudem ex beneficiis populo Israel collatis, quæ superius in libris Moysi literaliter & mysticè sunt exposita: propter quod hic pertranseo de alia expositione inducenda.

✠ *MORA-*

☞ Post esum sequitur benedictio. Et odore, virtutem resurrectionis
A & regni pronuntiat, vt seruiant ei credentes ex Israel. Esau necem
Gene. 18.a. cogitat, quia iniquitas inimica est iustitiæ. Vadit Iacob in Syriam
Matt. 4.b. accepturus vxorem: Christus à Iudæis in Galilæam, ibi ex gentibus sumpturus ecclesiam.

a *Mementote & cætera.* AVGVSTINVS. Quærite ipsum, sed qui non ferunt solem in rota, id est, qui non possunt intelligere Christum in altitudine suę deitatis, dicit,
B *Mementote* &c.

AVGVS. Iam ardens laudator cõtemperat se infirmis, quos mirabilibus Dei nutrit. Si id quod Deus est, magnum est quærere, vel quę fecit videte.

b *Prodigia &c.* AVGVST. Paulatim ascendit de prodigiis visibilibus ad iudicia: inde ad æternum testa-
†transfierũt mentum, vbi & præceptũ & promissum.
C *Semen Abrahæ serui eius* ✠ EVTHYMIVS. Vos, inquit, ô semen Abrahæ, qui serui eius estis. Ad Apostolos autem sermo est.

✠ *Filij Iacob electi eius.* Apostoli nimirũ, qui duobus his à Deo insigniti sunt nominibus. Nam & servi ex eo videri possunt, quod dixit ad eos Christus, *si ego dominus & magister laui pedes vestros*, & electi quia idem alibi ait: *non vos elegistis me, sed ego elegi vos.*

c *In vniuersa terra.* AVGVST. Non putes filios Abrahæ in vna gente secundũ carnem, quia in vniuersa terra sunt Iacob & Israel, quibus iudicia sua manifestat, sed non alij genti.

Roma. 1.b. d *In seculum.* AVGVST. id est, in æternum. Vnde post, in testamentum æternum. Quod testamentum si vetus accipitur propter terram Chanaam, de qua sequitur. Quomodo æternum est, cum illa terrena hæreditas non possit esse æterna:

Testamenti. c *Testamenti.* Dicitur enim testamentum, illud, quod promittitur, & doctrina, in qua promissio declaratur, & pro qua seruata redditur. D

AVGVSTIN. Promissum est quod accipere debemus: Mandatũ quod facere. Hæc est fides, vt iustus ex fide viuat, & huic fidei promittitur hæreditas

a ¶ Maiora miracula, quibus aliquid futurum significatur.

a Mementote mirabilium eius quę fecit, prodigia eius & 1
b a ¶ Quæ per Moysen mandauit in lege. b ¶ Quibus hoc dicitur? illis, qui sunt semen. Secundum fidem. c ¶ Imitatores iustando. 2

iudicia oris eius. Semen Abraham serui eius, filij Iacob ele- 3 4 5
a ¶ Mementote, quia. ¶ Christus est.

c cti eius. Ipse dominus Deus noster, in vniuersa terra iudi- 6 7 8
a ¶ Mementote, quia. ¶ Implendo promissa b ¶ Iustitiæ. & hæreditatis æternæ. c ¶ Cuius testamenti?

d cia eius. Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod 8 9
e ¶ Aug. Id est, omnes, quibus viuendum est, ex fide: pro infinito. ¶ Verbi. ¶ Quod dispositum.

f mandauit in mille generationes. Quod disposuit ad Abra- 10 11 12
a ¶ Verbum fidei: b ¶ Ipsi. ¶ Opus est in præcepto, merces in promisso.

hã, iuramenti sui ad Isaac. Et statuit illud Iacob in præce- 13 14
g ptũ, & Israel in testamẽtũ æternũ: Dicẽs, Tibi dabo terram 14 15
h a ¶ In domo patris mei mansiones multæ sunt. b ¶ Exequitur historiam. Hæc promisit, Cum essent.

Chanaã, funiculũ hæreditatis vestræ. Cũm essent numero 16 17
i a ¶ Id est, antequam in Aegypto multiplicarentur. b ¶ Aduenæ. c ¶ Terræ Chanaam.
d ¶ Proponit breuiter, quod postea plenius narrabit.

breui, pauciſſimi & incolæ †eius. Et †pertrãsierũt de gẽte in 18
† in ea

gentem & de regno ad populum alterum. Non dimisit homines nocere eis, & corripuit propter eos reges.

Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.

Et vocauit famem super terram, omnem firmamentum panis contriuit.

Misit ante eos virum, in seruum venundatus est Ioseph.

Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius.

Donec veniret verbum eius, eloquium Domini inflammauit eum.

Misit rex & solutum fecit eum, princeps populorum & dimisit eum.

Et constituit eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ.

Vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam docere.

Et intrauit Israel Aegyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham.

Et auxit populum suum nimis, & firmauit eum super inimicos eius.

Conuertit cor eorum vt odirent populum eius, dolum fecerunt in seruos eius.

Misit Moysen seruum suum, Aaron quem elegit ipsum.

Posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham.

Misit tenebras & obscurauit, & non exacerbauerunt sermones suos.

Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum.

Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum.

Dixit & venit cynomyia, & sciniphes in omnibus finibus eorum.

Posuit pluuias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum.

Et percussit vineam eorum & ficum eorum, & contriuit omne lignum finium eorum.

Dixit & venit locusta & bruchus cuius non erat numerus.

Et comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit omnem fructum terræ eorum.

Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum.

Et eduxit eos cum argento & auro, & non erat infirmus in tribubus eorum.

Lætata est Aegyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos.

Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem vt luceret eis per noctem.

Petierunt & venit coturnix, & panem cæli saturauit eos.

Rupit petram & fluxerunt aquæ, abierunt in sicco flumina.

Quoniam memor fuit verbi sancti sui quod habuit ad Abraham puerum suum.

Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in iucunditate.

Et dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt.

Vt custodiant iustificationes eius & legem eius requirant.

☞ *De Regno*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Mementote. *Hic consequenter Psal. recitat Dei beneficia ad laudem eius excitatiua. Et diuiditur in quinque partes, secundum quinque Patres, quorum temporibus Deus beneficia contulit Israeli. partes patebunt prosequendo: Prima pars continet tempus Abrahæ vsque ad Iacob. Dicit igitur,* Mementote mirabilium eius quæ fecit. *Quia Abraham de fornace Chaldæorum miraculosè liberauit, vt dictum fuit Gene. xj. & propter vxorem eius Pharaonem regem Aegypti, & Abimelec regem Gerare flagellauit, Gene. xij. & xx.*

2 Prodigia eius. *signa prædicta vocantur prodigia, quasi procul à digito dicta, eo quod causa effectiua talium est hominibus incognita vel occulta quia fiunt contra cursum naturæ, & sic immediate dependent à diuina voluntate, quæ nobis occulta est.*

3 Et iudicia oris eius. *quia flagellatio regum dicta fuit quidam effectus diuinæ iustitiæ. Potest etiam litera huius versus referri ad mirabilia, quæ facta fuerunt in terra Aegypti per Moysen & Aaron, ad punitionem illius populi, quæ explicantur infra psal. isto.*

4 Semen Abraham, *id est, vos, qui estis semen Abraham debetis ista memorari.*

5 Serui eius, *quia alijs ad idololatriam declinantibus, Abraham confessus est, se soli Deo seruire tempore Nemroth,*

6 Filij Iacob, *id est, vos, qui estis filij Iacob, debetis ista memorari, quia fides Abrahæ per Isaac deriuata est ad Iacob, alijs ad infidelitatem declinantibus.*

7 Electi eius. *quia cum adhuc esset in vtero matris suæ cum Esau electus fuit à domino, Esau reprobato: cum tamen nihil boni aut mali adhuc egissent, vt dicit Apostolus. Ro. ix. c.*

8 Ipse dominus Deus noster, *per verum cultum & fidem, licet sit dominus & Deus omnium per creationem & gubernationem, ideo subditur:*

9 In vniuersa terra iudicia eius, *quia pro sua voluntate potest peccatores punire.*

10 Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes, *id est, in omnes generationes fideles. Et ponitur ibi numerus determinatus pro indeterminato, quia numeri transcendentes millenarium, non sunt nisi replicationes eius, vel partium eius.*

11 Quod disposuit ad Abraham. *dicens ei Gene. xxij. c.* Per memetipsum iurauj, dicit dominus, quia fecisti rem hanc &c. *sequitur:* Benedicam tibi & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli: *& subditur postea,* Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, *quod impletum est in Christo.*

12 Et iuramenti sui ad Isaac, *quia iuramentum Dei prædictum implendum erat in semine descendente per Isaac, secundum quod dicit dominus Abrahæ, Gene. xxj. b.* In Isaac vocabitur tibi semen.

13 Et statuit. *Hic consequenter describitur tempus à Iacob vsque ad Ioseph, cum dicitur,* Et statuit illud Iacob in præceptum, *scilicet verbum domini ad Abraham & Isaac de cultu Dei, eo quod de semine eius erat Christus nasciturus: vnde dixit ei dominus Gene. xxviij. c.* Ego sum dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac. *Terram in qua dormis tibi dabo, & semini tuo: & in illa terra Christus natus fuit, & mysterium nostræ redemptionis impleuit: per hoc autem quod dixit dominus,* Ego Deus Abraham patris tui &c. *iniunxit sibi cultum vnius veri Dei, vnde & Iacob euigilans dixit,* Erit mihi dominus in Deum, &c.

14 Et Israel in testamentum æternum, *Iste est Iacob prædictus, qui primo vocatus est Iacob, eo quod nascens tenebat plantam fratris sui Gene. xxv. c. postea autem vocatus est Israel, eo quod cum angelo fortiter luctatus fuit, Gene. xxxij. d.*

15 Dicens tibi dabo terram Chanaan, *sicut iam allegatum est, quia in illa Iacob dormiebat:*

16 Funiculum hæreditatis vestræ, *eo quod illa terra fortibus erat dinidenda, quod impletum fuit tempore Iosue postea.*

17 Cum essent numero breui, &c. *scilicet Iacob & familia sua.*

18 Et pertransierunt de gente in gentem, *quia Iacob cum familia sua de terra Chanaan transiuit in Aegyptum, Gene. xlvj. d. Potest etiam hoc referri ad Abraham, qui cum familia sua transiuit de Chaldæa in Syriam Gene. xj. c. & de Syria in terram Chanaam, & inde*

☞ *in Ægy-*

a *De regno.* AVGVST. non quod tunc esset, sed quod futurum esset regnum Israel.

b *Nolite tangere.* AVGVSTINVS. Hæc verba, licet in historia non sint, tamen vel latenter dixit ea Deus in cordibus hominum, vel per angelum.

c *Christos.* AVGVS. quia iam tũc Christiani, etsi latenter: vnde, *Abraham exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gauisus est.* Nullus enim præter hanc fidẽ, vel ante, vel post, Deo reconciliatus est, *vnus enim mediator Christus.*

d *Et corripuit pro eis reges, &c.* ✠ BASIL. & THEODORE. Sic in Pharaonem animaduertit animaduersionibus magnis, & formidabilibus. De Sarra vxore Abrahę, sic nocte Abimelech pertertuit, cum dixisset, *En morieris propter Saram vxorem* Abrahæ, ipsa vero cohabitat cum viro; sic Isaac venerandum apud illos, qui tũc Palæstinam incolebant, reddidit; sic minitatus est Labã occidere volenti. Caue enim inquit, ne loquaris aspera in filium meum Isaac. Christos autem appellat, non tanquam oleo vnctos, sed tanquam iam electos factos, Prophetam vero, & ipse Deus Abraham appellauit, Redde enim ait, mulierem viro, quoniam Propheta est, & orabit pro te, & seruaberis.

e *Et vocauit.* AVGVSTINVS. Quarta pars vbi incipit narrare quomodo factum est, vt transirent de regno in regnũ tota progenies. *Vocauit.* AVG. Quasi personam animatam: fortè quia hęc mala per angelos immittit malos, qui talibus propositi sunt. Vocauit ergo famem, id est, angelum fami præpositum. Vel potius vocauit famem, id est, dixit vt fames esset, id est, iussit esse quæ iam erat in dispositione. *Ita vocauit, & omne firmamentum panis contritum.*

f *Virum.* AVGVST. Ioseph venditus à fratribus, Postea in Aegypto pro iustitia sublimatus est.

g *Ioseph.* AVG. Si Ioseph & humiliatus & exaltatus locũ fecit ad tẽporalia bona populo Dei, vt firmaretur super inimicos: quãto magis Iesus humiliatus secũdum carnẽ, sublimatus, & in cœlis exaltatus, suis locum fecit ad æterna.

AVGVSTINVS. Filij Dei, habẽtes promissionem vitę præsẽtis & futuræ: si tẽtationes seculi duræ videntur, Ioseph in carcere, Christum in cruce cogitate: si prosperitas adest, non propter ipsam Deo, sed ea propter Deũ vtimini, nec cũ putetis necessarium suis propter ea quę dat & malis, sed *primum quærite regnum Dei, & omnia ad. &c.*

h *In cõpedibus.* AVGVST. nõ legimus de compedibus Ioseph in Genesi, sed credendum est, quod ibi prætermissum dicit spiritus in psal.

CAS. etsi gratiam habuerit apud custodẽ carceris, tamen prius anxiatus. Sequitur.

i *Ferrũ pertransiit &c.* Quæter mala corporis, *ferrũ*, i. tribulatio duræ necessitatis, quę in actuante & solicita anima erat, *pertransiit &c.* Vel secundum aliam literam *anima eius pertransiit ferrum*, id est tribulationem duræ necessitatis. Idem sensus cum priore.

☞ *In terra*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *in Ægyptum, Gene.xij. & inde rediit in terram Chanaam, Gene.xiij. & inde peregrinatus est in Geraris, Gene.20. Similiter Isaac de terra Chanaam peregrinatus fuit in Geraris. Gen.26.*

1 Non reliquit ho.no.eis, *notabili nocumento, vnde & Laban persequentem Iacob prohibuit, ne ei malum ageret, Gene.xxxj. Et similiter interfectis habitatoribus Sichem, terror Dei innasit omnes per circumitũ ciuitatis, & non sunt ausi persequi Iacob & filios eius inde recedentes Gen.35.*

2 Et corripuit pro eis re *scilicet Pharaonem regem Aegypti, & Abimelech regem Gerare, vt dictum est supra.*

3 Nolite tãgere Christos meos. *Vnctio autem corporalis regum & pontificum primo fuit ordinata à Deo tempore Moysi: & ideo isti dicuntur Christi, id est, vncti, non ab vnctione corporali, sed spirituali, quæ est per gratiam Dei.*

4 Et in prophetis meis nolite malignari. *Quod enim Abraham propheta fuerit, habetur Gen.xv. similiter Isaac prophetice prædixit vẽtura Iacob & semini eius Gen.xxvij. similiter Iacob futura prædixit nouissimis temporibus, Gene.xlix.*

5 Et vocauit. *hic describitur tempus Ioseph vsque ad Moysen, qui ex ordinatione diuina venditus fuit in Aegyptum ad meritum suæ patientiæ, & ad prouidendum patri suo, & fratribus tempore famis futuræ, de qua hic dicitur,* Et vocauit, *scilicet dominus,*

6 Famem super terram. *scilicet septem annorum, de qua habetur Gen.xij.*

7 Et omne firmamentum panis, *id est, sustentationem vel nutrimentum.*

8 Contriuit, *per hoc non est intelligendum, quod panis simpliciter defecerit, quia tunc etiam vendebantur alimenta in Aegypto, vt habetur Geneseos quadragesimo secundo, sed quia tunc fuit maxima sterelitas & defectus panis.*

9 Misit ante eos, *scilicet Iacob & eius filios.*

10 Virum, *scilicet Ioseph, qui dicitur vir à virtute, eo quod noluit adulterio sua domina consentire Gen.39.*

11 In seruum venundatus est Ioseph, *principi militiæ Aegypti, Gene. 39.a.*

12 Humiliauerunt in compedibus pedes eius. *quia ad falsam accusationem dominæ suæ fuit in carcere relegatus.*

13 Ferrum pertransiit animam eius, *quia ex compedibus ferreis non solum fuit afflictus in corpore, sed etiam in mente, quamuis non ceciderit à virtute patientiæ.*

14 Donec veniret verbum eius, *quando à Deo instructus exposuit somnia pincernæ regis, & pistoris ipsius: & hoc veraciter, sicut probauit rei euentus. Gene.xl.*

15 Eloquium domini inflammauit eum. *In translatione Hieron. habetur:* probauit eum, *scilicet habere Dei spiritum, & quia aurũ probatur in igne, ideo hic ponitur,* Inflammauit, *pro probauit.*

16 Misit rex & soluit eum. *audito per magistrum pincernarũ, quod optimè interpretatus fuerat somnia prædicta. Gen.41.*

17 Et principem omnis possessionis suæ, *secundum quod dicitur Gene.41.* Dixit quoque rursum Pharao ad Ioseph: Ecce constitui te super vniuersam terram Aegypti.

18 Vt erudiret principes eius. *quia non habebant scientiam, nisi humanitus acquisitam per exercitium studii, quod primo viguit in terra Aegypti, vt habetur 1. Metaphysicorum ibi: Primo gẽs sacerdotum vacare concessa est, &c.*

19 Et senes eius prudentiam. *quia non solum docuit eos de diuinis, sed etiam de agibilibus humanis.*

20 Et intrauit &c. *cum filiis & familiis eorum. & hoc ad mandatũ Ioseph, vt possent ibi viuere famis tempore, vt habetur Gen. 46.*

21 Et Iacob accola fuit in terra Cham. *id est, in Aegypto, quæ sic nominatur, eo quod* Misraim, *à quo denominata est Aegyptus, fuit filius Cham, Gene.x. vnde vbicunque in veteri testamento habetur Aegyptus in Latino, & in Hebræo habetur* מצרים *Misraim.*

☞ Et auxit

a ¶ Q.d.misit Deus post Ioseph Iacob in Aegyptum. b ¶ Fœcunditatē nascendi.

a fuit in tērra † Cham: Et auxit populum suum † vehemen-
a ¶ Hoc non ante Moysen factum fuit, sed per signa Moysi. b ¶ Vel suos.
b c ¶ Dum suos multiplicauit. d ¶ Sponte sua malum.
c ter, & † firmauit eum super inimicos eius. Cōuertit cōr
a ¶ Per inuidiam. b ¶ Alias vt. c ¶ Vt opere luti & lateris minuerentur.
d ¶ Defraudando pretium.
e eorum, vt odirēnt populum eius: et dōlum facerent in
¶ Quomodo his vsus ad gloriam suam, incipit.
f seruos eius. Misit Moysen seruum suum, Aaron quem ele-
g a ¶ .i. per eos dedit, vel fecit. b ¶ Moyse scilicet & Aaron.
h c ¶ Quæ aliquid tanquam verba significabant.
i gitipsum. † Posuit in eis verba signōrum suorum & pro-
k a ¶ Quæ aliquid prætendebant. b ¶ Hoc ad literam inter plagas Aegypti legitur.
digiōrum in terra † Cham. Misit tenebras, & obscurauit:
a ¶ Id est, complēuit per miracula: confirmauit, quod promisit.
¶ Alias Exacerbauerunt, scilicet Aegyptii contradictionibus suis.
l & non exācerbauit sermones suos. Conuertit aquas eorum
a ¶ Cas. Ne sit in aquis spes vitæ illis hominibus, cum in aqua moritur, quod ibi naturaliter nutritur. b ¶ Ecce tertia plaga.
m in sanguinem, & occidit piscēs eorum. † Edidit tērra eo-
n a ¶ Socii ranarum tunc fiant principes, qui sub aquis post locandi erant. ¶ Ecce quarta plaga.
o rum rānas in † penetralibus regum ipsorum. Dixit, &
a ¶ Musca. b ¶ Quæ iactantia regis, qui nec par est muscis? ¶ Culex.
venit cynōmya & cinīfes, in omnibus finibus eo-
a ¶ Quinta plaga. b ¶ Pro pluuiā, quæ fœcundat: grando, quæ tacta arefacit.
¶ Scilicet posuit.
p rum. Posuit plūuias eorum grandinem, ignem combu-
¶ Id est, fulmina. ¶ Grandine, & igne, id est, fulminibus.
rentem in terra ipsorum. Et percussit vineas eorum &

1 fuit in terra Cham: Et auxit populum suum nimis
2 ter, & firmauit eum super inimicos eius.
3 Conuertit cor eorum
4 eorum, vt odirent populum eius: et dolum facerent in
5 seruos eius. Misit Moysen seruum suum, Aaron quem elegit
6 ipsum.
7 Posuit in eis verba signorum suorum & prodigiorum
8 in terra Cham.
9 Misit tenebras, & obscurauit: & non exacerbauit
10 sermones suos. Conuertit aquas eorum
11 in sanguinem, & occidit pisces eorum.
12 Edidit terra eorum ranas in penetralibus
13 regum ipsorum. Dixit, & venit cynomya & cinifes,
14 in omnibus finibus eorum.
15 Posuit pluuias eorum grandinem, ignem comburentem
16 in terra ipsorum. Et percussit vineas eorum &

a *In terra Cham &c.* Avgv. Cham pater Chanaan, de quo Ægyptij trahunt originem.

b *Et auxit populum suum &c.* Avgvst. Quinta pars. Ecce quæ in Ægypto gesta, breuiter proponit, quæ postea pleniter narrat. Dicit etiam, quomodo firmauit populum suum super inimicos suos.

c *Et firmauit eum.* Per signa Moysi scilicet antè enim masculini fœtus filiorum Israel necabātur, & ipsi in faciendis lateribus conterebātur. Sed postea in manu potenti, & per signa & portēta domini, metuendi & honorādi facti sūt.

d *Conuertit.* Avgv. Quomodo hoc factū sit, narrare incipit.

Avgvst. Conuertit, non quod Deus sit author malī, sed malis bene vtitur, dū auxit felicitatem Israel, illi ad inuidendum conuersi sunt, quia iam mali erant.

e *Vt odirent.* Inuidia est odium felicitatis alienæ.

f *Misit.* Qui omnia per se poterat vt doceret, qua moderatione hæc egisset.

g *Quem elegit ipsum.* Avgv. Sufficeret dicere, quem elegit: sed nihil quærendum est in eo, quod addidit, *ipsum*, sed consuetudo diuinæ locutionis est ad explanationem.

h *Verba signorum suorum.* Avg. Quibus ab eis prædicabatur, quæ signa dominus esset facturus in terra Cham.

Avgvstinvs. *Verba sig.* non quibus signa fierent: Multa enim sine verbis facta sunt, scilicet, vel virga, vel manu extenta: sed quia ipsa facta non erant significationis inania, sicut verba; ideo & ipsa dicta sunt verba: verba ergo non vocum, sed signorum, vel prodigiorum per eos fecit.

✻ Evthymivs. Mandata scilicet diuina, quibus efficerent miracula: vel, docuit eos causas signorum suorum, atque eorum modos. Græca enim dictio λόγος, vt diximus, non solum verba, sed rationes etiam, & causas significat.

i Avgvs. Vel: *Exacerbauerunt sermones eius*, quod apertum est. Vel, non exacerbauerunt Moyses & Aaron sermones eius, quia illos, scilicet Aegyptios, etiam durissimos, patienter tulerunt, propter mādatum domini, donec omnia in eis, quæ dominus disposuit, fierent.

k *Tenebras &c.* Cassiodor. inter plagas pasi sunt. Sed hic dicit corda eorum *obscurata*, qui præcepta Dei spernebant. Competens initium plagarum cæcitas, sine qua non incurrissent cætera.

✻ Evthymivs. Atqui ante tenebras, alias Aegyptiis plagas intulit: sed beatus Dauid indifferenter hanc plagā primo loco cōmemorat, vel, vt grauissimum omniū præposuit: cum lux, quæ per tenebras aufertur, rerum omniū sit pulcherrima, & hominibus maxime opportuna. In prædicto etiam psalmo 77. nullo ordine, huiusmodi plagas commemorauit, vt ibi diximus in versiculo: *misit Cynomyam.*

l *Conuertit aquas.* Cas. Secunda plaga, quæ in Exodo prima, quæ figuabat, quod aquas maris rubri verteret & eis in mortē.

m *Edidit terra.* Avgvs. Terram eorum cōuertit in ranas, quia tot fuerunt, vt hoc cōgruē per hyperbolen dicatur.

n *Ebullauit terra eorū ranas.* ✻ Evthymivs. Ibi etiā de hoc dictum est. *Ebullauit* autem, hoc est, repente ranas edidit. Ex aquis enim ortæ sunt ranæ, vt in Genesi legimus, quarum tāta fuit copia, vt ranarū quasi fontes emittere terra videretur: & quamquam Græca dictio ἐξέᾳεψεν, quæ hoc in loco habetur, proprie, non tam *ebullire*, quam repetes edere significet, quod verbum reptili ranarum naturæ conuenientissimum fuit: tamen hoc pacto satis commode sensum reddi arbitrati sumus, postquam vnico latino verbo, vt par erat, sensum apte reddere non sperabamus.

o *Dixit, & venit cynomya &c.* Avgvstinvs. In verbo enim eius erant sine tempore, antequam fierent in tempore per ipsum verbum: vel, per angelos, vel, per Moysen quodammodo dixit, vt fieret tunc, cum fuerat faciendum.

p *Posuit pluuias eorum &c.* Avgvst. Simile est illi, & *dedit terra eorum ranas.*

☞ *Locusta*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et auxit populum suum *scilicet dominus, cuius populus dicebatur Iacob & filij eius, eo quod eum colebat, alios ad idololatriam declinantibus.*

2 Et firmauit eum super inimicos, *quia propter potentiam Ioseph timebantur omnes de cognatione eius.*

3 Conuertit cor eorum, *scilicet Aegyptiorum,*

4 Vt odirent populum eius, *scilicet filios Israel, quia, sicut dicitur Exo. j. b.* Surrexit rex nouus in Aegypto, qui ignorabat opera Ioseph, *& incepit affligere filios Israel per se, & populum suum: ita quod ad amaritudinem producebant vitam eorum, vt dicitur ibidem.*

5 Et dolum facerent in seruos eius, *id est, in filios Israel: quia rex Aegypti præcepit obstetricibus, vt in partu Hebræarum interficerent masculos, simulando quod passæ fuissent aborsum, Exo. j.*

6 Misit Moysen. *Hæc est quarta pars, in qua describit tempus Moysi, & primo ponit miracula facta in Aegypto: secundò facta in deserto, ibi*, Petierunt. *Circa primum ponuntur plura de miraculis factis per filijs Israel tempore Moysi, sed non ponuntur secundum ordinem historiæ: propter quod dimitto istam partem indiuisam; Dicitur igitur:* Misit Moysen. seruum suum ad libe. fi. Isra. de Aegy. *de qua missione habetur Exo. iij.*

7 Aaron, quem elegit ipsum. *Hunc enim adiunxit Moysi, vt pro eo loqueretur multitudini, eo quod erat eloquens, secundum quod dicitur Exod iiij. d.* Aaron frater tuus Leuites, scio quod eloquens sit, &c. *Sequitur* Ipse loquetur pro te ad populum.

8 Posuit in eis verba signorum suorum. *Illa enim signa fiebant virtute diuina, ad verba tamen Moysi & Aaron: ideo ad hoc exprimendum conuenienter dicitur*, Posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham, *id est, in terra Aegypti ratione supradicta.*

9 Misit tenebras &c. *Ista fuit plaga Aegypti nona, quia fuerunt tenebræ palpabiles in terra Aegypti, ita quod tribus diebus nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat: vbicunque autem habitabant filij Israel, lux erat, Exo. x.*

10 Et non exacerbauit sermones suos. *quia cum Pharao promittebat pœnitentiam, Deus remouebat plagam, & sic dulcorabat suum sermonem.*

11 Conuertit aquas eorum in sanguinem &c. *hæc fuit prima plaga, quæ habetur Exo. vij.*

12 Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum. *in tanta multitudine, quod intrabant omnia loca & officinas Aegyptiorum: & hæc fuit secunda plaga quæ habetur Exod. xviij.*

13 Dixit & venit cynomya &c. *id est, musca canina: tamen cum hac venerunt muscæ graues diuersi generis, & hæc fuit quarta plaga, quæ habetur Exo. viij.*

14 Et cinifes in omnibus. *hæc fuit tertia plaga Exo. viij.*

15 Posuit pluuias eorum grandi. *& ista fuit septima plaga, in qua grando & ignis mista pariter ferebantur. Exod. ix.*

16 Et percussit vineas eorum &c. *scilicet in grandine & igne prædictis.*

☞ Dixit

a *Locuſta & bruchus.* AVGVSTIN. Vna plaga locuſta & bruchus: quia altera eſt parens, altera fœtus.

b *Et percuſſit.* AVGVSTINVS. Cum ſint .x. plagæ, non tamen omnes memorat hic propheta, nec eo ordine quo in Exodo: quia libera eſt laudatio (de qua agit hic pſalmus) à lege hiſtorica: Additque quod hiſtoria non habet, & præterit quod illa habet, autoritate eiuſdem ſpiritus. qui & per hiſtoricum locutus eſt. Hic ergo ſeptem mala dat Aegyptiis contra ſeptem beneficia, quæ poſt dicet data Hebræis. Addit quoque laudibus Dei, quod ditatos auro & argento eduxit, quia tales erant, qui nõ poſſent ſpernere laborum ſuorum mercedẽ, licet temporalem.

c *Et eduxit eos &c.* Sexta pars ſecundum CAS. & AVGVST. Superius, quę mala intulit inimicis Iſraelitarum iuſtitia Dei dixit: nunc quæ bona eis tẽporalia miſericordia Dei dedit, ſupponit, vt his adiuti legem Dei quærant.

AVGVST. *Et eduxit*: Abrahę dixit Deꝰ, quod quarta progenie filij Iſrael de Ægypto eſſent redituri Moyſes autem ſcribit: Quinta progenie aſcenderunt de terra Ægypti. Quarta ſecũdum Leui, Quinta ſecundũ Iudam. Leui genuit Caath, Caath Amram: Amram, Aaron: Aaron Eleazar: Eleazar, Phinees. Caath cum patre ſuo Leui intrauit Ægyptum. Eleazar cum Aaron exiuit. A Caath vſque ad Eleazar generationes quatuor ſunt. Volunt autem quidam ab Amram vſque ad Phinees. Secundum Iudam. Iudas genuit Phares. Iſte Eſrom, qui Aram, & ille Aminadab, is Naaſon, & iſte Salmon. Phares cum Iuda intrauit Ægyptum. Naaſon princeps tribus Iudæ in deſerto deſcribitur, cuius filius Salmon intrauit terrã promiſſionis. A Phares ad Naaſon generationes quinque. Volunt quidam ab Eſrom ad Salmon. Aquila autem interpretatur non quinta, ſed armati aſcenderunt filij Iſrael de Ægypto.

AVGVST. *Et eduxit eos* In hoc, quod Ægyptios deceperunt, non eſt putandus Deus dolos in eis, qui ſurſum habent cor, vel iubere, vel approbare: quia ex eis non fuit hic dolus, qui non ex cupiditate fecerunt, ſed vt Deo mandanti parerent. Et illi infirmi (quorum cupiditates examinabat Deus) magis permiſſi ſunt hoc facere illis, ſcilicet Ægyptiis (qui talia iure paſſi ſunt) quam iuſſi. Sicut enim bonis fuit præceptum, ita & cupidis permiſſio ſecũdum aliquid, & ſecundum aliud præceptio. Præcepit enim vt facerent, ſed permiſit, non præcepit, vt ita facerent. Quantitas ergo facti fuit in permiſſione, factum vero in præceptione. Nec tamen hoc permiſit Deus, fieri ſine aliquo prouectu animæ carnalis. Per hoc enim quod de vicino carnali, aliquid carnales habuerũt, poſtea Dei legẽ & iuſtificationes facilius receperunt. Et licet per dolum egerint, ab iniquis tamẽ quod ſibi reddi debuit, abſtulerũt. Et ſicut iniquitate Ægyptiorũ, ſic & eorũ infirmitate, ad hoc, q̃ opus erat his factis figurari, diuinè vſus eſt Deꝰ. Ibi enim ſpiritualiter figuratum eſt philoſophos ſiue hæreticos à Catholicis, ſpoliari, his, q̃ in verbis vel ſcripturis eorũ tabernaculo Dei, id eſt, eccleſiæ cõgrua reperiũtur. Deinde ſequitur ſecundũ beneficiũ, *Et nõ erat infir. & cætera.*

d *Lætata eſt Aegyptus.* ✠ BEDA. Non primo, ſed poſtquã audiuerũt ſuos in mari extinctos eſſe, illos illæſos abiiſſe, timuerũt enim nimis ne redirẽt, & Ægyptũ totã occuparẽt. In illa profectione *expãdit Dominus nubẽ*, &c. hoc eſt protexit eos in columna nubis in die, & in colũna ignis in nocte.

e *Quia incubuit timor eorum ſuper eos.* Timebat Iſrael, ne reliquias eorum conſumeret.

AVGVST. Hic impletum eſt, quod ſuperius ait, & firmauit eum ſuper inimicum eius.

f *Expandit nubem in protectione eorum.* Et hæc eſt ſecunda pars, ſecundum Auguſtinum, vbi ſupponit, quæ temporalia bona miſericordia Dei eis dedit, dictis ſuperius malis, quæ inimicis eorum iuſtitia Dei intulit.

AVGVSTINVS. Iam incipit beneficia, quæ iter agentibus in eremo facta ſunt.

g *Petierunt.* AVGVST. boni ad ſuſtentationem infirmorum.

h *Coturnix: & pane cœli ſaturauit eos.* AVGVSTINVS. quæ eſt & caro, quia hic non de amaricatione iniquorum, ſed de fide electorum loquitur: ipſi intelligendi ſunt petiſſe, vnde amaricantium murmura premerentur.

i *Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui.* AVGVST. His omnibus beneficiis, Deus commendat in Abraham meritum fidei vnde ſubdit: *quoniam memor fu.*

☞ *Et dedit*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dixit & venit locuſta & bruchus: *Iſta fuit octaua plaga, in qua cõpoſitum fuit quod remanſerat ex igne & grandine, Exod. x. ideo ſubditur:* Et commedit omne fœnum *&c.*

2 Et percuſſit omne primogenitum in terra. *& hæc fuit plaga decima, in qua ſunt mortua omnia primogenita hominum & beſtiarum. Exod. xij. d. De quinta verò plaga, & ſexta, non fit hic mentio.*

3 Et eduxit eos cum argento & auro, *quia de mãdato domini acceperunt mutuo à vicinis vaſa argentea, & aurea, & ſic ſpolianerunt Ægyptum, Exod. xij. e. Non tamen in hoc commiſerunt furtum, quia de mandato Dei fuit, cuius ſunt omnia, ſicut ibidem plenius fuit dictum.*

4 Et non erat in tribubus eorum infirmus, *Hoc à Deo factum fuit vt omnes ſimul abſque impedimento poſſent egredi de Aegypto.*

5 Lætata eſt Aegyptus in profectione eorum, *Cuius cauſa ſubditur, cum dicitur:* Quia incubuit timor eorum ſuper eos. *Ex hoc enim quod omnes primogeniti erant ſubitò mortui, timebant omnes alij mori, ſi amplius in terra alij Iſrael morarentur, ſecundum quod habetur Exod. xij.*

6 Expandit nubem in protectionem eorum, *contra ſolis æſtum.*

7 Et ignem, *id eſt, columnam ignis,*

8 Vt luceret eis per noctem, *ſecundum quod dicitur Exod. xij. d. Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux eſſet itineris vtroque tempore.*

9 Petierunt. *Hic conſequenter deſcribit mirabilia facta in deſerto poſt exitum de Aegypto, quia deficientibus cibariis, quæ acceperant in Aegypto, ceperunt murmurare dicentes:* Vtinam mortui eſſemus per manũ domini in Aegypto, quãdo ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panem in ſaturitate: *& tunc dominus fecit aduolare multitudinem coturnicum, & hoc eſt quod dicitur*, Petierunt, & venit coturnix, *id eſt, multitudo coturnicum, ſicut Exo. viij. f.* Venit muſca grauiſſima, *id eſt, multitudo muſcarum.*

10 Et pane. *id eſt, manna de cælo deſcendente, vt habetur Exo. xvj.*

11 Dirupit petram, & fluxerunt aquæ: abierunt in ſicco &c. *hoc habetur Exod. xvij. & Num. xx.*

12 Quoniam memor fuit. *quaſi diceret: iſta beneficia non fuerunt illi populo collata propter merita ſua, cum eſſet rebellis, & murmurans contra Deum; ſed propter merita Abraha, & implendum promiſſionem ei factam, Gene. xxij.*

13 Et eduxit. *Hic vltimò ponuntur beneficia facta tempore Ioſue, qui poſt mortem Moyſi eduxit populum Iſrael de deſerto, & introduxit in terram promiſſionis de mandato domini, vt habetur Ioſue j. a. & hoc eſt quod dicitur:* Et eduxit *ſcilicet dominus.*

☞ Populum.

a *Et dedit illis,* Avgv. Non vt propter ista eum colant, sed vt ea ad bonum æternum referant: id est, *vt custodiant iustificationes eius.*

✠ Basil. & Theod. Non modo enim ab Aegyptiaca seruitute liberos fecit, sed etiam Chananæorum ipsis largitus est terram. alienorumque laborũ dominos fecit, in illos iuste animaduertẽs, & suas pollicitationes confirmãs; quod b autem non iniuste eos, qui primum Palæstinã c incolebant, exegit, docet quidem & per ea quæ Iudæis imposuit, cum præceperit, vt imitationem vitæ illorum fugerent: edocet etiam cum promissionem Abrahæ fecerit, cur non actutum imperium illius terræ dederit, sed diu diuersati sunt, *Nondum*, enim, inquit, *impletæ sunt iniquitates Amorræorum vsque in hodiernum diem*, videlicet nondum extrema pernicie digna patrare ausi sunt, & minime iustum erat ipsis pœnam irrogare, neque maioris peccati præscientiã, supplicij sententiã pronuntiare, verum rerum finem expectare: mensura enim vtor, & statera moderor, & nihil est, quod non apud me libratum sit, propterea quadraginta annorum periodum expecto, sic & illos exegit, & hi promissiones persoluit.

a ¶ id est, populum. b ¶ Aug. Quod murmurantes percussi sunt.

populum suum in exultatione, & electos suos in lætitiã. Et

a ¶ Septimum beneficium, in quo est completio promissionum. ¶ Fructus regionum.

dedit illis regiones gentium, & labores populorum posse-

a ¶ Electi verum semen Abrahæ.

derunt. Vt custodiant iustificationes eius & legem eius † requirant.

b *Possederunt, &c.* Avg. non vt hæc habẽda sint pro summo bono, sed vt eis vacẽt vnde summũ & ęternũ bonũ possit acquiri, non vt in eis luxu defluãt vel torpescãt.

c *Iustificationes, &c.* Cas. Sunt, vbi est euidens & absoluta præceptio, vt, *Diligas Deum & proximum*, quæ custodienda. Lex de his, quæ non corporaliter, sed spiritualiter: & ideo quærenda, quia vmbra futurorum.

d *Legem.* Cas. Vt de circuncisione eius, & de aliis, quæ diligenter inuestiganda sunt, quia mystice dicuntur.

† exquirãt.

Matth. 5. b Hæb. 10.

Gene. 15.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Populum, *sub ducatu Iosue.*

2 In exulta. *quia multum fuit gauisus scilicet populus, quando Iordanis in suo transitu fuit desiccatus Iosue iij. a.*

3 Et dedit illis. *videlicet totam terram Chanaan, vbi prius Gentiles habitabant, vt diffuse traditur in libro Iosue.*

4 Et labores populorum. *i. ciuitates ædificatas laboribus aliorum, & alia bona eorum laboribus acquisita.*

5 Vt custodiant. *i. mandata eius in lege tradita: & quamdiu ea seruauerunt, in illa terra pacifice habitauerunt, vt patet ex decursu veteris testamenti, Sciendum tamen, quod hoc non erat principale præmium, sed possessio terræ viuentium per illam principaliter intellecta: sicut frequenter dictum est suprà. Præmium enim principale est quid melius meritorio opere, opus autem virtutis melius est simpliciter quam quæcumque possessio temporalis, propter quod non potest esse virtutis præmium principale.*

ADDITIO.

In Psal. 104. Confitemini domino, *vbi dicitur in postilla:* Quęrite faciem eius.

Cum autem vltimus finis humanæ vitæ est visio facialis Dei, iuxta illud j. Cor. xiij. d. Videmus nunc in speculo & in ænigmate: tunc autem facie ad faciem, *hic Psal. nos admonet vt semper quæramus faciem eius, hoc est quòd habitualiter vel actualiter semper in hoc tendamus tanquam in vltimum finem.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Halleluia halleluia.* Quidam dicunt, vnum *halleluia* ad finem superioris psalmi pertinere, alterum esse sequentis. Hanc enim regulam Hiero. tenendam esse tradit. Cuius assertioni Cassiodorus quoque consentit. Sed plures, vbicumque halleluia, sequenti dant: & aliquando semel, aliquãdo bis; vt dominus in euangelio, nunc dixit *amen*, nunc *amen amen*, pro maiore certitudine rei. Istis cõsentit Aug. præsertim cũ nulli Græcorum codices in fine psalmi habeant halleluia.

Psal. CV.

Confitemini do.

Halleluia halleluia

¶ Peccata & laudes. a ¶ In natura.

Confitemini domino quoniam bo-

¶ Ne quis pro culpa terreatur. a ¶ Aug. vsque in finem seculi misericordias quæ miseris exhibetur, consolando in miseria, vel liberando ab ea, vel in æternum misericordias quia nemo sine Deo potest esse beatus.

nus, quoniam in seculũ misericor-

a ¶ Et. ¶ id est, quis sufficiet.

dia eius. Quis loquetur potentias do-

a ¶ Quis. ¶ id est, faciat vt audiantur, ab aliis omnia, in quibus laudandus est Deus. ¶ Aug. Sic enim debent dici, vt prædicentur audientibus.

b ¶ Sed quis potest omnes? quasi nullus, vel quia.

mini, auditas faciet omnes laudes eius? Beati qui custodiunt

Cas. Hebræus relicta patrum perfidia, ad misericordiã Dei conuersus, suadet alijs ad eandẽ misericordiã conuerti, orans vt populo beneplacito sociẽtur, qui erat in aduẽtu Christi cõgregãdus.

b *Quis lo.* Cas. Iste, qui misericordiam petit, impletur consideratione diuinorum operum, & admirans ait; *Quis loquetur.*

c *Beati qui cust.* Avg. Vel quia sequitur, *Beati qui custo. iu. & faciunt iusti.* Laudes Dei dicit opera præceptorum eius, quæ ipse facit in suis. Deus enim operatur in nobis velle bonum, & perficere, vt ait Apostolus. *Quis ergo loquetur potentias domini? i.* quomodo, & quæ Deus potenter operatus in suis: quoniam hæc ineffabiliter operatur: Quis auditas faciet omnes laudes eius? Quis cum audierit, faciet laudes eius. *i.* opera præceptorum eius: quę ☞ etsi

1. Cor. 10. b

Avg. Aliquos in illo populo veros fuisse filios Abrahæ, innuit Paulus, dicens, *Sed non in omnibus illis beneplacitum est Deo.* Et quia hos commendat hic præmissus psalmus, nihil ibi dicitur de iniquitatibus amaricantium. Sed hic sequens psalmus agit de iniquis: sed quia iniquis, non solum iustitia, sed misericordia Dei facta est: de his loquitur sequens psalmus, cum laudibus Dei ex persona eorum, qui veniam conuersi precantur, & exempla eorũ commemorantur, in quos etiam peccantes, dies apparuit misericordia Dei: vnde etiam iste, sicut & ille, sic incipit: *Confitemini domino.* Ibi sequitur, *& inuocate*, hic, *quia bonus*: vnde hic confessio peccati potest accipi, quia sequitur etiam, *Peccauimus cum patribus.* Sed & quòd bonus est Deus, in laude est, & in laude confessio, licet non sit pia peccatorum confessio sine laude Dei: habet ergo Dei laudem, qui peccata cõfitetur, siue in verbis quando eum bonum & misericordẽ dicit; siue in solo affectũ, cum hoc credit. Monet ergo ad geminam confessionẽ laudis, & peccatorum.

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs CV.

Confitemini domino. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo, & in translatione communi.* Halleluia halleluia. *Semel pro laude Dei in præsenti, & iteram pro laude eius in ciuitate cælesti: & secundum hoc dicitur Apocal. xix. a.* Audiui voces in cælo angelorum dicentium halleluia, &c. *sequitur postea:* Et iterum dixerunt halleluia, *propter quod in ecclesia, quando cantatur versus halleluia in principio dicitur halleluia, & in fine resumitur. Diuiditur autem psalmus iste in duas partes: quia primo Psalmista inuitat ad laudem diuinã: secundo postulat eius gratiam, ibi,* Memento nostri. *Circa primũ dicit,*

1 Confitemini domino quoniam bonus. *bonitate, cuius nõ est finis, & quia non solum bonus est in se, sed etiam bonitatẽ suã communicat creaturis, ideo subditur,*

2 Quoniam in seculum. *Et quia non possunt sufficienter ista enarrari à creatura intellectuali, ideo subditur,*

3 Quis lo. poten. *q.d. nullus; cùm sit potentia infinita, & maior omni laude, Eccle. 43. d.*

4 Beati qui custodiunt. *rectè iudicando, quantum ad iudices.*

☞ A etsi non omnia audita fiunt, inquantum tamen fiunt, ille laudandus est, qui operatus est in eis. Et ideo maluit dicere laudes, quam mandata, vel opera mandatorum eius: quia (vt dictum est) inquantum fiunt, ipse laudandus est, quas tamen omnes quis sufficit facere vel loqui. Et est sensus: Misericordia est in seculum, quam quis apud se non sufficit cogitare, vel alijs intimare, vel opere implere. Et accipit pro eodem *laudes* & *potentias*. Sed inter illa duo distinguitur. s. *loquetur*, & *auditas faciet*. Et sequitur: *Beat.* Q. illud nemo sufficit. s. loqui potentias, vel omnes laudes facere: vel. i. salB tem agat hoc. s. iudiciũ & iustitiam, quia: *Bea. sunt qui. &c.*

✠ BASILIVS & THEODORET. Hoc in loco nouum populum tacitò innuit, ecclesiamque ex gentibus conflatam, quam salute dignam fecit: cuius aliquam cõmunicationem subripere Iudæorũ populus docetur; concinunt huic sententiæ, & ea, quæ sequuntur.

† increpauit. a *Ad videndum, &c.* AVG. vt videamus te C in ea bonitate, quam præstas electis. i. per gratiam tuam videamus, ne cæci remaneamus.

a ¶ Rectè iudicando, bonum à malo discernendo. b ¶ Rectè agendo.
c ¶ Aug. Ex quo incipiunt: Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. d ¶ Sed quia Deus iustos facit, orat & ait. 1

iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. Memẽto 2

a ¶ Vt in eis simus, in quibus beneplacitum est tibi, quod non est in omnibus, & non inter contumaces simus. b ¶ Et vt hoc sit. ¶ Aug. Vt ab eo sanati, possimus iudicium custodire, & iustè agere, vnde beati. 3

† mei. † noſtri domine in benẽplacito populi tui, visitã † nos in 4

a ¶ Iesu. b ¶ Visita nos ad hoc. 6

a salutari tuo. Ad videndum in bonitate electorum tuorum, 7

a ¶ Et visita etiam. ¶ Et lætemur. b ¶ Quæ est ipse Deus. Cui alibi dicitur: exultatio mea redimet me. c ¶ Filiorum Abrahæ, qui omnes vna gens. ¶ Visita etiam. ¶ quia non laudatur, nisi propter te. 8

b ad lætandum in lætitiã gẽtis tuæ, vt laudẽris cum hæredi- 9

a ¶ Visita, & necesse est vt visites, quia. b ¶ quia in eis fuimus materialiter, quando peccauerunt: vel potius id est, sicut patres nostri. ¶ quantum ad Deum. 10

c tate tua. Peccãuimus cum patribus nostris, iniustè egimus, 11

a ¶ Quantum ad proximum. b ¶ Quid enim patres fecerunt? c ¶ Aug. vbi multa eis facta. 12

d iniquitatẽm fecimus. Patrẽs nostri in Ægyptõ non intel- 13

e a ¶ Fuit opus intellectu, vt per illa temporalia alia quærerent. s. æterna. b ¶ Quæ pro eis in Ægypto fecerat. c ¶ Aug. Arguit & memoriam, quia nec saltem temporaliter acta recoluerunt, vt potestate, quam experti erant, crederent se ab inimicis liberandos.

lexẽrunt mirabilia tua, nõn fuerunt memores multitudinis 14

¶ Dicit pro situ terræ.

f misericordiæ tuæ. Et † irritauerũt ascendentes in mare, mare 15

a ¶ Ita murmurauerunt, & tamen. ¶ Aug. Non secutus infidelitatem eorum. b ¶ Non merita eorum. ¶ Glorificandum scilicet.

† rebellauerat ad mare. rubrũ. Et saluãuit eos propter nõmen suũ, vt notam faceret 16 17

a ¶ Quomodo saluauit? ¶ Aug. Et non voce ælitus missa, sed diuina potentia, quam quæ sensu carent sentiunt & obediunt.

potẽtiã suã. Et † increpuit mare rubrũ, & exiccatũ: & dedu- 18

a ¶ Alias aquis multis: quod idem est. ¶ Ita. b ¶ Quod magnum fuit.

g xit eos in abyssis sicut in deserto: Et saluãuit eos de manu 19

a ¶ quod grauius. i. maius, quia propter eos percussit plagis. ¶ Pharaonis.

h odientium, & redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua 20 21

Vt videamus in bo. ✠ EVTHYMIVS. Vt videamus & nos in beneficijs populi tui, ea scilicet, quæ illi vident; vnde ad discipulos suos Christus dicebat: *multi prophetæ & iusti optauerunt videre, quæ vos videtis.*

b *Vt laudẽris.* AVG. mirum est in plerisque codicibus esse scriptum, *vt laudẽris*, cum sit vna in Græco positio: & similis debet esse interpretatio. s. *vt videamus & lætemur, & laudemus cum hæreditate tua.* Vel, vt videas nos in bonitate elec. tu. i. ibi nos esse facias, & ibi nos videas. Et visita ad lætandũ. i. vt læteris in lætitia gẽtis tuæ: id est, vt facias gentẽ tuam lætari ex te. Et vt læteris cũ hæreditate tua. i. facias eam laudari in te, quia non laudatur nisi propter te. D

c *Peccauimus.* Secunda pars, vbi enumerat peccata patrum, quę in Ægypto commiserunt: & tamen à Deo dicit liberatos.

d *Iniquitatem.* CASS. Tertiò idẽ dicit, vt pura confessio appareat; tantò citius soluitur, quantò vinacius se damnat homo.

e *Non intell.* AVG. id est, quid per illa eis dare velles, id est, non temporale, sed æternũ bonum; quod per patientiam expectatur, & ideo ipsi impatiẽtes murmurauerunt, & † me in salute tua. tẽporalibus beati voluerunt.

CASS. Duo sunt quæ beneficia commendant, intellectus E & memoria, quorum vtrunque in eis redarguit. Et primò intellectum, cùm ait, *Non intellexerunt mirabilia.*

f *Irritauerunt ascen.* AVG. Timẽtes Deum & desperantes, post tot in Ægypto visa. Hæc irritatio facta est, Exo. 14. cùm egredientes de Ægypto, peruenerunt ad mare rubrum, vbi ita erant cõclusi, quod ex vno latere erat mõs nimis arduus, & nemini ad transeundũ perF uius; & ex alio latere erat mare rubrum; & à dorso erant insequẽtes Ægyptij; & pro his cœperunt grauiter murmurare, obliti potentiæ Dei. Sed tunc mare diuisum est in duodecim diuisiones, & nulla tribus ausa fuit intrare prius nisi tribus Iuda, vnde meruit inter alias regni priuilegium, vel principatum obtinere.

g *Sicut in deserto.* AVG. Quia vbi fuerunt abyssi, factum est siccitate, vt desertum vbi non sunt aquæ.

h *Redemit eos de manu.* AVGVST. Quo pretio? quasi diceret, nullo: sed in figura baptismi factum est, in quo redimimur de manu diaboli sanguine Christi; vnde & *mare rubrum* dixit, quod colore sanguis figurabatur.

☞ *Et*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et faciunt iustit. *rectè viuendo cum proximo, quantùm ad omnes.*

2 In omni tempore. *quia* qui perseuerauerit vsque in finem *in bono opere*, saluus erit, *secundum dictum saluatoris. Matth. x. c.*

3 Memento. *Hic consequenter Psalmista implorat diuinam gratiam, & primò ponitur huius supplicatio; Secundò peccatorum confessio, ibi,* Peccauimus; *Tertiò resumitur dicta deprecatio, ibi,* Saluos fac nos. *Circa primum dicit,* Memento nostri domine, *conferendo tuam gratiam: ideo subditur,*

4 In beneplacito. *quia suam gratiam habens placet ei.*

5 Visita nos in sa. *i. ad saluationem nostram, non ad damnationem, qualiter visitas reprobos: & quia salus æterna consistit in visione diuina, ideo subditur.*

6 Ad viden. *scilicet, te facie ad faciem.*

7 In boni. elec. tuorum. *q. d. ad hanc visionem solum perducentur electi decedentes in bonitate finali.*

8 Ad lætan. in læti. *quia illam visionem inseparabiliter concomitatur delectatio summa & lætitia.*

9 Vt laude. cum hæ. *id est, cum electis, qui sunt hæreditas tua.*

10 Peccauimus. *quia vera humiliatio facit deprecationem nostram efficacem secundum illud Eccl. 35. d.* Oratio humiliantis se nubes penetrat, &c. *ideo Psalmista suæ deprecationi interponit peccatorum confessionem, & cum hoc recolit diuinorũ beneficiorum exhibitionem, vt sic non solùm confiteatur peccata, sed etiam aggrauationem eorum, & diuinorum beneficiorum ingratitudine consurgentem. Et diuiditur in octo partes, secundum octo peccata & Dei beneficia: Partes patebunt prosequendo. Primum autem peccatum est infidelitatis, quia cum populus vidisset tot Dei beneficia & mirabilia in Ægypto, tamen diffisus est de Dei potestate in transitu maris rubri, dicens Moysi, Exod. 14. c.* Forsitan non erant sepulchra in Ægypto, ideo tulisti nos vt moreremur in hac solitudine; *& hoc est quod dicitur,* Peccauimus cum patribus nostris, *id est, sicut patres nostri, eorum peccata imitantes. Et quamuis Psalmista esset sanctus, tamen connumerat se peccatoribus eo quod erat membrum illius populi.*

11 Iniustè egimus, *contra proximum.*

12 Iniquitatem fecimus, *contra Deum.*

13 Patres no. in Ægy. non intelle. *quia si bene intellexissent, Deo de cætero firmiter adhæsissent.*

14 Non fuerunt, &c. *pro eis Ægyptios multipliciter affligendo, & eos à flagellis præseruando, sicut patet præcedenti Psal. Et hanc ingratitudinem patrum ostendit per effectum, dicens,*

15 Et irritauerunt. *scilicet Moysen super mare rubrum, & per consequens in eo dominum, dicentes,* Forsitan non erant sepulchra, &c. *vt præallegatum est.*

16 Et saluauit eos, propter nomẽ suũ, *& non propter iustitiã eorũ.*

17 Vt notam fa. *quia omnia opera Dei ordinantur ad eius gloriam. Prouer. 16 a.* Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus.

18 Et increpuit mare rubr. *hoc habetur satis diffusè. Exod. 14.*

19 Et saluauit eos de ma. odientium. *i. Ægyptiorum persequentium eos ad occidendum.*

20 Et redemit eos de ma. inimici. *i. de potestate Pharaonis regis Ægypti.*

21 Et operuit aqua. *i. Pharaonem & eius exercitum eos persequentes. Et secundum quod dicitur Exod. xiij. f.* reuersum est mare primo diluculo ad priorem locum, fugientibusque Ægyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos dominus in medijs fluctibus.

☞ 1 Vnus

☞ a *Et crediderunt in.* AVG. Ecce dura corda Iudæorum, quæ non ante, sed post miracula credunt: melius fuit promittenti credere.

✻ BASILIVS & THEOD. Nam virorum laudantium Moses dux fuit: Mulierum vero chori Maria sanctissima vates, & hoc canticum in acta relatum est.

b *Cito fecerunt, obliti.* Tertia pars, vbi exponit peccata, quæ post exitum fecerunt: nec tamen defuit eis misericordia Dei per Moysen placati. Vel correptio, per iustitiam Dei, in quosdam per Moysen vindicantis.

B CAS. *Citò fecerunt.* Summa celeritate mutati sunt à credulitate & laude, vt murmurarent: *non sustinuerunt*, Deus erat eis victualia daturus, sed illi nimia festinatione anticipauerunt, sub diffidentia petentes, non expectãtes consilium eius: distulit enim Deus dare, vt probaret eos.

C c *Concupierunt concupiscentiam in deserto.* AVGVSTINVS. Talis locutio, vt *laudauerunt lau.*

CAS. Nimietas desiderij, geminatione verbi ostenditur.

✻ EVTH. Concupiscentiam carnium & panum, vt dictum est.

Matth.5.a d *Saturitatem.* Non est hæc saturitas de qua dicitur, *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.*

Matth.6.d. e *In animas eorum.* AVGVST. Animalitatem, quæ sustentatur esca: Vnde & in euangelio, *Nonne anima est plus quàm esca?* Vel, animas, vt voluntas, quæ desperando petierat, copia vinceretur; Saturitatem, sequitur seditio vnde subdit.

f *Et irritauerunt.* CASS. honorem ambientes inuidendo, Moysen in castris, & Aaron sanctum domini: Hæc irritatio fuit pro sacerdotio

a ¶ Pharaonem & Ægyptios. b ¶ Persequentibus: non Ægyptijs. Qui enim ex Ægyptijs non sequebantur, remanserunt.

a tribulântes eos, vnus ex eis non remansit. Et crediderunt

a ¶ Aug. Vsus locutionis est, pro verbis eius, vel, in verba, quod magis latinè diceretur.
b ¶ Talis locutio est ista, vt illa qua dicitur: vitam talem viuit. c ¶ Dicentes. Cantemus do. eg. e. m.
d ¶ Q. crediderunt & laudauerunt, &c. ¶ Vel festinauerunt obliuisci.

† cantauerunt laudes b in verbis eius, & laudauerunt laudem eius. Citò fecerunt,

a ¶ Aug. Debuerunt enim cogitare tanta opera Dei erga se facta non esse inania, sed vocare eos ad æternã, quæ patienter expectanda sunt. Illi vero festinauerunt fieri beati in terrenis, in quibus est hydria cupiditatis, de qua qui biberit, sitiet iterum, vnde subdit. Et concupie. con.

obliti sunt operum eius: & non † sustinuerunt consilium

† siccitate c eius. Et concupierunt concupiscentiam in deserto, & ten-

¶ Id est, in deserto.

tauerunt Deum in † inaquoso. Et dedit eis petitionem ipso-

¶ Id est, quia. ¶ Ita, S. ¶ Non tamen ideo beati. ¶ Pro sacerdotio.

d rum, & misit saturitatem in animas eorum. Et irritauerunt

e Moysen in castris, Aaron sanctum domini. Aperta est ter-

f

¶ Terra se.

g ra, & deglutiuit Datham, & operuit super congregationem

a ¶ Id est, in ducentos quinquaginta, qui thuribula tenuerunt. b ¶ Non Dei.

h Abiron. Et exarsit ignis in synagoga eorum, flamma com-

i

a ¶ Qui in incenso peccauerunt. b ¶ Absentiam Moysi non ferentes. c ¶ Post.

k bussit peccatores. Et fecerunt vitulum in Horeb, & adora-

l

a ¶ Vitulus enim non sculptilis, sed conflatilis fuit. b ¶ Id est, domini, qui esset gloria eorum, si sustinuerent eum.

m uerunt sculptile. Et mutauerunt gloriam suam, in similitu-

cerdotio, quod habebat Aaron, & filij eius.

g *Aperta est terra.* CAS. Laus Dei: qui suos vindicauit, qualitas pœnæ facta indicat; à terra vorantur, qui terrena sapuerunt.

h *In synagoga.* CAS. Core namque & ducenti quinquaginta cũ eo, volentes habere sacerdotium Aaron, acceperunt thuribula, vt adolerent incẽsum, ideoque diuino igne, consumpti sunt.

i *Peccatores.* AVGV. Nõ ait peccãtes, quòd & boni: sed *peccatores* valde iniquos & grauibus sarcinis peccatorum oneratos.

k *Et fecerunt.* CAS. Absentiam Moysi non tolerantes, dum ipse in vertice montis Sinai moraretur, vt acciperet legem, fecerunt vitulum.

✻ BAS. & THEOD. Non temerè de monte mentionem fecit, sed vt impietatis hyperbolẽ doceret: quadoquidem dominus vniuersitatis in monte illo apparuit, in hoc in quam monte timore ipsos impleuit, cum apparuerat cum maximo igne, tubis vtens & strepitu & tonitruis, & post hunc terrorem legem afferens; in hoc igitur monte impietatem patrare ausi sunt.

l *Horeb.* CASSIODORVS interpretatur *Caluaria*, vbi crucifixio facta, vt iam tunc perfidi in eo nomine peccarent, vbi posteri eorum erant dominum crucifixuri, id est, in eo loco, qui secundum nominis interpretationem, designat locum, vbi Iudæi crucifixerant dominum. Hoc impatientia leuium fecit, sicut omnia mala ex ea nascuntur.

m *In similitud.* AVG. Non ait in similitudinẽ, sed in similitudine. Et est talis locutio, vt suprà, & *crediderunt in verbis eius.*

☞ a *Obliti*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vnus ex eis non remansit, *sicut ibidem dicitur*, Nec vnus quidem superfuit ex eis.

2 Et crediderunt. *Dicit hic Ra. Sa. quod filij Israel timebant Ægyptios sequi eos in deserto per aliam viam, quo vsque viderunt Ægyptios mortuos super littus maris: sed videntes, tunc crediderunt verbis Dei & Moysi.*

3 Et laudauerunt laudem eius, *dicentes illud canticum:* Cantemus domino, gloriosè, &c. *Exod. xv. a.*

4 Cito fecerunt. *Hic ponitur secundum peccatum, scilicet, murmurationis pro defectu cibi & potus, vt habetur Exod. xvi. & xvij. Item Num. xi. c. de murmure pro defectu carnium, & xx. a. pro defectu aquæ & hoc est quod dicitur,* Cito fecerunt, *id est, parum steterunt in Dei laude.*

5 Obliti sunt operum eius, *quibus eis prouiderat in periculis maioribus.*

6 Et non sustinuerunt consiliũ eius, *id est, non expectauerunt sufficienter tempus, in quo Deus disposuerat eis subuenire secundum consilium voluntatis suæ: sed præuenerunt illud murmurando sine ratione.*

7 Et concupierunt concupiscentiam in deser. *scilicet carnium, vt dictum est.*

8 Et tentauerunt Deum in inaquoso. *i. in loco aquæ penurioso: Et dicit* tentauerunt, *quia non solum petierunt aquas ad sitim suam releuandam, sed etiam ad experientiam sensibili exemplo, si Deus esset in eis, vel non, secundum quod dicitur. Exod. xvij.*

9 Et dedit eis petitionem ipsorum. *s. carnes & aquas, vt plenius continetur in locis præallegatis.*

10 Et misit saturitatem in animas eorum, *quia dedit eis carnes ad vescendum vsque ad mensem integrum, ita quòd vertebãtur eis in nauseam ex nimia repletione, vt habetur Num. xi. In Hebræo & in trãslatione Hieron. habetur,* Et misit tenuitatem in animas eorum, *id est, defectum*

defectũ viuificãdi corpora quia sicut dicitur ibi: Adhuc carnes erãt in ore eorũ, & ecce furor domini concitatus populũ, percussit eum plaga magna nimis; vocatusq; est locus ille sepulchrũ cõcupiscentiæ; Ibi enim sepelierunt populum, qui desiderauerat carnes.

11 Et irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum domini. *Hæc est tertia pars, in qua describitur peccatum seditionis Core, & sibi adhærentium, qui pro ambitione sacerdotij mouit seditionem contra Moysen & Aarõ, Num. xvi. prout ibidem diffusius fuit dictum: & hoc est quod dicitur,* Et irrita. Moy. in castris, Aarõ sanctũ domini, *id est, consecratum ad fungendum sacerdotio coram domino, secundum quod habetur Leuit. ix. Irritatio autem ista fuit: quia Core & sibi adhærentes dixerunt eis:* sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est. *Et quasi dicat, debet vobis sufficere, quod sitis in eodem gradu cũ alijs vnde subditur ibidem,* Cur releuamini super populum domini.

12 Aperta est terra. *prout diffusius traditur, Num. xvj.*

13 Et exarsit, &c. *& interfecit. sc. quinquaginta viros, qui offerebant incensum, tanquam vendicantes sibi illicite sacerdotium, vt habetur ibidem.*

14 Et fecerunt. *Hæc est, quarta pars in qua describitur peccatum adorationis vituli, tamen istud præcessit tempore immediate præscripti, secundum quod habetur Exod. xxxij. & hoc est quod dicitur,* Et fecerunt vitulum in Horeb, *id est, prope montem Horeb.*

15 Et adorauerunt, *& ponitur hic* sculptile *pro conflatili, quia vitulus ille non fuit factus per sculpturam, sed per fusurã, vt habetur Exod. xxxij. propter quod in Hebræo & in translatione Hieron. habetur,* Et adorauerunt conflatile, *quia tamẽ vtrunque est nomen idoli, ideo ponitur hic vnum pro alio in translatione communi.*

16 Et mutauerunt gloriam suam. *Deum verum, in quo debebant gloriari, & qui gloriose eos eduxerat de terra Ægypti.*

17 In similitudinem vituli. *qui est animal irrationabile, & per consequens extraneum à diuinitate.*

☞ a *Obliti sunt.* CASS. Magna obliuio quidem in memoria, si non liberatio.

b *Terribilia.* Quia aduersarios afflixerunt, & istis, quem timere deberent, monstrauerunt.

c *Stetisset in confractione.* AVGVST. Dicens: *Si non dimittis illis, dele me de libro tuo.* Quantum valet intercessio sanctorum? Securus Moyses de iustitia Dei, qua eum delere non posset, impetrauit misericordiam ijs, qui iustè perirent.

†Chanaam B d *Vt auerteret iram.* De aqua contradictionis, & immolatione filiorum: vnde vehemẽtius iratus Deus, & tamen postea misertus.

Num. 15. c e *Et pro nihilo.* Quarta pars, vbi item & alia peccata enumerat, & per Phinees placatum Deum dicit.

✻ BAS. & THEOD. Aliam perfidiam commemorat. Nam cum Deus præcepisset, vt promissam ingrederẽtur terram: timiditatis vitio laborantes, planè procrastinarunt, Chananæos quidem generosos esse asserentes, se ipsos verò idoneã potentiam minimè habere, quæ cum illorum potentia conferatur: hoc sane perspicuum est argumentum perfidiæ, nam illos, qui tot tantorumque miraculorum spectatores fuere, omnipotẽtiæ eius, qui ipsis salutem largitus est, fidere par erat.

†coniuncti sunt C

f *Non crediderunt verbo eius.* AVGVST. Contempserunt, quod per illam significabatur, æternum bonum verè desiderabile. Vel, non crediderũt verbo, per parua ad magna vocantis. Nisi aliquid magnum terra illa signaret, ad quod inuitarẽtur, nullo modo culparentur, qui pro nihilo habuerunt eam. Cuius temporale regnũ etiam sancti pro nihilo ducunt, vt Ierusalem, quæ in cælo est verè desiderabilem ament: sed infidelitas meritò arguitur, quia in eo quòd habuerunt eam pro nihilo, non crediderunt verbis Dei, per parua ad magna ducentis, & festinantes hic esse beati, non sustinuerunt consilium eius. D

g *In tabernaculis eius.* CASS. Murmurauerunt, quia hoc non laborantibus, sed otiosis contingit, vnde maior inuidia criminis crescit.

h *Et eleuauit manum suam super eos, &c.* CASS. Hæc iustitia Dei præmittitur, vt secuta pietas magis glorificetur, quæ pietas in sequenti ostenditur, vbi interuentu Phinees Deus placatus dicitur.

Vt constitueret semen eorum, &c. ✻ EVTHYMIVS. Vt plantaret filios eorum in terra gentium, Chananæorum, scilicet & aliorum populorum. *Dixit enim*, inquit, *dominus ad Moysen, omnes viri, qui iam decies tentauerunt me, & non audierunt vocem meam certè non videbunt terram, quam iurauit patribus eorum, sed filij eorum, qui sunt mecũ hic.* E

i *Et initiati sunt Belphegor.* CASS. Vel, consecrati sunt, quasi modò ad tempus cotentes: grauior excessus & vehementior ira, dæmonibus deuouebant filios. F

AVGVSTINVS. *Et initiati sunt*, antequam diceret, quòd aliquis hanc indignationem Dei placauerit, adiungit, *Et initiati sunt, & irritauerunt, & multiplicata est in eis ruina*, quasi ad hoc distulerit, quòd leuauerat manum ad prosternendos, vt dati in reprobum sensum etiam hoc admitterent, scilicet crimen idololatriæ, & in tanto crimine euidenti iustitia punirentur. Et tantum fuit hoc scelus eorum, vt Deus nollet aliter placari, nisi vt Phinees eum placauit, qui coeuntes interfecit, non odio eorum, sed zelo Dei, quo facto populum, cuius maior interitus futurus erat, liberauit. Num. 25. b

☞ *Et stetit*

---

a ¶ Vt ab eo comederentur, quia fœnum sunt.

a dine vituli cõmedentis fœnum. Obliti sunt Deum, qui sal- 1

a ¶ Q. quomodo saluauit? ¶ Ecce ipse est. b ¶ Quæ pro magnitudine recoli potuerunt. c ¶ Cas. Hæc non solent à mente exeidere.

uauit eos: qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in ter- 2 3

a ¶ Aug. Mirabilia, quia admiratio non est sine aliqua formidine. ¶ Cas. Hæc viuacius mentibus hærent. b ¶ Comminando. c ¶ Propter hæc scelera, quia digni erant perire omnes penitus. 4

b ra †Cham, terribilia in mari rubro. Et dixit, vt disperderet 5

a ¶ Incessanter orasset pro eis. b ¶ Aug. In plaga, qua erant feriendi, vt se obiiceret pro illis. 6

c eos, si non Moyses electus eius stetisset in cõfractione in 7

a ¶ Alias suam.

d conspectu eius. Vt auerteret iram eius, ne disperderet eos:

a ¶ Non quod eam vidissent, sed sic pro nihilo habuerunt, scilicet, quod non crediderunt. 8

e et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Non credi- 9

a ¶ Quod esset eos introducturus. b ¶ Dicentes, faciamus ducem, & redeamus in Ægyptum.

f derunt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis, 10

a ¶ Dum murmurant, non audiunt. b ¶ Cas. Vehementer eos à murmure prohibentis. c ¶ Comminando pœnam.

g nõ exaudierunt vocem domini. Et eleuauit manum suam 11

a ¶ Quasi viles, qui prius fuerunt glorioſi. ¶ Filios etiam.

super eos, vt prosterneret eos in deserto. Et vt deiiceret se- 12

a ¶ Nevltra de congregatione præsumerent.

men eorum in nationibus, & disperderet eos in regioni- 13

a ¶ Aug. Idolo gentium consecrati sunt. b ¶ Immolant mortuis hominibus, quasi dijs.

h bus. Et †initiati sunt Beelphegor: & comederunt sacrificia 14

a ¶ Alias, studijs.

mortuorum. Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis, 15 16

NICOLAVS DE LIRA.

1 Obliti sunt Deum qui salua. *de seruitute dura Ægypti.*

2 Qui fecit magna. in Ægypto, *Ægygtios multipliciter flagellando.*

3 Mirabilia in terra Cham. *i. in Ægypto, sic nominata ratione supradicta, populum Israel à plagis Ægyptiorum protegendo.*

4 Terribilia in mari rub. *Pharaonem & eius exercitum submergendo.*

5 Et dixit, *scilicet, dominus.*

6 Vt disperderet, *propter eorum ingratitudinem.*

7 Si non Moyses. *suis orationibus impediendo effectum diuinæ vindictæ: vnde dixit ei dominus, Exod. xxxij. b.* Cerno quod populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me vt irascatur furor meus contra eos & deleam. *Et ibidem subditur*, Placatusque est dominus, &c. *& sic patet sententia eius, quod subditur*, Vt auerteret iram eius, &c.

8 Et pro. *Hic incipit versus in Hebræo & in trauslatione Hieron. & est quinta pars, in qua ponitur peccatum rebellionis, quando populus territus verbis exploratorum voluit reuerti in Ægyptum, prout diffusè traditur, Num. xiiij. & hoc est quod dicitur*, Et pro ni. ha. ter. deside. *id est, terram Abrahæ promissam, lacte & melle fluentem, siue manantem: eam enim pro nihilo habuerunt, quando in Ægyptum reuerti voluerunt.*

9 Non crediderunt verbo eius, &c. *quo promiserat eos introducere in terram illam.*

10 Et murmurauerũt, &c. *secundũ quod dicitur Num. xiiij. a.* Igitur vociferãs omnis turba fleuit nocte illa, & murmurauerũt cõtra Moysen & Aaron, &c. *De nocte autẽ manebant intra tabernaculum.*

11 Et eleuauit manum suam super eos, &c. *tunc enim data est contra eos sententia diuina, vt omnes, qui numerati fuerant à xx. annis & suprà suprà non ingrederentur terram promissionis, sed morerentur in deserto prater Caleb, & Iosue Num. xvi.*

12 Et vt deiiceret semen eorũ in nationibus & disperderet, &c. *Ista pœna fuit tunc comminata, tamen precibus Moysi impedita*

13 Et initiati sunt. *Hæc est sexta pars, in qua describitur peccatum populi Israel in idololatria Beelphegor: quod plenius describitur Nume. xxv. Circa quod sciendum, quod Ninus rex Assyriorum, qui condidit Niniuen patri suo mortuo, Belo nomine, imaginem fecit, quam Belum nominauit, & hominibus reis confugientibus ad imaginem parcebat: propter quod homines cœperunt illi imagini exhibere diuinos honores: & inde deriuata est idololatria ad alias gentes, & similiter nomina idolorum, quia sicut Assyrij idolum suum vocauerunt Belum, ita alij Bel, vt Babylonij, & alij Beel, & alij Baal secundum varietates idiomatum. Moabita autem idolum suum vocauerunt Beelphegor, de quo hic agitur & est nomen compositum ex duobus integris, scilicet, Beel & Phegor quod est nomen montis, vbi colebatur. Igitur Balac rex Moabitarum de consilio Balaam, misit puellas pulchras & nobiles prope tentoria filiorum Israel, vt per eas inducerentur ad idololatriam, & sic Deus offenderetur contra populum Israel, & aliqui de populo luxurioſi accedebant ad eas: & cùm vellent eas cognoscere, non assentiebant secundum præceptum regis Balaac, nisi cum eis prius idololatrarent, vt dictum fuit plenius Numer. xxv. de quo secuta fuit ira Dei contra populum, & plaga magna, & hoc est quod dicitur*, Et initiati sunt Beelphegor. *i. applicati sunt cultui illius idoli.*

14 Et comederũt sacrificia mortuorum. *i. de carnibus animalium idolis immolatorum.*

15 Et irritauerunt eum *s. Deum.*

16 In adinuentionibus suis, *id est, in peccatis studiosè ab eis factis.*

☞ 1 Et

☞ a *Et stetit Phinees.* CASSIOD. Solida mente, vt in generali perturbatione solus ipse confidentiam deprecationis assumeret. *Et placauit* vel exorauit. Posset dixisse, & mœchantes transfixit: Sed melius dixit, *exorauit*, quia transfixio mœchantium de zelo facta magis dicenda oratio, quàm operatio; quia qui bene agit, orat.

b *Et reputatum, &c.* AVGVST. Deus, qui nouit quanta charitate populi id factum sit, reputauit hoc sacerdoti suo in iustitiam, non solum quamdiu generatio est, sed vsque in æternum.

c *Et irritauerunt, &c.* CASS. Quinta pars, vbi agit de aqua contradictionis, & de immolatione filiorũ: vnde vehementius iratus est Deus, & tamen postea misertus. Quasi ita irritauerunt in adinuentionibus suis, sicut suprà dictum est; nunc iterum irritauerunt.

Num. 20. *Irritauerunt eum ad aquas, &c.* ✠ BASIL. & THEODORETVS. Nam cum Moses sororem lugeret, multa cum temeritate necessarium vsum ab eo petierunt; ipse verò mœrore luctus perculsus, & horum incontinentiam intuitus, ira & tristitia detentus, non cum vsitata musica diuinum mandatum ministrauit, sed cum ambiguitatem quandam verbis ambiguis miscuisset, saxa percussit, & aquam eduxit: hoc enim declarat, *Et distinxit in labijs suis*, scilicet, dubijs verbis vsus est; inquit enim, *dixit Moses ipsis. Num ex petra hac educam vobis aquam?* Idcirco iratus vniuersorum Deus, non per ipsum terram patribus promissam eis dedit, sed vt ipse finem vitæ obiret iussit; per Iesum verò Naue promissa perfecit. Et videtur quidem vniuersitatis moderator hanc pœnam ei inflixisse, sed alia moliens, hoc gessit. Nam primum quidem Iudæorum insaniam sciens, non permisit per ipsum, vt rota promissio suum finem sortiretur, ne ipsum Mosem Deum esse suspicarentur: qui cum vituli imaginem Deum fecerunt, quem honorem non attulissent illi, qui tot miraculorum minister fuit? Propterea etiam etiam eius sepulchrum occultauit, ideo legem ad tempus esse latam ostendere voluit, ab his, quæ legislatori acciderunt, si enim lator legis promissa terra perfrui non potuit: hinc facile cognosci potest, neque ipsos hac cura diutius fruituros esse, sic cum ea, quæ in solitudine acciderunt, narrasset, transgressionem in promissionis terra portatam redarguit.

Ibidem. *scandalum.* CASSIOD. Terra promissionis data in præmium, versa est excedentibus in ruinam, quia gentium conformitate factæ sunt idololatræ.

g *Et immolauerunt.* AVGV. Hæc etsi illa non narret historia, tamen hic propheta mentiri non potest.

CASSIODORVS. Si non in prima, in sequenti ætate factum est, quod narrat Dauid.

h *Et interfecta.* AVGVST. Tropica locutio, continens pro contento. i. homines: Ipsi enim interficiebant animas suas immolando filios, & contaminati sunt in operibus. Metonymia.

i *Et fornicati sunt, &c.* ✠ EVTHYMIVS. Recedentes enim à Deo dæmonibus adhæserunt, quod delictum prophetæ, adulterium, aut fornicationem appellant. Intelligi etiam possunt hęc verba de eorum intemperantia.

☞ *Adinuen-*

a ¶ Vt pro suis grauibus peccatis grauiter vastarentur. b ¶ Aug. Breuiter dicit, quia non docet, sed commemorat.

a & multiplicata est in eis ruina.† Et stetit Phinees & †placa-
a ¶ Sic.
b uit, & cessauit quassatio. Et reputatum est ei in iustitiam, in
¶ Iterum.
c generatione & generationem vsque in † sempiternum. Et
a ¶ Ad iram prouocauerunt. b ¶ Mente turbatus vt hæsitaret.
irritauerunt eum ad aquas contradictionis, et vexatus est
a ¶ Nimia importunitate populi succensus diffidenter excrepuit di. Nunquid de petra hac potero vobis aquam educere.
Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius.
a ¶ Ideo quia exacerbauerunt eum. b ¶ Illi, de quorum iniquitatibus loquitur psalmus, cum in terram promissam intrarent. ¶ Vt interficerent, nec communicarent eis.
d Et distinxit in labijs suis: non disperdiderunt gentes, quas
e
a ¶ Cass. Ne enim hoc fieret, præceperat Deus occidi gentes.
dixit dominus Deus. Et commisti sunt inter gentes, et
didicerunt opera eorum. Et seruierunt sculptilibus eorum,
a ¶ Ita. b ¶ Quod eas non perdiderunt, sed commisti sunt eis. c ¶ Hoc Moyse & Iosue mortuis.
f
g et factum est illis in scandalũ. Et immolauerũt filios suos, et
a ¶ Idolis, quæ erat consuetudo Gentium. b ¶ Aug. Paruulorum, à consensu illius sceleris alienorum.
filias suas dæmõnijs. Et effuderunt sanguiné innocẽté, san-
a ¶ Cass. Ne putes extraneorum.
guiné filiorum suorum & filiarum suarũ, quas sacrificauc-
a ¶ Quia ferè hoc peccato omnes mortui sunt. b ¶ Id est, ipsi homines.
h rũt sculptilibus Chanaan: Et interfecta est terra in sangui-
¶ Id est, contaminati sunt.
i nibus, et contaminata est in operibus eorũ, et fornicati sunt

d *Et distinxit in labijs suis, &c.* CASSIOD. † diiudicauit, exequutus est iustitiam. Hoc miraculũ, à priore constantia, quã habuit in alijs miraculis: hoc enim ambiguè dixit, qui omnia alia certa fide promiserat; perturbatus enim murmure populi infidelis, non tenuit fiduciam, qualem debuit. E

AVGVST. *Et distinxit.* Quasi, hoc non posset Deus facere, qui tanta iam antè fecerat: dubitanter enim petram percussit, qui in alijs non dubitauerat; De hoc autem hac sola pœna correptus est, quod non intrauit terram illam: non tamen alienatus est à regno gratiæ Dei.

e *Gentes.* Septem illos populos, qui terram promissionis possidebant. F

f *Et factum est illis in*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et multiplicata est in eis ruina, *quia tunc occisi sunt. xxxiiij. milia hominum, vt ibidem dicitur.*

2 Et stetit Phinees, *constanter cõtra idololatras, quia occidit Zambri ducem tribus Simeonis, cum muliere Madianite.*

3 Et pla. *scilicet Deum per suum bonum zelum.*

4 Et ces. quas. *id est, plaga à filijs Israel.*

5 Et reputa. *quia propter hoc factum fuit certificatus à Deo, quòd succederet patri suo in summo sacerdotio, vt ibidem dicitur.*

6 In gene. *quia adhuc istud factum recolitur in memoriam iustitiæ ipsius.*

7 Et irritauerunt. *Hæc est septima pars de peccato contradictionis propter aquæ defectum, quod plenius ponitur Numer. xx. Et contigit ante factum præcedens, licet post scribatur, quia psalmista non semper tenent ordinem historiæ: & hoc est quod dicitur,* Et irritauerunt eum. *s. dominum.*

8 Ad aquas: *quia impatienter & cõtentiosè locuti sunt contra Moysen propter aquæ defectum, & per consequens contra dominum, non expectantes debitè eius beneplacitum.*

9 Vexa. *id est, turbatus mente, in tantum quòd timuit, ne Deus denegaret eis aquam propter malitiam eorum: & sic non credidit plenè*
Num. 20. b *verbis domini, quibus ei dixit, & Aaron fratri suo,* Loquimini ad petram coram eis, & illa eis dabit aquas: *propter quod percutiendo petram protulit verbum dubitationis, dicens,* Num de petra hac aquam vobis poterimus eijcere? *vt ibidem plenius fuit expositum, ideo ideo subditur.*

10 Et distinxit in la. su. *i. manifestè ostendit in modo loquendi habitationem cordis sui: propter quod statim à Deo reprehensus, & ab ingressu terræ promissionis exclusus.*

11 Non disperdiderunt. *Hic est principium versus in Hebræo, & in translatione Hierony. Et est octaua pars, in qua agitur de peccato idololatriæ in terra promissionis iam adepta perpetrato. Et dimiditur in duas, quia primò describitur culpa; & secundò pœna, ibi,* Et iratus est. *Circa primum sciendum quod dominus præcepit habitatores terræ Chanaam interfici, Nu. xxxiij. ne per eos filij Israel ad idololatriam traherentur: & ipsi cupiditate ducti permiserunt eos viuere propter tributum, quod eis reddebant, vt dictum fuit in li. Iosue. & sic tracti fuerunt ad idololatriam eorum, & hoc est quod dicitur,* Non disper. gen. *& patet ex dictis litera, vsque ibi,*

12 Et immo. fi. su. & fi. suas dæmonijs, *qua in idolis colebantur: & ex hoc apparet vehementia peccati idololatriæ in filijs Israel, quia non solum immolabant dæmonijs animalia in cultu diuino, sed etiam prolem suam, quam naturaliter diligunt, & conseruant bruta animalia quantumcunque ferocia.*

13 Sculptilibus Chanaan, *id est, Chananæorum, inter eos habitantium, vt dictum est.*

14 Et interfecta est terra in sanguinibus, *id est, polluta, & contaminata est secundum quod subditur.* Et contaminata est, &c.

15 Et fornica. sunt. *id est, idololatrauerunt, quia idololatria fornicatio nominatur in scriptura, quia in ea recedit anima à sponso suo vero, scilicet Deo.*

a ¶ Adulterinis superstitionibus polluti. b ¶ Quasi potentia vindicandi excitata est. ¶ Ira non est in Deo, sed per similitudinem.

a in † adinuentionibus suis. Et iratus est † furore dominus 1 2
¶ Aug. Non ad perditionem, sed disciplinam, quod innuit nominans hæreditatem.
b in populum suum, & abominatus est hæreditatem suam. 3
¶ Quia illis subiecti.
c Et tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum 4 5
d qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorum, & 6
a ¶ Sed dominus.
e humiliati sunt sub manibus eorum, sæpe liberauit eos: Ipsi 7 8
a ¶ Aug. hoc est, quod superius dixit: non sustinuerunt consilium eius, scilicet Dei, quod est de æternis. b ¶ Ideo.
f autem exacerbauerunt eum in consilio suo, & humiliati 9
¶ Viles facti. a ¶ Licet essent iniqui, Deus tamen plenus misericordia non neglexit eos. ¶ Intuitu misericordiæ.
sunt in iniquitatibus suis. Et † vidit cum tribularentur, & 10
a ¶ Aug. Æterni, quod disposuit ad Abraham.
g † audiuit orationem eorum. Et memor fuit testamenti sui, 11
h & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ 12
a ¶ Prædestinatos. b ¶ Pluraliter dicit, quia quisque proprium donum habet, & totum est miserantis Dei.
i suæ. Et dedit eos in misericordias, in conspectu omnium 13
a ¶ Hoc falso putant Iudæi impleri per Antichristum.
k qui cœperant eos. Saluos fac nos domine Deus noster et 14

a *Adinuentionibus suis.* AVGVSTIN. non quòd primi inuenissent, sed quia alios imitati sunt: Quod in Græco apertius, * & hic & supra; vnde & alij transferunt, studia, vel affectiones, vel voluptates.

b *Abominatus est.* CAS. i. auersus est ab eis: quod auerti, est extremum omnium malorum, vnde ruina sequitur, *& tradidit.*

c *Et tradidit eos, &c.* CASS. Ecce, qui gloriabatur in idolis, opprobrio seruitutis subsunt, quia seruiunt inimicis, quod difficile est.

d *Qui oderunt.* CAS. Graue est seruire offenso, qui nullo placatur obsequio.

e *Sæpe liberauit, &c.*

B CAS. Duplex misericordia, præmisit enim superius beneficia Dei, nec tamen cessat iniquitas eorum; intulit vindictam, & afflictis iterum miseretur.

f *In con. suo.* AVGV. Cõsilium hominis malum est ipsi homini, qui quærit quæ sua sũt, non quæ Dei.

g *Testamenti.* CAS. Causa est, ne Israel pro debito periret testamentũ nouũ, vbi est aduentus domini, qui est Abrahæ promissus.

h *Pœnituit.* AVG. quia mutauit, quod perdituros eos videbatur.

CASS. Tunc pœnitet, quando nos pœnitere videt: & talis est nobis, quales nos illi.

AVGV. Nihil quasi repentino consilio facit Deus, sed quod ab æterno præsciuit. Sed mutare dicitur, quod secundum rerum causas sequi videretur, alijs causis è contra interuenientibus. Sed & causas, & quid fieret, immutabiliter præuidit.

i *In misericordias.* CAS. Propter diuersa dona: prophetæ, apostoli martyres, & confessores de Iudæis fuerunt, quos dedit in misericordias: & hoc *in conspec. om. ca. eos.* i. gentium, vt eos gentes mirarentur, quæ prius eos despexerunt. Vel, coram dæmonibus liberi facti, sub quibus fuere captiui.

C ✻ BASIL. & THEOD. Sic Cyrum demulsit, in misericordiam deflexit, & vt captiuis libertatem daret, fecit.

k *Saluos fac nos.* CAS. Sexta pars. Iam copia laudis Dei expletus precatur quod futurum vidit, vt ecclesia de omnibus gentibus congregetur, & laudes æternas cantet.

AVGVST. *Saluos fac nos,* quasi. Dedisti misericordias in conspectu omnium, diaboli & angelorum eius, qui captiuos tenebant, quibus eiectis perficit Christus sanitates. *Saluos fac nos:* vnde hic orat, vt perficiat salutem. Vnde, seruat hic ordinem, quem dominus in euangelio: prius enim agit de eiectione dæmonum, Lucæ 13. g. postea de sanitate. Tertiò de glorificatione, vbi subdit, *& glorie-mur in laud.* Sic enim dixit dominus in euangelio, *Ecce eiicio dæmonia & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor*, id est perficior, occurrẽtibus omnibus in virum perfectum, in mensurã ætatis plenitudinis Christi. Per quæ notãtur tres status Christianæ religionis: Duo in præsenti, vbi meremur. Tertius in futuro, vbi triumphabimus; Primus est in pœnitentia. Secundus in iustitia. Tertius in gloria. In quorum significatione celebrabrantur in veteri testamẽto tres præcipuè festiuitates. s. pascha, pentecostes, & scenophegia. In pascha immolabatur agnus, & comedebatur azyma cum lactucis agrestibus, & spicas igni torrebant: per quæ significatur carnis mortificatio, & pœnitentię amaritudo. In pentecoste, noui panes cum nouis fructibus offerebantur, per quod intelligitur iustitiæ status, per quam in nouitate vitæ ambulam⁹. In scenophegia, quæ erat festiuitas tabernaculorũ, offerebatur de cunctis fructibus anni in templo, per quod significabatur status futuræ cõsummationis, quando sancti in immortalitate dedicati veniunt cum exultatione portantes manipulos suos. Ijdem tres status significati sunt per ea, quæ Samaritanus circa vulneratum fecit: Infudit enim prius vinum, postea oleum, deinde dixit illi, vade, sanus factus es. In vino intelligitur feruor pœnitẽtiæ; In oleo, lenitas iustitiæ; In eo quod dixit, vade sanus factus es, consummatio glorificationis æternæ. Hi quoque ijdem significantur per tres dies Christi, scilicet crucis, sepulturæ, resurrectionis. Isti ergo tres status significantur per illa tria prędicta, quæ dominus dixit. Per *eiectionem* quippe dæmonum pœnitentia intelligitur, per quam à peccatis mundamur; Per *sanitatum* perfectionem, iustitia; Per *tertia dici consummationem*, futuræ glorificationis perfectio intelligitur. Ijdem quoque tres status significantur per ea, quæ & hic dicuntur. Primus pœnitentiæ status notatur, per hoc quod dicit: *dedit in misericordias in conspectu omnium.* Secundus iustitiæ status per hoc quod dicit, *Saluos fac nos.* Tertius glorificationis, per hoc quod dicit, *vt confiteamur & gloriemur.* Sequitur. *Et congrega nos de nationibus.*

D Tres status perfectæ religionis.

Exod. 12. b. † animo.

E † respexit eos. Psal. 125. a Luc. 10. f.

Tres status Christi.

F

✻ BASILIVS & THEODORET. Et hæc ostendunt, diuinum oraculum ipsos docere, quomodo oporteat Deum placare, & opem ab ipso consequi. Et diuinus Apostolus futuram Iudæorum salutem per Eliam Thesbitem; *Veniet enim ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem ab Iacob, & hoc illis à me testamentum cum abstulero peccata eorum.* Non igitur ædificationem Hierosolymæ operiri oportet (secundum fabulas stultorum hominum) & cultum secundum legem, & sacrificia ratione carentia, & circumcisionem, & sabbatum, & vmbratiles illas aspersiones, post sanctum baptisma; Hæc namque omnia anicularum ebriosarum sunt deliramenta: sed vocationem, & veritatis cognitionem, & Ad Rom. 2.

☞ fidem

NICOLAVS DE LIRA.

1 In adinuentionibus suis. *id est studiosè, & cum magna diligentia acquisitis.*

2 Est iratus est fu. *Hic consequenter ponitur pœna, quæ est auxily diuini subtractio, & aduersariorum dominatio: & hoc est quod dicitur,* Et ira. est furo. do. *In quo notatur grauitas culpæ Deum prouocantis.*

3 Et abominatus est hære. suam. *s. filios Israel, qui dicuntur Dei hæreditas in scriptura, qui propter peccata sua fuerunt eiecti à protectione diuina, sicut cibus abominabilis reijcitur.*

4 Et tra. e. in man. gentium. *idolatriæ deditarum.*

5 Et do. su. e. *& sic ex odio præcedenti grauius afflixerunt eos: ideo sequitur,* Et tribulauerunt, &c.

6 Et humiliati sunt, *coram Deo.*

7 Sub manibus eorum, *pœna inflicta dante eis intellectum.*

8 Sæpe liberauit eos, *sicut patet ex decursu libri Iudicum; quia quandocunque ab inimicis afflicti humiliter Deum deprecabantur, suscitabat dominus iudices ad eorum liberationem, secundum quod dicitur Iudi. 2. d.* Cumq; dominus iudices suscitaret eis, in diebus eorum flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium.

9 Ipsi autem irr. e. in consilio suo. *quia malum culpæ prouenit ex defectibilitate liberi arbitrij, & non ex Deo.*

10 Et humiliati sunt. *& patet litera ex dictis vsque ibi.*

11 Et memor fuit testamenti sui, *id est promissi sui per Moysen dicti Deut. xxx. a.* Si ad cardines cæli fueris dissipatus, *scilicet propter peccata tua,* inde retrahet te dominus Deus tuus, *si verè pœnituerit,* & assumet atque introducet te in terram quam possederunt patres tui, &c.

12 Et pœnituit. *ad modum pœnitentis se habuit, quando, quos captiuauerat, de captiuitate reduxit.*

13 Et dedit eos in misericordias. *& hoc patet de Manasse rege Iuda, quem de captiuitate in regnum restituit. ij. Para. xxxiij. & de Ioachin rege Iuda, quem rex Babylonis de carcere abstulit, & inter maiores regni sui constituit. iiij. Reg. vlti.*

14 Saluos fac. *Hæc est vltima pars huius psalmi, in qua resumit Psalmista suam deprecationem ad populi Israel liberationem di.* Saluos fac nos domi. Deus no. *de seruitute & angustijs, in quibus populus tuus est afflictus in diuersis terris: quia à tempore Iudicum fuit populus Israel frequenter captiuatus à diuersis gentibus.*

1 Et

Quod dicitur, Et mirabilia eius filiis hominum. *Planius videtur sic intelligendum. s. quod illi, qui huiusmodi mirabilia à Deo receperũt in sui liberatione, confiteantur illa mirabilia non solũ Deo, sed etiam filiis hominum, vt Deus laudetur ab audientibus, & eadem ratione dicitur infra in simili:* Et exaltent eum in Ecclesia plebis, *&c.*

ADDITIO III.

In eodem Psal. vbi dicitur in postil: Qui descendunt mare in nauibus.

Quod mare distet à centro æqualiter circunquaque, prout postil. dicit, est manifeste falsum, loquendo de centro terræ seu de centro mundi quod idem est, prout in talibus communiter accipitur: nã si æqualiter distaret mare ab huiusmodi centro, sic tota terra esset aquis maris cooperta, sicut fuit in prima die creationis. Si autem loquitur de partibus terræ, quę non fuerunt discooperta, & de his tantũ dicit, quod æqualiter distant à cẽtro, ex hoc nõ sequitur, quod mare esset inferius terra vbique: prout ipse concludere intẽdit, sed potius oppositũ, scilicet quod mare esset altius ipsa terra vbique. Cõsequẽtia est manifestissima, quia quanto aliquid magis distat à centro, tanto magis accedit ad circũferentias, & per cõsequẽs est altius. Verũ est tamen, quod incedentes per terrã versus mare, cõmuniter dicũtur in sacra scriptura descẽdere, sicut cũ hic dicitur: Qui descẽdunt mare. *Et Ione,*1. *a. legitur de Iona cũte ad mare:* Descẽdit in Ioppem. *qui est portus maris, & sic de multis aliis locis. Et est ratio: quia cũ omnia flumina vadũt ad mare, vt Eccle.*1. *Et secundũ cursũ fluminum consueuerunt homines vocare partes terræ à quibus fluũt superiores. Similiter & partes ad quas fluũt inferiores, ideo euntes aduersus mare, descendẽtes dicũtur sicut & ipsa fluẽtes aquæ: sed ex hoc nõ sequitur quod partes maris se habeant in altitudine respectu terræ sicut in ripa, prout postil. videtur velle. Quomodo autem sit intelligendum hoc, videndum est, quod ad illum versum,* D *vbi dicitur, Et super omnem terrã gloriatur:* Inde vsque ad finem, postrema pars est. 59. Psal.

GLOS. ORD.

Canticum psalmi ipsi Dauid.

PSALMVS CVII.

¶ Ad laudes, quia peccatis non tardatur. ¶ Repetit.

A a *Canticum Psalmi.* a AVGVST. Ex postremis partibus duorum, quorum diuersi sunt tituli, hic componitur. b Vnde sciendum est, titulos, qui de historia poni videntur, secũdum prophetiam debere B accipi, & vtrumque illum psalmum ad vnum concurrere: nõ superficie historiæ, sed altitudine prophetiæ, copulatis partibus vtriusque in isto, cuius titulus neutri illorum similis est, nisi quod hic etiam est *ipsi Dauid.* Et hoc ideo, quoniam multis partibus multisque modis olim Deus locutus est patribus in prophetis, tãdẽ locutus est in filio, quẽ misit vt cõplerẽtur eloquia prophetarũ.

CAS. Hic plura eadem quæ suprà: Quæ aliter sunt, parum differunt, vt Christum Deum & hominem credamus. Mirabiliter, quæ in diuersis dicta sunt, in vnam veniunt conuenientiam, vt diC uersi sapores condiantur in pastum animæ, vnde adhuc licet cant. Para. 16. toribus multa compingere, sicut de Dauid legitur in Paralipo. diuersis patribus psalmorum adunatis ante arcam laudes Dei cantasse: & bene iunguntur, quæ nullatenus repugnant.

AVGV. Ex postremis namque partibus duorum præcedentium psalmorum 56. & 59. quorum diuersi sunt tituli, hic Psal. cõponitur. Nã postrema pars. 56. Psal. prima pars est huius Psal. vsque ad illum versum, vbi dicitur, *Et super omnem terrã gloriatur:* Inde vsque ad finem, postrema pars est. 59. Psal.

CAS. In primo agitur de fuga Dauid: In secundo de victoria & fortitudine eiusdẽ; hic verò de alio agitur, de Christi, scilicet humilitate secundum E hominem, & altitudine secundum Deum; quod & tituli ostendit mutatio. Et est sensus tituli. Canticum istud Psalmi. *Canticum,* quia agit de mentis iucunditate; Et *Psalmi,* quia monet ad bona opera, attribuitur ipsi Dauid. i. Christo.

CAS. Verba de duobus Psalmis ad alium intellectum ducuntur: quod ostendit mutatus titulus. *Canticum* ad diuinas res, *Psalmus* ad actuales operas.

✠ BEDA. Sub Machabæorum persona cantatur, continet autem preces de hostibus victoriæ gratulatione, potest de ipso Dauid accipi, quod plurimis gẽtibus imperauerit. Aliter vox Ecclesiæ ad superpositionem. PSAL. CVII.

P *Aratum.* CAS. Sextus Psal. de duabus naturis in Christo.

b *Paratum cor meum.* CASSIODORVS Primò Christus gratias agit, quia susciPipiens passionem surrexit in gloriam. Secundò, quæ salus sit facta omni terræ, ibi, *Vt liberẽtur.*

☞ *Vt li-*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CVII.

✠ PAratum cor meũ Deus paratũ. *Huic Psal. præmittitur talis titulus in Heb. & in translatione Hiero.* Cãticũ Psalmi Dauid. *Per hoc autẽ quod præmittitur,* Cãticũ, *datur intelligi, quod Dauid gratias agẽdo hũc Psal. percantabat: & sic venit super eũ spiritus prophetiæ reuelans ea, qua in hoc Psal. sunt descripta, sicut de Eliseo dicitur,*4. *Regũ* 3. *cap.* Dumque caneret psaltes facta est super eum manus Domini. &c. *De materia huius Psal. patet ex circũstãtia litera, quod est gratiarũ actio de restitutione regni Israel in statũ bonũ, tempore Dauid victoria sibi à Deo concessa de aduersariis, & potissime de Idumæis, quos redegit sub tributo.*2. *Regũ* 8. *Hoc etiã patet per tituluũ Psal. conuenit cũ isto non solum in sententia, sed etiam in verbis, ab illo loco,* Vt liberẽtur dilecti tui, &c. *Vsque ad finem, principium tamẽ differt hic & ibi. quia Psalm: ille incipit à planctu, eo quod Dauid ibi plãgit deiectionẽ regni Israel ante tempus suum. Iste autẽ Psal. incipit à lætitia cãtu ex victoria ipsi Dauid concessa. Et secundũ hoc Psal. isto in duas partes diuiditur. & primò ponitur hic exultatio, & secundo exultationis ratio, ibi,* Vt liberentur. *Circa primum sciendum, quod quando exultatio mentis in Deum secũdum partem superiorem animæ intenditur, fit quædam redundantia ad vires inferiores eam sequentes suo modo, sic autem fuit in Dauid quando fecit istum Psal. & hoc est quod dicit:*

1 Paratum cor meum Deus. *Id est, in parte superiori,* Paratum cor meum. *in parte inferiori. Per cor enim, ex quo procedit sensus & motus ad alias partes corporis, intelligitur anima, quæ est principium vitæ in corpore.*

✠ Cantabo

MORALITER.

✠ 1 *Paratum cor meum.* Psalm. Iste secundum literalem sensum est exultatio Dauid, pro statu regni sui meliorato. Moraliter autem potest exponi de bono prælato seculari, vel religioso in Domino, gaudente de subditorum suorum melioratione. Et sic dicit: *Paratum cor meum Deus.* Ad tibi fideliter seruiẽdum, *Paratum cor meum.* Ad inducẽndum populum ad amorem tuum.

✠ *Cantabo.*

a ¶ Et ideo. ¶ In me & in meis. b. ¶ Cum spirituali cantico semper iungi debent opera.
c ¶ Resurrectionis, id est considerationē gloriosæ resurrectionis. d ¶ Vt hoc fiat, Exur.
¶ Hoc pater ad filium vel filius ad corpus. e ¶ Ad morum probitatem.
¶ Supra Exurge gloria mea, sed & ibi ad hoc dicitur: Exurge psalterium &c. vt in ea cantaretur & psalleretur.

cântabo, & psallām in glória mea. Exûrge psaltḗrium & cy-
a ¶ Ad passionem. b Filius respondet patri. c ¶ Dominicæ diēi. d ¶ Et tunc.
thâra: exûrgam diluculo. Confitébor tibi in populis Domine
¶ Psalmum dicam. a ¶ Aug ibi: magnificata est vsque ad cœlos, scilicet vt magna sit etiam in cœlis, quæ & hic dicitur. ¶ Et merito.
b ¶ Et angeli beneficiis eius fruuntur.
& psallam tibi in nationibus. Quia magna est super cœlos
a ¶ Apostolicas. ¶ Quas compluere fecit populos. b. ¶ Cas. Cuius misericordiam habent cœli, iure super cœlos debet exaltari.
misericordia tua, & vsque ad nûbes veritas tua. Exáltare tu-
a ¶ Verbum. b ¶ Et quia veritas vsque ad nubes, merito gloria super omnem terram exaltanda est.
per cœlos Deus: & super ōmnem terram gloria tua, vt li-
a ¶ Christus pro membris, id est salua eos, qui mecum vnum sunt. b ¶ Per fauorem & propitiationem. c ¶ Orantem pro eis.
berentur dilecti tui. Sálvum fac dẽxtera tua, & exaudi mẽ:
a ¶ Quod non dubium. b ¶ In me sancto, Non ait per sanctum, ne per eum putaretur loquiꝰ vt per prophetas & Apostolos, vel propheta dicit hoc de Christo quasi ita orauit Christus, & quod orauit fiet quia Deus locutus est &c.
Deus locûtus est † in sanctō suo. Exultabo. & diuidam Si-
a ¶ Aug. Supra fortitudo, quia suscipiendo fortes facit. cum ipse Christus nos suscepit, vel cum nos eum suscipimus.
chimam: & conuallem tabernaculorum † dimetiar. Meus
¶ De quo Christus, & ideo per Iudam Christus intelligitur.
est Galaad, & meus est Manasses: & † Ephraim susceptio
capitis mei. Iuda † rex meus, Moab lebes † spei meæ. In
Idumæam extendam calceamentum meum: mihi † alieni-
genæ amici facti sunt. Quis deducet me in ciuitatem mu-
nitam, † quis deducet me vsque in Idumæam? Nonne
¶ Facies hoc.
tu Deus qui repulisti nos, & non † exibis Deus in virtuti-
bus nostris? † Da nobis auxilium de tribulatione, † quia
vana salus hominis. In Deo facimus virtutem, ipse ad nihi-
a ¶ Qui supra dicti sunt tribulantes.
lum reducet inimicos nostros.

☞ a *Vt liberentur.* CAS. Secunda pars, quæ salus sit facta omni terræ, super quam gloria, hic etiã humilitas humanitatis, & potentia maiestatis ostenditur.

b *Saluum fac.* Vt liberẽtur in futuro, hic salua eos, ne cadant. Vel, se petit saluari in resurrectione, vt fideles liberentur, qui tali signo deitatẽ eius sentiunt. Quasi, vt cantem & psallam, *Saluũ me fac* in resurrectione dextera tua, i. per verbum, qui est brachium patris, vt *sic liberentur dilecti tui.* Ordo verborum conuersus est. Dicit enim: Saluum me fac & exaudi, & saluum me fac.

c *Exultabo.* AVGV. Vel exaltabor, suprà lętabor, hic vero exaltabor, quod satis conuenit. quia de exaltatione est lætitia. Et loquitur hic Christus in persona Ecclesiæ.

✻ BASILIVS, & THEOD. Quod vates efflagitauit, consecutus est. Quoniã dixit, exaltãre super cœlos Deus, & respõdet inquiens, *exaltabor.* Deinde modum aperit, *diuidam Sichimam.*

d Et Ephraim. AVG. Ephraim meus est, id est, mea est fructificatio, quæ est susceptio capitis mei. Hæc fructificatio est ex eò, quod caput susceptit me, vel ego caput.

CAS. Vel Ephraim, id est, fructificatio, est susceptio capitis mei: quia dum spineam coronam caput meũ susceptit, vltra omnes fructificauit: totum enim Christus lucratus est mundum.

e *Quis deducet me in ciuitatẽ munitã.* CAS. Sicut homo, quærit Christus, vt respondeat; negat hoc ab homine posse fieri. Ciuitas, infernus, quẽ nullus poterat aperire. Idumeę, gẽtes, quibus post resurrectionẽ innotuit: hæc à sola deitate poterant fieri.

f *Repulisti nos, & non exibis.* CAS. Pluraliter dicit nos, quia hic Christus cum mẽbris patitur suprà, singulariter dicendo, deducet me. Horũ omnium expositiones require in 9. Psalmo.

Hæc sanè est ciuitas, quæ Iosepho potissimum data fuit. Sed conuallis, quæ prius deserta erat, & in qua tuguria pastorũ erant habitatoribus implebo, & postquam reuersi fuerint, *ipsis diuidam.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cantabo, *Ore,*

2 Et psallam, *Mente: secundum illud Psal.* 70. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

3 In gloria mea. *Gloria est clara notitia cum laude. Dauid autem inter alios prophetas habuit valde claram notitiam, & prophetiam suam protulit per modum diuinæ laudis, vt dictum fuit in principio huius libri diffusius: propter quod propheta sua bene vocatur hic gloria.*

4 Exurge psalterium, *Quia Dauid Psal. suos cantabat voce propria & musicis instrumentis.*

5 Exurgam diluculò. *Illa enim hora homines deuoti surgunt ad laudem Dei, vnde & angeli Deum laudantes dicũtur astra matutina, Iob.* 28. *a.* Cũ me laudarẽt astra matutina, & iubilarẽt omnes filij Dei, *& Gene.* 32. *f. Angelus Domini luctans cum Iacob dixit ei:* Dimitte me, iam enim ascendit aurora, *q. d. iam est hora laudandi Deum, non luctandi, sicut dictum fuit ibidem.*

6 Confitebor tibi. *Confessione laudis.*

7 In populis Domine, & psallam tibi in nationibus. *Præuidet enim in spiritu, quod Psal. sui forent in futuris generationibus decantandi, sicut videmus impletum in Ecclesia.*

8 Quia magna est super cœlos. *Quod enim aliquibus angelis de cœlo cadentibus, alij remanentes fuerunt confirmati, processit ex misericordia.*

9 Et vsque ad nubes veritas tua. *Id est, veritas iustitiæ tuæ per quã angeli superbientes ceciderunt in hoc aere caliginoso, vbi generantur nubes: propter quod dicuntur aereæ potestates.*

10 Exaltare super cœlos Deus & super omnem terram. *Per cœlum & terram intelligitur omnis creatura, quam excellentia Dei excedit in infinitum.*

11 Vt liberentur. *Hic incipit versus in Heb. & in transl. Hiero. vbi Dauid reddit rationem suæ exultationis, quæ est restitutio regni Israel in melius, quam exprimit primò per modum petitionis à Deo, dicens,* vt liberentur dilecti tui. *Et exponatur ista litera vsque ad finem Psal. sicut supra expósita est Psal.* 59.

Confite-

☞ GLOS.

MORALITER.

1 *Cantabo,* Corde,

2 *Et psallam,* Ore,

3 *In gloria mea.* Id est de profectu populi mei, gloria patris & filius sapiens.

† *Exurge gloria mea.* Id est, puritas meæ conscientiæ. 2. Co. 1. c. *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.*

4 *Exurge Psal.* i. obseruatio decem mandatorum.

5 *Et cithara.* Quæ est triangularis figura: propter quod significat fidem trinitatis.

Exurgam

5 *Exurgam diluculo,* i. velociter ad ista & animo prompto.

6 *Confitebor tibi in popu.do.* Eos ad tuam laudem inducendo.

8 *Quia maiestas, &c. mi. tua.* Nam ibi maxime relucet in beatis.

9 *Et vsque ad nu.ve tua.* i. tua iustitia, quæ exercetur in dæmonibus in aere caliginoso habitantibus, vbi sunt nubes.

10 *Exaltare super cœlos Deus.* Per angelos & terrenam potẽtiam, quæ est in principibus terrenis & prælatis, adducens homines ad gloriam, ideo subditur:

11 *Vt liberentur di. tui.* Residuum exponatur, sicut supra Psal. *Ut quid Deus repulisti.*

✠ *Deus*

ADDITIO.

In Psa. 107. Paratum cor meum, *Vbi dicitur in postil.* In gloria mea. Gloria est clara notitia.

Quod

Quod prophetia Dauid inter alias proprie dicatur gloria ratione inducta per postil. hoc facit pro opinione Augustini. dicentis, quod omnium Psalm. fuit autor ipse Dauid. Si enim Asaph & filij Core & alij

PSAL.

B ¶ 23. q. 6. sex

* in sanctitate sua, in sanctuario suo:

† doctor

† aut

† Deus

& alij essent autores Psal. sibi intitulatorum, pari ratione cuiuslibet eorum prophetia seu Psal. gloria *deberet dici, quia eodem modo claram notitiam per modum diuinæ laudis in suis Psal. misteria diuina tradiderunt, vt dictũ fuit in additione super prologum Psalterij, & in quibusdam alijs additionibus.*

ADDITIO II.

In eodem Psal. vbi dicitur in postill. Quia magna est super cœlos mi. tua.

Similia verba ponuntur Psal. 25. Vbi dicitur, Domine in cœlo misericordia tua & veritas vsque ad nubes. *Quæ quidem verba fuerũt in additione super prædictum Psal. expositæ, & eodem modo videntur hic exponenda: vide ibi. Nec obstat quod in hoc loco dicit,* Magna est super cœlos Deus misericordia tua. *Et ibi dicit,* Domine in cœlo misericordia tua. *Quia quod dicitur hic:* Magna est super cœlos, *Refertur ad hoc, quod misericordia excedit merita beatorum. Quod autem ibi dicitur:* in cœlo misericordia tua, *refertur ad beatos, qui in regno cœlorum existentes misericordiam perfectè consequuntur, sicut legitur Math. 5.*

REPLICA. In Psal. Paratum cor meum Deus. *Circa illum passum:* Quia magna est super cœlos misericordia tua. *Burg. facit applicationes non necessarias. De quo vide circa Psalm. Dixit iniustus.*

GLOS. ORD.

A a *In finem Psal.* Aug. Prophetia de Christo, hic esse ostenditur in Actibus Apostolorum: vbi de Iuda prophetatum hoc esse dicitur, *Et Episcopatum eius accipiat alter.* De quo solo non omnia quæ hic dicuntur, possunt accipi: sed de toto genere inimicorum Christi, ingratorumque Iudæorum. Vt enim Petrus typum Ecclesiæ; ita Iudas personã inimicorum portat, quibus congruent & quæ de Iuda expressa sunt, vt illud: *& Episcopatum eius accipiat alter.*

Diuisio. Cass. Quintus eorum, qui latius de passione agunt.

a

In finem Psalmus Dauid.

PSAL. CVIII.

b c

a ¶ Vera laus, est veracis Dei, qui solus verus est te. ¶ Cui laudanti credendum est. b ¶ Et ita impletum est, cum prædicatus est esse vnigenitus Dei, quando dixit: Hic est filius meus dilectus.

+ laudis meæ. B

1 2 3 4 5 6 7

Eũs † laudẽ meã̃ ne tacueris, quia os pẽccatoris, & os dõlosi super me apertũm est. Locuti sunt aduersũ me lingua dolosa, et sermõnibus õdij circũdederunt me: et expugnauerunt

a ¶ Falsa vituperatio mendacio hominis. b ¶ quod dolo tegebatur: à dolosо erupit in vocem. a ¶ Dum virtus mea aperta est. b ¶ Magister, scimus quia verax es. c ¶ Quia infidiandõ. a ¶ Aperte clamantes: Crucifige, crucifige. b ¶ Aperti.

D

qui Antiochum, vel Demetrium reges in eorũ odia falsa criminatione succederãt, quique venalẽ fecerãt sacerdotij dignitatem: quòd nõ tantum excluso Onia factũ est, sed per omne tẽpus deinceps, quo Iudæa Machabæis est præstãtibus liberata. Aliter, vox Christi ad patrem de Iudæis.

E

Cassio. Monet Iudæ malitiã declinare, & Christi humilitatem imitari. Tripertitus est Psal. Primo, incipiens à prece increpat Iudæos, qui reddunt mala pro bonis. Secundo, prophetat, quæ mali recipiẽt pro impietate, ibi, *Constituo super eũ.* Tertio, precatur vt resurrectionem consequatur, & inimici dedecus, ibi, *Et tu Dom.* Christus ergo secundũ quod homo orans ad patrẽ ait:

F

PSAL. CVIII.

b *Deus laudem.* ✠ Beda. Sub Machabæorum persona canitur, deplorantium quæ ab exteris, & domesticis aduersa pertulerunt, postulantiũque vltionem in eos qui

c *Quia os pec.* Cas. Decora diuersitas: quia iniqui non tacent vituperium.

militatem imitari. Tripertitus est Psal. Primo, incipiens à prece increpat Iudæos, qui reddunt mala pro bonis. Secundo, prophetat, quæ mali recipiẽt pro impietate, ibi, *Constituo super eũ.* Tertio, precatur vt resurrectionem consequatur, & inimici dedecus, ibi, *Et tu Dom.* Christus ergo secundũ quod homo orans ad patrẽ ait:

Gratis

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs CVIII.

Deus laudem meam. *Huic Psal. præmittitur talis titulus in Heb.* Ad victoriã Dauid *Psal. Et in translatione Hiero. Pro victoria Dauid canticum. Et patet sententia ex supradictis Psalm. 4. & 12. De materia vero huius Psal. dicit beatus Petrus Act. 1. quod litera huius intelligitur de passione Christi, specialiter quantum ad hoc, quod fuit traditus à Iuda proditorie: qui motus fuit ad hoc auaritia, & Iudei ex inuidia. Vnde dicitur Act. 3. cap.* In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit: Viri fratres, oportet impleri scripturam, quam prædixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum, *& subditur postea:* Scriptum est enim in libro Psal. Fiat cõmoratio eorum deserta & non sit qui habitet in ea; & Episcopatum eius accipiat alter. *Prima vero pars huius verbis habetur suprà Psal. 68. & secunda in hoc Psal. tamen beatus Petrus coniunxit vtramque scripturam Act. 1. vt allegatum est, quia vterque Psal. loquitur de Christi passione. Et prima pars exprimit pœnam Iudæorum pro Christi morte: quia fuerunt captiuati per Romanos, & terra eorum destructa. Secunda verò exprimit substitutionẽ Matthiæ, loco Iudæ. Ad proditionẽ vero Christi concurrerunt isti, s. Iudas vendendo, & Iudæi emendo, vt describunt quatuor Euangelistæ. Igitur secundum hoc Dauid in hoc Psal. loquitur in persona Christi hominis, qui frequenter legitur Deum patrem orasse, & potissime imminente sua passione. Et secundã hoc Psal. iste diuiditur in tres partes, quia primo ponitur orationis Christi inchoatio, secũdo ad hoc adducitur ratio, ibi,* Quia os peccatoris. *Et tertio subditur orationis inchoatæ consummatio, ibi,* Et tu Domine. *Circa primum dicitur in persona Christi.*

1 Deus. *s. pater, quem Christus homo legitur frequenter Deum suum vocasse, Matthæi 27.* Eli Eli lama asabthani, quod interpretatur, Deus meus, Deus meus quare dereliquisti me.

2 Laudem meam ne tacueris. *Id est orationem meam ad te directã. In omni enim oratione debita laudatur Deus, non dissimules nec differas exaudire.*

3 Quia os peccatoris. *Hic consequenter adducitur ratio, vt sua oratio fiat cito exaudibilis, & accipitur ex dolositate suæ traditionis imminentis: vbi primo describitur proditorum culpa, & secundo pœna, ibi,* Fiant dies: *Proditores autem fuerunt Iudæi ementes, & Iudas venditor, & culpam vtrorumque simul describit, sicut verba ementis & vendentis simul concurrunt. & quantum ad hoc dicit,* Quia os peccatoris, *Scilicet scelus sacerdotum, qui primo habuerunt notitiam de Christo, quod esset à Deo missus, secundum quod dictum fuit super illud Mat. 21. d.* Agricolæ autem videntes filium, dixerunt, Hic est hæres. *Sed quia Christus cœpit reprehendere eorum vitia, & habere grãtiam corã communi populo, Ista cognitio de Christo fuit in eis obscurata inuidia & odio, contra Christum; quæ obscuritas magis aggrauabat, quam alleuiabat peccatum, & ideo cœtus sacerdotum dicitur* os peccatoris.

4 Et os dolosi. *Iudæ proditoris, qui sciens principes sacerdotum congregatos ad tractandum de morte Christi, accessit ad eos tractans cum eis de eius venditione, Luc. 22.*

5 Locuti sunt aduersum me lingua dolosa. *s. Iudæi, & Iudas simul tractando de traditione mea. Item quantum ad Iudæos singulariter, verbis dolosis quærentes eum capere in sermone, Matthæi 22. b. di* Magister scimus quia verax es, *&c. hoc dicebant dolosè, vt facilius possent eum capere, vt habetur ibidem. Item Ioh. 8. proponentes quæstionem de muliere deprehensa in adulterio, vt si diceret eam dimittendam, arguerent eum legis transgressorem; si lapidandam, dicerent eum crudelem: & sic redderent eum populo odibilem, vt plenius dictum fuit ibidem.*

6 Et sermonibus odij. *dicentes ei ex odio. Ioh. 8. f.* Samaritanus es, & dæmonium habes. *Et Ioh. 6. c. dicentes de eo.* Non est hic homo à Deo, qui Sabbathum non custodit.

7 Et expugnauerunt me gratis. *Vnde dixit eis Ioh. 10. f.* Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo propter quod eorum opus vultis me occidere? & in nota passione sua expugnauerunt eum gratis. *i. sine causa,*

Pro eo

ALITER.

✠ 1 *Deus laudem.* Psalmum istum exponũt Iudæi, vt sit eorum oratio pro sua liberatione de captiuitate moderna, quia dispersi sunt per orbem in abiectione magna: sed sicut ostendi in expositione literali, non potest sic exponi, sed de Christi passione, in qua orauit pro se & suo mystico corpore: & sic exposui, nec occurrit mihi alia expositio spiritualis conuenientior hic ponenda.

a *Gratis.* Avg. Sicut pijs per se placet æquitas, sic impijs iniquitas.

b *Pro eo vt me.* Avgvs. Plus nocent, in membris detrahentes Christo, quia animas crediturorum interficiunt, quàm qui carnẽ eius mox resurrecturam peremerunt.

c *Et posuerunt aduersum.* Avg. Sex differentiæ sunt. Reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis: hæc duo bonorum sunt, & prius melius. Nõ reddere bona pro bonis, reddere mala pro bonis, hęc duo malorũ, & posterius deterius. Reddere bona pro bonis, mala pro malis, hæc duo mediorum; prius propinquum bonis, quod Christus non arguit, sed plus oportere dicit, quia & ethnici hoc faciunt: posterius propinquum malis, conuenit tamen etiã bonis; Vnde & lex modum vltionis statuit, *Oculum pro oculo*, quæ (si dici potest) iustorum iniustitia est, non quia iniqua est vltio quam lex statuit, sed quia vitiosa est libido vlciscendi: magisque ad iudicem pertinet hoc inter homines decernere, quàm bonum hominem sibi expetere, hic enim redderet malum pro malo, iudex verò non, sed dilectione iustitiæ iustum pro iniusto, quod est bonum pro malo, quod & Deus iudex facit.

Cas. Tribus modis omne peccatum contrahitur: Primus gradus, nõ reddere bona pro bonis; Secundus, reddere mala pro malis; Extremus, mala pro bonis: hoc deterius Iudæi elegerunt. Contra hæc est dare bona pro bonis. Secundum nõ reddere mala pro malis, perfectum bona pro malis quod Christus orans pro Iudæis fecit.

d *Constitue su.* Avgv. Secunda pars, vbi incipit prophetare, quæ pro impietate recipiant.

Avgv. Suprà de pluribus, nunc quo digni sunt prænuntiãs de vno dicit, intẽdens in eum. i. Iudam, qui se. i. Christum talibus tradidit, de quibus antè loquebatur: *Constitue. &c. Nutantes transferantur.* Avgvst. Cass. Vel de populo Iudæorum possunt hæc omnia accipi. Hæc eadem namque congruunt Iudæis, quorum personam Iudas gessit.

Constitue super eum peccatorem. Sicut de Iuda, ita de eis.

e *Cum iudicatur exeat condemnatus.* Quia in nequitia permanentes thesaurizant sibi iram.

Oratio in peccatum: quia non fit per mediatorem.

εἰς ἁμαρτίαν.

f *Et oratio eius fiat in errorem.* ✠ Evthymivs. Aberret inquit, eius oratio, & non consequatur quod postulat; optabat enim Iudas, votisque ac precibus ipse pariter ac Christi inimici, quibus se coniunxerat, id vnũ petebant, vt exterminaretur Christus & eius

a ¶ Sine iusta causa. b ¶ Pro bonis malà reddentes, quod deterius. ¶ Id est pro eo quod dicebant me diligere. c ¶ Negantes me esse filium Dei, & quod in Beelzebub eiicio dæmonia.

a runt me grãtis. † Prò eo vt me diligerent detrahẽbant mi-
b hi: egô autem orãbam. Et posuerunt aduersum me mala
a ¶ Quæ mala, pro quibus bonis? b ¶ Hic est omnis & magnus reatus: non enim non nocere potuerunt, sed totum crimen est odium. ¶ Ideo.
d pro bonis, & odium prò dilectione mea. Constitue super
a ¶ Qui Christo noluit esse subditus. ¶ Id est diabolum. b ¶ Quem peccatorem.
c ¶ Aug. Hoc dextrum cuique est, quod præponit: & hic opera diaboli præposuit operibus Dei, auaritiam suæ saluti.
e eum peccãtorem, & diabolus stet à dẽxtris eius. Cum iudi-
f
a ¶ Quia noluit esse cui dicatur: Intra in gaudium Domini tui, sed proiicite eum in tenebras exteriores.
g cãtur, exeat condemnatus: & oratio eius fiat in peccatum:
¶ Apostolatur. ¶ Ne sacratus numerus duodenarius sit diminutus.
h ✠ Fiant dies eius pauci, & ✠ Episcopatum eius accipiat

† Pro amore meo in eos, aduersati sunt.

Mat. 5. o. † De pœ d. 1 c. nihil in de.

Exod. 21. c.

B

C

D

& eius memoria deleretur: inanis igitur fuit huiusmodi eorum oratio & votum; vel, generaliter etiam dicit, quòd omnis eius oratio oberrabit, quod non fruetur optatis rebus, ob prauos ac peruersos scilicet eius mores.

Dies pauci. secundum regnum, quod pòst non diu stetit.

Episcopatum. i. Christum (qui ad eos missus) accepit populus gentium.

1 ✠ Theodor. Et hæc vaticinatio suum sortita est finem: ipse enim actutum per laqueum mortem, perpessus est, & Matthias loco illius ordinatus, Apostolorum implevit numerum. Act. 1.

2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

Filij or. amisso, quasi patre, regno; vel patre Deo. E

12

Vxori. i. plebs,

13 14

Vidua, amisso regno. † præfectura.

Transferatur, Vt in captiuitate factum est.

Mendicent, sub regibus gentium.

Omnem substantiam eius. Id est, vitam, singula peccati puniens; debita eorum non dimittuntur, quia in solo Christo dimittũtur.

Et alieni. Id est, diabolus & angeli eius.

Diripiant la. eius, Quia non thezaurizant in cœlo.

Et non sit il. &c. Id est, adiutor non est ei, cui Christus deest.

Nec sit qui mis. Non dico ad temporalia habenda, sed æterna.

Fiant nati eius in inter. sempiternam. Ideo quia manserunt in *ge. vna*, id est, quia non regenerati fuerunt.

Et nõ deleatur no. Id est, Ierusalem terrenæ, quæ seruit cum filiis suis, quæ prophetas interfecit.

Et dispereat de terra viuentium, Id est, Ecclesia,

Memoria eorum, Quia cum essent rami naturales, facti sunt. F

Pro eo quod non est re. Pœnitendo,

Facere misericordiam. Supra membra Christi.

g *Et oratio eius fiat in peccatum.* Avgvst. Et ne putetur ab imminẽte damnatione liberari oratione, quã inter Apostolos dicerat, *oratio*, inquit, *fiat in peccatum*, quia non per Christum, quem non vult sequi, sed persequi.

Avgv. Quando autem Iudas ita orare potuit, vt oratio eius fieret in peccatum, quęri potest: Credo, antequam Dominum traderet, & cum de illo iam cogitaret tradendo: non enim iam poterat orare per Christum.

Oratio. Quia non est iusta oratio, nisi per Christum, & non solũ non delet peccatum, sed fit in peccatum.

h *Et episcopatum eius accipiat alter.* Cass. Hic primum in veteri testamento nomen Episcopatus inuenitur.

Accipiat alter. Avgv. Loco eius substitutus est Matthias, vt legitur in Actibus Apostolorum.

☞ Fiant

NICOLAVS DE LIRA.

1 Pro eo vt me diligerent, *Id est, pro bono, quod eis feci, vnde me diligere deberent.*

2 Detrahebãt mihi, *Dicentes de me Luc.* 11. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. *Et Mat.* 11. *c.* Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus,

3 Ego autem orabam, *Vnde de eo dicitur Luc.* 9. *c. quod erat pernoctans in oratione Dei.*

4 Et posuerunt aduersũ me mala pro bonis. *Reddentes verba iniuriosa: detractiones; & persecutiones, pro bonis, quæ feci inter eos, docendo, sanitates conferendo. sicut patet in Euangelio.*

5 Et odium pro dilectione. *Quia ex dilectione magna erga populum Iudaicum operabatur* salutem in medio terræ, *propter quod dicitur Mat.* 23. *d.* Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, *& pro illa dilectione concepit populus Iudaicus maximum odium contra Christum.*

6 Constitue super eum. *i. constitues.*

7 Peccatorem. *i. Caipham, qui erat pontifex anni illius, qui dicitur hic* peccator, *eo quod vltimatum consilium dedit de morte Christi, Ioh.* 11.

8 Et diabolus stet à dextris. *i. stabit, quia ad hoc à diabolo excitabatur principaliter, quia cum esse stunc pontifex, poterat alios ad suam sententiam inclinare.*

Cum

9 Cum iu. *Istud ad Iudam specialiter refertur, cuius iudicia à Christo fuit prolatum in cœna, cum dixit de Iuda,* Væ homini illi, per quẽ filius hominis tradetur, &c. *Matthæi.* 26. *b. Est autem* væ, *commination pœnæ æternæ.*

10 Exeat condemnatus. *Quia postverba prædicta Christus dedit Iudæ panem intinctum, quo accepto introiuit in eum Sathanas, ad amplius eum possidendum, & exiuit continuò de societate Christi & Apostolorum, vt habetur Ioh.* 1. *Et iuit ad perficiendum proditionem suam, accipiendo cohortem à pontificibus, & Pharisæis ministros, vt traderet in manibus eorum Iesum, vt habetur Io.* 8. *a. ideo subditur:*

11 Et ora. eius fiat in pec. *Hic accipitur oratio pro ratione oris, secundum interpretationem nominis, oratio dicitur oris ratio: & hæc oratio non fuit directa ad Deum, sed ad principes Iudæorum, vt traderent sibi societatem armatorum.*

12 Fiant dies eius. *Hic consequenter ponitur prædicta culpæ debita pœna, & primo ipsius Iudæ specialiter; secundo populi Iudaici generaliter ibi:* Nutantes. *Circa primum dicitur,* Fiant dies eius pau. *Quia cito suspendit seipsum postquam tradiderat Christum, Matth.* 27. *& Act.* 1.

13 Et Episcopatum eius, *Id est, apostolatum: vnde & Episcopi in Ecclesia sunt successores Apostolorum, vt habetur in decretis di.* 21. *c. in nouo testamento.*

14 Accipiat alter, *Id est, beatus Matthias, qui loco eius fuit electus. Act.* 1.

☞ Fiant

a *Fiant filij eius orphani, et vxor eius vidua, &c.* Avg. vtiq; mortuo ipso, & *filij eius orphani, & vxor eius vidua fuit.* Est cura mortuis de suis, (vt de diuite legitur,) quos viuere sciũt, quia nec in locis pœnarum vident eos, vbi dies sine fratribus erat, nec in requie beatorum, vbi Abraham, & Lazarum, quauis longè agnoscebat. Non tamen ideo consequens est eos scire, quæ circa charos illorum aguntur hîc, vel læta vel tristia. Si ergo hoc sentiunt mortui, cumulus est malorum: si non sentiunt, formido est viuorum. possunt enim timere ne pro peccatis suis vel parentum similia eis contingant.

b *Eiciãtur de habitaculis suis.* Evthymivs. Et ipsis etiam habitaculis suis eiicientur, nec in eis dabitur habitandi facultas: per habitacula autem (vt Græca dictio οἰκότεδα significantius denotat) ruinas demorum intelligit. Huiusmodi verò pœnas dabunt, qui paternę iniquitatis fuere participes.

c *Scrutetur fœnerator omnem substantiam.* Avg. Quomodo hoc totum vxori eius & filiis contigerit, indicat, *scrutetur.* Sed quomodo habuit *substantiam*, qui cum Apostolis Dominum sequebatur; Omnia autem quæ habuit, ita vxori & filiis dimisit, vt adhuc cor in illis habuerit, nec vinculum cupiditatis abruperit, & putabat Dominum falli, quoniam ea, quæ mittebantur, de loculis auferebat.

d *Et diripiant alieni labores eius.* ✠ Evthym. Post fœneratorem, isti capient, quęcunque fuerint relicta.

e *Adiutor, nec sit, &c.* Cassio. Quia & boni tentantur: sed habent Deum adiutorem.

f *Pupillis eius, &c.* Cassio. Quasi pusilli; vnde & pupilla oculi quasi parua.

g *In memoriam redeat.* Avg. Et peccatã patrum eis redduntur, qui à malis eorum non discedunt: sed non eis, qui mutati sunt in Christo, qui iam non sunt filij iniquorum. Si ergo Iudas teneret adoptionem, quam acceperat, nõ pertineret ad eum, vel sua præterita, vel patrum iniquitas: sed quia rediit ad mala vetusti generis, *redit iniquitas patrum in conspectu* Domini, vt in eo puniretur.

h *Contra Dominum* Avg. id est, in conspectu Domini, quod & alij sic transtulerũt.

i *Et persecutus.* Avg. Pauperes insequi, sola iniquitia est; alij pro diuitiis vel honoribus interdum huiusmodi patiuntur.

k *Et compunctum.* Avgvst. Compunctus corde non solet dici, nisi qui stimulis peccatorum punctus est in dolore pœnitẽdi. Sed quia & hi tales sunt membra Christi, ideo eum, quẽ crucifixerunt, Iudæi persecuti sunt in mẽbris.

✠ Theodoretvs. Hæc autem, in quit, crudeliter & ferinè patientur, cùm parricidium commiserint, cumque eum, qui omni moderatione & mansuetudine vsus est, ad necem vsque insecuti fuerint. Et hæc verba Apostolus comprobat & ipse Dominus etiam. Apostolus exclamans inquit, *Cùm esset dives, propter nos egenus factus est, vt illius inopia diuites essemus.* Et rursus, *Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens.* Et Dominus inquit, *Discite à me, qui mitis sum & humilis corde & inuenietis requiem animis vestris.* Et alibi, *Vulpes foueas habent & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suum.*

l *Maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem.* Avgv. Peccata modo delectant, sed dicuntur maledictio, quia tormenta parant.

g *In memo*

☞ Quo

NICOLAVS DE LIRA.

1 Fiant filij eius orphani, & vxor. *id est, ipsius Iudæ pro quibus sustentandis fur erat, & loculos habens, tradendo vxori & filijs ea, quæ dabantur pro egenis, vt dicit hic quidam doctor. Et satis concordat ei, quod dicitur, Ioan.12.a. vbi cùm dixisset Iudas de vnguento effuso,* Quare hoc vnguentum non venit, *id est, venditur,* trecentis denariis, & datum est egenis? *Et subdit Euangelista:* Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, &c.

2 Nutantes transferantur filij eius. *Hic consequenter ponitur pœna populi Iudaici generaliter, qui in pœnam mortis Christi per Romanos fuit captiuatus, & destructus; & primò describitur hęc pœna, secundo recolitur causa, ibi,* Pro eo quod non est recordatus &c. *Circa primum dicitur,* Nutantes transferãtur filij eius, *id est, Iudaici populi.*

3 Et mendicent, *omnibus bonis suis spoliati.*

4 Et eiiciantur de habitationibus suis, *quia de tota Iudæa fuerunt eiecti.*

5 Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, *In translatione Hieron. ponitur* exactor: *& iste fuit Titus, qui præcepit omnem substantiam Iudæorum diligenter inquiri & auferri: ideo subditur,*

6 Et deripiant alieni labores eius, *id est, diuitias eorum laboribus acquisitas.*

7 Non sit illi adiutor, *quia nullus alius populus ausus fuit iuuare Iudaicũ populum contra Romanos, imò etiam Agrippa rex, qui erat Iudæus, noluit eos iuuare: sed magis coniunxit se Romanis, vt refert Iosephus lib. de Iudaico bello.*

8 Nec sit qui misereatur pupillis eius, *quia milites Romani sine misericordia eos partim occidebant, partim captiuabant, multipliciter affligentes: ideo subditur,*

9 Fiant nati eius &c. in gener. vna. *id est, infrà tẽpus vnius generationis, quia 42. anno post passionem Christi debellauerunt eos Romani.*

10 Delea-

10 Deleatur nomẽ &c. *quia illi qui qui remanserunt de Iudæis, dispersi sunt per diuersas partes orbis, subiecti gentibus alijs, ita quòd non faciunt per se populum, habentem aliquam terram, seu Dominium.*

11 In memoriam redeat. *Quia infrà 42. annos prędictos, illi, qui tractauerunt de morte Christi, erant mortui, saltem pro maiori parte: sed eorum iniquitas fuit ad memoriam reducta, quando in vindictam mortis Christi captiuitas fuit super populum inducta,*

12 Fiant contra Dominum semper. *id est, fient: quia illi, qui remanserunt, pro maiori parte sunt obstinati in infidelitate: & sic sunt* contra Dominum.

13 Et dispereat de terra memoria eorum, *quantum ad bonum, quia de eis nõ remanet nisi memoria ad malũ eorũ, secũdũ quod dicitur Prouerb. 10. b.* Memoria iusti cũ laudibus, & nomẽ impiorũ putrescet.

14 Pro eo &c. *Hic recolitur dictę punitionis causa, cum dicitur,* Pro eo quòd non est recordatus. *& incipit hic versus in Hebręo, & in translatione Hieron.*

15 Facere misericordiam, *Minus dicit & plus significat; scilicet, quòd populus Iudaicus fecit crudelitatem maximam in persecutione saluatoris: ideo subditur,*

16 Et persecutus est hominem, *id est, Christum de virgine natum: eius enim deitatem persequi non poterant;*

17 Inopem & mendicum, *Christus enim duxit vitam pauperem valde.*

18 Et compunctum corde. *id est, afflictum mente ex Iudæorum ingratitudine.*

19 Mortificare. *quia Pilato iudicante illum dimitti debere, noluerunt acquiescere, dicentes:* Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, *Ioan.9 b.*

20 Et dilexit maledictionem, *qui imprecatur persecutoribus innocentium, Deut.27. & in multis alijs locis.*

21 Et veniet ei. *quia persecutionem atrocissimam sustinuit à Romanis.*

---

a ¶ Caſ. Nota Iudam habuiſſe vxorem & filios.

a alter, † Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. † Nu- 1

a ¶ Incerti quo erant. a ¶ Omni præſidio deſtituti.

b tantes transferantur filij eius, & mendicent: & eiiciantur 2

c a ¶ Diabolus, qui mala commendat; vel Deus, qui bona commodat. 3

de habitationibus ſuis. † Scrutetur fœnerator omnem ſub- 4 5

d ſtantiam eius, & diripiant alieni labores eius. Non ſit illi 6

a ¶ Aug. Ad tuendam eius poſteritatem. Vnde addit: nec ſit qui mi. pu. Sed quia poſſent ſine adiutore & tutore filij, licet in erumnis, creſcere, & genus propagationis ſeruare, accidit: Fiant na. eius, &c. ſpem poſteritatis tollit.

e f adiũtor, nec ſit qui miſereatur pupillis eius. † Fiant nati eius 7 8 9

a ¶ Aug. Quaſi, quod de ea generatum eſt, non generet, & cito tranſeat.

in interitum: in generãtione † vna deleatur nomen eius. 10

a ¶ Aug. Vnde vere dicitur: Reddam peccata patrum in filios. Quod vero per Ezechielem dicitur, Filius non portabit iniquitatem patris, &c. de conuerſis ad Deum intelligendum eſt.

g † In memoriam redeat iniquitas patrum eius in cõſpectu 11

¶ Pater eius & mater, non vt Domino aduerſentur, ſed vt Deus mala merita eorum non obliuiſcatur in iſto.

Domini, & peccatum matris eius non deleatur. † Fiant con- 12 13

h tra Dominum ſemper, & diſpereat de terra memoria eo- 14

a ¶ Parentum eius deleta propagine. ¶ Iudas.

rũm, pro eo quòd non eſt recordatus facere miſericordiam. 15 16

¶ Chriſtum.

i k Et perſecutus eſt hominem inopem & mendicum, & com- 17 18

a ¶ Id eſt, vt mortificaret. ¶ Aug. Iudas, furando de loculis, & Dominum vendendo; Iudęi dicendo: Sanguis eius ſuper nos, &c.

l punctum corde † mõrtificare: & dilexit maledictionem, & ve- 19 20 21

---

1 Fiant filij eius orphani, & vxor. *id eſt, ipſius Iudæ. pro quibus ſuſtentandis fur erat, & loculos habens, tradendo vxori & filijs ea, quæ dabantur pro egenis, vt dicit hic quidam doctor. Et ſatis concordat ei, quod dicitur, Ioan. 12. a. vbi cùm dixiſſet Iudas de vnguento effuſo,* Quare hoc vnguentum non venit, *id eſt, venditur,* trecentis denariis, & datum eſt egenis? *Et ſubdit Euangeliſta:* Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, ſed quia fur erat, & loculos habens, &c.

2 Nutantes transferantur filij eius. *Hic conſequenter ponitur pœna populi Iudaici generaliter, qui in pœnam mortis Chriſti per Romanos fuit captiuatus, & deſtructus; & primò deſcribitur hęc pœna, ſecundo recolitur cauſa, ibi,* Pro eo quod non eſt recordatus &c. *Circa primum dicitur,* Nutantes transferãtur filij eius, *id eſt, Iudaici populi.*

3 Et mendicent, *omnibus bonis ſuis ſpoliati.*

4 Et eiiciantur de habitationibus ſuis, *quia de tota Iudæa fuerunt eiecti.*

5 Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius, *In tranſlatione Hieron. ponitur* exactor: *& iſte fuit Titus, qui præcepit omnem ſubſtantiam Iudæorum diligenter inquiri & auferri: ideo ſubditur,*

6 Et deripiant alieni labores eius, *id eſt, diuitias eorum laboribus acquiſitas.*

7 Non ſit illi adiutor, *quia nullus alius populus auſus fuit iuuare Iudaicũ populum contra Romanos, imò etiam Agrippa rex, qui erat Iudæus, noluit eos iuuare: ſed magis coniunxit ſe Romanis, vt refert Ioſephus lib. de Iudaico bello.*

8 Nec ſit qui miſereatur pupillis eius, *quia milites Romani ſine miſericordia eos partim occidebant, partim captiuabant, multipliciter affligentes: ideo ſubditur,*

9 Fiant nati eius &c. in gener. vna. *id eſt, infrà tẽpus vnius generationis, quia 42. anno poſt paſſionem Chriſti debellauerunt eos Romani.*

10 Deleatur nomẽ &c. *quia illi qui qui remanſerunt de Iudæis, diſperſi ſunt per diuerſas partes orbis, ſubiecti gentibus alijs, ita quòd non faciunt per ſe populum, habentem aliquam terram, ſeu Dominium.*

11 In memoriam redeat. *Quia infrà 42. annos prędictos, illi, qui tractauerunt de morte Chriſti, erant mortui, ſaltem pro maiori parte: ſed eorum iniquitas fuit ad memoriam reducta, quando in vindictam mortis Chriſti captiuitas fuit ſuper populum inducta,*

12 Fiant contra Dominum ſemper. *id eſt, fient: quia illi, qui remanſerunt, pro maiori parte ſunt obſtinati in infidelitate: & ſic ſunt* contra Dominum.

13 Et diſpereat de terra memoria eorum, *quantum ad bonum, quia de eis nõ remanet niſi memoria ad malũ eorũ, ſecũdũ quod dicitur Prouerb. 10. b.* Memoria iuſti cũ laudibus, & nomẽ impiorũ putreſcet.

14 Pro eo &c. *Hic recolitur dictę punitionis cauſa, cum dicitur,* Pro eo quòd non eſt recordatus. *& incipit hic verſus in Hebręo, & in tranſlatione Hieron.*

15 Facere miſericordiam, *Minus dicit & plus ſignificat; ſcilicet, quòd populus Iudaicus fecit crudelitatem maximam in perſecutione ſaluatoris: ideo ſubditur,*

16 Et perſecutus eſt hominem, *id eſt, Chriſtum de virgine natum: eius enim deitatem perſequi non poterant;*

17 Inopem & mendicum, *Chriſtus enim duxit vitam pauperem valde.*

18 Et compunctum corde. *id eſt, afflictum mente ex Iudæorum ingratitudine.*

19 Mortificare. *quia Pilato iudicante illum dimitti debere, noluerunt acquieſcere, dicentes:* Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris, *Ioan. 9 b.*

20 Et dilexit maledictionem, *qui imprecatur perſecutoribus innocentium, Deut. 27. & in multis alijs locis.*

21 Et veniet ei. *quia perſecutionem atrociſſimam ſuſtinuit à Romanis.*

---

a *Fiant filij eius orphani, et vxor eius vidua, &c.* Avg. vtiq; mortuo ipso, & *filij eius orphani, & vxor eius vidua fuit.* Est cura mortuis de suis, (vt de diuite legitur,) quos viuere sciũt, quia nec in locis pœnarum vident eos, vbi dies sine fratribus erat, nec in requie beatorum, vbi Abraham, & Lazarum, quauis longè agnoscebat. Non tamen ideo consequens est eos scire, quæ circa charos illorum aguntur hîc, vel læta vel tristia. Si ergo hoc sentiunt mortui, cumulus est malorum: si non sentiunt, formido est viuorum. possunt enim timere ne pro peccatis suis vel parentum similia eis contingant.

b *Eiciãtur de habitaculis suis.* Evthymivs. Et ipsis etiam habitaculis suis eiicientur, nec in eis dabitur habitandi facultas: per habitacula autem (vt Græca dictio οἰκότεδα significantius denotat) ruinas demorum intelligit. Huiusmodi verò pœnas dabunt, qui paternę iniquitatis fuere participes.

c *Scrutetur fœnerator omnem substantiam.* Avg. Quomodo hoc totum vxori eius & filiis contigerit, indicat, *scrutetur.* Sed quomodo habuit *substantiam*, qui cum Apostolis Dominum sequebatur; Omnia autem quæ habuit, ita vxori & filiis dimisit, vt adhuc cor in illis habuerit, nec vinculum cupiditatis abruperit, & putabat Dominum falli, quoniam ea, quæ mittebantur, de loculis auferebat.

d *Et diripiant alieni labores eius.* ✠ Evthym. Post fœneratorem, isti capient, quęcunque fuerint relicta.

e *Adiutor, nec sit, &c.* Cassio. Quia & boni tentantur: sed habent Deum adiutorem.

f *Pupillis eius, &c.* Cassio. Quasi pusilli; vnde & pupilla oculi quasi parua.

g *In memoriam redeat.* Avg. Et peccatã patrum eis redduntur, qui à malis eorum non discedunt: sed non eis, qui mutati sunt in Christo, qui iam non sunt filij iniquorum. Si ergo Iudas teneret adoptionem, quam acceperat, nõ pertineret ad eum, vel sua præterita, vel patrum iniquitas: sed quia rediit ad mala vetusti generis, *redit iniquitas patrum in conspectu* Domini, vt in eo puniretur.

h *Contra Dominum* Avg. id est, in conspectu Domini, quod & alij sic transtulerũt.

i *Et persecutus.* Avg. Pauperes insequi, sola iniquitia est; alij pro diuitiis vel honoribus interdum huiusmodi patiuntur.

k *Et compunctum.* Avgvst. Compunctus corde non solet dici, nisi qui stimulis peccatorum punctus est in dolore pœnitẽdi. Sed quia & hi tales sunt membra Christi, ideo eum, quẽ crucifixerunt, Iudæi persecuti sunt in mẽbris.

✠ Theodoretvs. Hæc autem, in quit, crudeliter & ferinè patientur, cùm parricidium commiserint, cumque eum, qui omni moderatione & mansuetudine vsus est, ad necem vsque insecuti fuerint. Et hæc verba Apostolus comprobat & ipse Dominus etiam. Apostolus exclamans inquit, *Cùm esset dives, propter nos egenus factus est, vt illius inopia diuites essemus.* Et rursus, *Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens.* Et Dominus inquit, *Discite à me, qui mitis sum & humilis corde & inuenietis requiem animis vestris.* Et alibi, *Vulpes foueas habent & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suum.*

l *Maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem.* Avgv. Peccata modo delectant, sed dicuntur maledictio, quia tormenta parant.

☞ Quo

a *Quo operitur.* Videtur dicere hic, quod suprà, *Induit maledictionem sicut vestimentum.* Sed differt, quia suprà vestimentum, quo *induitur*, vt tunica; hic quo *operitur* vt pollio, quod est, in cõspectu hominum de iniquitate gloriari. Zona præcinguntur homines, vt ad operandum sint aptiores, non impediti finibus vestiũ. *Zona* ergo cingitur, qui non repẽte facit malum, sed dispositũ aggreditur: & ita discit mala facere, semper sit paratus, vnde hic ait *semper præcingitur.*

b *Apud Dominum.* AVGV. Specialiter Christo detrahunt, qui dicũt nõ esse ex patre, vel minorem patre.

c *Mala aduersus animã.* AVGVST. Dicentes, non potuisse surgere, cum vellet.

d *Et tu Domine.* CAS. Tertia pars, vbi precatur, vt liberatus resurrectionem consequatur: quia inimici dedecus.

e *Fac tecũ.* AVG. id est, operare vt ego in vasa misericordiæ: vel, *Fac mecũ*, id est, adiuua me, secundum hominem.

f *Propter nomẽ tuũ.* AVG. Nullis enim operum meritis præcedentibus in tantam celsitudinem est humana natura, vt totum simul verbum & caro, hoc est Deus, & homo vnigenitus filius diceretur: hoc autem factum est, vt ab illo, qui creauerat, per id quod perierat, quæreretur; vnde hic sequitur, *quia suauis est misericordia tua.*

g *Quia egenus & pauper.* AVG. Egestas & paupertas Christi est infirmitas, ex qua crucifixus est.

h *Sicut vmbra cum declinat ablatus sum.* CASSIO. Sicut ex vmbra declinante fit nox, sic ex mortali carne fit mors.

✻ BEDA. Dico libera me, & opus est vt liberes, quia ablatus sum iam de hac vita, quantum ad voluntatem inimicorum, & in meipso & in meis ita, sicut fit, cum vmbra declinat. Vmbra enim propter occasũ solis declinantẽ fit nox, & declinãte vita fit mors: & ideo dicit, *Ablatus sum* sicut dies aufertur, cum vmbra declinat. Et *excussus sum* vel de hac vita, vel de cordibus meorũ, factus *sicut locusta*, id est, instabilis.

i *Immutata est.* AVG. Immutata est ergo caro Christi, vt misso spiritu vngeret discipulos, qui ad eos non venisset, si Christus nõ abiisset. Vnde ipse ait, *Nisi ego abiero par.nõ ve. etc.* Et Euãgelista ait, *Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuit glorificatus.*

k *Propter oleum.* AVGVSTINVS. id est, spiritualem gratiam, vnde Christus dicitur;

Genua mea infirmata sunt à ieiunio.

✻ EVTHY. Duram quippe, atque asperã vitã agebat Dominus; & testimonium reddunt quadraginta ieiunij dies, & panes illi hordeacei, & spicæ, quę vellebantur à discipulis: tametsi benigna quadam dispensatione lautiori aliquando mensa vteretur. Et caro mea immutata est, seu commutata ad asperitatem, & squalliditatem quandam: atque hoc propter indigentiam olei, quia scilicet oleo vnctus non sum Solebant enim veteres vngi, cum lauarentur.

l *Mouerunt capita.* CASSIODORVS. Furiosi commotione capitis minantur.

AVG. Mouerunt capita, quia viderunt pendere in cruce, sed nondum quando caro immutata.

✻ BEDA.

---

a ¶ Sicut quando maledixerunt cæco illuminato, dicens: Tu discipulus eius es. b ¶ Adgentes.

niet ei: & nõluit benedictionem, † & elongãbitur ab eo. Et
a ¶ Iudas, vel populus. b ¶ Depranatum corpus. ¶ Aug Foris in corpore, intus in anima, incidens in eius iudicia, qui corpus & animam perdit in gehenna.
indũit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut
a ¶ Deprauata anima. b ¶ Quia modo delectat eos male facere; vel forsasse fortes se putant, quia licet impune modo male facere. c ¶ Deprauatione. d ¶ Iudæ vel populo.
aqua in interiõra eius, & sicut õleum in ossibus eius. Fiat ei
a sicut vestimentum, quo operitur: & sicut zona qua semper
a ¶ Non dixit merces, sed opus; patet enim, quod vestimento, aqua, oleo, zona, opera describit, quibus æterna maledictio comparatur. b ¶ Pluraliter, non vnus Iudas est, sed multi, qui detrahunt. c ¶ Dicentes, non esse eum, quem lex Domini & prophetę prænuntiauerunt.
præcingitur. Hõc opus † eorum, qui detrãhunt mihi apud
b
c
Dominum: & qui loquuntur mala aduersus animam meam.
a ¶ Iftiita. ¶ Nota. Et: quasi, quia ego. Et. b ¶ Geminatio notat affectũm orandi. c ¶ Quia eadem sunt opera patris & filij. d ¶ Non merita. Gratiam commendat.
d
e
f
Et tũ Domine Dõmine fac mecũm propter † nõmen tuum,
a ¶ Quæritur, quod perierat, per me b ¶ Ita fac mecum. ¶ A passione.
g
quia suãuis est misericordia tua. Libẽra me, † quia egenus
a ¶ Tristis est anima mea ¶ Cassio. Cor potuit conturbari, & caro crucifigi, in quibus vera natura hominis aperitur.
& pauper ego sum: & cõr meum conturbatum est intra
a ¶ Mortuus. b ¶ Aug. Hoc in membris. Vnde hic apertius pluraliter dicit, sicut locustę; excussi ergo, id est, fugati fideles à persecutoribus, qui sunt multi vt locustę, vel salientes de loco ad locum.
h
mẽ. Sicut vmbra cùm declinat, † ãblatus sum, & excũssus
a ¶ Aug. Et hoc apertius in membris, id est, fortes, pane id est, Christo, subtracto defecerunt: sed ne penitus succumbant, factum est quod sequitur: & caro, &c.
i
sum sicut locustæ. Genũa mea infirmata sunt à ieiunio, &
a ¶ Aug. in melius, in gloriam immortalitatis, vt in morte deficientes, misso spiritu firmaret.
k
caro mea † immutãta est propter oleum. Et ego factus
a ¶ Factus maledictum post mortem crucis. ¶ Tanquam furiosi.
l
sum õpprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et noluit benedictionem, *qua in lege precabatur pro operibus misericordię.*

2 Et elongabitur ab eo, *quia Romani non fuerunt miserti populo Iudaico.*

3 Et induit maledictionem sicut &c. *id est, fuit circundatus maledictionibus, sicut homo circundatur vestimento. Et quia pœna huius maledictionis non tantum tetigit Iudęos in exterioribus bonis, sed etiam in interioribus corporis & animę: ideo subditur,* Et intrauit sicut aqua in interiora eius.

4 Fiat ei sicut vestimentum, quo. *patet ex dictis sententia.*

5 Et sicut zona, qua semper præcingitur. *quia fuerunt ligati: & sic violenter tracti extra terram suam, & sic captiuati. In fine huius maledictionis concludit Psal. loquens in persona Christi hominis,*

6 Hoc opus eorum, *id est, hęc pœna, quę prędicta est, pro opere malo reddita illis.*

7 Qui detrahunt mihi, *id est, Iudęis, qui multipliciter detraxerunt Christo, vt prędictum est,*

8 Qui loquuntur mala aduersus animam meam, *id est, vitam meam. De cuius destructione inter se tractauerunt, vt prędictum est.*

9 Et tu domine. *Hic vltimò ponitur orationis Christi superius inchoatę consummatio, dicentis ad patrem,* Et tu Domine, *id est, Domine Angelorum & hominum.*

10 Fac mecum, *scilicet, misericordiam, me resuscitando, & glorificando.*

11 Propter nomen tuum, *id est, vt nomen tuum glorificetur per meam exaltationem.*

12 Quia suauis est misericordia. *sanans omnes morbos & vulnera.*

13 Libera me, *à Iudęorum persecutione.*

14 Quia egenus & pauper ego sum, *quia vt dictum est, duxit vitam valde pauperem.*

15 Et cor meum conturbatum, *ex Iudęorum ingratitudine.*

16 Sicut vmbra cum declinat, ablatus sum, *de vita præsenti per mortem & passionem meam.*

17 Excussus sum sicut locustæ. *id est, transiens de loco ad locum fugiendo persecutionem, vt patet Matthæi 2. vbi dicitur, quòd propter persecutionem Herodis fuit portatus in Aegyptum, & fugiens persecutionem Iudæorum, abiit trans Iordanem, Ioan. 10. & alias propter eorum persecutionem abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, Ioan. 11.*

18 Genua mea infirmata. *Ieiunauit enim Christus 40. diebus & 40. noctibus continuè. Matth. 4. & postea esuriit ex attenuatione corporis. Et non solum ex ieiunio, sed etiam ex alijs laboribus & vigilijs passus est fatigationem corporis, quæ maximè sentitur in genibus, eò quòd sustinent pondus corporis. Vnde dicitur Ioan. 4. a.* Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat super fontem.

19 Et caro mea immutata est, *in maciem.*

20 Propter oleum, *id est, ex defectu olei, in quo notatur tenuitas cibi sui condimento carentis. Et huic concordat translatio Hieron. quę sic habet,* Et caro macilenta est absque oleo. *In Hebraico sit habetur:* Et caro mea macilenta est absque pinguedine. *Corpus enim Christi optimè complexionatum erat, quia virtute spiritus sancti formatum fuit, quę non potest deficere: & ideo in iuuentute habuit conuenientem carnositatem, quæ tamen fuit immutata in maciem ex ieiunijs, laboribus, & vigilijs. Propter quod Ioan. 8. dixerunt Iudęi ad eum:* Quinquaginta annos nondum habes, &c. *Sic enim locuti fuerunt, quia quamuis haberet tantum 30. annos cum dimidio, vel 33. secundũ alios: videbatur tamen satis plus habere, propter mutationem corporis & faciei ex prędictis.*

21 Et ego factus sum opprobrium. *vt patet ex supradictis, & maximè hoc fuit in sua passione. ideo subditur:*

22 Viderunt me, & mouerunt capita sua. *Me deridendo, sicut dicitur Matth. 27. c.* Prętereuntes autem blasphemabant eũ mouentes capita sua, dicentes: Vah! qui destruis templum Dei, &c.

¶ Totum caput & corpus. a ¶ Non debitum operum.

a *Adiuua me Domine.* CASSI. Rogat, vt homo, præstat vt Deus.

b *Manus tua hæc.* AVGVST. Christus Hęc manus, & est verbum apud Deum & fecit eam, dũ verbum caro factũ est. Erat enim sine tẽpore secundum diuinitatem, & facta est in tempore secundum carnem.

c *Maledicent illi & tu benedices.* Vna est maledictio malorũ: Deus cum benedicit, facit quod dicit.

d *Sicut diploide. &c.* Alij interpretantur pro diaploide, duplex pallium, id est, confundantur intus & foris,

sua. Adiuua me Domine Deus meus: saluum me fac † prõ- 1
a ¶ Hi scilicet, pro quibus orauit, qui fuerant inter illusores. 2
pter misericordiam tuam. Et † sciãt, quia manus tua hæc, 3
a ¶ Nequam insultantes. b ¶ Bonus.
& tu Domine feciſti eam. Malẽdicent illi, & tũ benedices, 4
a ¶ Putantes proficere contra me. b ¶ Cum exaltatus ero super cælos, & cœperit esse super omnem terram gloria mea. 5
qũi insurgunt in me confundãntur: seruus autem tuus, læ- 6 7
a ¶ Aug. Vel in dextera patris, vel in membris lætantibus.
b ¶ Id est, pudeat eos detraxisse mihi: Quod & in bono potest accipi, dum corriguntur. 8
tãbitur. Induãntur, qui detrahunt mihi, † pudore, & ope- 9
a ¶ Duplici contritione contere eos do. de. no. b ¶ In membris. c ¶ Laudem. 10
riantur sicut diplõide confusione sua. Cõfitebor Dõmino 11
a ¶ Valde. b ¶ Ore sit confessio sa. c ¶ Quod alibi, in medio ecclesiæ l. t. ¶ Corde creditur ad iu.
nimis in orẽ meo, & in mẽdio multorum laudabo eum.
a ¶ Ne paupertate, id est, infirmitate succumbat: hoc adiutorium corpori Christi datum est in omnibus sanctis martyribus. 12
f † Qui astitit à dextris pauperis, vt saluãm faceret à persequen- 13
bus animam † meam.

id est, coram Deo, & hominibus.

e *Nimis in ore meo.* Solet poni *nimis*, pro plus quam debet, sed & pro valde.

f *In medio.* AVGV. id est, in communi, vel in corde.

g *Qui astitit à dextris pauperis.* Diabol' à dextris Iudæ, qui diuitias augere voluit, vẽdito Christo. Sed Dominus *à dextris pauperis*, vt ipse Dominus sit diuitiæ pauperis. Astitit enim, non vt annos huius vitæ augeret, vel vt fortem, vel in columem, vel diuitem faceret, sed vt animam saluaret à persequentibus.

† secundũ, † scient, † reuerentiam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Adiuua me Domine. *In passione confortando.*
2 Saluum me fac. *A morte suscitando.*
3 Et sciant, quia manus tua hæc, *id est, potestas tua, qua sola mortui resurgere possunt.*
4 Maledicent illi. *quia Iudei in malitia obstinati, apostolis gloriam resurrectionis Christi prædicantibus, illi maledicebant, Act. 19. b.* Cum autem quidam indurarentur, & non crederent, maledicentes viam Domini coram omni multitudine, Paulus discedens ab eis, segregauit discipulos, &c.
5 Et tu benedices, *quia prædicationem Apostolorum confirmauit per curationes languidorum, & suscitationes mortuorum, & alia Dei beneficia, quæ dicuntur benedictiones, in scripturis, ideo subditur.*
6 Qui insurgunt in me, confundantur, *quia ex dictis miraculis confundebantur aduersarij veritatis.* 7 Seruus autem, *quia Christus lętabatur in se, & in membris suis.*
8 Induantur, qui detrahunt mihi, pudore. *id est, vndique habeãt causam verecundiæ, sicut vestimentum circundat vndique.*
9 Et operiantur sicut diploide. *In translatione Hieron. habetur,* Sicut pallio. *Et ex dictis patet sententia, quia est repetitio eiusdem sententiæ sub aliis verbis, sicut solet fieri in orationibus & canticis.*
10 Confitebor Domino, *confessione laudis:*
11 Et in medio multorum. *Quod verificatum fuit in Christo, quãdo post resurrectionem discipulis suis apparuit, manifestans resurrectionem suam ad laudem Dei patris, & etiam in membris suis, per quę laudauit Deum patrem, et laudat vbique in ecclesia.*
12 Qui astitit à dextris pauperis. *id est, Christi hominis, in se, & in membris suis.*
13 Vt saluã faceret à persequentibus, &c. *me resuscitando & mẽbra mea protegendo, & sua gratia viuificando.*

ADDITIO I.

In Psalm. 108. Deus laudem. *vbi dicitur in postil.* Os peccatoris & dolosi, scilicet Iudæ.

Iudas proditor proprie dicitur dolosus, *quia dolosè cum osculo pacis Dominum tradidit. Sacerdotes autem, qui patenter Christum blasphemabant, & in eum manus sceleratas iniecerunt, non dolosi dicuntur proprie, sed transgressores seu* peccatores.

ADDITIO II.

In eo. Psalmo vbi dicitur in postilla: Hoc opus eorum, id est, hæc pœna. *Secundum glo. præcedentia, quę fuerunt singulariter dicta, applicanda sunt ipsi Iudę. Cum autem hic dicitur pluraliter.* Hoc opus eorum qui de mi. &c. *intelligitur de Iudęis quod videtur magis proprie dictum, licet vtrunque sit applicabile, &c.*

GLOSSA ORDIN.

Psalm. Dauid. CIX.

¶ Remi. Id est, effectu vel generatione, vel æternaliter disposuit. ¶ Pater.

DIXIT DOMINVS 1

a *Psalmus Dauid.* CAS. Psalmus iste septimus de duabus naturis in Christo, plene & breuiter de incarnatione, & omnipotenti diuinitate Christi dicit: Sicut Ioannes in Euangelio, *In principio erat verbum, et verbum caro factum est.* Totum hic summatim dicitur, quicquid in vtroque testamento continetur. Ioan. 1. a.

CASSIOD. Propheta hortatur Christo subijci.

CASSIODORVS. Primo, refert propheta verba patris de filio, in quibus natura diuinitatis, & humanitatis exponitur. Secũdo, pater indicat naturam deitatis aliquatenus, ibi, *Tecum principium in die virtutis tuæ, &c.* Tertio propheta agit de humanitate Christi, ibi, *Iurauit Dominus Domino meo*, hoc diuinitatis, *Sede, & virgam virtutis tuæ emittet*, hoc humanitatis.

✻ THEODORETVS. Cùm in præcedenti Psalmo prædixisset ea, quæ ad Christi crucem spectarent: prædicit nunc saluatoris assumptionem, quæ post patibulum fuit. Meminit autem exordij huius Psalmi diuinissimus Petrus in actibus, dicit autem sic, *Non enim Dauid ascendit in cœlos, dicit autem ipse, Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum bellum pedum tuorum.* & ipse Dominus videns Pharisæos alias de Christo opiniones habere, quæstionem huiusmodi ipsis proposuit. *Quid vobis videtur de Christo? cuius est filius? Cùm autem illi dixissent, Dauidis, respondit, quomodo ergo Dauid in spiritu Dominum ipsum vocat, dicens, Dixit Dominus Domino meo,* Deinde argumentatur, *Si Dauid vocat ipsum in spiritu Dominum, quomodo filius ipsius est?* Hoc autem inquit, nõ inficiando, quin Christus filius esset Dauidis, sed adiungendo id, quod ignorabatur, ei quod in aperto erat: Christum nanque filium esse Dauidis, confitebantur etiam Pharisæi, sed eundẽ Dauidis esse Dominum penitus ignorabant. Adiungit igitur quod deerat, sed rem manifestã minime tollit, docẽs, ipsum Christum & filium esse Dauidis secundum carnem, & eiusdem esse Dominum tan quã Deum, & creatorẽ. Sapienter ergo beatus Dauid diuinitatem Christi prędicat, & inquit, *Dixit Dominus Domino meo.* Act. 2. Matth. 22

PSALMVS CIX.

Dixit Dominus. CASSIODORVS. More nostro, vt homo instruatur. *Dominus Domino.* Persona discerne, & vnam naturam, & potentiam accipe.

☞ *Sede*

NICOLAVS DE LIRA. PSAL. CIX.

1 DIxit Dominus. *Hic incipit secunda pars principalis in executione huius libri, sicut dictum fuit à principio, in qua agitur de sacerdotio Christi: tamen ista diuisio non est præcisa, quia cum hoc tractantur multa alia, sed est per reductionem ad istud quod in hoc hoc Psalmo tangitur. Cui præmittitur talis titulus in Hebræo:* Psalmus Dauid. *sed præponitur litera* Lamec. *ad designandum quod Dauid est datiui casus, & sic apparet autor huius Psalm. quia appropriatur ipsi Dauid, sicut autori. De materia vero huius Psalm. dicunt aliqui Hebræi, quod est gratiarum actio pro victoria diuinitus con-*

☞ 1 *cessa*

MORALITER.

† 1 *Dixit Dominus* Sicut ostendi multipliciter in expositione literali, Psal. iste loquitur de regno Christi, & eius sacerdotio. Moraliter autem Potest exponi de quolibet martyre, qui rex est, & sacerdos in cœlo. Apoc. *Fecit nos regnum & sacerdot, &c.* vt dicatur in persona alicuius sibi deuoti, *Dixit Dominus Deus.*

a *Sede.* CASSI. Post laborem quiesce,& conregna,secundum quod homo.

b *A dextris meis.* In potioribus meis bonis, & occultis, donec regnes manifestus. Et hoc est, *donec ponam inimicos tuos, &c.*

AVGVST. *Sede,* non solum in alto,vt excelsis domineris,sed etiam in occulto, vt latens &occultus credaris:quia nõest mercesfidei, nisi lateat, quod credimus.Substrati autem qui hic inferius sperãt,& credunt quod non vident. Hæc est iustitia fidei, de qua Dominus in Euangelio: *Cùm venerit paracletus arguet mundum de peccato, quod non credit, & de iustitia, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me,* id est, hæc erit iustitia vestra, vt credatis in eum, quẽ non videbitis. Tunc enim *iustus fide viuit,* si non videt quod credit.

a ¶ Filio. b ¶ Etiam secundum quod homo. c ¶ Quasi æqualis. d ¶ Pro æterno.
¶ Cas. Hoc quotidie, etsi paulatim,peragitur in conuersis.

a b c d Dõmino mẽo: sede à dẽxtris meis. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum.

a ¶ Nolentes,vel volentes. b ¶ Subiectos per fidem tuæ diuinitati. Subiectos ex voluntate, vel necessitate.

c *Donec ponam inimicos tuos.* ✠ THEODOR. *Inimicus* potissimùm est diabolus,& huius ministri dæmones, & qui suis diuinis præconiis resistunt, nimirum Iudæi, & Græci. Hæc autem particula, *Donec*, non tempus significat sed sacrarum literarum est idonea.Sic enim & per Vatem inquit Deus, *Ego sum, ego sum, & donec senio confecti eritis, ego sum.* Patet quippe substantiam Dei non simul cum hominum senectute terminari. Si enim de cœlis & terra Vates inquit, *Ipsi peribunt, tu autem permanebis*: & rursus, *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient*, multo magis,licet homines senescant &terminantur,vniuersitatis creator permanet. Hoc Apostolico illi dicto simile est, *Oportet enim ipsum regnare, Donec ponat inimicos suos sub pedes eius.* Nec sanè hæc particula, *Donec*,hoc in loco tempus indicat:quam enim haberet rationem adhuc aliquibus repugnantibus ipsum regnare, post autem omnium subiectionem regno priuari? Atqui Daniel Vates, post ferarum internecionem ipsum inquit regnare in secula, & regni eius non fore finem.Quo modo autem & sancti simul cum ipso regnant,vel cum quo simul regnant? cùm is qui regnũ promiserit, regnum deposuerit? Hæc igitur particula, *Donec*, non tempus significat, sed secundùm diuinæ scripturæ idioma iacet.

d *Scabellum pedum tuorum.* à similitudine, vbi & plena notatur ☞ subiectio

D Exod. 3. Psal. 101. E 1. Cor. 15. Daniel 7. F

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *cessa Abrahæ de quatuor regibus, vt habetur plenius Genes. 14. & sic exponunt quod dicitur in principio,* Dixit dominus domino meo. *vt sint verba Eliezer serui Abrahę dicentis*, Dixit dominus, *id est, Deus, qui est dominus omnium, Domino meo, scilicet Abrahæ,* Sede à dextris meis, *id est, sis securus de protectione mea in bello contra Amraphel, & alios, qui erant cum eo:* Donec ponam inimicos tuos. *id est, reges prędictos, qui dicuntur inimici Abrahæ, eo quod captiuauerant Lot nepotem suum,* Scabellum pedum tuorum. *habendo de eis plenam victoriam, & sic conuenienter applicant literam ad suum propositum, prout possunt. Alij vero Hebræi dicunt, quod est gratiarum actio ipsius Dauid, de hoc quod Dominus eum assecuraverit in persecutione Saulis, quod non traderetur in manibus eius. & sic cùm dicitur:* Dixit dominus, &c. *verbum est ipsius Dauid dicentis pro gratiarum actione:* Dixit dominus. *id est, Dixit mihi,* Domino meo, *id est, pro meo domino Saule me persequente,* Sede à dextris meis, *id est, sis securus de protectione mea, quia non traderis in manibus eius:* Donec ponã inimicos tuos, *id est omnes illos qui nituntur te impedire à regni consecutione,* Scabellum pedum tuorum, *id est, totaliter tibi subiectos: quod fuit impletum, vt patet 2. Reg. & 1. Paral. & sic consequenter nituntur applicare literam ad istud propositum. Istas duas expositiones non intendo prosequi:tum ad prolixitatem vitandam, tum quia continent falsitatem, et à litera dissonantiam, quod patet de prima expositione, secundum illud quod in principio dicitur:* Dixit dominus domino meo, &c. *est verbum Eliezer, & per consequens alia quæ sequuntur. Ad quod videtur sequi, quod sit autor Psalmi. cui repugnat Psalmi titulus, vt dictum est. Item secunda expositio quæ dicit,* Dixit dominus domino meo. *id est, pro meo domino Saule videtur extorta manifeste, Item illud quod dicitur infra,* Tu es sacerdos in æternum,&c. *non potest conuenire ipsi Dauid,nec etiã Abrahæ: quia non fuerunt sacerdotes, vt patet de Dauid manifeste, similiter de Abraham, quia dedit decimas Melchisedech sacerdoti, Gen. 14. Præterea dato, quod fuissent sacerdotes, illud sacerdotium non fuit æternum, et ideo hæc litera dicitur de illo solo, cuius sacerdotium est æternum, scilicet, Christo. secundum quod diffusè tractat Apostolus ad Hebræ.7. d. dicens:* Iesus autem, eo quod maneat in æternũ, sempiternum habet sacerdotium. *Et ideo Psalm. iste ad literam loquitur de Christo. Item hoc patet per dictum saluatoris, Matt. 22. d. vbi dicitur,* Congregatis autem Pharisęis interrogauit eos Iesus, dicens:Quid vobis videtur de Christo,cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis:Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum.d.Dixit dominus domino meo:sede à dextris meis,&c. *& subditur:* Si ergo Dauid vocat eum dominum,quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum: *quia Pharisęi diuinitatem Christi ignorabant, per quam Christus est dominus ipsius Dauid, & filius eius secundum carnẽ. Rom. 1. a.* Qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnem. *Ex verbis autem prędictis duo apparent manifeste, scilicet, quod Dauid fuit author huius psalm. & quod iste loquitur de Christo. Hoc etiam apparet per dictum Apostoli Hebr. 1. vbi per literam huius psal. probat Christum maiorem angelis.*

d. Ad quem autem angelorũ dixit aliquando:Sede à dextris meis, quoadusque ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ, *q. d. nulli. ideo subdit:* Nonne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi? *Probatio autem non sit nisi ex sensu literali, secundum quod dicit Aug. contra Vincentium Donatistam. Ex quo patet secundum sententiam Apostoli, quod hic psal. loquitur ad literam de Christo Item hoc potest declarari per dicta doctorum Hebræorum antiquorum. Primo per Ionathan filium Oziel, qui tantæ authoritatis fuit & est apud Hebræos, quod nullus fuit ausus contradicere sibi in translatione sua Chaldaica: vbi nos habemus,* Dixit dominus domino meo,&c. *transtulit sic,* Dixit dominus verbo suo: sede, &c. *Abraham autem non potest dici Dei verbum,nec Dauid,sed tantum Dei filius Iesus Christus, secundum quod dicitur Ioannis primo,* In principio erat verbum,&c. *Hoc etiam patet per quandam glo. Hebraicam, quæ est Rabi Ioden super illud psal.17. d.* Et dedisti mihi protectionem salutis tuę,& dextera tua suscepit me. *Glos.* in futurum Deus sanctus & benedictus cõuertere faciet regem Messiam ad dexterã suam,sicut scriptũ est psal.109. Dixit dominus domino meo,&c. *Et idem dicit Ra. Moy Hadarzan super illud Gene.8.a.* Apparuit autem illi dominus ad ilicem Mambre, &c. *Patet igitur ex dictis Christi & apostoli Pauli, & doctorum antiquorum apud Hebręos, & adhuc apparebit prosequendo hunc psal. quod psal. iste intelligendus est de Christo.*

His præmissis psal. iste in duas partes diuiditur. Quia primo describitur Christi conditio, secundo agitur de eius sacerdotio, ibi, Iurauit dominus. *Conditio autem ipsius Christi est, quod est Deus & homo in vna persona, ita quod secundum naturam humanam est minor patre, secundum diuinam æqualis ei. Primo ergo ostenditur ista minoritas, & secundo æqualitas, ibi,* Tecum principium. *Minoritas autem fuit ostensa per hoc,quod Christus in natura humana fuit exaltatus à Deo patre in sua benedicta ascensione. Nullus enim exaltatur nisi à maiore se: Et hoc est quod dicit Dauid loquens de futuro per modum præteriti,propter certitudinem prophetiæ,* Dixit dominus. *id est, Deus pater.*

1 Domino meo. *ipsi Christo, quem Dauid vocat dominum suum ratione Deitatis.*

2 Sede à dextris meis. *Quod impletum fuit in sua ascensione, secundum quod dicitur Marc. vltimo. d.* Et dominus quidem Iesus post quàm locutus est eis,assumptus est in cælũ,& sedet à dextris Dei.

3 Donec ponam inimicos tuos. *id est, Iudęos, qui persecuti fuerunt Christum ad mortem.*

4 Scabellum pedum tuorum. *id est, subiectos tibi. Quod videmus impletum, quia illi, qui de Iudæis crediderunt, sunt Christo subiecti per fidem: Illi vero, qui increduli remanserunt, sunt membris Christi subiecti, quia in terris principum Christianorum manent, sicut serui & abiecti. Inter Saracenos autem habitare non permittuntur vt à fide dignis audiui. Ad ascensionem vero Christi secuta est missio spiritus sancti in signo visibili, vt habetur Act. 2. Propter quod dicitur Ioan. 7. f.* Nondum erat spiritus datus,quia Iesus nondum erat glorificatus. *Ista vero missio fuit facta in monte Sion, vt dicit Hiero. in epistola ad Paulinum, de omnibus sacræ scripturæ libris: & apostoli aliique discipuli spiritu sancto confirmati, de Sion exierunt ad prędicandum per orbem gloriam Christi, secundum quod dixerat eis Saluator,* ✠ *Act. 1.*

MORALITER.

† 1 *Domino meo.* Tali sancto, quem dominum & patronum elegi.

2 *Sede à dextris meis.* cum angelis beatis.

3 *Donec ponam inimicos tuos, &c.* Tortores enim martyrum posuit Deus in inferno sub pedibus eorum.

† 1 *Virgam*

☞ subiectio. Per pedes stabilitas æterna: hoc quotidie in conuersis.

A a *Virgam virtu.* Incipit autem ex Sion, id est, ex Iudæis regnum Christi, vnde subdit, *Virgam virtutis, &c.*

✻ HIER. ALCVINVS. *Virgam virtutis, etc.* Hãc laudem prophetæ canit Christo, ad ipsum in sua persona loquẽs, & ordinem incipiendi regni ostẽdens, à Iudæis ad gentes, & sic vsque ad finem psalmi decurrit. CASSIO. *Virtutis:* & addit, *tuæ* quia hæc potestas propriè est Christi ex deitate. Sequitur, *dominare*, vel dominaberis, vel dominabitur, quasi dicat: Emitte virgã, & sic emissã virgâ dominabitur ipse pater. Vel, Tu Christe; vel *dominare*, dominaberis. *Virga* est sceptrum regiæ potestatis, qua sustentantur boni, franguntur mali: emissa virga dominaberis conuersis; non, vindicabis, quasi ingratos vindictæ destructione percellat; sed ait, *dominaberis*, vt fideles educet beneficiis, & correctione.

b *Ex Sion.* Non de illo regno Christi loquitur propheta, quo C Christus semper regnat cum patre: sed de illo dispensatorio & temporali, quo nos carne sua mediatrice vocauit in æternitatem, Mat. 8.d. & in nobis regnat, cuius tamen non erit finis. Incipit autem à Ierusalem. Vnde ipse dominus ait, *Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis, et prædicabitur in nomine eius pœnitentia, et remissio peccatorum per omnes gentes, incipientibus à Ieroſolyma.*

c *Tecum principium.* CASSIO. Secundo indicat pater naturam diuinitatis aliquatenus pro nostra capacitate, quasi, Ego dominus emittam virgam virtutis tuæ, quia tecum est mihi principium, ne dicam, tibi mecum: ne alicui posteriori me videaris, ego & tu sumus vnũ principiũ omniũ, quod hic non videtur, sed *in die*, i. æternitate, vbi virtus diuina conspicitur non ab aliis, sed à sanctis: quando in resurrectione erunt splendidi, vt angeli Dei. D

AVGVSTINVS. Iam dominatur, iam virtus; sed *in die* specialis virtutis, cum olim visus in forma serui, videbitur à mundis & discordibus in forma

a ¶ Quod ita fiet. ¶ Regnum potentię incipit à Ierusalem, & sic dominabitur in medio inimicorum tuorũ.
b ¶ Quia propriè ex diuinitate est hæc potestas Christi.
c ¶ Vnde. De Sion exibit lex, & verbum domini de Ierusalem.

a Virgã virtutis tuæ emittet dominus ex Sion † dominare
a ¶ In præcordijs, vel in ecclesia inter malos constituta. b ¶ Quorumlibet.
b ¶ Coæternus es mihi.
c in mẽdio inimicorũ tuorum. † Tecum principium in
a ¶ In charitate deitatis. b ¶ Consubstantialis. c ¶ Et cum sancto spiritu qui sanctos splendificat.
d ¶ Et ego. e ¶ Ante omnem creaturam.
d diẽ virtutis tuæ splẽdoribus sanctorum: ex vtero ante

1 Dei; à quo visu tol-
2 letur impius *in die*
3 *virtutis*, scilicet, quã-
4 do sancti erunt in
5 splendore fulgentes,
6 sicut sol in regno pa-
7 tris. Tunc cum eo e-
8 rit principium, &
9 modo est principiũ,
10 scilicet pater cum fi-

† dominaberis.

lio principium est. Sed tũc videbitur quomodo principium cum eo, quia tunc similes ei videbũt eum, sicut est. Viderat Philippus secundum formam serui, & obiurgatus, eò quod in filio non agnosceret patrem, quem quærebat videre, dicens, *Domine ostende nobis patrem et sufficit, &c.* Audit, *Qui me videt*, non formam serui, sed qualem me abscondi timentibus, & qualem me videndum præficio sperantibus, *videt patrem*, hoc modo credendum, vt tunc videatur; vnde, *Non credis, quia ego in patre, & pater in me est?* Quasi, quod nondum videre potes, crede, vt videre mereaE ris filium cum patre, & in patre, qualiter pater cum eo principium. Hoc tunc, sed nunc;

† Populus tuus spõtaneatũ erit oblationũ in die fortitudinis tuæ in pulchritudinibus sanctitatis ab vtero à diliculo tibi eos adolescentiæ tuæ F

d *Ex vte.* Id est vt ex secreta & occulta substantia mea, *Genuite ante luciferũ.* Id est, ante tẽpora. Lucifer eminens pars, pro syderibus; per quæ, tẽpora, quia in signis & tẽporibus posita sunt. Vel, Dauid dicit cũ Maria, De me, *ex vtero.* scilicet virginis, *ante luciferum genui te*: noctu scilicet, ad hoc natus de ea, vt esset sacer-

☞ dos in

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *Act. 1. a.* Accipietis virtutem superuenientis spiritussancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. *Et hoc est quod prædixit hic Dauid, dirigens sermonem ad Christum:* 1 Virgam vir. tuæ, *Id est, potestatem docendi in omnibus linguis, et faciendi miracula ad confirmationẽ doctrinæ,* 2 Emittet domi. *Id est, Deus pater, qui cum filio misit spiritumsanctum conferentem potestatem istã Apostolis.* 3 Ex Sion. *Quia spiritussanctus ex Sion, vel in Sion, apostolis fuit missus, vt prædictum est. Et ex Sion missi sunt apostoli ad prædicandũ, non solùm à filio, sed etiam à patre. Et quia per doctrinam & miracula apostolorum illi, qui per orbem, propter idola Christum perse quebantur, conuersi sunt ad fidem, & subiecti ipsi Christo, ideo subditur,* 4 Dominare. *Scilicet tu Christe.* 5 In medio ini. tuo. *Notandum verò quod potestas docendi prædicta conuenienter significatur per* virgam, *quia doctores Hebræorum antiquitus virgam portabant in signum doctrinę, & similiter baculũ portant pastores ecclesię: vnde & apostolis ad prædicandum missis Mar. 6. b dicitur, quod non portẽt aliquid in via, nisi* virgam *tantũ. Similiter potestas miracula faciendi per* virgam *designatur: Vnde Moyse misso à Deo in Ægyptum dicitur Exo. 4. b.* Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa. 6 Tecum prin. *Hic consequenter ostenditur æqualitas Christi ad patrem, quę conuenit ei ratione diuinæ naturę, quæ est eadem in patre et filio, & hoc est quod dicitur,* Tecum prin. *Principium dicitur hic ipse pater, secundum quod dicitur. Ioa. 1. a.* In principio erat verbum, *id est in patre filius, qui est cum filio, inquãtum est vnus cum eo in natura, & distinctus in persona: hoc autem importat hæc dictio,* tecum, *scilicet vnionem distinctorum.*

7 In die virtutis tuæ. *Hoc est, in claritate patriæ, quę est dies sine nocte. Apoc. 21. g.* Nox enim non erit illic. *In qua die videbitur apertè virtus Christi quantum ad deitatem & humanitatem: quia sancti in patria reficiuntur interius in aspectu deitatis, et exterius in aspectu humanitatis, vt dicit Auguſt. super Ioh. ideo subditur,* 8 In splendoribus sanctorum. *Qui illuminati lumine gloriæ eleuantur ad dictam visionem.* 9 Ex vtero ante luciferum genui te. *Hoc dicitur in persona patris. Nec mirum, quia modus loquendi frequenter mutatur in prophetis, & maximè in psal. vt frequenter apparuit in prædictis. Et ostenditur hic coæternitas filij ad patrem.* Ex vtero, *quia filius est de substantia patris.* 10 Ante luci. *Id est, ante productionem stellarũ, quæ nomine* luciferi *designantur, sicut totum à nobiliori parte denominatur: & per consequens generatio filij præcedit creationem cœli, cũ quo facta sunt stellæ. Tempus autem sequitur motum cœli, & per consequens ante tẽpus est generatio filij, et per consequens æterna, quia ante tempus nõ est nisi æternitas. Litera autẽ Hebraica sic habet.* Populi tui principes in die virtutis tuæ in decore sancto de matrice auroræ tibi ros adolescẽtiæ tuæ. *Et secũdũ istã literã in prima parte huius versꝰ nõ ostẽdetur æqualitas filij ad patrẽ, sed magis cõtinuatur sẽtẽtia versus præcedẽtis, in quo agitur de potestate docẽdi, & miracula faciẽdi apostolis data, per quã facti sunt principes super omnem terrã in spiritualibus, secundum quod dicitur psal. 44.* Cõstitues eos principes super omnẽ terrã, &c. *& hoc est quod dicitur hic.* Populi tui, *i. apostoli, alijquem discipuli, cum eis existentes in die pentecostes,* Principes, *supple, sunt constituti, quia communiter hoc verbũ est in omnibus suis modis, et temporibus supponitur in Hebræo,* In die virtutis tuę, *Id est in die pẽtecostes, qua declarata est virtus tua in missione spiritussancti in signo visibili, secundũ quod dicitur Act 2. e.* Dextera igitur Dei exaltatus, effudit hunc, quẽ vos videtis & auditis. In decore sancto, *quia gratia spiritussancti sanctificat & decorat,* De matrice Auroræ, &c. *Hic ostẽditur quod sicut apostoli confirmati fuerunt virtute spiritussancti, sic eadẽ virtute formatum fuit corpus Christi de virgine. Et hęc est sententia R. Barachiæ exponentis super Gene. illud Threnorum vlt. a.* Populi facti sumus absque patre. Deus sanctus & benedictus ait Israel: Vos dixistis coram me. Pupilli facti sumus absque patre redemptor (quẽ ego ex vobis suscitabo) sine patre erit, sicut scriptũ est psal. 109. De matrice aurorę tibi ros infãtię tuę. *Ex hoc igiturdicto patet, quod psal. isie secũdũ intẽtionẽ illius doctoris loquitur de Christo, qui expectabatur vt redẽptor, et quod nascitur⁹ erat in terris de matre sine patre, & secundum hoc exponitur ista litera:* De matrice auroræ, *Id est de vtero virginis, quę* aurora *dicitur, quia sicut sol visibilis oritur de loco aurorę, sic Christus de virgine ortus est, qui dicitur sol iustitię, Malachi. 4. a.* Orietur vobis timentibus nomẽ meum sol iustitię. Tibi ros, *Id est, corpus formatum virtute spiritussancti de purissimo sanguine beatę virginis, sicut vos generatur virtute cœlesti in materia humoris:* Adolescẽtiæ tuæ, *quia Dei filius immutabilis & æternus, in corpore assumpto de virgine, factus est infans & adolescẽs, & tandẽ vir perfectus.*

Redẽptor sine patre erit, sed spiritussancti virtus formabit, &c. Nota digna de Christi incarnatione cõtra Iudęos.

✠ Iurauit

MORALITER.

† 1 *Virgam virtutis tuæ emittet domi. ex.* Potestatem enim gloriæ mirabilium declarauit Deus per miracula cœlitus facta, ex quibus honorantur in terra, ideo subditur,

4 *Domi. in me. inimi. tuorũ.* Martyres enim multi venerantur vbi fuerunt martyrizati, vt beatus Dionysius in Francia, & beatus Thomas: Thomas Cantuariensis in Anglia, & sic de pluribus aliis.

6 *Tecum principium.* Id est Christus, qui dixit de seipso Ioan. 8. d. *Principium qui & loquor vobis.*

7 *In die virtu. tuæ.* Id est, tuæ glorificationis, cum aliis sanctis.

9 *Ex vtero ante luciferum genui te.* Id est, ex occulto prædestinationis meæ dispositi te glorificare.

dos in æternum, qui se offerat, vnde sequitur, *Iurauit, &c.*

CASSIOD. Vel *Tecum principium*, Hoc pater; quasi, hoc tibi tribuo plus quam alij, quia filius per naturam.

AVGVST. Vel ex persona prophetæ potest accipi loquentis ad filium, *Tecum*, Quasi dicat, Dominus emittet virgam virtutis Et ipse est *principium tecum*, id est coæternus tibi, non tantùm secũdum quod tu es homo, sed in die virtutis, id est in claritate deitatis. *Virtutis* dico *tua*, quasi, & cõ substantialis est tibi, Et est etiam principium *in splendoribus sanctorum*, id est cum spiritusancto, qui sanctos splendificat.

a *Iurauit Do.* CASSIO. Tertiò agit propheta de humanitate Christi, *Ecce verbum caro factũ est.* Notandum, suprà verba prophetæ agentis de humanitate Christi fuerunt, *Virgam virtutis tuæ*, Vsque ad, *Tecum principium.* Ibi verò Deus pater, siue propheta, loquitur secũdum diuersas lectiones, agens de Christi deitate. Hic item propheta loquitur vsque ad finem Psal. agens de Christi humanitate, quasi diceret, Dominus dixit. *Sede à dextris, &c.* Dedit etiam sacerdotium æternum; *Iurauit* firmiter promisit, tibi secundum quod homo. *Non pœnitebit*, Pro more nostro, de Deo hoc dicitur, quia non aliter euenit, quam sperabatur. Et quia omnia inde gauisa, *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Quia panem & vinum in corpus & sanguinem suum consecrauit, cuius similitudinem præmisit Melchisedech. Hinc constat transire victimas secundum ordinem Aaron.

b *Non pœnitebit eum, tu es sa. in æter.* AVG. In Deum nulla cadit pœnitentia: Scit enim quid agat, nec mutat consilium, sed verbo pœnitentiæ mutatio rerum aliter quam sperabat euenientium significatur. Quomodo enim, cum aliquid pœnitet te fecisse, doles factum quod fecisti.

✻ BEDA. Sic continuatur, Meritò tibi dico, *Sede à dextris meis*, Quia ego, *Tecum principium.* Sicut prius; & hoc quasi dicat, etsi non apparuit in nocte infirmitatis tuæ, scilicet, quando pro nobis traditus est, passus & sepultus; apparebit in die illa, quando declarabitur virtus tua, scilicet quando veniet in maiestate patris & tris & sanctorum angelorum, & *in splendoribus sanctorum*, id est, quando sancti splendificabunt vt sol, Vnde alibi, *Fulgebũt iusti sicut sol. etc.* Sequitur vox prophetæ. Ego autem Dauid *genui te*, sed ex solo virginis vtero sine aliqua maritali complexione, quod nulli alij conuenit. Gignunt enim alij ex vtero, sed non sine coniugali, complexione: *Et genui te antelucíferum*, Id est, ante omnem creaturam sicut prius, vel *ante luciferũ*, Id est, ante diem. Natus enim est Christus in nocte, qui venit tollere noctem. Et bene dixit, *genui te*, Si. n. Dauid genuit Iesse, Iesse autem Mariã, & Maria Christum genuit, & Dauid Christum.

c *Reges.* AV. Qui volũt, vel volebãt delere nomen Christi.

d *Iudicabit in na.* CAS. Quasi, reges frangit pro superbia: populos iudicat propter communia peccata: vtrosque vt humilientur ad conuersionem. Vel,

f *Terra com.* AVG. Quæ peccatores abundanter nutrit.

g *Confringet capita in ter. mul.* ✻ EVTHY. Capita multorum, hoc est, multa, nam quod superius singillatim dixit de regibus, nunc in vniuersum de aliis dicit, quanquam his verbis, non tantũ cõtineatur prophetia futuri iudicij, sed illud etiam doceantur, intolerandas admodum nobis esse vires Dei, qui quoties iratus fuerit, confringet reges, & alia faciet, quæ superius dicta sunt.

h *De torrente.* CASS. De transitoria passione, & turbulenta. In via, qua itur ad aliam mansionem.

i *Exaltabit cap.* Vnde. *Propter hoc exaltauit illum, & dedit Deus illi nomen, quod est super omne nomẽ, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, et infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus est in gloria Dei patris.*

GLOS

a ¶ Ptæ omnibus stellis, Lucifer, qui nuntiat diem modo. b ¶ Iuratio Dei est firmamentum promissionis.
c ¶ Sicut de Sacerdotio Aaron, quod præter spem mutauit. d ¶ Non mutabit.

lũciferum genui te. 1 Iurauit Dominus, & nõn pœnitebit eum:

a ¶ Quid iurauit.

tũ es sacerdos in æternum † secundùm ordinem Melchise-

a ¶ Hic fit conuersio ad patrem Et, ô Dominé, qui hoc iurasti, iste sacerdos, qui est Dominus sedens à dextris tuis, cui dixisti. Sede à dextris.

dech. Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges.

a ¶ Id est, in gentibus.
b ¶ Humiles, non erectos, cadentes scilicet ab altitudine, quę contra Christum se erexerunt.
c ¶ Hic de superbis humiles facit.

Iudicabit in nationibus, implebit † ruinas, conquassabit ca-

a ¶ Vita ista. b ¶ Vnde hoc eis! ¶ Augustꝰ. De fluxu mortalitatis nostræ bibit nascendo, moriendo.
c ¶ Quã vt gigas cucurrit. d ¶ Prophetia.
¶ Augustꝰ. Quia humiliatus est, & factus obediens vsque ad mortem.

pita in terrã † multorum. De torrente in viã † bibit, propterea exaltabit caput.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

† De cõ. di. 2. c. sacerdos.

† copiosa.

† cadaueribus, cædet caput super terrã multam. † bibet.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iurauit Dominus. *Hic consequenter agitur de Christi sacerdotio. & quia ad sacerdotium in difficilibus & dubijs pertinebat vltimum iudicium, Deuter. 17. b.* Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotes Leuitici generis, &c: *Ideo hic primò agitur de sacerdotio Christi, secũdo de eius iudicio finali, ibi*, Iudicabit, *Circa primum dicit*, Iurauit Dominus, & non pœnitebit eũ, *Id est, firmiter statuit, & absque retractione, Geneſis vicesimo secundo, cap.* Per memetipsum iurauí, dicit Dominus, &c. *Sequitur*, In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. *Quod impletum est in sacerdotio Christi de semine Abrahæ descendentis. Benedictio enim pertinet ad officium sacerdotis.*

2 Tu es sacer. &c. *Quod intelligitur de sacerdotio Christi, vt suprà declaratum est. Et idem dicit Rą. Moyses Hadarsan super illud Gene. 14. d.* At verò Melchisedech rex Salẽ: hoc est acsi dixerit scriptura *Psal. 109.* Tu es Sacerdos in ęternum secundum ordinem Melchisedech, iustus & saluator. Vt dicitur Zach. 9. c. Iubila filia Ierusalem: Ecce rex tuus veniet tibi iustus & Saluator. *Ex hoc dicto habetur, quod Melchisedech, qui interpretatur rex iustitiæ, fuit figura Christi, & quod hæc scriptura huius psal. 109. intelligenda est de Christo.*

3 Secun. or. *Quia sicut Melchisedech obtulit panem, & vinum in sacrificium, Gen. 14. sic Christus in sacrificium eucharistię cõsecrat corpus suum & sanguinem, quia in hoc sacrificio ipse est sacerdos, et hostia.*

4 Dominus à dex. t. c. &c. *Isti sunt, qui aduersus Christum surrexerunt, scilicet Herodes & pontius Pilatus, et principes Iudęorum regentes populum. sicut dictum fuit diffusius psal. 2. exponendo illud*: Astiterunt reges terræ, &c. *Et isti fuerunt confracti in die iræ Dei id est, vindictæ ipsius: quia Pilatus, & Herodes fuerunt relegati in exilium per Imperatorem Romanum, et principes Iudæorum per Romanos exterminati.* 5 Iudicabit. *Hic consequenter agitur de iudicio finali, quod fiet per Christum, autoritatiuè ex deitate, executiuè in humanitate, quia in forma humana in iudicio apparebit, & hoc est quod dic.* Iudi. in na. *Quia illud iudicium erit generale.* 6 Imple. tui, *In Hebræo habetur*, Funera; *Quia corpora defunctorum, quæ per mortẽ ruerũt à vita præsenti, resuscitabuntur diuina virtute, et sic replebuntur animabus ea viuificãtibus, vt sic iusti sint beati in anima & corpore, & impij damnati in vtroque, ideò sequ.* 7 Conquassabit c. *Id est, grauiter dãnabit tyrãnos huius mundi, qui fuerunt super alios principes & capitanei.* 8 In ter. m. *Quia in multis terris magis viget & viguit tyrannis, quã regnũ. Consequẽter ostẽditur vnde potestas iudicandi meritoriè concessa est Christo homini, cum dicitur,* 9 De tor. in v. b. *De fluxu, seu impetu tribulationis* bibit in via *vitæ præsẽtis, et maximè in sua passione. Propter quod dixit Iacobo et Ioan. Mat. 20. c.* Potestis bibere calicẽ, quẽ ego bibiturus sũ? *Quod autẽ per torrentẽ intelligatur impetus tribulationis, patet Esa. 30. f.* Spiritus eius velut torrens inundãs vsque ad medium colli, ad perdendas gẽtes in nihilum. 10 Propterea exaltabit caput. *Potestatiuè iudicando, & omnibus dominando secundum quod dicitur Philip. 2. a.* Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.

NICOL-

MORALITER.

† 1 *Iurauit Dominus.* Id est firmiter disposuit, quod tu esses sacerdos, æternaliter offerens Deo laudes.

3 *Secundum ord. Mel.* Id est, qui est rex iustitiæ.

4 *Dominus à dex. tuis con.* Scilicet tyrãnos martyres persequẽtes.

5 *Iudicabit in natio.* In iudicio finali. 6 *Implebit ruinas*, Angelorum electos assumendo ad ordines eorum.

7 *Conquassabit capita in terra mul.* Id est, tyrãnos qui in terra fuerunt capitanei malorum. 9 *Detorrente in via bibet.* Scilicet iste martyr in sua passione. 10 *Propterea exaltauit caput.* Id est, exaltabit in sua glorificatione. Frequenter enim in sacra scriptura ponitur præteritum pro futuro, & etiam è conuerso.

† MORAL.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Alleluia.* CAS. Primus psalmus per omnes literas alphabeti, qui indicat perfectos laudatores in ecclesia, sicut qui non per omnes minus perfectos. Vel, vt Hilarius ait, huiusmodi psalmi incipientibus quasi elementa dantur, vnde monemur, vt ad eruditionem festinemus.

CASSIODORVS. Populus Dei ab omni malo liberatus laudat, & ad laudem Dei inuitat pro operibus suis. Nomen autem angelicæ laudis alleluia, etsi omnibus psalmis congruat, ibi tamen præcipuè ponitur, vbi magna exultatione gaudetur: quæ laus figuram habet futuræ.

CASSIODORVS. Populus fidelis primò se dicit confiteri in congregatione iustorum, vbi æterna laus, Secundò fideles spirituali munere satiatos promittentes aduentum Christi, ibi, *Memoriam fecit.* Tertiò eosdem redemptos asserit, & nouum testa. mansurum, ibi, *Redemptionem.*

Alleluia Psalm. CX.

a ¶ Laudando. b ¶ Quia à te ab omni malo liberatus.
c ¶ Non labijs prope, corde longè, vt de quibus dicitur, Populus hic labijs me honorat cor autem eorum longe, &c.

Onfitębor tibi † dómine in toto córde meo, in 1
a ¶ Hoc dicit fidelis populus in spe, quasi iam sit in angelorum societate. 2
b ¶ Qui sedebunt super sedes. 12. iudicantes. 12. tribus Israeli; id est, inter quos iam nullus iniquus; sed modo inter malos gemit ecclesia, qui quãdo iusti congregabuntur, excludentur; hæc sunt magna opera domini ex. in omnes vol per quas nullum confitentem deserit misericordia, nullius iniquitas sit impunita, quando flagellat omnem etiam filium quem recipit. ¶ Ideo confitebor. 3

cõsílio iustorũm & congregatione. Magna opera domini 4
a ¶ Exponit opera. ¶ Præconialis. b ¶ Delicti improbatio.

exquisita † in omnes voluntates eius. † Confessiõ & mãgni- 5
a ¶ Quia vbi abundauit peccatum superabundauit & gratia. b ¶ Incommutabilis.

ficentia opus ẽius: & iustitia eius mánet in sæculum sæculi. 6
a ¶ Re completa, memoriam dedit significantium, quæ erant in veteri lege: ita dedit escam; vel plura noua contra ordines rerum fecit, per quæ eum omnia regere paruit.
b ¶ Natura. c ¶ Exhibitione quando venit.

Memóriam fecit mirabilium suorum misericórs & miserátor 7

a
b
c
† Domino
B
† ab omnibus cupiẽtibus ea.
d
e
f
g
h

PSALMVS CX.

b C *Onfitebor.* AVGV. Non est hic confessio peccatorum, sed laudis: Illa luget, hæc gaudet; Illa vulnus medico ostendit, hæc de sanitate gratias agit.

c *In con* AVG. Non temere, sed ex ratione, scilicet pro æternis, sicut omnes iusti.

CASS. *In consilio in.* Hic nunquam inter omnes iustos vbi sunt misti mali, sed iam videtur in futura societate psallere spe rapti ad superna.

In consilio. quod est, quando cum domino iudicant, *In congregatione*, quando de toto mundo collecti.

d *Magna ope.* Hęc est materia & causa confessionis. Magna sunt opera domini, quod de impio facit pium.

In consilio rectorum et congregatione, magna opera domi. ✠ EVTHYMIVS. Omnia opera domini magna sunt in consilio & congregatione eorum, qui rectè sentiunt. Quæcunque enim aut initio effecit, aut nunc facit, aut perpetuo in futurum efficiet, summa summa admiratione digna sunt. Admirabili enim sapientia mundum creauit, & creatum regit. Intelligitur verò præcipuè hoc dictum de mirificis Dei operibus, quæ in vniuersa creatura liquido conspiciuntur: quæ quoties probi æquè ac pij homines, vnà pariter congregati contemplantur, nihil in eis perperam factum, nihil minus aptum, aut suo opifice dignum inueniunt: omnia enim ad amussim procreata sunt, & sua ratione consistunt, tametsi sæpenumero multis, ob deprauatas eorum mentes, secus visum fuerit.

e *Exquisita.* AVG. CAS. Cui nihi simile, dum sinit diabolum sæuire in bonum suorum. Et ne putes pro parte laudari, addit, *In omnes voluntates eius*, quia omnia eximiè facit. Quæ sint opera subdit: *Confessio*, vel, vt Hier. ait: *Gloria et decor.* Quia laudabilia sunt, & decora, quæ facit. *Iustitia eius manet in sæculum sæculi*, dum his dixerit, *Ite maledicti in ignem æternum*, illis, *Venite benedicti.* pa. *Magna opera.* Quid magnificentius, quam iustificare impium? Sed ne putes, quod opus hominis præueniat hanc magnificentiam Dei, confitendo peccata, quia & confessio, id est, delicti improbatio, quæ nondum quidem est opus iustitiæ, est opus eius: quid ergo: Iniquus est Deus, cuius vult misserando, quem vult indurando: Non, *Iustitia enim eius manet in sæculum sæculi.*

f *In omnes vo.* AVGVS. Nihil superat voluntatem Dei, qui etsi vult, vt non pecces, non tamen prohibet. Si vult parcere pœnitenti, vult & impœnitentem punire; ita de homine semper Deus implet suam voluntatem, quia nihil facit homo, de quo non operetur Deus, quod vult.

g *Confessio & magnificentia opus eius.* CAS. Quasi confitebor, quia magna sunt opera domini. Quælibet etiam opera sunt magna, si in eis videatur intentio & voluntas, quæ est *confessio* peccatorum, & *magnificentia* bonorum operum: & *iustitia*, id est, merces, quæ iustè datur.

h *Memor. fecit.* CAS. Secundo dicit fideles copioso munere satiatos, promittens, aduentũ domini, vt hæreditas auidè quæratur.

AVG.

Matt. 25. d.

E

† Gloria

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CX.

COnfitebor tibi. *In præcedenti psal. actũ est de sacerdotio Christi, et eius sacrificio, quod est eucharistia: in isto agitur de eucharistię efficacia, quia sicut baptismus est quædã spiritualis generatio, sic eucharistia est regeneratorũ spiritualis nutritio, tamen cum hoc agitur hic de quibusdã aliis operibus diuinis, ex quibus omnibus est laudandus, et ideo huic psal. præmittitur pro titulo,* Alleluia, *quod significat laudate Deũ & hic est duplex dictio, sicut dictum fuit suprà psal. 104. Diuiditur antẽ psalmus iste in duas partes, quia primò psalmista Deum se laudare promittit, secundo ad hoc rationes adducit, ibi,* Magna opera domini. *Circa, primũ dicit,* 1 Con. tibi do. *Confessione laudis,* 2 In toto corde meo, *Intellectu scilicet, & affectu, & ideo non solum labiis, sicut illi de quibus dixit dominus Esa. 29. d.* Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. 3 In consilio iustorum congregatio. *Et non in conuenticulis infidelium, & hęreticorũ.* 4 Magna opera do. *Hic ad propositum rationes adducit: Et primo ex diuinis operibus generaliter, Secundo ex beneficio eucharistiæ specialiter, ibi,* Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserа. dominus, &c. *Circa primum dicit,* Magna ope. do. *quod patet in rerũ productione, et earum gubernatione.* Exqui. in om. vo. e. *Quia si aliquis quærat rationem operum Dei, inueniet, quod omnia dependent ex eius mera voluntate & gratia: propter quod ex suis operibus est magis laudandus, propter quod subditur,* 5 Confessio & magnificentia opus eius. *Quando enim aliqua proprietas alicui conuenit excellenter non solum dicitur talis in concreto, sed etiam in abstracto: sicut ille, cui largitas conuenit per excellentiam, non solum dicitur largus, sed etiã ipsa largitas, Deus autẽ ex suis operibus est excellenter laudadus, vt dictũ est, ideò conuenienter dicitur hic,* Conf. & magni. o. e. *Id est,* opus Dei est confessio *laudis, siue laus ipsa &* magnificẽtia. 6 Et iustitia eius ma. in sæculũ sæ. *Iustum enim est, quod eius voluntas semper impleatur.* 7 Memo. fe. &c. *Hic ponitur ratio diuinę laudis ex beneficio eucharistiæ specialiter. Et primo ponitur huius sacramenti cõditio, secundò eius institutio, ibi,* Redemptionem misit populo. *Prima in duas, quia primò ponitur eius conditio respectu præsentis vitę, secũdo respectu futuræ ibi,* Memor erit in sęculum testamẽti sui. *Cõditio autẽ eucharistiæ respectu vitę præsentis est nutritio spiritualis, quæ fuit figurata in veteri testamento in manna, quo Deus nutriuit filios Israel in deserto, Exo. 16. Cibus autem ille sapidus erat valde, & nutritius bonis Secundum quod dicitur Sap. 16. c.* Panem paratum de cœlo præstitisti ei sine labore, omne delectamentum in se habẽtem. *Malis autem erat insipidus & abominabilis, vnde dicebant, Nume. 21. b.* Nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo. *Sic eucharistia cibus sapidus est gustui spirituali, & nutritius in gratia ipsis bonis, propter quod dicit Saluator Ioan. 6. f.* Siquis mandu. ex hoc pa. viuet in æter. *Malis autem est valde neciuus, secundum quod dicitur. 1. Co. 11. g.* Qui mandu. & bi. indi. iudicium sibi mandu. & bibit. *Propter, hoc & quędam alia dicitur à doctoribus, quod illud manna fuit eucharistię figura potissima: figuratum autem reducit ad memoriam ipsam figuram: & hoc dicitur hic,* Memoriam fecit dominus mirabilium suorum.

✠ Escam

MORALITER.

† 1 *Con. etc.* In hoc psal. ad Dei laudem inducimur ex operibus eius mirabilibus, cũ dicitur: *Confi. &c.* Et nõ solũ ore, sicut faciunt hypocritæ, Esa. 29. d. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me,* 3 *In consi. &c.* Non in conuenticulis hæreticorũ. 4 *Magna opera domi.* Quia non possunt ad plenum inuestigari, nisi ab ipso, ideo subditur, † *Exquisita, &c.*

5 *Conf. & magni. o. e.* Id est, eius opera inducunt nos ad magnificè confitendum ei laudis confessione: & quoniam eucharistia est opus Dei mirabilissimum, subditur, 7 *Memo. fe. mira. suo. mi. & miserator do.* Nam eucharistia reducit ad memoriam manna in deserto datum, sic res vera figuram præcedentem.

☞ A Aug. *Memoriam fecit mirabilium suorum.* Hunc humilians & hunc exaltans. Sciendum, cum quotidie sint opera eius mira, reseruat tamen opportunè inusitata, quæ meminerit hominis infirmitas; sed quid prosunt miracula, nisi vt Deus timeatur? Quid timor, nisi, vt misericors escam det timentibus? Esca est panis, qui de cœlo descendit, quem nullus meruit, sed misericordia dedit. Quod si huic vitæ tantum dedit, vt peccator iustificãdus, verbum carnẽ factum acciperet: quid in futura glorificatus accipiet?

a *Escam dedit.* Cas. Facit cõfessionem & magnificentiam, quia dedit escã, id est, bonam voluntatem per spiritum sanctum; vel, aduentu Christi timentes pascit, in quo remissio est & salus.

† Certa. B

Escam. Cass. Timentibus dedit, non carnalem, quæ & malis; sed corpus & sanguinem, scilicet; Et vt de aduentu eius acciperes, subdit, *Memor erit*, *sicut* promissum est in vteri, implet. *In sæculum*, id est, in æternum, quia verba testamenti solida veritate custodit, vt omnia impleantur.

b *Memor erit, &c.* Aug. Nec totum dedit, qui pignus dedit. Et non contristentur sancti, qui audiunt, *Facilius est camelum intrare per foramen acus, quam diuitem in regnum cœlorum*: Quia *virtutẽ operum suorum annuntiabit populo suo.* Quæ enim hominibus difficilia, Deo sunt facilia; vt diuites faciat intrare in regnum cœlorum. *Vt det illis hereditatem gentium.* Itum est enim ad gentes, multi enim sunt vocati; occupata est hæreditas gentium, & cameli se humiliantes, per foramen acus, id est, per compungentes passionis angustias intrant. Mat. 19. c.

✠ Bed. *Dedit*, inquam *Escam timentibus se*, & *per hanc memoriam memor erit testamenti sui.* Id est, confirmauit promissiones suas, nõ quæ ad tẽpus fuerunt, Sed quæ sunt *in sæculum*, id est, non carnales sed spirituales. *Sæculum* pro æterno ponit, propter αἰῶν Græcum, &c, Et verè memor erit, quia *annuntiabit*, id est, manifestabit *populo suo*, id est, populum gratiæ primitiuum, sicut sanctos Apostolos, intelligere fecit *virtutem operum suorum*, id est, vim & significatum sacramentorum suorum. Sacramentum enim est sacræ rei signum. Et manna fuit sacramentum, quia fuit signum veri panis, qui de cœlo descendit. Talium sacramentorũ vim Dominus notificabit Apostolis, & aliis consortibus eorum, ad hoc, *vt det illis hæreditatem gentium*, id est, det illis gentes in hæreditatem. Sicut ille qui dixit, *Præcipe diuitibus huius sæculi, nõ sublime sapere, &c.* Hæc & similia, gentes tanquã hæreditatẽ excoluit. C

c *Virtutem operum.* Cassio. Virtus operum est, quod cæci vident, &c. Quæ fecit nota Christiano populo. *Vt det illis hæreditatem*, hæc fuit intentio miraculorum, vt crederent.

d *Vt det illis here. gen.* Cass. Quasi, licet illis det hæreditatem, tamen multa patientur.

✠ Evthy. Iudæis quidem terram promissionis, quam gentes olim habitabant; nobis verò vniuersam illam terram, cuius fideles efficiendi erant Domini.

a ¶ Non corporalem, sed spiritualem, id est corpus & sanguinem suum. ¶ Christum, formam iustitiæ b ¶ Et pereos, vel propter eos timentes. c ¶ Quia post illud testamentum non sequetur aliud.

a Dominus, escã dedit timentibus se. Memor erit in sæculum

b a ¶ In semine tuo benedicentur omnes gentes b ¶ Ita memor erit. ¶ Complexionem. c ¶ Figurarum significantium. d ¶ Iudaico, vt Apostolis fecit.

c testamenti sui, virtutem operum suorum annuntiabit populo

¶ Ad hoc. a ¶ Apostolis. b ¶ Ecclesiam de omnibus gentibus, Abrahæ promissam. ¶ Gentes colendas. c ¶ His dabit hæreditatem, tamen.

d suo. Vt det illis hæreditatem gentium, opera manuum eius

e a ¶ Executio iudicij. ¶ Verum iudicium, quo dixit passuros discipulos, dicens, non est seruus maior Domino suo. Quasi. Etsi me persecuti sunt, & vos persequentur.

f b ¶ Quo iudicabit. ¶ Et. c ¶ Sunt eis qui implent, & non diffidunt de promissis.

veritas & iudicium. † Fidelia omnia mandata eius, confir-

g

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Aug. *Opera manuum eius veritas & iudicium.* Teneatur *veritas* ab his qui iudicantur, quo iudicent iudicantes se, & angelos, contra quos luctantur; nihil separet à Christo, quia *fidelia omnia mãdata.* Non fallit, exhibet quod promisit. Non tamen sperandum est, vt hic habeatur: Sed *confirmata in sæculum sæculi*; *Facta in veritate & iustitia*, quia hoc verum & iustum, vt hic laboretur, quod mãdatur; ibi requiescatur, quod promittitur; quia, *Redemptionẽ misit populo suo*, à captiuitate huius sæculi; vt in cœlo sit requies. Dedit quidem Iudæis terram promissionis, Sed hoc vetus testamentum est, ad veterem hominem pertinens; sed nouum *mandauit in æternum*, vbi nil carnale speretur. Cuius hæres quisquis esse volueris, nolo te fallas, non tale aliquid adipisci mediteris, quale solet hic oculus auaritiæ concupiscere, sed quale oculus hominis non vidit. Sed primò pœnas fuge; antequàm desideres promittentem Deum, caue minantem, quoniam *sanctum & terribile nomen eius.* Pro omnibus autem huius sæculi delicijs deliciarum matrem desidera sapientiam. Sed *initium eius timor Domini*: Illa delectabit, sed priùs donanda sunt tibi debita, quam præmia postulanda. Nec extollaris, quia timor, qui intellectus est, initium sapientiæ est; *Bonus facientibus*, quia periculum est intelligere, & non facere. *Laudatio eius*, cuius timor est initium sapientiæ, *manet.* Hoc totum præmium est, hic finis, hic sedes perpetua, hic mandata confirmata, hic est hæreditas noui testamenti. E

f *Fidelia omnia mandata.* Cassiod. Quia seruant seruantes se, non sunt mendacia.

✠ Evthymius. *Fidelia*, hoc est, fide digna: & quia omnia dixit *mandata*, primò ea intellige, quæ ad creationem spectant, quæque natura duce, omnia obseruant elementa, cœlum nimirum, sol, luna, sydera, dies, nox, horæ, terra, flumina, stagna, fontes, plantæ, herbæ, & omnia denique, quæ tam ad naturam animæ prorsus expertem, quàm ad animatam, sed ratione carentem pertinent. Deinde omnia etiam mandata, quæ ab initio humano generi data sunt, quæque ab ijs obseruabantur, qui legem scriptam non habuerant; tertio loco ea etiam, quæ per legem Moysi scriptis tradita sunt; postremò verò ipsa præcepta Euangelica, quæ *mandata omnia, fidelia sunt*, hoc est, firma, atque inconcussa. Nam etsi quædam Mosaicæ legis mandata soluta sint, verùm non tam soluta, quam in melius disposita, atque intellecta dici possunt; nemo igitur ea poterit delere. *Cœlum* enim, inquit, *& terra transibit, verba autem mea non transibunt.* F

g *Confirmata.* Non in cassum missa, vt verba humana: *Facta* non tantum dicta, *in veritate*, quia omnia complentur.

e *Opera* ☞ a *In*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Escam dedit timen. se. *Scilicet corpus suum in sacramento eucharistiæ, per quod reducũtur ad memoriam mirabilia Dei, quę fecit filiis Israel in manna.* 2 Memor e. &c. *Hic consequenter describitur conditio, seu efficacia eucharistiæ, respectu vitę futuræ; habet enim efficaciã introducendi ad vitam beatam, si deuote sumatur, & propter hoc viaticum nominatur, & quantum ad hoc dicitur*, Memore. in sæ. te. sui. *Hoc est huius sacramenti, quòd dicitur testamentum, vt videbitur infrà.* 3 Virtutem op. su. *Id est, efficaciam huius sacramenti à Deo nobis collati,* 4 Annunciabit p. s. *Quia Christus per semetipsũ hoc annunciauit apostolis, et Apostoli ecclesię primitiuę. Et sic consequẽter annunciatur in ecclesia quotidie. Quæ autem sit virtus annuntiata, hic subditur.* 5 Vt det illis hæ. gen. *Idest vitam beatam, ad quam introducit hoc sacramentum. Et dicitur vita beata* hæreditas gentiũ, *eo quod omnes gentes, inquantum sunt factę ad imaginem Dei, habent quandam aptitudinem ad hanc hereditatem, propter quod dicitur* 1. *ad Timoth.* 2 *a.* Quòd Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. *Quod est verum voluntate antecedente, non tamen voluntate consequente.* 6 Opera manuum eius veri. & iu. *Maximè in hoc sacramento.* 7 Veritas. *Quia ibi continetur corpus Christi verum.* 8 Et iud. *Scilicet vitę sumentibus deuotè, & iudiciũ mortis sumentibus indebitè* 9 Fidelia om. *Et maximè mãdatum eius de consecratione, & vsu huius sacramenti, quod habetur in textu Euãgelij.* 10 Cõfirma. in sæ. sæculi. *Quia mã-*

☞ *data Euange-*

MORALITER.

† 2 *Memor erit in sę. te. s.* Id est, eucharistiæ sacramenti, de quo dicitur. 1. Corin. 9. f. *Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine.* 3 *Virtutem ope. suo.* In hoc sacramento. 4 *Annuntiabit populo suo.* Per Euangelium, in quo dicitur Ioan. 6. f. *Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.* Ideò subditur,

5 *Vt det illis hereditatem gentium.* Scilicet cœlestium.

6 *Opera manuum eius veritas & iudicium.* In hoc sacramento.

7 *Veritas*, Vitæ, sumentibus dignè. 8 *Et iudicium.* Mortis sumentibus indignè. 1. Corinth. 11. g. *Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit.*

9 *Fidelia omnia mandata eius.* Quia certitudinaliter redditur præmium ea facientibus. Et subditur autor eucharistię, cum subditur.

☞ *Redemtionem*

a ¶ Completa, vel data ab eo, qui non mentitur, & qui nihil nisi æquum mandat. b ¶ Hoc dedit enim. c ¶ Christum, qui dat redemptionem captiuis.

a mata in sæculum sęculi, facta in veritate & †æquitate. Re-

a ¶ Iudaico. ¶ Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt, &c. b ¶ Et per angelos vel apostolos. c ¶ Duraturum. ¶ Quia nullum huic succedet. ¶ Æterna promittit.

demptionem misit Dominus populo suo, mandauit in æter-

a ¶ Nouum. b ¶ Ergo. ¶ Bonis. c ¶ Impijs. d ¶ Virtus & potentia, vel filius.

num testamentum suum. Sanctum & terribile nomen eius:

a ¶ Et terror prodest, quia. Initium sapientiæ, si intelligitur vt discrete habeatur, & cum amore. b ¶ Metus iudicij, ianua est conuersionis, & via ad sapientiam. Etiam ille intellectus, qui est in timore Domini intellectus est bonus id est, verus & vtilis. c ¶ Qui sic intelligunt hoc vt faciant, scilicet, vt per timorem ad sapientiam ascendant.

initium sapientiæ timor Domini. Intellectus bonus omni-

a ¶ Domini.

bus facientibus eum, laudatio eius manet in sęculum sæculi.

a *In æquitate.* Aug. Quia omnia cum libra iustitiæ.

b *Redemptionē mi.* Cassiodorvs. Tertio, redēptos asserit, & testamentum

B nouum æterna gratia consecratum, vel.

c *Nomen eius: ini. sa.* Cassiodorvs. Id est filius, qui in humanitate *sanctus*,

C potentia deitatis *terribilis*. Ametur ergo aduocatus, timeatur iudex, ne sis negligens, ne desperes.

✠ Beda. *Redemptionem misit, &c.* Quasi dicat, Ideo hæc mãdata confirmata sunt in æternum, *confirmata*, quia non sunt facta per

cta per seruum, sicut illa priora, sed per

D 1 Dominum. Nãque † rectitu-
dine, Dominus pater po-
pulo suo, id est, popu-
2 lo nouo constituen-
do misit illum.

d *Timor Do.* Cas-

E siodorvs. Metus iudicij, ianua est cõuersionis, si addatur discretio dilectionis.

e *Laudatio eius ma.* Intentio psalm. vnde

F halleluia præscribi-

tur, à laude incepit, in laude finit, populus fidelis à diabolo liberatus gratias agens, expressit, quid & hic faciendum sit deuotis, & in cœlo peragendum, hic quia liberat, ibi quia coronat.

NICOLAVS DE LIRA.

data euangelica sunt miraculis confirmata, secũdum quod dicitur Mat. vlti. d. Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. *Et propter hoc non potest subesse falsitas, cum Deus non possit esse testis falsitatis, ideo subditur*, Facta in veritate & æquitate.

Institutio eucharistiæ

1 Redemptionem misit Dominus. *Hic ponitur ipsius eucharistię institutio: hoc autem sacramentum Christus instituit in cœna imminente sua passione, vt patet in euangelio, et hoc est quod dicitur hic.* Redēptionem misit Dominus populo suo. *Tũc enim Deus pater misit populo suo redemptionem, quando Christus ex obedientia Dei patris venit ad suam passionem, per quam redemptum est genus humanum.*

2 Mandauit in æternum te. suum. *Quia tunc instituit eucharistiæ sacramentum, quod vocatur* testamentum *vnde dixit Christus in eius institutione Matthęi 26.c.* Hic est sanguis meus noui testamen. &c. *Et 1. Cor. 11. f. dicitur.* Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. *Per hoc autem quod dicitur* in æternum, *designatur quod huic sacramento non succedent alia, sicut sacramentis vete. le. successerunt no. te. sacramenta, huic autem sacramento succedet vita beata, in qua est plena fruitio ipsius Christi contenti in hoc sacramento, cuius deitate beati reficiuntur interius, & humanitate exterius, secundum quod dicit Augustin. super Ioan. Quod autē mandatis Dei, & specialiter mãdato eius de eucharistia, sit firmiter obediẽdum, ostenditur cum dicitur.*

3 Sanctum & terribile nomẽ eius. *Quia* sanctum *est in se formaliter & effectiue obedientibus, &* terribile *inobedientibus, et quia per* timorem Dei declinat omnis à malo. *Proverb. 15. d. ideo subditur.*

4 Initium sapientiæ timor Domini. *Quia recedens à malo, accedit ad bonum sibi oppositum.*

5 Intellectus bo. *Id est, intellectus diuini mandati est valde bonus illis, qui adimplent mandatum in opere secundum verum intellectum eius, illis autem, qui non adimplent, talis intellectus est magis nocius, quã proficuus, secundum quod dicitur Luc. 12. f.* Seruus, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis, Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.

6 Laudatio eius. *Qui impleuit mandatum Dei secundum verum intellectum.*

7 Manet in sæculum sæculi. *Quia aternaliter manet præmium operis virtuosi, &c.*

MORALITER.

† 1 *Redemptionem misit Dominus*, Scilicet filium suum, qui est nostra redemptio.

2 *Mandauit in ater. te.* Scilicet nouum, cui aliud non succedet.

3 *Sanctum*, Bonis.

† *Et terribile.* Malis.

† *Nomen eius.* Quia retrahit à malo, & sic inducit ad bonum.

5 *Intellectus bo.* Id est, facientibus opus timoris prędictum.

6 *Laudatio eius manet in sæculum sęculi.* Quia talis Deum laudabit cum angelis in æternum.

† *Et*

ADDITIO I.

In psalmo 110. Confitebor tibi.

Circa expositionem huius psal. attendendum est, quod priores versus huius, quos exponit postillator de diuinis operibus in generali, possunt proprius adaptari sacramento eucharistię, de quo per totum psal. agitur: quod sic patet, nam cum in primo versu dicitur: Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in consilio iustorum & congregatione, *Proprie posset intelligi de sacramento, cuius institutio fuit facta* in cõsilio, *scilicet in secreto apostolorũ, vbi enim nos habemus* in cõsilio, *Heb. veritas habet* in secreto. *Fuit autem hoc sacramentum institutum in cœnaculo secreto, vt Mat. 26. & per consequẽs in* cõsilio iustorũ *scilicet, Christi & Apostolorũ, vsus etiam eius est* in cõgregatione, *quia in vnitate ecclesiastica ad quã ordinatur & figurat: vnde sacramentum vnitatis dicitur, & sic est* in congregatione iustorũ, *scilicet fidelium.*

Consequenter, cũ dicit secundo, Magna opera Domini, *Intelligi potest proprie de hoc sacramẽto, in quo sunt duæ cõsecrationes, sicut & duplex materia, quę quidẽ consecrationes sunt*, Magna opera. Do. *Nihil enim maius est seu mirabilius, quàm quod per verba sacramẽtalia substantia panis & vini in corpus & sanguinẽ Christi transsubstantialiter conuertãtur, in qua conuersione plura difficilia sunt, quam in creatione, prout sanct. Tho. in 3. par. q. 75. ar. 8. in respõsione ad 3. argumentum deducit, vnde de istis cõsecrationib⁹ posset dici* Magna opera Domini.

Sequitur autem tertio: Exquisita in omnes voluntates eius.

Pro quo sciendum, quod licet voluntas diuina (quę est eius essentia) simplicissima est, tamen dicuntur multę diuinę voluntates per modum signi seu effectus. Vnde Magister in 1. di. 45. ex hac autoritate psalm. 5. Exquisita in omnes voluntates eius, *arguit, quod Dei voluntas multis modis accipitur, vnde ibidẽ quinque modos ponit, quibus diuina volũtas, scilicet signi, accipitur in scripturis. Dicitur enim Deus velle illud quod pręcipit fieri, & isto modo innotuit voluntas diuina circa hoc sacramentũ, cum de eo Dominus dixit, Luc. 22.* Hoc facite. *Secundò dicitur Deum velle illud, quod prohibet, per hoc enim quod Deus prohibet aliquid fieri, signatur Deum velle quod non fiat, qua quidem voluntas diuina. s. prohibitiua circa hoc sacramentum innotuit, vnde 1. Cor. 11. g.* Quicunque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indigne, &c. *Tertio dicitur, Deum velle illud, quod permittit secundùm Aug. in enchiridion dicentẽ*: Non sit aliquid nisi Deus omnipotẽs fieri velit, vel sinẽdo vt fias, vel ipse faciẽdo, *& isto modo voluntas Dei innotuit in hoc sacramento, cum peccatori occulte permittit hoc sacramentum dispensari, vt Aug. dicit super illud psal.* Manducauerũt, & adorauerũt omnes pingues terræ. *Quartò dicitur, Deũ velle illud quod consulit fieri, & hoc modo innotuit voluntas diuina circa hoc sacramentum, nam licet Ioan. 6. legatur*, Nisi manducaueritis carnem filij homiuis, non habebitis vitã in vobis: *Per hoc tamen secundum doct. Non imponitur præceptum necessitatis ad sumptionem huius sacramenti, sed tantum rem sacramenti, prout Augus. supra prędictum verbum Ioan. declarat. Vnde sumptio huius sacramenti corporaliter, quantum ad populum, vel laicos, cadit sub consilio potius, quàm sub præcepto. Quinto dicitur, Deum velle id, quod fit, et hoc mundo voluntas diuina manifestè innotuit in hoc sacramento in eius institutione per Christum facta, et in eius vsu ab ecclesia frequentato. Sic igitur.* Magna opera Domini *prædicta*, Exquisita sunt in omnes voluntates eius, *quia exquisitę à fidelibus circa illud voluntates Dei sunt obseruandę.*

Consequenter quarto dicit, Cõfessio & magnificentia opus eius. *Vbi* opus eius *accipitur pro hoc sacramẽto, ad quod pertinet* confessio, *quia sacrificium laudis, similiter &* magnificẽtia *ex magnitudine mirabilium in eodem contentorum. Et notanter in præcedenti versu nominant hoc sacramentum in plurali, cum dicit,* Magna opera Domini. *Ad designandum duplicem consecrationem, vt dictum est, in hoc autem versu nominatur singulariter cum dicit*, Opus eius. *ad denotandũ vnitatem huius sacramenti, quod est vnum tantum formaliter, & perfectiue, quem modũ nominãdi tenet ecclesia in quadã collecta, in qua loquẽs de hoc sacramẽto, primo nominat illud pluraliter, cũ dicit*, Purificent

nos

nos ſacramenta quæ ſumpſimus, *Conſequenter autem nominat illud ſingulariter, cum ſubdit,* Hoc ſacramentum non ſit nobis reatus ad pœnam, &c.

Conſequenter quintò de effectu huius ſacramenti dicit, Et iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. *Nam per hoc ſacramentum confertur gratia dicente Chriſto Ioan 6.e.* Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita, *Scilicet ſpiritualis gratia autem iuſtitia dicitur, iuxta illud, Rom. 3.d.* Iuſtificati gratis per gratiam, *per quam quidem gratiam gloriam etiam adipiſcitur, Vnde ibidem Dominus dicit,* Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. *Et ſic proprie dicitur,* iuſtitia eius, *ſcilicet huius ſacramenti,* manet in ſæculum ſæculi.

Conſequenter ſextò dicit: Memoriam fecit mirabilium ſuorum, &c. *Circa quod notandum, quod licet manna fuit figura huius ſacramenti, non tamen ad memoriam illius referēda ſunt hęc verba Pſalmiſtę, ſcilicet,* Memoriam fecit mirabilium ſuorum. *Prout poſtil. dicit. Tum quia aliæ figurę præceſſerunt hoc ſacramentum in veteri lege, ſicut agnus paſchalis, & oblatio Melchiſedech, & huiuſmodi, ad quæ non poſſunt hæc verba referri, cum de eis non verificaretur, quod eſſent mirabilia. Tum quia figuratum eſt melius figura, quæ ad ipſum ordinatur, ſicut rex dignior eſt quam eius imago, vnde valde inconuenienter dicitur, quod res figurata ſit ad hoc, vt deueniatur in memoriam ſuę figuræ, ſed potius dicendum eſt ècontra, vnde verius dicendum eſt, quod hæc eſt eſca ſalutaris, quam dedit Deus timentibus ſe, & in memoriam mirabilium ſuorum, ſcilicet dominicæ paſſionis, in qua maxima mirabilia noſtræ ſalutis pertinentia inueniuntur. Vnde cum Chriſtus hoc ſacramentum inſtituerat, expreſſe dicit,* Hoc facite in meam commemorationem. *Luc. 22.c. Ad quam memoriam propriſſimè adaptantur verba Pſalm. cum dicit,* Memoriā fecit mirabiliū ſuorum. *Vnde ſecundū doctores*
B *ſacerdos celebrans debet actualiter memoriam paſſionis in mēte habere.*

ADDITIO II.

In eodem. Pſalm. *Vbi dicitur in poſtilla.* Sanctum & terribile eſt nomen eius.

Poſſibile eſt, vt quis per timorem Domini, ſcilicet ſeruilem, recedat à malo, & cum hoc tamen non accedat ad bonum, nam timor ſeruilis poteſt eſſe ſine charitate vnde expoſitio poſtil. in hoc verſu, ſcilicet, Initiū ſapientiæ timor Domini. *Non videtur ſufficienter dicta. Sed hæc verba pſal. ad literam expreſſius et verius exponuntur à magiſtro in 3. diſtin. 34. vbi dicit, quod vterque timor Dei, ſcilicet ſeruilis & initialis, dicitur initium ſapientiæ, diuerſis tamen rationibus. Nam ſeruilis dicitur initium ſapientiæ, inquantum præparat locum ſapientiæ, & ducit ad ipſam, Initialis vero dicitur initium ſapientiæ, quia eſt inchoata ſapientia, quia non ſolum recedit à malo propter vitandas pœnas, ſicut ſeruus, ſed etiam ad vitandā offenſam diuinam, ſicut filius. Huic tamē ſecundo timori, ſcilicet initiali proprius applicantur verba Pſ præcedētia huic verſum, ſcilicet cum dicit,* Sanctum & terribile nomē eius. *Nam timor initialis refugit terribilitatem Dei, ſcilicet pœnas ab eo inflictas, oritur etiam ex excellentia diuinę ſanctitatis, quā timet offendere ſeu amittere, & ſic timet Deum inquantum ſanctū, et inquantum terribile nomen eius. Continuantur etiam hæc verba ſcilicet,* Initium ſapientię timor Domini, *cum immediate ſequentibus, magis proprie, ſi intelligātur de timore initiali, quā de ſeruili. Initialis enim timor eſt,* Intellectus bonus omnibus faciētibus eū, *quia licet non manet in ęternū ſicut filialis & caſtus, tamē opera in eo facta ſunt bona ſimpliciter inquantum meritoria, eo quod talis timor non eſt ſine charitate, ſaltem inchoata: & ſic talis timor eſt* intellectus bonus omnibus ſa iētibus
C eū, *quod nō poteſt dici de timore ſeruili, quē charitas foras mittit 1. Ioā. 4.d. Eſt autē attendendū, quod timor Dei in ſacra ſcriptura aliquādo dicitur quod eſt ipſa ſapientia, vt patet Iob 28. quod videtur contrariū huic quod dicitur in Pſal.* Iuitium ſapientiæ timor Domini. *Nihil enim prius eſt ſeipſo. Sed ad hoc dicendum, quod timor ille, qui dicitur ipſa ſapientia, intelligitur de timore filiali, qui comparatur ad tota vitā humanam per ſapientiam regulatam, ſicut radix ad arborem. vnde Eccle. 1. c.* Radix ſapientiæ eſt timor Domini. *Cuius ratio eſt, nam ſicut radix totam arborem continet virtute, ſic filialis timor, qui ſemper eſt in charitate firmatus, totam vitam viri perfecti continet.*

Timor ſeruilis & filialis, quomodo differēt et initium ſapientię eſſe dicuntur.

REPLICA.

In Pſalmo. Confitebor. *Quem & poſtillator & Burgenſ. exponunt de ſacramento euchariſtiæ ſine magna contrarietate. Burgen. tamen exiēdens alas ad volandum, inter cętera dicit. In tranſſubſtantiatione plura difficilia, quàm in creatione, & allegat ad hoc ſanctum Thomam. 3. par. q. 75. Vbi oritur dubium an illa difficultas ſe teneat ex parte Dei, rei, vel intellectus noſtri. Non primum, quia apud Deū nihil eſt difficile, imò apud intelligentias ſeparatas, ſecundùm philoſophos, difficile eſt impoſſibile, alias enim oporteret eas ponere fatigabiles. Nec ſecundum, quia impoſſibilitas ſeu difficultas rei ſienda attendi videtur penes incompoſſibilitatem terminorum, ſed termini creationis ſunt magis incompoſſibiles, quàm termini tranſſubſtantiationis, quia potius ſe compatiuntur aliquid, & aliquid, ſubſtantia & ſubſtantia, quàm aliquid & nihil. Nec tertium dari poteſt, quia intellectus facilius capit ex aliquo fieri aliquid, vel aliquid fieri poſt aliquid, quam aliquid ex nihilo, ſuppoſita igitur Dei omnipotentia facilius intellectus capit tranſſubſtantiationem, quam creationem.* D

In eodem pſalm. Burgen. de vſu euchariſtiæ allegat id Ioan. 6. f. Niſi manducaueritis carnē filij hominis, &c. *Aſſerens quod quo ad populum laicum communio corporalis eſt conſilium, ſed per hoc non ſatisfit hęreticis modernis, quia ex litera non habet illud dictum fundamentū, ideo de ſacramentali communione, nec quo ad clerum, nec quo ad laicū habet vim præcepti ad omnes ſecundum verum eius intellectum, quia in eodem contextu literę declaratur, de qua manducatione & potatione intelligi debet, videlicet de ſpirituali, quia ſequitur:* Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. *Quod beatus Aug. exponens ait.* Hoc eſt manducare illam eſcā. & bibere illū potum, in Chriſto manere, & Chriſtū manentē in ſe habere, *quod nihil aliud eſt quam eſſe in charitate Chriſti, hoc autē omnibus indifferenter eſt præceptum, ſaltem implicite, ſed nihil directe pertinet ad ſacramentalem vel corporalem manducationem hoc verbum:* Non manducaueritis, &c. *Nam hoc verbum fuit dictū diu antequā ſacramentum eucharistię fuerit inſtitutum. Ex illa igitur litera de ſacramentali communione non poteſt fieri argumentum efficax. Nā primò debet exiſtere in rerum natura, de quo agitur C. de iure codicil. l. quidam referunt §. j. Nec ad futuras cauſas extenditur reſcriptum, eod. tit. cap. penul. in cuius capituli gloſ. vide de hoc plures reales concordātias, quoniam ei, quod nondum eſt, non datur priuilegium, nec poteſt dici verum vel bonum, quod nunquam fuit, nec mortuum, quod nunquam vixit. De, euchariſtia igitur ſacramentali, quæ nondū fuit, tā alta ſententia proferri non potuit, quia dicitur,* Non manducaueritis, &c. *Niſi quis curioſus hęreticus diceret, illa verba dicta de vſu ſacramēti euchariſtiæ prognoſticè per modum prophetię. Sed ſic dicere non poteſt in* F *aliquo paſſu ſacræ ſcripturæ fundari, ea igitur facilitate contemnitur, qua probatur taliter dictum, præſertim cum conſtet ex euangelij rotundo textu quoſdam huic præcepto ſatisfeciſſe, quos conſtat ſacramentaliter nunquam communicaſſe, vt patet de latrone, Lucæ. 23. & quoſdā ſub vtraque ſpecie communicaſſe, & tamen huic præcepto non ſatisfeciſſe, vt patet de Iuda. Dicit igitur Magiſter ſententiarum in 4. diſtin. 19 ad intentionem beati Auguſtini has propoſitiones ſimul eſſe veras: Non manducans manducat, & manducans non manducat. Similiter poteſt dici de potatione. patent illa ex dictis, quia ſtat aliquem ſatisfacere præcepto allegato, & Chriſto pro charitate incorporari, & ſic manducare & bibere, qui tamen ſacramentaliter nihil præcepit, & ècontrario, quia dato oppoſito ſequeretur neminem eſſe in charitate, niſi ſacramentaliter cōmunicantem, quod eſt erroneum dicere.*

In pſal. eodē cum poſtillator exponeret hunc paſſum: Memoriā fecit mirabilium ſuorum, &c. *de figuris & miraculis in opere Dei exhibitis, ponens exemplum de manna in deſerto miniſtrato, prout habetur Exod. 6. hoc Burg. valde inconuenienter dictum putat. Primo obiicit, quia illę aliæ figuræ huius ſacramenti præceſſerunt, ſicut eſus agni paſchalis, & oblatio Melchiſedech, quę tamē non poſſunt dici opera mirabilia. Ad quod reſponderi poteſt, quod ſecus eſt dicere de operibus diuinis, & humanis in figura factis. Eſus enim agni & oblatio Melchiſedech fuerūt figuræ, humano tamen opere factę, & ideo ſi illa opera fuerunt figuratiua, non tamen mirabilia. Sed dare manna de cœlo fuit opus diuinū, & mirabile: ideo ſacramentum euchariſtiæ inſtitutum poteſt congrue dici memoriale operum Dei mirabilium præfigurantium ipſam euchariſtiā, inter quæ exhibitio Mannę fuit mirabilis. Et cum ſecundo Burgen. obiicit* Figuratum eſt præſtantius figura, *ſicut rex dignior quam regis imago, valde autem inconueniens videtur, quod præſtatius ducat in co-* E *gnitionem vilioris, igitur figuratum non deſeruit ad memoriam figuræ. Ad hoc dico primo, quod artis eſt notitiam aliquando procedere à minus notis nobis, ſed magis notis naturę, & ſic proceditur demonſtratiuè, quando concluſio ſcitur per principia, quæ ante actualem demonſtrationem eſt ignota ex primo poſteriorum. Illa via proceſſum eſt in Angelis à cognitione matutina ad veſpertinam, videlicet à cognitione rerum in diuina eſſentia relucentium ad cognitionē rerum in proprio genere. Res autem cognoſcibiles præſtantius eſſe habent in eſſentia diuina, quia eminens, quàm in proprio genere, quia dependens, quod oſtendere requirit alium tractatum. ſed ſufficit, quod principium in quo fundat Burg. ſuum argumentum non eſt generaliter verum. Secundo dico, quod oppoſitus proceſſus ſciendi prouenit ex defectu intellectus coniuncti, & ideo dicitur proceſſus quo ad nos, ſic enim procedimus a confuſis ad determinata, ſicque accidentia magnam vim conferunt ad cognoſcendum quod quid eſt. Secundum illum modum, principium Burgenſis non poteſt habere colorem. Sed ad propoſitum dico, quod ſicut ſupra circa Exod. 3. dictum eſt, figura aliquando præcedit figuratum, vt in propoſito, aliquando ècontra, ſicut in ſignis prænoſticis. Primo modo figuratum eſt rememoratiuum figurę, patet hoc quando Chriſtus equitauit ſuper pullum, dicitur quod recordati ſunt diſcipuli, quia hæc ſcripta ſunt de illo. Et quādo expulit vendentes de templo, recordati ſunt diſcipuli, quia ſcriptū eſt.* Zelus Domus tuę comedit me, &c. *Ecce factū ducens in recordationem ſigni. Similiter eſt in exemplo Burg. quia imago eſt poſterior rege & imperfe-*

fieri

imperfectior, tamen facies regis ducit in cognitione imaginis. In prænosticis autem secus est, prout dictum est supra sapius. Quod autem Bur. dicit illu passu exponi debere de mirabilibus in passione Christi gestis, quorum mirabilium memoriam dicit eucharistię institutionem. Sed cum memoria proprie sit præteritorum, mirabilia autem in passione Christi exhibita tempore institutionis eucharistię, non erant præterita sed futura. Improprie igitur diceret Psalmista hanc institutionem illorum memoriam, dixisset potius illorum præambulum & significationem, puto bene celebrationem & consecrationem eucharistiæ fore memoriale passionis, & ad hoc tendunt argumenta Burgen. ex illa litera: Hoc facite in meam commemorationem, *sed institutio non est memoria, prout dictum est. Illud autem quod Burgens. monet circa illud:* Initium sapientiæ timor Domini, &c. *Non est contra postillator. bene visum.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Halleluia reuersio.* Avgvstinvs. Aggæus & Zacharias longe post Dauid fuerunt, completisque septuaginta annis transmigrationis, tunc sub Dario Rege Persarum hi duo prophetauerunt, quod ad renouationem templi pertinere videbatur, quæ significat reparationem noui populi ex ruina Adæ, vt portet imaginem noui hominis, vt post captiuitatem huius sæculi, quod septem dierum repetitione voluitur, & longinquæ peregrinationis miseriam quasi post 70. annos, æternaliter solidetur.

Cassiodorvs. Perfectio huius ædificij est illa ineffabilis pax sapientiæ, cuius initium est timor Domini, de quo incipit.

a ¶ Quia laudes Dei pro reuersione cantant, sic Christiani post absolutionem peccatorum. b ¶ Montani. ¶ Solennis.

Halleluia reuersionis Aggæi & Zachariæ. PSAL. CXI.

a b c d e f g h i k

Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis

a ¶ Alias, cupiet. ¶ Alias, multum. b ¶ Inde quia timet, & quia volet. ¶ Vt neque mors, neque vita separet à charitate Dei. A similimessis, quæ nulla tempestate potest deijci.

eius vólet nimis. Potens in terra erit semen e-

¶ Et. ¶ Et.

ius, generatio rectorum benedicetur. Gloria

a ¶ Hæc omnia mihi sunt, quia. b ¶ Vt tenebras pellat, & rectos faciat. c ¶ Sol iustitiæ. d ¶ Quod lumen? ¶ Dominus. ¶ Natura.

& diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæcu-

lum sæculi. Exórtum est in tenebris lúmen rectis: † miseri-

Cassiod. Vel iuxta nominum interpretationem: Aggæus enim *montanus* interpretatur. Zacharias *solennis*, quibus significantur fideles, qui sunt montani, id est, alti in virtutibus, & solennes, id est in tribulationibus etiam gaudentes. Sicut ergo illi prophetæ Dominum laudauerunt de hac spirituali reuersione: sic Christiani, qui per eos significantur, post absolutionem peccatorum dominum laudant, tanquam à captiuitate liberati, & hilares de bonis quæ habent.

PSALMVS CXI.

b *Beatus vir.* Cas. Ostendit hic Psalmista post liberationem peccatorum, quanta sunt bona fidelium, quæ retributio perfidorum. Et est etiam hic Psalmus per omnes literas Hebræi alphabeti digestus.

Cassiodorvs. Primo, monet propheta, quid faciat beatus vir, & quanta bona gratia Dei mereatur. Secundo, agit de aduentu Domini, per quem omnes sunt beati, ibi, *Exortum est in tenebris.* Tertio impiis aduersa prouenire asserit.

c *Qui timet Do.* Cas. Timor mundi miseros facit, sed timor Dei ea appetere facit, per quæ homo beatus est.

d *In mandatis.* Hoc timor Dei, vt velit. Et non ait faciet, sed *volet multum*, quod sufficit: quia sufficit velle, si perficiendi mandata desit facultas, quia pax est hominibus bonæ voluntatis etsi non adeo proficiat in eis, quia tentatio est vita ista, & corpus aggrauat, & *terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.*

e *Potens.* Avgvs. Cassiodorvs. Ecce præmia illius beati.

f *Semen eius.* Id est, merces boni operis, *Erit potens in terra*, non hac, vbi derisui, sed cœlesti. Vel etiam hic in isto tempore, quo minus videtur. *Semen*, opera misericordię, vnde messis æterna. *Potens* quia re minima, etiam vt magna, regnum cœlorum emitur.

g *Generatio.* Non carnis, sed imitationis. Vel opera rectorũ. *Recti* sunt, qui non resistunt patri emendãti, & credunt promittenti, non credunt perisse opera sua, cum non eis tẽporaliter retribuitur. Sunt enim qui bona illa agunt, mercedẽ hic à Deo sperantes, vel hominibus placere volentes, quod non beatus vir: & tamen.

h *Gloria et diuitię in domo eius.* Id est, in cordis secreto, vbi habitat cum spe vitæ æternæ, vbi diuitiæ sanctæ, & gloria ęterna reponuntur.

i *Iustitia.* Hæc est gloria eius, hæ diuitiæ eius, quam tamen habet à Deo.

k *Manet in sæ.* Quasi non temporaliter beatus.

l *Exortum est.* Cassiodorvs. Secundò agit de aduentu Domi-

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs CXI.

1 Beatus vir. *Huic psal. præmittitur pro titulo.* Halleluia: *Cuius expositio est dicta suprà, in aliquibus tamen libris additur ipsi halleluia*, reuersionis Aggæi & Zachariæ, *sed hoc non est in Heb. nec in translatione Hier. & ideo videtur esse additum ab aliquo expositore pro sua voluntate. Ad intellectum autem huius psal. sciendum, quod licet beatitudo sit reddenda pro operibus virtuosis generaliter, tamen per quandam appropriationem dicitur reddenda pro operibus misericordiæ specialiter: Vnde dicit Saluator Matth. 25. c.* Venite benedicti patris mei, possidere paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere, &c. *Et propter hoc in hoc psal. dicitur, Reddenda fœlicitas pro operibus misericordiæ. Et primò ostenditur propositum, & secundò de immisericordibus oppositum, ibi,* Peccator. *Prima in duas, quia primo ostenditur propositum de fœlicitate in via, secundo in patria, ibi,* In memoria ęterna. *Circa primum sciendum, quod fœlicitas, quę potest haberi in vita presenti, principaliter consistit in bonis animę interioribus, secundario vero consistit, seu accidentaliter in bonis exterioribus, prout sunt ipsis virtuosis quadam instrumenta virtutis, secundum quod dicit Ambrosius super Luc. Sicut diuitia impedimenta sunt reprobis, ibi probis sunt adiumenta virtutis, & ideo Psalm. in hac parte permistim loquitur de istis, & de illis, dicens.*

Beatus vir. *Scilicet in præsenti, in quo pro bono virtutis habito in re, habetur beatitudo futura in spe.*

2 Qui timet Dominum, *Timore filiali, qui reformidat offensam: ideo subditur.*

3 In mandatis eius. *Istud* nimis *non importat vitium, sed affectum intensum ad implendum Domini præceptum, & potissime in operibus misericordiæ. Et quia inter omnia bona exteriora, bonum prolis est præcipuum, ideo sequitur.*

4 Potens in ter. *Hoc frequenter videmus contingere, quod homines misericordes habent filios potentes sibi succedentes, sicut Salomon potentissimus successit Dauid pio & misericordi. Et quia potentia temporalis non est laudabilis nisi habeat bonitatem moris annexam, ideo subditur.*

5 Generatio rectorum bene. *Quia bonum ei imprecabitur à populis propter bonum virtutis.*

6 Gloria. *Id est, bona fama.*

7 Et diuitiæ. *Id est, temporalium abundantia.*

8 In domo eius. *Id est in familia timentis Deum, & opera misericordiæ facientis.*

9 Et iustitia eius. *Id est, meritum suæ iustitiæ.*

10 Manet in sæ. *Hoc est diu in filijs suis sibi succedentibus, secundùm quod dicitur Exod 34.b.* Qui custodit misericordiam in milia, &c.

11 Exor. est in tene. *Quia recte viuentes in presenti, niter peccatores, tanquam in tenebris illuminantur specialiter à Deo lumine suę gratiæ, per quam inhabitat mentem, & propter hoc subditur.*

12 Misericors. *Quasi dicat, illud lumen est ipse Deus illuminans mentem, & per illuminationem creatam speciali modo inhabitat mentem, qui est misericors, quantum ad habitum misericordiæ.*

Et

MORALITER.

† 1 *Beatus vir, qui timet Dominum, etc.* In hoc psal declaratur quod vera beatitudo pro misericordiæ operibus sit reddenda, & immisericordibus miseria infligenda, sicut expressè dicitur Matth. 25. d. *Ibunt, hi in supplicium ęternum.* Et sic literalis sensus est simpliciter moralis, propter quod de alio pertranseo.

† MORAL.

☞ Domini, per quem homines ex peccatoribus in æternum sunt beati.

CASSIODO. *Exortum est.* Supra Dixit, bona beati, nunc vnde beatus, Lux gratior, quę in tenebris, sed non alijs lux, nisi *rectis corde*, quod lumen Dominus, *miserator & misericors*. Qui pius confitentibus, iustus contemnentibus. Sed ne terreat iustitia, quia suauis & gratus est Deo qui misereturꝰ, condonando alijs, quo sibi veniam meretur, & dat alijs, quod est *commodare*, vt detur ei in futuro, hæc sunt duo officia benignitatis, vnde, *Dimitte, et dimittetur vobis: date, & dabitur vobis.* Hæc de illo superiori verbo pendent. *Gloria & diuitiæ in domo eius*, hæc facta sunt sermones, quibus defendetur in iudicio, quod non erit ei sine misericordia: quia misericordiam fecit. Hoc à similitudine præmeditantis causam dicitur, vt eam firmis allegationibus & assertionibus in iudicio præmuniat. Vel.

† Bonus vir donat.

† dispensabit negotia sua.

Lucæ 6. f.

† videat.

χρὴς ϙ.

a ¶ Exhibitione. ¶ Dum expectat. b ¶ Dum iustificat. ¶ Remunerando. ¶ Animo.

ricors & miserâtor & iûstus. † Iucundus homo qui miseretur

a ¶ Vel sumptum pecunię, vel laboris industriam. ¶ Dat cum spe futuri.
b ¶ A similitudine præmeditantis causam, vel omnia discrete dicit.
c ¶ Disponit, quia in futuro locatus ad dexteram.

& commodât, † dispônit sermones suos in iudicio, quiâ in

a ¶ Etsi cadit, vt Petrus, Nunquam à gloria Domini separabitur b ¶ Sed.
¶ Aug. Vt audiat: Venite benedicti patris mei. perci, &c. Quia tunc generatio rectorum benedicetur.

æternûm non commouebitur. In mêmoria ęterna erit iustus,

a ¶ Quibus dicetur: Ite maledicti in ignem ęternum, quod his, qui à sinistris erunt, dicetur.
b ¶ Damnatis. ¶ Sed.

âb auditione mâla non timebit. Paratum * cor eius † sperare

a ¶ Non in mundo. b ¶ Et quia sperat, nulla re sæculi mollescit, nec vllis tentationibus frangitur, quia. c ¶ Etiam. ¶ Videns alios ridere in terra morientium & se irrideri. ¶ A spe.

in Dômino: confirmatûm est cor eius, non commouebitûr,

a ¶ Veniat. b ¶ In terra viuentium existens. c ¶ Quoscunque. d ¶ Propter hoc futurum.
¶ Gratis. ¶ Vt multis. e ¶ Non diuitibus.

dônec † dêspiciat inimicôs suos. † Dispêrsit dedit pâuperi-

a ¶ Ergo. ¶ Aug. Quia Deo custode nil perit. b ¶ Cuius humilitas à superbis contemnebatur.

bus, iûstitia eius maner in sæculum sæculi: côrnu eius exalta-

a ¶ Cornu humilis exaltabitur &. b ¶ Hoc cornu humilis exaltari.
c ¶ Sibi sera pœnitentia. d ¶ Aug. Malum inuidiæ apud se retinet, nulli tamen nociturus, his se affligit quibus bonos vexauit.

bitur in gloria. Peccâtor vidêbit & irascêtur, dêntibus suis

a ¶ Signum anxietatis. ¶ Quia illic erit fletus, & stridor dentium.
b ¶ Auguſt. Quia non poterit requiescere per pœnitentiam, cum desiderium peccatorum peribit, nullo succedente solatio, cum omnia transeunt velut vmbra.

† frêmet & tâbescet, desiderium peccatorum peribit.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

a *Miseretur.* CASSIO. Qui dat egentibus, *Commodat*, qui mutuum præstat, post tantundem recepturus.

b *Benignus homo qui miseretur, &c.* ✠ EVTHY. *Miseretur* quidem eorum, qui in angustiis sunt, *commodat* autem ijs, qui mutuo indigent, scriptum est enim alibi in Psalmo quadragesimo sexto, *Tota die miseretur, & commodat.* iustis.

c *Disponit sermones suos in iudicio.* ✠ EVTHYM. Huiusmodi vir timens Dominum, bene etiam vtetur sermonibus tuis, nec fortuito aut inconsiderate loquetur, sed cum iudicio & cum discretione verba sua dispensabit, vbi opus fuerit. Vel, quia Græca dictio λόγος, non tantum verba & sermones, sed rationes etiam significat: Dic, quod vir iste, qui timet Dominum, recto ac sano iudicio, rationes & negotia sua omnia semper disponet, quemadmodum etiam Symmachus reddidit. Vel, quod bene disponet defensiones suas in futuro iudicio, easque antea summo cum examine ac studio præparabit, non secus ac facere cõsueuit fidelis quis ac sapiens administrator.

d *Paratum cor eius sperare in Domino, confirmatum est cor eius, manet, &c.* AVGVSTINVS. Patet itaque, quod hic non sua quærit, sed quæ sunt Christi, labores patienter sustinet, promissa fideliter expectat.

Philip. 2. c.

CASSIOD. Vel, si quis mala minatur, non timet, sed paratum.

† Sparsit. 86. dist. c. fratrem §. in ipsa.

e *Dispersit.* Sperat non timere, quia dispersit.

† frendet.

f *Dedit pauperibus.* AVGVSTIN. Ecce iste emebat quod non videbat, sed ille thesaurum in cœlo seruabat, qui esurire & sitire in pauperibus dignatur in terris.

g *Iustitia eius manet in sæculum sæculi.* CAS. Sua dedit, & iustè & piè vixit, vel, qui dat sua, iustitiam operatur.

h *Cornu eius exaltabitur in gloria.* CASSIOD. Quia hic humilis, ibi potestatem habebit.

i *Peccator videbit.* CASSIODOR. Tertio contraria impiis prouenire asserit.

CASS. Bonis beatorum hortatur, malis inimicorum terret, & est iste psalmus institutorius fidelium.

k *Irascetur, dentibus suis fremet et tabescet, desiderium peccatorũ peribit*, Dicens. *Quid nobis profuit superbia & diuitiarum iactantia?* Sapien. 5. b

☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et miserator. *Quantum ad actum, non est per hoc intelligendum, quod in Deo sit aliqua distinctio habitus et actus, sicut in nobis: sed perfectionem diuinam apprehendere non possumus prout est in se, nec per consequens nominare, sed sicut est in nobis, vbi habitus virtutis, & actus realiter distinguntur.*

2 Et iustus. *Quia semper iustitia cum misericordia concurrit in diuinis operibus. In translatione vero 70. additur* Dominus, *ad ostendẽdum, quod istud, quod dicitur hic,* Misericors & miserator & iustus, *Refertur ad ipsum Deum.*

3 Iucundus homo qui miseretur, *Dando liberaliter non potentibus reddere.*

4 Et commodat, *Gratis potentibus reddere, ille enim qui sic operatur ex habitu misericordiæ, operatur iucundè, quia secundùm Philosophum. 2. Ethi. signum habitus generati est delectatio in opere.*

5 Disponit sermones suos in iudicio. *Id est, rectæ rationis, vt omnino caueat à temeritate locutionis.*

6 Quia in æternum non commouebitur. *Scilicet à stabilitate virtutis.*

7 In memoria æterna erit iustus. *Hic consequenter agitur de fœlicitate post hanc vitam reddenda pro operibus misericordię, cum dicitur:* In memoria æterna erit iustus. *Et accipitur hic iustitia prout dicitur de virtute misericordię. Iustitia enim vno modo accipitur pro omni virtute.*

8 Ab auditione mala non timebit. *Quam audient immisericordes die iudicij. Matth. 25. d.* Ite maledicti in ignem ęternum, *Sequitur,* Esuriui, & non dedistis mihi manducare, & sitiui & non dedistis mihi bibere, &c. *Sed bonam auditionem quam audient misericordes,* Venite benedicti patris mei, &c. *Sicut allegatum est suprà.*

9 Paratum cor eius sperare in Domino. *Non in rebus caducis, & defectibilibus.*

10 Confirmatum est cor eius. *In bono per habitum virtutis & gratiæ, secundùm quod dicitur ad Hebr. 13. b.* Bonum est gratia stabilire cor.

11 Non commouebitur. *A stabilitate virtutis, Deo ipsum conseruante.*

12 Donec despiciat inimicos suos. *Id est spiritus malignos, qui tũc ab homine despiciuntur, quando de eis habet plenum triumphum, quod est in morte, quando decedet in statu gratiæ. Et quia prędicta meretur homo per opera misericordiæ, ideo subditur.*

13 Dispersit. *Propter amorem Dei, sine aliqua acceptatione:*

14 Dedit. *Liberaliter absque spe retributionis terrenę.*

15 Pauperibus. *Christum repræsentantibus. Matt. 25. d.* Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, *& non adulatoribus, seu histrionibus, quibus multi dant abundanter, & nihil pauperibus.*

16 Cornu eius. *Id est, potentia temporalis, qua vsus est ad bonum virtutis.*

17 Exaltabitur in glo. *Scilicet cœlesti, vbi augmentabitur eius potentia.*

18 Peccator. *Hic consequenter ostenditur, quod immisericordibus redditur oppositum, scilicet, dolor & tristitia, quod potest exponi de præsenti vita sic,* Peccator videbit & iras. *Quia impius videns prosperitatem iusti conturbatur, & non solum interius, sed etiam exteriori signo, ideo sequitur.*

19 Dentibus suis fremet & tabescet. *Quia motus animi redundat ad corpus.*

20 Desiderium peccatorum peribit. *Quia peccatores desiderant permanere in temporali prosperitate, & deficit eis in morte, & aliquando valde repente. Alio modo exponitur de vita futura, in qua impij torquebuntur, non solum de pœna sibi inflicta, sed etiam de iustorum gloria, quia licet ipsam non cognoscant intuitiuè & particulariter, tamen cognoscunt abstractiuè & generaliter, in quantum in quodam generali sciunt eos esse in maxima delectatione, quod facit ad augmentum suę miseriæ.*

☞ NICO-

ADDITIO.

In psal. III. Beatus vir, &c.

Psalmus iste sumit exordium ex vltimo versu præcedētis: ibi enim tractauit Psal. de timore filiali, cū dixit, Intellect⁹ bonus omnibus faciē tibus eū, *vt suprà expositum est. In hoc autem declarat opera pīa ad timētem Deum tali timore pertinentia, quorū principale est diuinis mādatis obedire prōptitudine volūtatis, de quo dicit,* In mādatis eius volet nimis. *i. vehementer & promptè ad timentem dominum. tali timore pertinet etiam opera facere exemplaria, quibus videntes ad similia prouocentur. & de hoc dicit:* Potens in terra erit semen eius, *quod intelligi debet de semine spirituali, quod in terra bona potens est multum fructum afferre. Sicut cùm dicitur,* Generatio rectorum benedicetur: *Non enim est intelligendum de generatione carnali, cum multi timentes Deum tali prole careant, sed potius intelligendum est de generatione secundum imitationem operum, iuxta illud Iohan. 8. e.* Si filij Abrahæ estis. &c. *exponantur prout in postil, &c.*

☞ A GLOSSA ORDINARIA.

a *Halleluia.* Cass. quia meritò laudandus, qui merito humilitatis gentes assumit: titulum psal. exponit. Halleluia enim vt diximus interpretatur laudate dominū, qualiter & psal. incipit.

PSALMVS CXII.

b *Laudate.* Cas. Primò monet

B propheta deuotos, vt laudent iugiter, & vbique prædicent. Sed cūdò ipse facit, quod monet alios, id est, laudat Deum, ibi, *Quis sicut Dominus,*

† Qui erigit. 1. Co. 14. d.

C Ad laudem ergo monens ostendit, qui & quem, & quandiu, & vbi, & quare laudent, di.

c *Pueri.* Cas Non sensu sed malitia, maximè superbia, i. humiles, vnde, *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, vt mentibus perfecti sitis.*

Ave. Cas. Laudate dominum pueri, simplices & puri; qui debent laudare.

Nomen laudat, qui virtutes eius prædicat. *Pueri* intrant per angustum. Ideoque facta contentione inter apostolos, quis eorum maior esset, assumpsit Iesus paruulum, & statuit in medio discipulorum, & ait, *Qui non humiliauerit se sicut paruulus iste, non intrabit in regnum cœlorum:* & ideo nemo intrat, nisi puer in regnum cœlorum: prostrata enim superbia, *ex ore infantium perficitur laus* Indignè autem cantant ista, qui se magnos putant: *Qui cognoscentes Deum non sicut Deum glorificant,* aut gratias agunt. Et quia illi soli dignè laudant, qui sunt tanquam pueri, Ideo post omnia dicit puer, Benedicamus domino. Vel, laudate nomen domini.

Mat. 18. a. Psal. 8. a. 1. Cor. 2. b.

✠ Theodo. *Pueros,* hoc in loco non iuuenes, vt nonnulli suspicati sunt, sed seruos vocat: sic enim & Aquila, & Symmachus, & Theodotion explanarunt, & Hebræus *Abdi.* dicit. Sic etiam Syrus; & Laudate Hebræus Hallelu dixit; vt sit manifestum, quoniam *Halleluia,* Laudate Dominum interpretetur.

D

d *Sit nomen.* Cass. Ecce dixit, qui, & quē laudare debeant, deinde subdit; Quandiu laudandus sit, scilicet semper.

E

Cassi. *Sit nomen domini.* ne ad horam putetis me imperare laudem; nec localiter. sed *A solis or.* Per circumitum enim solis, quasi per quandam lineam, mundū significat, in quo toto laudandus est Deus. Per gentes omnia terrena, per cælos omnia cælestia notat, vt per hæc duo omnes creaturas indicet sibi subiectas. Vel, per gentes carnales, per cælos spirituales.

exultat

e *A solis ortu.* Avgv. Hic dicit, quod vbique debeat laudari.

f *Super cœlos.* Avgvst. Apostolos, per quos regnat in gentib⁹; & est; ideo ad laudes inuito, quia super omnes est regnaturus.

F

g *Quis sicut.* Cas. Secundo ipse facit, quod alios monet, vt & facto alios doceat *Quis?* nullus, qui per se possit.

h *In altis, &c.* Angelis & sanctis: & licet altus, non despicit humiles.

i *Humilia.* Hi sunt qui dono eius alti fiunt, & in eis sedet.

k *Respicit,* humiles singulos.

l *In terra,* sanctos quos ita respicit, sicut ecōuerso odit superbos.

m *Suscitans à terra.* de labore corporis.

n *De stercore,* erigitur cui carnis vitia non dominantur.

✠ Theod. Hæc & beatissima Anna dixit, hymnum de gratiarum actione Deo texens: Cernimus autem hæc ipsa à Deo vniuersitatis continuè fieri; sic beatum Dauidem, cum pastor esset,

☞ Regem

Halleluia Psalm. CXII.

a ¶ Quia assumimini. a ¶ In essentia æterna.

Laudate pueri dominū, laudate no- 1

a ¶ Vt videntes opera vestra bona glorificent Deum patrem vestrum qui in cęlis est. ¶ Semper.

men domini. Sit nomen domini be- 2

a ¶ Non blasphemetur. b ¶ Ex quo incipitis.

¶ Quia incipitis, ex quo vobis dicitur: sed sine fine laudate eum, non eos, etiam cum magni fueritis. c ¶ Id est in progressu.

nedictum, ex hoc nunc & vsque in 3

a ¶ In æternum. b ¶ Vbique. c ¶ Quasi per circumitum solis.

seculum. A solis ortu vsque ad oc- 4 5

a ¶ Non apud Iudæos tantum. ¶ Sic. b ¶ Ideo laudate.

casum, laudabile nomen domini. Excelsus super omnes 6 7 8

a ¶ Aug homines. b ¶ Vbi vident fulgere Deos quos colunt, id est, solem & lunam, & huiusmodi. ¶ Cæli supra se habent, quem humiles secum habent in pectore. ¶ Enim.

gentes dominus, & super cælos gloria eius. Quis sicut domi- 9

a ¶ Quos exaltat, sic vt non superbos faciat. b ¶ Intuitu misericordiæ.

nus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cæ- 10 11 12

a ¶ Per solam gratiam. b ¶ Illos, qui prius inopes erant. c ¶ Vitiis carnis. ¶ Carnalis voluptatis.

lo & in terra, Suscitans à terra inopem: & de stercore erigens 13 14

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXII.

☞ Laudate, &c. *Huic psal. præmittitur pro titulo* Halleluia, *quia in eo psal. inducit ad laudem Dei ex consideratione sua excellētis prouidentiæ, qua abiectos et depressos iniustè aliquando subleuat ad statum magni honoris & gloriæ: quia Ioseph subitò eleuauit de carcere, ad hoc, quod esset præpositus Ægypti, & secundus à rege, Gen. 41. Et secundum hoc psal. iste in duas partes diuiditur, quia primo Psal. ad laudem Dei inducit: secūdo ad hoc rationē adducit, ibi.* Excelsus. *Circa primum dicitur:*

1 Laudate pueri. *Non accipiuntur hic pueri ratione ætatis discretione carentes, sed accipiuntur hic pueri pro subiectis & ministris, sicut dixit Achimelech ad Dauid de viris; qui erant cum eo. 1. Reg. 21. b.* Si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus, manducent, &c. *et hoc modo loquitur frequenter scriptura. Omnes autem sunt Deo subiecti, & eius seruitio, et laudibus obligati.*

2 Sit nomen. *i. sicut est in seipso benedictum, sic benedicatur à subditis, non benedictione consecrationis, quę fit tantum à maiori, sed benedictione, laudis, qua impenditur à minori.*

3 Ex hoc nunc, &c. *id est, secundum extensionem omnis durationis.*

4 A solis ortu, &c. *id est, secundum omnem extensionem distantię localis.*

5 Excelsus. *Hic consequenter Psalmista inducit rationem ad propositum, quę accipitur ex excellentia sua prouidentię, ex qua merito debet laudari, ideo dicitur,* Excelsus super omnes gentes, &c. *quantumcūque sint magnæ & diuersæ,*

6 Et super cælos *i. super angelos, qui sunt ciues cęlestes.*

7 Gloria eius. *quia de omnibus hominibus & angelis ad suam gloriā ordinat & disponit, ideo subditur,*

8 Quis sicut dom. Deus noster *q. d. nullus.*

9 Qui in altis habitat, *per suæ gloriæ refulgentiam.*

10 Et humilia respicit, *per suam prouidentiam.*

11 In cœlo, *quia superbientes angelos inde deiecit, et humiliter sibi adhærentes in gloria confirmauit.*

12 Et in terra, *quia in prima ætate rebellantes homines in diluuio submersit, & humilem Noē cum sua familia saluauit, & quia simile sit frequenter in particularibus personis, ideo subditur,*

13 Suscitans à terra inopem & de stercore, *id est, de loco vili & fœtido.*

14 Erigens pauperem: *hoc patuit in Manasse rege Iuda, qui propter superbiam de regno suo fuit deiectus à Deo, et ab inimicis suis in carcere fœtido reclusus & fame afflictus, & propter humilitatem suam, inde à Deo fuit releuatus, & in regnum restitutus, secundo Paral. xxxiij. ideo subditur:*

☞ 1 Vt

MORALITER.

† 1 *Laudate pueri.* In hoc psalm. ostenditur, quod Deus iniustè depressos subleuat ad honorem, non solum in futuro, sed etiam aliquando in præsenti, sicut patet de Ioseph. Gene. 61. & sic patet, quod sensus literalis est etiam moralis.

Allegoricè tamen potest exponi de abiectione synagogæ, & sublimatione ecclesiæ de gentibus collectæ: & vtranque expositionem tetigi in expositione literali; propter quod alia non videtur hic ponenda.

† MORA-

A Regem fecit; sic & Ioſephum cùm in ſeruitutem incidiſſet, in regali cõſtituit ſolio; ſic Moſem cum opilio eſſet, populi gubernatorem declarauit, Pharaoniſque Deum elegit; ſic gentes impietatis paupertati ſeruientes, & in peccati ſtercore ſedẽtes, bonis, quæ Iſraeli conceſſa fuerant, dignatus eſt, ſic humanam naturam, cùm in ipſum mortis profundum decidiſſet, aſſumpſit, & ſurſum erexit, & collocauit ſuper omnem principatum & poteſtatem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non modò in ſæculo hoc, ſed etiam in futuro.

a ¶ Ordinibus cæli & angelis & hominibus. ¶ Angelis. ¶ Apoſtolis.

B a pauperem. Vt collocet eum cum principibus, cum principibus

a ¶ Saram matrem fidelium per omnes gentes. b ¶ In eccleſia inter Iudæos.

b populi ſui. Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem

c filiorum lætantem.

Eſa. 54 a. a *Qui habitare.* CASAVG. Exponit, vbi ſuſcitat & erigit: in eccleſia ſcilicet, quæ ante aduentum ſponſi, ſterilis, modo mater

C multorum læta & fœta. q. d. Nec ſolum erigit, quos locet cum principibus iudices, ſed habitare facit in domo ſterilem, & ſunt filij multi deſertæ: qui ſi non omnia relinquunt, faciunt tamen ſibi amicos de mammona iniquitatis per opera miſericordiæ.

Luc. 16. b. *Et humi.* AVG. Vel, humiles, eoſdem in quibus habitat, quia in carne & in ſpiritu humilitas eorum reſpicitur.

In cœlo. propter ſpiritus libertatem.

In terra. propter corporis ſeruitutem. q. d. qui humilitatem habent in ſpiritu, & oſtendunt in opere. Vel, *in cœlo*, reſpicit quos vocauit iam, & habitat in eis,

In terra. quos vocat vt habitet in eis. Vel, potius *cœli* ſunt qui cum domino iudicabunt, *Terra*, cætera ſanctorum multitudo: humiles tamen hi & illi. Merito & *cœli* humiles, quia ſuſcitat à terra prius inopes, etiam adhuc quandiu in corpore gemunt.

D

1 2 3 4

E

b *Sterilem.* AVG. ſcilicet, Saram, id eſt, eccleſiam Gentilem, quæ prius ſterilis fuit: vnde per Saram ſignificatur. Eam inquam facit habitare in domo, id eſt, in eccleſia Iudæorum, inter ipſos Iudæos, vt in lapide angulari duo parietes

F coniungantur, & fiat vnum ouile.

c *Filiorum.* AVG. ex perſona quorum hæc dicuntur. De quibus Eſa. 46. Eſaias ad eccleſiam loquens ait: *Dicunt*, inquit, *in auribus tuis filij quos miſeras. Anguſtia eſt nobis in loco iſto. fac itaque nobis & nunc locum in quo commoremur. Tu verò dicis in corde tuo. Quis generauit mihi iſtos. Quis ergo iſtos educauit mihi?* q. d. cum ſciam me eſſe ſine filiis, & viduam.

Inter-

GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt collocet eum, &c. *tanquam eis præſidens, propter quod ſubditur.*

2 Cum principibus populi ſui. *Poteſt autem hoc referri ad exaltationem humilium in gloria cæleſti, in qua collocãtur humiles cum angelis, qui dicuntur in ſcriptura principes, & diſtinguntur per tres hierarchias: hierarchia autem idem eſt quod ſacer principatus, & quia dicta exaltatio non ſolum fit in ſexu virili, ſed etiam muliebri, ideo ſubditur,*

3 Qui habitare facit, *dans ei fœcunditatem, per quam eſt honorabilis in domo mariti, in qua prius erat contemptibilis, et abiecta propter ſterilitatem, ideo ſubditur,*

4 Matrem filiorum lætantem. *Exemplum habetur primo Regum. 1. de Anna, quæ propter ſterilitatem contẽnebatur in domo Elcanę à Fenenna: & cõceſſa ſibi à Deo fœcũditate prolis, fuit honorabilis & lætabunda, vnde fecit canticum illud,* Exultauit cor meum domino, &c.

1. *Re-*

1. Regum. 2. Allegoricè exponitur pſalmus iſte de abiectione populi Iudaici, propter incredulitatem, & exaltationem populi Gentilis in bonis gratię, eò quod deuotè recepit fidem catholicam. & ſic ſynagoga facta eſt ſterilis, & abiecta, & eccleſia in fide gentium facta eſt fertilis et latabũda et hoc modo loquitur Apoſtolus, Gala. 4. d. inducens illud Eſaię. 64. Lætare ſterilis, quæ non paris, erumpe & clama, quæ nõ parturis, quia multi filij deſertæ magis, quam eius, quæ habet virum. *Et vocat Gentilitatem ſterilem, et deſertam, quia multo tempore fuit deſerta à Deo propter peccatum idololatriæ, et ſterilis in prole ad Dei cultum educata: et ibidem præmittit Apoſtolus,* Scriptum eſt, quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. *et ſequitur* Hæc ſunt per allegoriam dicta: hæc enim ſunt duo teſtamenta, &c. *Hanc autem expoſitionem non proſequor, quia diffusè tractata eſt ab aliis in pluribus locis.*

PSAL

AD DITIO.

In pſal. 112. Laudate pueri dominum.

Iſte pſalmus cum quinque ſequentibus vſque ad pſalmum, Beati immaculati. *excluſiue vocatur ab Hebræis Halleluia magnũ, id eſt hymnus magnus, de quo ſingularem faciunt ſolẽnitatem: nam in tribus præcipuis feſtis, & in neomenis, ſtãtes iſtũ hymnũ cum maiori cantant ſolennitate, quam cæteros pſalmos totius pſalterij. Inſuper in nocte paſchæ, quando agnus paſcalis comedebatur, poſt eius comeſtionem recumbentes ad menſam ipſam hymnum ſolenniter dicebãt. Vnde de hoc hymno ex iſtis ſex pſalmis compoſito intelligi debet illud, quod imminente paſſione Matthęi. 26. c. legitur,* Hymno dicto &c. *eò quod Chriſtus poſt agni paſchalis comeſtionem huiuſmodi ritum conſuetum ſeruans, hymnum prędictũ cũ apoſtolis recitauit: quod etiã Hebręi hodie agno paſchali carentes in illa nocte ſcilicet paſchæ, iſtum hymnum cũ azimis ſolenniter prout poſſunt cãtant: in quo videtur prophetizare neſcientes, ſicut legitur de Caipha, Iohan. 11. Nam ipſi ſolũ attendunt ad hoc, quod in hoc hymno fit mentio de redemptione Ægyptiaca, cuius memoriam in paſchate celebrãt. Sed amplius cõſideranti in hoc hymno continentur non modica myſteria eccleſię vniuerſalis, ſpiritualiter à Deo redemptę, incipiẽtis ab Abel iuſto vſque nunc: inter quę fit mentio de redemptione Ægyptiaca ſuo loco, vt infrà patebit, vnde in hoc hymno Pſalmiſta ſex principaliter fuit. Nam in primo pſalmo ponit quandam præfationem generalem ad diuinam laudem pertinentem, in qua de exordio eccleſię militantis, ante legem, et eius progreſſum vſque ad aduentum Chriſti, per quem gratia facta eſt, præmittit. In ſecũdo ſcilicet,* In exitu Iſrael de Ægypto, dom⁹ Iacob de populo barbaro, *de ſtatu eccleſię ſub lege agit: In tertio Pſalmus ſcilicet,* Dilexi, quoniã exaudiet dominus, &c. *agit de ſtatu eccleſię in ipſo exordio redẽptionis ante ipſius publicationẽ, In quarto vero. ſ.* Credidi, propter quod, &c. *agit de ſtatu primitiuæ eccleſię publicatæ. In quinto ſcilicet* laudate dominũ, *agit de ſtatu eccleſię ex duab⁹ gẽtibus iã vnitæ. In ſexto vero pſalm. ſcilicet* Confitemini, &c. *agit de ſtatu eccleſię non ſolùm dilatatę et vnigenitæ, ſed etiam florente & prævalescente, prout latius patebit in expoſitione horum pſalm. in ſingulari. In hoc igitur primo pſalmo præfationali huius hymni, Pſalmiſta octo facit quę ſunt notabilia ad Dei laudem pertinentia.*

Primò enim oſtendit quis eſt laudandus, ſcilicet Deus trinus & vnus. Quod ſic patet: nam in principio huius pſalmiter inuitat ad laudem Dei. Primò ſcilicet cum præmittitur Halleluia, quod idem eſt quod, laudate *Deum. Secundò inuitat ad laudem Dei cũ dicit,* Laudate pueri dominum, *Tertiò cum dicit:* Laudate nomen domini. *Quæ quidẽ trina inuitatio ad laudem Dei in eodem verſu ſeu contextu ſingularis eſt in hoc pſalmo, vt patet diſcurrẽti per alios. Et ſic ſatis innuitur trinitas eius qui laudatur, eo modo (etſi forte clariori) quam illo verbo pſalmi,* Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus, &c. *et in ſimilibus, ſolet communiter exponi. Vnitas autem eius qui laudatur, oſtenditur in hoc quod non Deos dicit laudandos, ſed Deum: ſimiliter nec dixit:* Laudate nomina domini *ſed nomen, eo modo quo dicitur Mat. vlt. d.* In nomine patris & filij & ſpiritusſancti.

Secundo oſtenditur etiam à quibus debet laudari, quia à pueris. ſ. animi puritate viuentibus.

Tertio oſtenditur etiam quandiu eſt laudandus, ſcilicet in hac vita & in futura, & hoc cum dicit, Sit nomen domini benedictum, ex hoc nunc & vſque in ſeculum.

Quarto oſtenditur etiam vbi eſt laudandus. ſ. vbique. & hoc cum dicit: A ſolis ortu vſque ad occaſum.

Quinto oſtenditur etiam quomodo eſt laudandus, ſcilicet ſuper omnẽ laudem cuiuſcunque creaturę terreſtris et cęleſtis, & hoc cùm dicit, Excelſus ſuper omnes gentes dominus, & ſuper cælos gloria eius.

Sexto oſtenditur quænam materia principalis ad Dei laudem in hoc hymno principaliter conſideranda, ſcilicet diuina prouidentia circa regimẽ creaturæ rationalis: & hoc cũ dicit, Quis ſicut dominus Deus noſter qui in altis habitat, & humilia reſpicit, *ſ. genus humanum, quod in parte infima vniuerſi commoratur.*

Septimo oſtenditur quidã effectus huiuſmodi diuinę prouidentię, quo eccleſia fidelium ſumit exordium, ſcilicet ſuſcitare hominẽ à terrenis & fœtoribus peccatorum, & eum exigere ad ſtatũ gratię & gloriæ: quod eſt maximũ opus iuxta illud, Miſerationes eius ſuper omnia opera ei⁹; *vnde Aug ſuper Ioh. dicit, quod maius opus eſt quod ex impio fiat iuſtus, quã creare cęlũ & terrã: & de hoc dicit,* Suſcitãs à terra, *i. à terrenitate,* Inopẽ *in virtutibus,* Et de ſtercore, *id eſt, de fœtore peccatorũ,* Erigens pauperem, vt collocet eum cum principibus, *id eſt, cum angelis,* Cũ principibus populi ſui, *id eſt, cum patriarchis & prophetis: & in hoc innuit ſtatum eccleſię ante legem, in quo nondum erat aliquis populus diuino cultui mancipatus, ſed quaſi ſingulariter ſumebãtur ſinguli iuſti in diuerſis partibus ad ſocietatem ſanctorum.*

Octauo oſtenditur, quod ex tali ſuſcitatione inopum & pauperum & collocatione eorum in cæleſtibus fœcundata eſt eccleſia in progreſſu temporis

☞ *temporis: & sic quæ prius fuera sterilis, modo multos habet filios, iuxta illud Gala. 4. d. & Esa. 54. a.* Lætare sterilis, *& de hoc dicit:* Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem. *& in hoc continuat se dicendis in cæteris psal. huius hymni, vt videbitur. vnde psal. iste propriè videtur esse præfatio in huiusmodi laude diuina.*

REPLICA. In Psal. Laudate pueri dominum *.vt dicit Burg. incipit Hebræorum hymnus. & continuatur vsque ad* Beati immaculati, *exclusiuè. hunc hymnum consueuerunt cum multa solennitate dicere post esum agni paschalis. vnde opinatur Burg. quòd illud Matt. 26 c.* Et hymno dicto exierunt in montem Oliuarum: *debeat intelligi de isto hymno: quod si ita est non iudico, nec suam singularem expositionem reprobo.* D

GLOSSA ORDINARIA.

Halleluia Psalm. CXIII.

a ¶ Mente, ope Dei. b ¶ Videntium Deum. c ¶ De affectione seculi cui renuntiant. d ¶ Ecclesiæ, e ¶ Luctantium: quod prius quam Israel.

a *Halleluia.* Cas. Item hic halleluia ex alio negotio ponitur. Sicut enim ex diuersis actibus Deus laudatur, ita ex variis negotiis iste titulus annotatur. Ab initio Hebræi populi, per magna miracula populo illi exhibita, Christum mundo datum propheta nũtiat: per quas similitudines, id est per eorum significata, etiam quisque Christianus liberatur. Erant enim figuræ mysteriorum spiritualium Christi & ecclesiæ, vt in psalmi expositione clarescit.

a ¶ A blasphemijs gentium, à quibus semoti esse debemus, vel a turba dæmonum. b ¶ Confessio.

a ¶ Quę in corde, quod purgat confessio: & per eam facti Israel possunt resistere vitiis, & esse filij Dei. & hoc est Israel potest. &c. b ¶ Vnde: Dedit eis potestatem filios Dei fieri, &c. c ¶ Ergo. ¶ Seculi.

a ¶ Retro fit. ¶ Vt via ad libertatem pateret. b ¶ Descensus humilis. ¶ Id est baptizati ad eum, vnde orti sunt, redierunt. c ¶ Et tunc. ¶ Dispensatores verbi Dei apostoli.

PSALMVS CXIII.

C *Nexitu.* Avg. Hic non narrantur præterita; sed futura prædicuntur, quia in illis gestis futura signabantur: & ideo non omnia hic dicuntur, quæ ibi gesta, sed quædam aliter, ne putetur præterita recolere.

Cas. Primò dicit propheta, quæ mira dederit Deus Heb. in figura, & Christianis in spiritu. Secũdò interrogat quare hæc facta sunt, ibi, *Quid est tibi mare?* Tertiò inania simulacra gentium reprobat, & religionem Dei commendat, ibi, *Simulacra gentium.*

✠ Beda. Legimus Israeliticum populum de Ægyptiaca seruitute liberatum, per mare rubrum, & per Iordanem exiccatũ traductum. Quod propheta videtur hic repetere, non vt historiam narrans, sed ad allegoricum sensum inuitans. Non enim legitur in historia illa Iordanem retro fluxisse, sed stetisse: neque legitur ibi montes vt arietes, vel colles sicut agnos ouium exultasse. Attẽdamus ergo quid admoneamur, quia & facta illa nostræ figuræ sũt, & hæc dicta vt nosipsos recognoscam⁹, exhortantur. Quia si firmo corde retinebim⁹ gratiam Dei, quæ erga nos facta est, & misericordiam quæ nobis exhibita est, Israel sumus: quia vestigia fidei patris nostri Abraham imitamur, & sumus Iacob. Ille autem populus merito perfidiæ reprobatus pertinet ad Esau. Ægyptus verò, quæ tenebræ, vel afflictio interpretatur, in figura huius mundi ponitur, de quo specialiter recedendum est, ne simus iugum ducentes cum infidelibus.

b *In exitu* Q. cum Israel, id est, domus Iacob, de Ægypto. i. populo barbaro exiret.

c *Barbaro.* Avg. Barbara lingua est, quæ Deum non laudat.

d *Facta est.* Cas. Sicut ille populus, cum exiret de Ægypto, sanctificatus est in Iudæa i. terra promissionis, colẽdo Deũ verũ, quæ terra erat ante per idololatriam polluta, & sicut potens factus est in ea (Qui enim in Ægypto facti fuerant serui, ibi facti sunt domini) ita exeuntes à peccato sanctificat Iudæa. i. confessio. Et per eam facti Israel, possunt resistere vitiis, & hoc,

Vidit mare, id est, peccatores seculi.

Iordanis, qui variis desideriis rapiunt homines in magnum mare, i. huius seculi amaricantem malitiam: sed hæc in aduentu domini cessant, quasi conuersa retrorsum. *Iosue 3.*

e *Ma. vi.* Avg. Hoc hic aliter dicitur, quã factũ est. Ibi legitur stetisse ab ea parte, qua aquę desuper fluebãt, nec ibi quicquã dicitur de gestiẽtib. montib. sed tã ibi facta, quam hic dicta figuræ sunt.

☞ a *Arie-*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXIII.

☞ IN exitu Israel. *Huic psal. in translatione Hieron. præmittitur* Halleluia *pro titulo: tamen in Hebr. est finis psalm. præcedentis. In hoc autem psal. inducit Psalmista ad Dei laudem ex consideratione beneficijs populo Israel exhibiti in exitu de Aegypto; Et primò illud beneficium recolitur; secundo ex hoc Dei laus concluditur, ibi,* Non nobis. *Circa primum recoluntur plura mirabilia à Deo facta in exitu de Aegypto, non tamen secundum ordinem historiæ, aliqua narrando post, quę tamen fuerunt prius facta, sicut frequenter fit in scriptura: & maximè metricè composita, qualis est ista; dicit igitur,*

1 In exitu Israel. *qui habetur, Exo. 13.*

2 Domus Iacob, *quia totus populus Israel descendit de Iacob, qui alio nomine dictus est Israel, Gene. 32.*

3 De populo barbaro. *Omnes populi dicuntur barbari, exceptis Hebræis, Græcis, & Latinis: quia alia idiomata dicuntur barbara.*

4 Facta est Iudæa. *quia in Iudæa viguit cultus diuinus, & scientia legis & prophetarum.*

5 Israel potestas. *Sicut exercitus regis dicitur eius potestas, quia Deus per filios Israel tanquam per exercitum suum eiecit Chananæos de terra illa, vt habetur in libro Iosue: & sic Israel dicitur potestas Dei, inquantum per potestatem à Deo sibi concessam, eiecit gentem illam: & secundum hoc litera ista,* facta est Iudæa, *&c. respicit terminũ exitus*

exitus de Aegy. In Hebræo autem & in translatione Hie. sic habetur: Factus est Iudas, &c. *& secundum hoc respicit principium exitus de Aegypto, quia tribus Iuda prima intrauit mare rubrũ, sequens Moysen, alijs formidantibus et tardantibus, & sic facta est Dei sanctificatio, inquantum factum istud declarauit Dei sanctitatem, in cuius confidentia tribus Iuda constanter secuta est Moysen. Israel potestas eius, quia pro Israel pugnauit contra Aegyptios, Exo. 14. f. & dixerunt Aegyptij:* Fugiamus Israelem: dominus enim pugnat pro eis cõtra nos.

6 Mare vidit. *quia se in partes diuisit, retrahendo se à medio ad præceptum domini, ac si haberet sensum & intellectum: quia creatura obedit creatori ad nutum.*

7 Iordanis. *Hoc fuit in exitu de deserto, vt habetur Iosue. 3. quia aquæ Iordanis ex origine sua descendentes steterunt & eleuatæ fuerunt ad modum collis, & sic in parte reuertebantur versus locum originis, sicut aqua fluminis inueniens obstaculum resultat versus originis locum.*

8 Montes, &c. *i. causam exultationis dederunt filijs Israel, quia in transitu fluuij Arnon scopuli ex vna parte inclinati sunt vsque ad ripã oppositam fluminis: & sic præbuerunt transitum filijs Israel, & interfecerunt insidias ibi latentes contra filios Israel sicut dictum fuit Numer. 21. d. vbi scribitur sic:* Sicut fecit in mari rubro, sic faciet torrentibus Arnon: scopuli terrentium inclinati sunt, *&c. & sic dicuntur etiam in se exultasse metaphoricè, sicut et de mari rubro dictum est.*

☞ Mare

MORALITER.

1 *In exitu.* Psalmus iste loquitur de beneficio Dei exhibito populo Israel in exitu de Aegypto.

Moraliter. autem potest exponi de Dei beneficio circa quemlibet Christianum de peccatis egressum sic, *In exitu Israel de Aegypto.* i. Christiani de tenebra peccati.

2 *Domus Iacob de pop. barbaro.* i. de peccantium numero.

4 *Facta est Iudæa &c.* i. vera & perfecta confessio, Iudæa namque confessio interpretatur.

5 *Israel potestas.* i. angelus custos ipsius: quia sicut angeli se retrahũt à custodia hominum propter peccatorum multitudinem, sicut in eorum persona dicitur, Ierem. 1. a. *Curauimus Babylonem, & non est curata: derelinquamus eam;* ita redeunt ad custodiam ipsorum propter veram pœnitentiam.

6 *Mare vidit* i. angelus malus, tanquam mare tempestuosum, videns angelum sanctum reuersum à tentatione, se retrahit.

7 *Iordanis, etc.* Qui riuus iudicij interpretatur. Per hoc ergo significatur, quòd pœnitentia peccatorum facit reuerti de iudicio condemnationis ad iudicium saluationis.

8 *Montes, etc.* Per montes significantur angeli maiores, & per colles minores, qui exultant de pœnitẽtia peccatorum, Luc. 15. b. *Gaudium est in cœlis angelis Dei,* &c. Et de plurib. magis gaudent.

† *Quid*

† ex † Israel regnabit in ea

† De consi. di 2. ca. reuera. † gestierũt subsilierũt velut

☞ a *Arietes.* Aug. Qui cornibus vtriusque testamenti hæreticos A debellant, & superstitiones diruunt. Vnde alibi, *Afferte domino* Psal.28 a. *filij Dei, afferte.do.fi.arie.* Et sexta mansio filiorum Israel de Ægypto venientium, fuit *Elim*, quæ interpretatur arietes, vbi erant duodecim fontes, & septuaginta palmæ, quibus significatur duodecim apostoli & septuaginta discipuli, quos in sexta ætate eligit dominus, vt per quatuor mundi partes Christi victoriæ palmã portarent, destruẽtes gemino cornu vtriusque testamenti omnem scientiam ad uersus Christum se erigentem.

B b *Colles.* Cas. à colendo, mediocres: nõ enim hæc ad literam; vnde & per mare, & Iordanem, id est, per antiqua facta, hæc signari non ambigas, quæ hodie spiritualiter fiunt.

c *Quid est tibi,* Cas. Secundò interrogat quare hæc, vt excitet admirationem. Et soluit: *Afacie Domini.*

d *Afacie.* Cas. Vna duobus respõsio, quia vnus autor, & secula fecit obstupescere, & sua, id est, montes & colles gaudere: Christo enim apparente moti sunt homines â sua superstitione ad cultum Dei.

✠ Euthymius. A præsentia, inquit, & conspectu domini exultauit terra, ipsi montes nimirum & colles: præsentiam autem domini intellige aduentum domini in Iudeam. Alio modo etiam expone iuxta ea, quæ dicta sunt in psalmo 95. ibi, *Tunc exultabunt omnia ligna syluarum.* & de mari quidem ac de Iordane nihil ampliùs dixit, tanquam causa fugæ aut detentionis in vtroque satis iam nota sit.

e *Afacie Dei Iacob.* Et q. quæreret, quis est dominus? Deus Iacob, non recens; qui facit eos luctari.

✠ Euthy. Scriptum est enim alibi, *Ego sum Deus Abraham Deus Isaac, Deus Iacob.*

f *Qui conuertit petram.* Cas. dura corda Iudæorum, ad aquam baptismi.

g *Rupem.* Gentiles, vt & ipsi emanent irriguos fontes prædicationis.

Aug. id est, se prius durum, cùm ignoraretur, liquefecit ad irrigandos fideles, vt sit in eis fons aquæ viuæ salientis in vitam æternã: cum resurgẽs aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Ipse ergo dominus erat quasi petra & rupes, donec apertis scripturis velut fons influeret, atque omnibus credentibus inundaret, di. *Si quis sit.ve. ad me, & bi.* Ioh.4.b. Ioh 7 f.

h *Non nobis.* Cas. Cùm dixit Deum bona dare, petit vt propter nomen suum det ea: quia merita nõ videt in hominib. Gloria est cùm immeritis dat: Misericordia, dũ peccantib. parcit; Veritas, dum præmia restituit, vel impios punit. Ideo, Da,

l *Nequando.* hoc sæpe impij imputant bonis afflictis.

i *Misericordia* Aug. id est, reparatione.

k *Veritate.* id est, promissione impleta. F

m *Vbi est Deus* Aug. Hoc solent dicere gentes, quæ habent visibiles deos: quia inuisibilem Deum colimus, 2. Cor.5.d

n *In cælo.* Aug. i. Christo homine, secundum illud: *Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians.*

Vel *in cælo* Cas. i. potens super omnes creaturas.

o *Omnia quæcunque voluit fecit* Per quod omnipotens apparet.

p *Simulacra gentium.* Cas. Tertiò, inania simulacra probat: & religio Dei quam sit vtilis, ostendit. Et est hic perfecta demonstratio in vetuperatione, & laude.

Aug. Ostensa potentia veri Dei ex operibus, transit ad deos gentium visibiles.

q *Argentum.* Aug. Sed quia Deus hoc fecit, inquit, *Opera manuum hominum*, hoc venerantur quod inde fecerunt, materiam enim creauit Deus. sed stultitia hominum formam addidit.

☞ a *Os*

a ¶ Duces populi. b ¶ Qui semen fidei receperunt, c ¶ Non inuidi, innocentes, per arietes generati, Per euangelium geniti. d ¶ Sed hoc videntes mirantur. ¶ Aug Quid est ô seculum, quod tua impedimenta cessarunt, vt tot milia hominum ad dominum conuertantur? & hoc est: Et tu Ior. &c.

a tauerunt vt arietes, & colles sicut agni ouium. Quid est ti- 1
a ¶ Qui variis desideriis fluitis. ¶ Quasi: Cur vestras consuetudines dimisistis?
b bi mare, quòd fugisti: & tu Iordanis, quia conuersus es re-
a ¶ A tuo proposito. b ¶ Quid est quod. ¶ Quibus dicitur: Euge serue bone & fidelis.
c ¶ Quibus dicetur: Venite benedicti patris mei.
† gestistis velut trorsum? Montes † exultastis sicut arietes, & colles sicut a-
a ¶ Ecce cur. ¶ A clementia, vel ita, quam præuident futuram. ¶ Aug Hiero. a præsentia illius, qui dicit: Vobiscum sum vsque ad consummationem sæc. ¶ Vel cognitione.
b ¶ Quæ pigra erat, commota, vt solidius firmetur.
d gni ouium. A facie domini mota est terra, à facie Dei Ia- 2
e ¶ Etiam.
f cob. Qui conuertit petram in stagna aquarum, & † rupem 3 † rupes
a ¶ Cas. Quia hęc gratia erumpentis aquæ de petra non pro meritis, sed illo miserante data est. b ¶ Iudęis. c ¶ Gentibus. E
g 4
h in fontes aquarum. Non nobis domine, non nobis: sed 5
a ¶ De. Aug in misericordia vocat impios: in veritate iudicat non venientes 6
l nomini tuo da gloriam. † Super misericordia tua & veri- 7
a ¶ Aug. Cum eis non credendus prædicatur, sed tremendus ostendetur. † 8
† Propter bonitatem tuam i k tate tua, nequando dicant gentes: Vbi est Deus eo- 9
m a ¶ Querunt: vbi est? b ¶ Alias, in cælo sursum, alia litera. Quasi omnia corpora cælestia & terrestria transgreditur. c ¶ Vel in corporalibus vel in spiritualibus.
n † sursum o rum? Deus autem noster in cælo †, omnia quæcunque vo- 10
a ¶ Deus noster talis est, sed. ¶ Non veri dij. ¶ In materia. ¶ His maior reuerentia. ¶ Aug. Habent & lignea & fictilia. sed pretiosiora ponit, vt qui in his erubescit, facilius in cęteris.
P q luit, fecit. Simulacra gentium argentum & aurum, 11
C

NICOLAVS DE LIRA.

☞ Mare vidit & fugit: *quia ad modum cognoscentis, iter sic cum filiis Israel præbuit: & similiter scopuli dicto modo inclinati videbantur applaudere aduentum filiorum Israel & transitui.*

1 Quid est tibi. *q.d. vnde venerunt ista mirabilia in mari rubro & Iordane et collibus? vt dictum est; respondet,*

2 A facie domini. *Q.d. à diuina voluntate processerunt ista, cui obediunt etiam insensibilia: quia sicut ad Dei nutum mota est terra, quando absorbuit Dathan & Abiron; ita aqua & colles in prædictis, & consimilibus aliis: vnde & subditur, aliud mirabile factum, quod fuit in deserto, cum dicitur,*

3 Qui conuertit. *dando abundantiam aquę de petra, Exo.7.*

4 Et rupem. *Nu 20.b. vbi dicitur:* Cumque Moyses eleuasset manum, percutiens virga bis silicẽ, egressæ sunt aquæ largissimę, &c.

5 Non nobis. *Hic ex prædictis miraculis diuinus honor concluditur: & primò ostenditur quod sit honorandus; secundo, à quibus, ibi,* Non mortui laudabunt te. *Prima in duas, quia primò Dei gloria ex dictis concluditur, secundò idololatria excluditur, ibi,* Simulacra gentium. *Circa primum dicit Psal.* Non nobis domine, *attribuatur gloria de prædictis mirabilibus & consimilibus,*

6 Sed nomini tuo: *quia in talibus* tota ratio facti, est potentia facientis, *secundum quod dicit Aug.*

7 Super mise, tua. *talia enim facta sunt à Deo populo Israel ad declarationem diuinæ veritatis; quia impleuit promissiones factas patribus, scilicet Abrahæ, Isaac, & Iacob: et similiter ad declarationem diuinæ misericordię; quia quamuis populus Israel ipsum frequenter prouocaret ad iram, vt in adoratione vituli & aliis malis quę fecit in deserto: tamen adimpleuit promissum patribus factum, in hoc declarans misericordiæ suæ effectum.*

8 Nequando dicant gentes. *i. Gentiles idola colentes.*

9 Vbi est Deus. *s. Hebr. Si enim non adimpleſſet promissa eis facta, videretur Gentilibus, quod defecisset virtus sua: & quia tot mirabilia fecit pro eis poterant liberè dicere Gentilibus,*

10 Deus autem noster in cœlo. *quia ibi magis relucet sua potestas; Veruntamen quia se extendit ad omnia inferiora, quod patet per eius miracula facta in mari & in terra, vt præmissum est; ideo subditur,* Omnia quęcunque voluit fecit.

11 Simulacra. *Hic consequenter excluditur idololatria, cuius primò* ☞ *osten-*

MORALITER.

† 1 *Quid est tibi.* i. vnde venit malorum angelorum fuga, & conuersio iudicij dicta? & respondetur, cùm dicitur,

2 *Afacie domini.* i. homo factus de terra, motus est per pœnitentiam de culpa ad gratiam, per misericordiam diuinam.

3 *Qui conuertit petram in stagna.* id est, cor peccatoris durum in fluxum lachrymarum.

5 *Non nobis.* Hic ostenditur, quòd de prædictis tota gloria sit Deo attribuenda: & patet litera.

7 *Super misericordia,* qua reuocas peccatores:

† *Et veritat.* qua sic dictum tuum impleſ, Ezech. 18.g. *Nolo mortem peccatoris, sed vt magis con. etc.*

8 *Nequando.* Si enim non impleret dictum suum, haberent infideles occasionem blasphemandi ipsum: sed quoniam fideles debent asserere contrarium, subditur in persona eorum,

10 *Deus autem.* Sed dij infidelium sunt falsi, ideo subditur,

11 *Simulacra.* Potest etiam hoc exponi moraliter de hypocritis propter quæstum. Aug. *Aurum diligis? aurum es.*

† *Opera*

a *Os habent.* AVGVSTINVS. Manu sunt formata, sed non habent membrorum officia; plus autem valet in affectibus miserorum forma viuenti similis, quia *os habent &c.* quàm ad eos corrigendos, quòd non viuit, nec officijs membrorum potest vti.

AVGVSTINVS. *Os habent.* Cur adeo inculcat in multis locis, quæ sunt omnibus nota? quia effigies viuenti similis homines seducit, vt putent in ea esse occultum numen, & non esse sine viuo habitatore: vnde & dæmones ad possidenda simulacra

a ¶ In forma. b ¶ Homo loquitur, melior igitur. ¶ Hoc proprium hominis. cætera communia homini cum beluis; vt non solum homines, sed & beluas scias simulacris anteponendas.

a opera manuũ hominũ. Os habent, & nõn loquentur, oculos habent, & nõ videbũt. Aures habẽt, & nõ audiẽt, nares habẽt

a ¶ Auguſt. Hoc & Simiæ poſſunt, quæ manibus contrectant, meliores itaque ſunt.

& non odorabunt. Mãus habent, & non palpabunt, pedes

a ¶ Auguſt. Melior eſt beſtia, quæ etſi non loquitur, clamorem tamen habet in faucibus.

b habent, & non ambulabunt, nõn clamabunt in † gutture

a ¶ Quia talia ſunt ſimulacra: itaque. ¶ Videant ex apertis & viuentibus oculis, & adorent clauſis & mortuis membris. ¶ Adorantes.

B inuitant, qui in eis sæpè fallunt. Hæc autem alibi damnat,

c suo. Similẽs illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt

a ¶ Autem. ¶ Generalis eccleſia. b ¶ Quod non videtur. c ¶ In Deo abiecto. d ¶ Vnde. ¶ Vt autem perduret vſque ad finem patientia, adiutor &c. ¶ In agendis bonis.

Sap.13.d. *Omnes dij gentium dæmonia.*

IDEM. Prudentiores verò dicunt, se

d in eis. Dõmus Iſrael † ſperãuit in Dõmino, adiutor eorum, &

a ¶ Contra fraudes diabolicas. b ¶ Etiam. ¶ Ordo ſacerdotum. c ¶ Vt & ipſi perſeuerent.

†ſpera, eãdem. nec idola, nec in eis dæmonia colere, sed quæ per idola figurantur: vt per hoc aërem, per illud terram, & cætera huiusmodi. Hos transeunt, & alij, dicentes, se non colere ipsa corpora, sed quæ illis regendis præsidet numina, vt Iouem, Mercurium, & huiusmodi; quæ omnia damnat

e protector eorũ est. Dõmus Aarõ ſperauit in Domino: adiutor

a ¶ Ne eis noceatur. b ¶ Ideò adiutor & protector maiorum & minorum, quia vtrique tim. dom. ¶ Hæc duo, ſpes & timor, beatos faciunt. c In omni gente.

C Apostolus, qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & seruierunt creaturæ potius, quàm creatori.

eorum, & protector eorũ est. Qui † timẽt Dominũ, ſperauerunt in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.

a ¶ Nam. b ¶ Non enim nos præuenimus miſericordiam Dei, ſed Dominus memor fuit noſtri. ¶ Qui diu quaſi oblitus videbatur. c ¶ Per filium miſſum. ¶ Alias nos.

f Dõminus mẽmor fuit noſtri, & benedixit nobis. Benedixit

Rom.1.c.

b *Non clamabunt.* AVGVSTIN. Post loqui (quod est hominis proprium) hoc commune addit, vt pro beſtiis intelligas dictum, cætera, quæ dixit communia, non ad solum hominem referas. Nam & vident, & audiunt, & olfaciunt, & ambulant, vt non solum homines, sed etiam beluas simulacris præponendas cognoscas; vt si pudeat te adorare beſtiam, hæc omnia habentem, multò magis pudeat te adorare mutum, & carens vita sensuque simulachrum.

D

1 2 † † † † † † † 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

Non loquent. in gutture suo. ✠ THEODORETVS. Quoniã enim Dæmones, qui per ipsa operabantur, falsisque vaticinationibus vtebantur, non per inanima simulachra has proferebant, sed per homines rationis compotes, vel per nonnulla signa aliquid denuntiabãt; meritò, inquit, *Non loquentur in gutture suo*, immobiles enim & inanimæ penitus sunt huiusmodi imagines.

E †faucibus suis.

F †timetis Dominum ſperate.

c *Similes illis.* AVGVSTIN. Vide erubescibilem culturam, dum ait, *similes*, quòd verè sunt; vel similes se eis intelligant.

d *Domus Isr.* CAS. Hic ostendit Christianæ religionis vtilitatem.

e *Domus Aaron.* AVGVSTIN. Ne autem videatur maioribus iam res, quæ inferioribus est spes, addit, *Domus Aaron.*

f *Memor.* CAS. Vt cõuerteret, & cõuersos per eũdẽ benedixit.

☞ *Super*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *ostenditur vnitas & secundo latriæ vtilitas, ibi,* Domus Israel. *Primum ostenditur per hoc, quod idola facta sunt de sensibili materia artificialiter, & hoc est quod dicitur,* Simulachra gentium, *quia materia artificialium est tota substantia eorum, secundum Philosophum 2. Physic.*

1 Opera manuum hominum. *Per sculpturam, sicut sunt lignea & lapidea; vel per fusuram sicut metallica.*

2 Os habent & non loquentur. *Ostendit euidenter, quod careant vita per carentiam affatus, visus, auditus, olfactus, tactus & gressus, quibus vita manifestatur in hominibus & animalibus; & patet litera vsque ibi,*

3 Similes illis fiant qui faciunt ea, *Scilicet artifices, quia carent vita spirituali, sicut illa, sensibili.*

4 Et omnes qui confidunt in eis, *Scilicet idolorum cultores, quia confidunt in nihilum, sicut & idolum nihil est 1. Corinth. 8. b.*

5 Domus Israel. *Hic consequenter ostenditur latriæ vtilitas, & primo in euasione mali; secundo in adeptione boni, ibi,* Dominus memor. *Primum patet per hoc, quod colentes Dominum proteguntur ab eo in periculis, & hoc est quod dicitur,* Domus Israel sperauit in Domino, *ipsum deuotè colendo,*

6 Adiutor eorum & protector eorum est: *Sicut patet contra Pharaonem & eius exercitum, Exod. 14. & contra reges Chananæorũ vt patet in libro Iosue.*

7 Domus Aaron. *Licèt domus Aaron contineretur in domo Israel, sicut pars in toto: tamen de ea fit specialis mentio, quia ad eam pertinebat sacerdotium, quod est latriæ officium.*

8 Adiutor eorum & protector eorum est. *Sicut patet in deuoratione Core à terra, eo quod volebat sibi & suis vsurpare sacerdotium contra Aaron & filios eius, Num. 16.*

9 Qui timent Dominum. *Dicit Rabbi Sal. quòd hoc dicitur propter conuersos de gẽtilitate ad Iudaismum, qui nõ erant de filijs Israel, & tamen Deus erat adiutor eorum simul cum filijs Israel, quia multi de talibus ascenderunt cum eis de Ægypto, vt habetur Exod. 12. f. Potest etiam hoc exponi de Gentilibus Deum colentibus, qualis fuit sanctus Iob, & multi alij.*

10 Dominus memor fuit nostri. *Hic consequenter ostenditur vtilitas latriæ in consecutione boni temporalis & spiritualis: & hoc est quod dicitur,* Dominus memor fuit nostri. *Licet obliuio non cadat in Deo, nec per consequens recordatio proprie dicta: tamen secundùm communem modum loquendi hominum dicitur recordari aliquorum, quando facit eis bonum; ideo subditur,*

11 Et benedixit nobis. *Multiplicando in spiritualibus & temporalibus bonis. Quod declaratur consequenter in toto populo Israel, cum dicitur,*

12 Benedixit domui Israel. *Secundo specialiter in tribu sacerdotali,*

☞ *dicens:*

MORALITER.

† 1 *Opera manuum hominum.* Nam omnia faciunt propter homines, per hoc ab eis aurum & argentum extorquentes.

2 *Os habent & non loquentur,* Scilicet vera, sed tantum falsa, quæ sunt non entia: Sicut enim verum & ens conuertuntur, sic falsum & non ens.

† *Oculos habent, & non videbunt,* Scilicet, cœlestia, sed terrena.

† *Aures habent, & non audient,* Scilicet, diuina mandata, saltem ad operandum.

† *Nares habent.* Id est, discernendi sensum,

† *Et non odorabunt,* Eligendo bonum;

† *Manus habent, & non palpab.* Operando bonum.

† *Pedes habent & non ambulabunt,* In via morum.

† *Non clamabunt in gutture suo,* Deum deuotè orando.

3 *Similes illis fiant.* Id est, illi, qui eos ad hoc inducunt, vel sustinent, similem pœnam incurrent.

5 *Domus Israel.* Per domum Israel, significantur boni religiosi, qui sunt contemplatiui. Per domum Aaron pontificis, boni prælati; per hoc, quod subditur,

9 *Qui timent Dominum, sperauerunt in Domino,* Generaliter boni Christiani; omnes enim isti sperãt in Domino spe formata charitate, propter quod eorum adiutor est in necessitatibus, quantùm spectat ad salutem; ideo possunt dicere,

10 *Dominus memor fuit nostri,* Scilicet bona nobis faciendo:

11 *Et benedixit nobis,* In bonis spiritualibus multiplicando;

12 *Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron.* Exponatur vt supra.

a *Super vos.* AVGVST. Quia creuit numerus magistrorum.
A b *Super filios.* Quia creuit etiam numerus sequacium. Ergo vos vtrique, patres & filij, benedicti estis Domino, qui vos fecit *cœlum* in maioribus, *& terram* in minoribus; vel fecit omnem creaturam.
c *Benedicti vos à Do.* CASSIODORVS. Qui optauit suprà benedici, iam confisus dicit, *Benedicti*, quod ad Deum pertinet, vt
B ei seruiatis. Verè *Domino*, quia etiam *cœlũ cœli*, id est, Christus est ad honorem Domini; Vel,
d *Cœlum cœli.* Id est, empyreum, dedit Domino Christo, secundùm quod homo.
e *Terram autem*,
C Istam inferiorem dedit,
f *Filijs hominum*, Vt in ea se purificent, Vel, populum prædicatoribus; vnde, Sicut misit me pater, & ego mittam vos.
Ioan. 6. f.

a ¶ Ecclesiæ. ¶ Alias domus. b ¶ Pontificibus. ¶ Scilicet. ¶ Nullum genus excluditur,

dõmui Israel, benedixit domui Aaron. † Benedixit omnibus

a ¶ Maioribus benedixit. ¶ Autem. ¶ Benedictionem, vel numero vestro alios. ¶ Ita factum est, cùm de lapidibus suscitantur filij Abrahæ.

qui timent Dominum, pusillis cum † maioribus. Adijciat

a ¶ O Iudæi. b ¶ O gentes. c ¶ Et sic erit.

a Dominus super vôs, super vôs & super filios vestros. Benedi-
b a ¶ Vtrique. ¶ Patres & filij. b ¶ Honori Dei. c ¶ Vos d ¶ In maioribus. e ¶ In minoribus. a ¶ Autem.
c
d cti vôs à Dõmino, qui fecit cœlũm & terrãm. Cœlũm cœli
¶ Quia maiores à solo Deo docentur. a ¶ Est. ¶ A. b ¶ Populum instruendum. ¶ Omnia visibilia. ¶ Impusillis. c ¶ Vt per ea cognoscant inuisibilia Dei. d ¶ Minoribus prædicatoribus. e ¶ Cùm hæc ita sunt, non mortui in peccatis.
e
f Dõmino, terram autem dedit filijs hominum. Nõn mortui
a ¶ Aliquis omnium. b ¶ Quia peccator cùm venerit in profundum vitiorum, contemnet.
g laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in in-
a ¶ Profundum vitiorum. ¶ Vita gratiæ. b ¶ Ex quo incipimus.

fernũm. Sed nos, qui viuimus, benedicimus † Domino, ex hoc
a ¶ Scilicet progrediendo. ¶ In fine.

nunc & vsque in sæculum.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

Sicut misit me pater, & ego mitto vos, & cæt. Ioan. 6. f.
Ergo vtrique cœlum & terra viuant, ex eo, qui fecit ea, & laudent, aliter enim morientur: Et, *A mortuo, quasi nonsit, perit confessio.* † Benedicet Eccle. 17. c †magnus
D E F †dominus

Cœlum cœli. AVG. Dicit, eos, quorum mentes sic sublimauit, vt nulli hominũ, sed ipsi Deo, docibiles fierent, quorum comparatione, omne visibile, id est, cœlum & terra, dicitur terra, quam dedit filiis hominum, id est, minoribus, vt eius consideratione conijciant creatorem, quem infirmi sine adminiculo adhuc videre non possunt.

Et terram. AVGVSTINVS. In pusillis, sed quia & hîc crescendo fiunt cœli magni, sic sunt cœlum terræ, quam lacte nutriunt, vt sint cœlum cœli, dum eam sperant in cœlum verti: hoc autem cœlum cœli est Domino, quia illi magni soli Domino docibiles sunt, quia iam non ab homine, neque per hominem, sed per ipsum Deum capiunt sinceritatem, & vbertatem sapientiæ, quibus filijs hominum dedit terram, in qua operentur, id est, subiectos, quos excolent ad sanctificandum; vnde, *Sicut misit me pater, & ego mitto vos, & cæt.* Ergo vtrique cœlum & terra viuant, ex eo, qui fecit ea, & laudent, aliter enim morientur: Et, *A mortuo, quasi nonsit, perit confessio.*
Ioan. 6. f.

Et terram. AVGVSTINVS. In pusillis, sed quia & hîc crescendo fiunt cœli magni, sic sunt cœlum terræ, quam lacte nutriunt, vt sint cœlum cœli, dum eam sperant in cœlum verti: hoc autem cœlum cœli est Domino, quia illi magni soli Domino docibiles sunt, quia iam non ab homine, neque per hominem, sed per ipsum Deum capiunt sinceritatem, & vbertatem sapientiæ, quibus filijs hominum dedit terram, in qua operentur, id est, subiectos, quos excolent ad sanctificandum; vnde, *Sicut misit me pater, & ego mitto vos, & cæt.* Ergo vtrique cœlum & terra viuant, ex eo, qui fecit ea, & laudent, aliter enim morientur: Et, *A mortuo, quasi nonsit, perit confessio.*
Ioan. 6. f.

Cœlum cœli. AVG. Dicit, eos, quorum mentes sic sublimauit, vt nulli hominũ, sed ipsi Deo, docibiles fierent, quorum comparatione, omne visibile, id est, cœlum & terra, dicitur terra, quam dedit filiis hominum, id est, minoribus, vt eius consideratione conijciant creatorem, quem infirmi sine adminiculo adhuc videre non possunt.

g *Neque omnes qui descendunt.* CASSIO. Vel, non omnes, qui descendunt; quia & sancti descenderunt, sed non in inferiori.

☞ GLOSSA

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *dicens*, Benedixit domui Aaron. *Tertio generaliter in omnibus Deũ colentibus, siue sint conuersi ad Iudaismum, siue Gentiles rectè viuentes, quibus Psalmista imprecatur bonorum augmenta, dicens,*
1 Adijciat Dominus, *Iterum alia bona conferendo.*
2 Benedicti vos à Do. *Per consecutionem gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro.*
3 Qui fecit cœlum & ter. *Propter quod potest dare suam benedictionem gratiæ in præsenti vitæ, quæ per terram designatur; & gloriæ in futuro, quæ per cœlum signatur; quod adhuc amplius declarat, dicens,*
4 Cœlum cœli Dom. *Quia vbi magis relucet gloria sua in angelis sanctis.*
5 Terram autem dedit filijs hominum, *Id est, habitationi eorum pro vita præsenti, in qua si debitè viuant, & Deum colunt, assumentur ad habitationem cœlestem cum angelis, secundùm quod dicitur Matth. 22. c.* In resurrectione erunt sicut angeli Dei in cœlo.
6 Non mortui *Suprà ostendit quòd Deus est colẽdus; hîc cõsequenter ostendit à quibus, & loquitur de cultu meritorio, dicens*, Nõ mortui laudabunt te Domine. *Quia sunt extra statum merendi, quia secundum Damascenum, quod est hominibus mors, hoc est angelis casus.*
7 Neque omnes qui descendunt in infernum. *Quia si accipiatur pro inferno damnatorum, ibi non est Dei laus, sed magis blasphemia. Si autem de limbo patrum, vel puerorum in originali decedentiũ, iam sunt extra meriti statum.*
8 Sed nos qui viuimus, *In via præsenti.*
9 Benedicimus Domino, *Meritoriè; quia status meriti durat vsque ad mortem, propter quod in ipso laudatur Deus meritoriè.*
10 Ex hoc nunc & vsque in seculum, *Id est, vsque ad finem præsentis seculi; quia etsi tunc deficiet tempus meriti, permanebit tamẽ laus sanctorum in patria. Psa. 83. a.* Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. *In hoc Psalm, moraliter intellecto inuitatur quilibet peccator misericordiam consecutus ad Dei laudem pro beneficio exitus de peccato, quod per Ægyptũ designatur, eo quòd Ægyptus tenebra interpretatur, cuius Iudæa fit sanctificatio, eo quòd interpretatur confessio. Tunc* fugit mare, *Id est, amaritudo culpæ; Iordanis, qui interpretatur rivus iudicij*, Retrorsum conuertetur, *scilicet à iudicio condẽnationis ad iudicũ salnationis. Terra mouetur à facie Domini, quia homo dictus ab humo mouetur motu bonæ operationis.* De petra, *Id est, corde prius duro fiunt aquæ deuotionis, idololatria abijcitur: quia anaritia, quæ est idolorum seruitus, Eph. 5. b. per liberalitatem ejcitur, & Deus fide, spe, & charitate colitur, & sic ab homine viuificato per gratiam benedicitur.*

☞ NICOL.

MORALITER.

† 1 *Adijciat Dom. super vos.* Suam gratiam augmentando.
4 *Cœlum cœli.* Nam ibi magis relucet eius potestas.
5 *Terram autem dedit filijs hominum.* Sicut dicitur Prouerb. 8. *Per me reges regnant.*
6 *Non mortui laudabunt te Domine*, Meritoriè; quia sunt extra statum merendi.
8 *Sed nos qui viuimus*, Vita naturæ & gratiæ.
9 *Benedicimus Domino*, Meritoriè. Ideo sequitur,
10 *Ex hoc nunc & vsque in saculum.*

† MOR.

ADDITIO I.

In Psal. 113. In exitu Israel de Ægypto.

Quia in primo Psal. huius hymni prædicto Psal. inuitauerat ad Dei laudem cum suis debitis circunstantijs, includens de statu ecclesiæ ante legem, scilicet ante quam aliquis populus esset cultui diuino mancipatus; in hoc Psal. agit de statu ecclesiæ sub lege; circa quod sex facit. Nam primo ostendit vnde sumit initium, vt populus Israel segregaretur ad cultum diuinum, & de hoc dicit, In exitu Israel de Ægypto, &c.

Secundò ostendit, quomodo huiusmodi populus fuit à Deo sanctificatus per dationem legis, per quam specialis fuit sub eius regimine & potestate, de quo dicit, Facta est Iudæa sanctificatio eius. *Exodi enim 10. a. legitur Deum dixisse populo ante legis dationẽ*, Vos vidistis, quę fecerim Ægyptijs &c. *Scilicet in exitu Israel*; Si ergo audieritis vocem meam *&c.* Eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta, *& sic facta est Iudæa sanctificatio eius, &c.*

Consequenter tertiò ostendit, quomodo illi populo sic Deo mancipato, fuerunt magna miracula diuinitùs facta, de quo dicit, Mare vidit & fugit &c. *vsque ibi*, in stagna aquarum; *& exponatur prout in Postilla.*

Consequenter quartò ostendit, quod omnia huiusmodi miracula attribuenda sunt diuinæ gloriæ, & in idololatriæ detestationem: quæ quidem idololatria primo fuit prohibita in secundo præcepto Decalogi, & consequenter in toto processu legis Mosaicæ multipliciter detestata, & de hoc dicit, Non nobis Domine &c. Simulachra gentium, &c. *vsque ibi*, Et omnes qui confidunt in eis, *& exponatur sicut in Postilla.*

Consequenter quintò commendat populum Deo mancipatum, & per suos ordines distinctum eos multipliciter benedicendo, de quo dicit, Domus Israël sperauit in Domino, &c. *vsque ibi*, Qui fecit cœlum & terram. *Exponatur prout in Postilla.*

Consequenter

Consequenter sexto innuit quendam defectum huius status, scilicet existentium sub lege Mosaica; Pro quo sciendum, quod in lege Mosaica non fuit promissum regnum cœlorum in præmium, sed tatum terrena; In lege autem gratia hoc fuit expresse ore Christi promissum, Mat. 5. a. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum: *& sic in alijs sequetibus; unde Psal. innuens istum defectum dicit,* Cœlum cœli Domino, *Q. d. regnũ cœlorum Deo tatum remanet; nõ est enim hominibus promissum, quia in lege Mosaica terram tantũ dedit filijs hominum, sed non cœlum. Ex quo sequitur, quod illi qui sub lege Mosaica*

Mosaica deecesserunt, quãtumcunque iusti nõ laudabũt Dominũ per adeptionem gloriæ, neque meritorie, cùm in alia cessat status merendi; & de hoc dicit, Non mortui laudabunt te Domine, *scilicet in illa lege post hanc vitam, & multò minus condemnati in infernum, de quo dicit,* Neque omnes qui descendunt in infernum: *quia tamen in illa lege viatores iusti in hac vita existentes meritorie Deum laudabunt, idcirco dicit,* Sed nos qui viuimus benedicimus Domino, *& quia horum meritum extendebatur vsque in æternã vitam post redẽptionem à Christo factam, ideo dicit ex hoc nunc & vsque in seculum.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Alleluya.* Hic titulus sæpe iteratur, quia laudatio Dei, & dignitas est operum, & pretium laborum, id est, meritum est, & premium.

Avgvstin. Propheta de fouea peccatorum liberatus, & in petra constitutus primò gratias agit, quia exauditus est, & contra omnia pericula se inuocasse dicit. a b

Psalmus iste est consolatio fidelium contra dolores sæculi. B

† deprecationis

✠ Theodor. Multis & vniuersi generis calamitatibus Antiochus, cognomento illustris, Iudæos afflixit, & fuit in causa, vt multi, qui in desidia viuebant, C diuinam transgrederentur legem: pietatis verò studiosi pro hoc propenso animo certamina suscipientes, triumphales coronas adepti sunt. Hanc horum fortitudinem præsens psalmus præcinit, narrat autem eodem tempore & miseriarum impetus, & robur ab vniuersorum Deo ipsis præbitum. c d e f

† angustiæ

† erue. g h i k l

PSALMVS CXIIII.

h Lucæ 15. a. D *Ilexi.* Avgvst. Dicit hoc ouis, quæ errauerat, filius reuersus, huius sæculi peregrinus.

Cassiodor. *Dilexi.* Non propter temporalia bona mihi data, vt infideles: Sed *quoniam* &c.

Psal. 48. d. Cassiod, Diligitur Deus, & ab infidelibus, quia bona dat: vnde, *Confitebor tibi cùm benefeceris ei.* Diligitur perfectè, cùm animus aduersis non mouetur, sed spe accenditur, quem modum pòst exponit, *Dilexi.* Non quia me regem fecit, prospera dedit; sed quia orationem audit in angustijs. D

c *Et in die.* Avgvst. Scilicet meæ miseriæ, quos mihi feci peccando, qui sunt pleni laboris & doloris, id est, vetustę putredinis.

d *Invocabo.* Quod non est sine fide, vnde Apostolus, *Quomodo invocabunt in quem non crediderunt?* Rom. 10. c. Dum ergo ait, *invocabunt,* notat quòd non est otiosus dilector; In quibus, *Circunded. me dol. mort.* Vel, in diebus salutis, id est, tẽpore plenitudinis: vnde, *Ecce nunc tempus ac. ecce nunc di. sa.* 2. Cor. 6. 2.

e *Dolores.* Cass. Peccata, vnde dolor & mors animæ; vel, æterna, & hæc in inferno erit. E

† f

f *Pericula inferni.* Avgvst. Suffusus enim carnali voluptate non animaduerti mala me circũdantia.

g *Tribulationem & dolorem.* Avgvsti. Quasi, illa prius me circundederunt: Sed pòst inueni tribulationem & dolorem, F id est, afflictionem exteriorem esse vtilem.

h *Inueni,* Avg. Et ego.

Tribulationem, Quod prius pericula dixit.

i *Et dolorem.* Quòd prius dolores, recognoui quæ latent alios. Vel, *dolorem & tribulationem* dicit pœnalitatem istam, & flagellorum dolorem, quæ infert Deus ad vtilitatem hominum, vnde, *Da nobis auxilium de tribulatione:* quia per hæc exteriora cognoscit homo suam interiorem miseriam. Psal. 59. c.

k *O Domine lib.* Cas. Secundò item clamat, vt liberatus veniat ad requiem.

l *Misericors do.* Avgvst. Quia primò inclinauit aurem mihi & me vocauit.

☞ *Iustus.*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXIIII.

☞ D Ilexi quoniam. *Huic psa. præponitur pro titulo,* Halleluia *in translatione Hiero. tamen in Hebræo ponitur in fine præcedentis psal. Secundum autem Hebræos alios doctores communiter Dauid fecit hunc psal. pro liberatione sua à periculis in persecutione Saulis, de qua materia fecit plures psalmos, vt patuit per prædicta. Et diuiditur in duas partes, quia primo confitetur suam liberationem; secũdo mouetur ad gratiarum actionem, ibi,* Conuertere. *Circa primũ sciendum, quod Psalmista aliquando mutat modũ loquendi de futuro ad præteritum, vel è conuerso, licet sit locutio de eodem factlo, quia hic modus frequens est in prophetis, & maximè in canticis metrice scriptis, qualis est iste Psal. & alij Psal. Dicit igitur,*

1 Dilexi, *Scilicet Dominum,*

2 Quoniam exau. Dom. *Licèt enim Deus sit propter se diligendus, & super omnia: tamen quando alicui condescendit, præbet ei occasionem magis diligendi ipsum.*

3 Quia inclin. aur. suam mi. *Loquitur de Deo more humano, qui inclinat aurem ad petitionem, quam vult exaudire, & ideo auris inclinatio in Deo non est aliud, quàm exauditio.*

4 Circundederunt me dolores mortis, *Scilicet imminentis, quãdo Saul fecit custodiri domum ipsius Dauid, vt mane moreretur* 1. *Regum* 19. *& quando Saul & eius exercitus cingebant Dauid in modum coronæ, ita quod Dauid desperabat se posse euadere* 1. *Reg.* 23.

5 Et pericula inferni inuenerunt me. *In Hebræo pro* inferno *ponitur* שאול scheol. *quod non solùm significat infernum, sed etiam significat fossam, siue sepulturam; & sic accipitur hic, eo quod sequitur ad mortem.*

6 Tribulationem, *in corpore,*

7 Et dolorem, *In mente,*

8 Inueni, *In persecutione Saulis iniustè me persequentis:*

9 Et nomen Domini inuocaui, *Frequenter enim Dauid rogauit pro liberatione à Saulis persecutione.*

10 O Domine libera animam meam, *Id est, vitam meam.*

11 Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur.

☞ *Quasi*

MORALITER.

† 1 *Dilexi quoniam.* Istum psalmum fecit Dauid in persecutione Saulis, gratias agens Deo de periculis, quæ euaserat, & orans deuotè liberari de futuris quæ timebat.

Moraliter autem potest exponi de homine liberato ab aliquibus tentationibus dæmonis, & timente de futuris, propter quod gratias agit de liberatione præcedenti, & orat liberare de sequenti. Et sic dicit; *Dilexi quoniam exaudiet Dominus vocem.* Licèt enim Deus sit propter se diligendus, tamen cùm exaudit deprecantem, occasionem sibi dat quod feruentius ipsum diligat; vnde subditur,

3 *Quia inclinauit aurem suam mihi.* Exaudiens in præterito.

† *Et in diebus meis inuocabo,* Sperans exaudiri de futuro.

4 *Circund. me dol. mor. &c.* Id est, tentationes peccati mortalis.

5 *Et pericula inf.* Nisi adiuuet in tentatione, ideo subditur,

10 *O Domine libera animam meam.* Et subditur causa.

☞ a *Iustus.* Quia flagellat iterum.

A b *Miseretur.* Quia recipit ad beatitudinem. Nec tam amarum debet esse, quod flagellat, quàm dulce quod recipit, quia Dominus custodit paruulos, quos grandes quærit hæredes.

c *Custodiēs parun. Domi.* ✠ EVTHYMIVS. Subintellige verbum, *est.* Laudat enim propheta summā Domini prouidentiam, a qua nisi vniuersos ac b singulos custodiret, c

B de facili aut scorpio interemisset, aut a- d liud venenosum animal, aut alio pacto celeriter omnes periissent, in foueam aut in præceps aliquod,

C aut in aliud quodpiā periculum delapsi. Quidam verò intelligunt loqui Prophetam de infantibus, adhuc in vtero existentibus, qui in obscuris illis, atque humidis locis, instar piscium seruntur, nec cæterorum hominum more respirare queunt: quique ab illo demum matricis calore, ad frigidum hunc, atque eis insuetum in suetum aërem prouenientes, nec modico quidem tempore in hac vita superesse possent, nisi à diuina seruarentur prouidentia. Vel aliter, paruulos eos intellige, qui nuper in virtute stabiliti sunt, quos Dominus inexperientia adhuc circundatos cōseruat, donec aduersus inimicos magis idonei ad pugnam efficiantur.

† attenuatus eram, & saluauit me

† eripuisti

† Ambulabo in conspectu Domini in terris

a ¶ Flagellat enim filium quem recipit. b ¶ Vt pastor. ¶ Humiles.

& iūstus & Deus noster miseretur. Custōdiēs † paruulos Do-

a ¶ Experto credite, quia ego, vel Dominus est iustus & misericors, ideò. b ¶ Quasi, dolor non pœnalis est, sed salutaris. ¶ Et ideò: c ¶ Quia Dominus est miser ideo. ¶ Cass. Hortatur animam, vt conuertatur ad Deum, vnde ei requies.

minus, † humiliatus sum, & liberāuit me. Conuertere anima

a ¶ Ad Deum, vt etiam hic requies mentis, non tamen defidia, adsit, vt cesset operari. b ¶ Bona dedit prius liberato, aliter liberatus non esses. c ¶ Ita benefecit tibi.

mea in rēquiem tuam, quia Dominus † bēnefecit tibi. Quiā

a ¶ Per fidem. ¶ Quia de infideli factus est fidelis. ¶ Hoc iam, quia qui credit, transit de morte ad vitam. b ¶ Interiores. ¶ Hæc in spe, quia modo lachrymæ, dum etiam lapsus sum pro carne infima, & in pedibus quasi extremis animæ partibus, id est, in sensualitate lubricum adhuc sentimus, sed in futuro Placebo.

e † eripūit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis

¶ Autem. a ¶ Quod nondum in regione mortali.

f pedes meos à lapsu. † Placebo Domino in regione viuōrum.

1 vel viribus tuis, sed quia Dominus benefecit tibi. †simplices

d *Conuertere.* AVGVST. Non meritis,

e *De morte oculos,* E AVGVSTIN. Mors est infidelitas, vnde, 2
Dimitte mortuos suos: Et iterum, *Non mortui laudabunt te Domine.* 3 Matth. 8. c. Psal. 103. d.

f *Placebo.* AVGVST. Dixit *eripuit à la.* & p 4
tamen non dicit placeo, sed *placebo*; securè vtique tūc, quod non modò; Placebo 5
perfectè, quoniam nullus erit lapsus ambulantium pedum, nullum infirmæ carnis lubricum. Et hoc in regione viuorum, qui viuunt æternaliter. † retribuit 6 7 8 9 10

☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *quasi dicat decens est, vt à te consequar misericordiam in mea liberatione, & iustitiam in Saulis condemnatione.*

1 Custodiens paruulos dominus. *Propriū est Deitatis succurrere in casibus desperatis, paruuli enim non possunt se defendere à potētibus: & ideò decēs est, vt Deus succurrat eis, in tali vero statu erat Dauid respectu Saulis regis, vnde dicebat* 1. *Reg.* 24. *c.* Quē persequeris rex Israel, quem persequeris? canem mortuum persequeris & pulicem vnum, *ideo subditur.*

2 Humiliatus sum, *Mente coram Deo, & potestate coram mundo:*

3 Et liberauit me, *Sua gratia & virtute.*

4 Conuertere. *Hic post sua liberationis confessionem, conuertitur ad gratiarum actionem, dicens* Conuertere anima mea in requiem tuam, *id est, in Deum, per gratiarum actionem, in quo solo mens humana quietatur, secundùm quod dicit Augustl. lib. confess.* Inquietum est domine cor meum, donec requiescat in te.

5 Quia dominus benefecit tibi: *Propter quod debes ei regratiari. Et repetit beneficium suprà positum, dicens,*

6 Quia eripuit animam meam de morte, *Imminente, vt patet ex dictis.*

7 Oculos meos à lachrymis, *Legitur enim Dauid plorasse in persecutione Saulis* 1. *Reg.* 20. *g. vbi dicitur,* Fleuerūt pariter, *scilicet Dauid & Ionathas, & subditur:* Dauid autem amplius.

8 Pedes meos à lapsu. *Scilicet in manu Saulis, quia quantumcūq; solicitè & ardenter quæreret eum, vt patet* 1. *Reg. tamen in manibus eius non cecidit, Deo ipsum protegente, secūdū quod dicitur* 1. *Reg.* 23. *b.* Quærebat Saul Dauid cunctis diebus, & non tradidit eum Dominus in manus eius; *ideò concludit Dauid,*

9 Placebo domino, *Ei deotè seruiendo,*

10 In regione viuorum, *Id est, in vita præsenti, & postea in vita cœlesti, quæ dicitur terra viuentium.*

MORALITER *potest exponi Psalmus iste de quolibet fideli liberato diuinitus ab afflictione corporali, vel spirituali, qui recognoscens suam liberationem surgit ad gratiarum actionem.*

MORALITER.

1 *Custodiens paruulos dominus,* Id est, humiles,

2 *Humiliatus sum,* Propter quod sum adiutus; ideò subditur,

3 *Et liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam.* Id est, conscientiæ pacem.

5 *Quia dom benefe. tibi.* Te liberans à periculo grauis peccati.

Cætera patent ex dictis.

ADDITIO

In Psalmo 114. Dilexi quoniam.

Omissis aliis expositionibus tam Hebræorum quā aliorum, quæ varia sunt, & sequendo expositionem huius hymni inceptam; postquam Psal. tractauit de statu eccl siæ sub lege in præcedēti Psal. in hoc verò qui est tertius in ordine prædictorum, videtur agere de statu ecclesiæ in ipso exordio redemptionis, scilicet tempore aduentus Christi, & ipsius passionis, antequam tamen lex euangelica per Apostolos publicaretur.

Circa quod sex facit. Primo enim ostendit firmitatem fidei formatæ eiusdem ecclesiæ circa aduentum Christi tandiu desiderati, & hoc in persona iustorum pro tunc existentium, de quo dicit, Dilexi, quoniam exaudiet dominus vocem orationis meæ, *q. d. credo, quod Deus exaudiet vocem orationis meæ deprecationis pro aduentu Christi, & hoc ipsum diligo, id est, valde placet mihi: quia dilectio in scripturis non solùm cōsueuit dici de aliquare diligenda, sed etiam de aliquo annuntiabili complexo & placito, sicut cùm dicitur in Psal.* Quoniam dilexi legem tuam domine, *& huiusmodi: Et sequitur?* Quia inclinauit aurem suam mi. *Id est, iam video effectum meæ exauditionis per aduentum redemptoris, cuius nomē tempore meo principaliter inuocabo. De quo dicit,* & in diebus meis inuocabo.

Consequenter secundò, quia ecclesia existens in hoc statu multa incommoda & pericula patiebatur, maxime in capite, qui hoc tempore fuit passus, idcirco dicit, Circūdederūt me dolores mortis, *scilicet Christi, cuius doloribus fideles illius temporis, licet paucissimi, cōpatiebantur similiter,* Et pericula inferni, *hoc est sepultura Christi. & eius descensus ad inferos, quibus simplices & deuota persona maxime affligebantur, vt patet de Maria Magdalena plorante, & huiusmodi, in quibus tribulationibus & doloribus constituta non cessabant Christū quærere, & ipsum dominum inuocare, vnde Ioan.* 20. *a.* Tulerunt dominum meum, & c. *Et de hoc dicit:* Tribulationem & dolorem inueni, & nomen domini inuocabo.

Consequenter tertiò ecclesia orat Deum pro effectu huiusmodi passionis Christi, qui quidem effectus est liberatio animarū, di. O domine libera animam meam, &c. *Scilicet à culpa.*

Consequenter quartò ecclesia iam certificata de passione Christi denuntiat hanc liberationem esse completam, di. Custodiens paruulos dominus, *scilicet humiles corde, qui soli participant redemptionem Christi. Et quia hanc humilitatem ecclesia habet, & per consequēs huiusmodi liberationē debet participare, idcirco subdit,* Humiliatus sum & libera me.

Consequenter quintò reddit gratiarum actiones de huiusmodi liberatione animam cōsolando, & hoc cùm dicit, Cōuertere anima mea in requiem tuam, *id est, in requiem à te desideratam.* Quia dominus benefecit tibi, *& sic ei scli obligatus, & quæ sunt illa beneficia quæ tibi fecit declarat, di.* Quia eripuit animam meam de morte, *scilicet culpæ,* Et oculos meos à lachrymis, *in futuro, quando* absterget Deus omnē lachrymā sāctorū. *Apoc.* 21. *b.* Et pedes meos à lapsu, *id est, affectus, quibus anima incedit. sicut homo mouetur per pedes.*

Consequenter sexto quia ista beneficia principaliter in futura vita perficiuntur, idcirco cōcludit, Placebo domino in regione viuorū, *id est, ex ista liberatione animæ à morte, & c. finaliter expectō placere Deo in regione viuorum, qui est finis vltimus humanæ vitæ.*

Et nota circa

Et nota circa istum Psalm. duo. Primũ, quia in toto processu ipsius non nominat aliquem populum Dei, sicut in præcedẽti Psalm. nominat domum Dauid, Iacob & Israël; & huiusmodi similiter & in sequẽti dicit, In conspectu omnis populi eius, &c. *& huiusmodi. Cuius ratio est, nam eccl. sia Christi existens in tempore passionis, de quo tempore hic Psal. principaliter loquitur, nõ habebat populũ. Danielis 9. d.* Occidetur Christus & non erit eius populus. *Secundũ nota, quod sicut in fine psal. precedentis dixit:* Nõ mortui laudabũt te domine, *ad denotãdũ quod per legẽ Mosaicam mortui non attingebant vitam æternam, vt sup. expositum est sic per oppositum in fine huius psal. declarat, quod per liberationem Christi eripitur anima de morte, scilicet spirituali, vt placeat domino in regione viuorum, scilicet in vita æterna, &c.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Alleluya.* Voce laudis congruè prætitulatur hic Psal. quia in hoc psalmo verba sunt martyrum, qui confessione viguerunt, & præmia Dei consecuti sunt.

PSALMVS CXV.

C *Redidi propter.* CASSIODOR. Primò, memorantur a beneficia Dei, quibus quid dignum, rederent, cùm dubitent; b occurrit calix passionis, qui à Deo datur. Secundò, seruos se dicunt, & filios ancillæ, id est, ecclesiæ, ibi, *O Domine, quia ego, &c.* c

CASSIODO. Verus & congruus ordo, prius credere, post loqui: ne nõdum credens audeat loqui, sed fidem sequatur confessio. Ne verò confessio viribus hominis detur, dicit proprium hominis, quod mendax; quod non facile sciret, nisi excessu mentis ad superna vectus esset. Magnum enim est, si quis se imprudentem attendit. Et cùm homo nihil boni proprium habeat, quid retribuendum?

b *Credidi.* AVGVSTINVS. Non ait: *Credidi, & locutus sum,* quia non tantum credidit cætera, quę fides exigit, sed & simul cum illis credidit, & quòd premium loquendo sperare, & quod pœnam tacendo timere deberet, vnde loquendi quidem amor ex præmio immittitur, & necessitas ex pœna indicitur.

c *Propter quod.* AVGVSTIN. Non enim perfectè credit, qui quod credit non loquitur; piger est ille seruus, vel timidus; sed fidelis, quod accepit, impendit, & lucratur, & ideò intrat in gaudium Domini sui, dicentis, *Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Matt. 25. b.

Credidi propter quod locu. sum. ✠ EVTHYMIVS. Ait Magnus Basilius, quòd, cùm Propheta in superiori psalmo dixerit, *placebo seu delectabor coram Domino in regione viuentium:* modò in huius Psalmi principio ait credidisse se, ea, scilicet, quæ ibi prædixit, quòd placebit seu delectabitur in regione viuentium, & propterea, inquit, ita locutus sum. Nam & alibi in Psalm. 26. dixit, *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* D Aug.

Alleluya. PSALMVS CXV.

¶ Quia credenti necesse est loqui. a ¶ Non ipsum verbum quod credidi; non sermo quem protuli.

1 Redidi, propter quod locutus sum, egò au-

a ¶ Passus sum multas tribulationes propter verbum Dei, quod firmiter tenebam, vnde magis nitet veritas; vnde Apostolus, Verbum Domini non est alligatum in me; quod non hi, qui plus amant gloriam hominum quàm Dei. b ¶ Autem non attribuens mihi confessionem c ¶ Alias, in extasi mea mente rapta ad superna.

2 tem hũmiliatus sum nimis. Egò dixi † in excẽssu meo, omnis 4

a ¶ Exse, ex Deo verax. ¶ Pro meis malis. 5 6

3 homo mẽdax. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ

e ¶ Ecce ego dono Dei verax. ¶ Passionem. ¶ Non vnicum quid, nisi ex eis, quæ ipse Dominus retribuet. b ¶ Iesu. c ¶ Desiderio. d ¶ Non mihi sed Deo filius.

7 8 tribuit mihi? Cálicem † salutaris accipiã, & nomen Domini

†salutum, saluationũ.

1 *Credidi.* Hunc Psalmum fecit Dauid, pœnitens quod deceptus per Sibam seruum Miphiboseth, dederat ei hæreditatem Domini sui 2. Regum 16.

MORALITER autem potest exponi de quolibet fideliter pœnitente, quòd peccauit alterius deceptione. Et sic dicit: *Credidi,* Nimis de facili,

2 *Propter quod locutus sum nimis,* Malè, & peccaui,

3 *Ego autem humiliatus sum nimis,* Id est, deiectus à statu virtutis.

4 *Ego dixi in excessu meo.* Id est, turbatus ex verbis mendacibus.

5 *Omnis homo mendax.* Quod malè concluditur ex mendacio vnius.

6 *Quid retribuam Domino pro omn. quę retr. mihi,* Ex quibus, propter ingratitudinem, augetur grauitas mei peccati.

7 *Calicem salut. ac.* Id est, pœnitentiæ corporalis austeritatem.

8 *Et nomen Dom. inuo.* Per humilem orationem.

1 *Credidi.* Verbis Sibæ nimis faciliter.

2 Propter quod locutus sum, *Nimis præcipitanter concedẽdo ei hæreditatem domini sui.*

7 Ego autem humiliatus sum nimis. *Quia propter Absalom erat fugitiuus. In Hebræo habetur,* Afflictus sum nimis, *ex filij mei persecutione, qui deberet me honorare; homines autem afflicti sũt improuidi ad loquendum, propter quod dicit Philosophus 2. Elenchorum. Cõturbati minus prauident, & ideo subdit Dauid.*

4 Ego dixi in excessu meo, *Id est, præuentus dicta turbatione, vnde in Hebræo habetur:* Ego dixi in festinatione vel subitatione mea, *quia ex turbatione mentis præcipitanter locutus fui.*

5 Omnis homo mendax, *Videbat enim filium proprium, se persequentem, & totum populum Israel, quem à periculis multoties liberauerat, ei fauentem, secundum quod dicitur 2. Reg. 15. c.* Toto corde vniuersus Israël sequitur Absalom, *& ideo cito credidit, quod etiam Miphiboseth in hoc sequeretur Absalom cum aliis; vnde postea Dauid videns se deceptũ retractauit sẽ tẽtiã quantũ ad hæreditatis medietatẽ 2. Reg. 19. & licet tunc Dauid grauiter peccauerit, quando seruũ domino, vt dictum fuit 2. Re. 19 tamen tenendũ est probabiliter, quod postea pœnituit, & quod pro alia medietate quã dimisit Sibæ, eo quod sibi adhæsarat in periculo posito, in aliis satisfecit Miphiboseth, licet non sit scriptum quia non omnia sunt scripta.*

6 Quid retr. do. *Hic consequenter describitur patientia Dauid in illa persecutione, quæ patet ex hoc, quod verba Semei sibi maledicẽtis valde patiẽter portauit 2. Reg 16. & ideo illã persecutionẽ pro suis peccatis, & pro beneficijs à Deo sibi collatis acceptauit, & hoc est quod dicit,* Quod retr. do. pro omnibus quæ retr. mihi, *De manibus Saul me liberãdo, & ad regnum promouendo & mortẽ mihi debitam pro adulterio & homicidio relaxando? & respondet;*

7 Calicem salutaris accipiam, *Id est atrocitatem persecutionis, quæ in scriptura calix dicitur, acceptando.*

8 Et nomen dñi inuoca. *Pro mea liberatione à dicta persecutione.*

R Redidi. *Huic Psalmo nullus omninò titulus præponitur in Hebræo, quẽ exponit Rabi Salo de Dauid posito in persecutione Absalõ, in qua legitur peccasse per deceptionem, & tolerasse patienter illam persecutionem & gratiarum actionem promisisse ad suam liberationẽ, vt magis videbitur prosequẽdo. Et ideò Psalmus iste in tres partes diuiditur, quia primo ponitur primũ; secũdo secundũ, ibi,* Quid retribuam; *tertio tertium, ibi,* Vota mea. *Circa primũ sciẽdum, quod fugiente Dauid de Ierusalem propter Absalom, Siba seruus Miphiboseth occurrit ei cũ duobus asinis onustis panibus, & alijs victualibus, quarẽs per hoc Dauid fauorẽ, quẽ credebat firmiter reuerti ad dignitatem regiã, & diffamauit Miphiboseth concupiscẽs eius hæreditatem, quibus factis & verbis Dauid deceptus dixit ei:* Tua sunt omnia quæ fuerunt Miphiboseth, *vt habetur 2. Reg. 16. a. & hoc est quod dicit Dauid.*

Vota mea

☞ Vel, *salutaris*, Iesu, quia prior passus est, & dat imitari passiones
A suas. Et ideo *pretiosa in conspectu*, &c. quod post dicitur.

CASSIO. *Calicem*, quia sub mensura bibitur, vnde, *Fidelis*
1.Cor.10.c. *Deus, qui non patitur vos tentari supra id quod potestis; Salutaris*, quia in æternam salutem propitiatur.

✻ THEODORETVS. Decet igitur audacter pro ipso mortem subire, & hanc remunerationē, pro varijs beneficiis dare: *Calicem* enim, *salutis*, pro pietate appellauit mortem, sic enim & Dominus
B nominat, *Pater* enim, ait, *si possibile est, transeat à me calix iste*, & Apostolorum iugo communicationē tegni postulanti sic inquit, *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Hoc igitur & hoc in loco præclari & optimi & pietatis athletæ vt faciant, seipsos adhortantur, & hanc promissionē perficiunt, eorum ciuibus cernentibus, vt & ipsos in eundem amorem accenderent. Deinde huiusmodi mortis fructum demonstrat.

†Soluisti Matt.26.

Matt.20. †In atriis domus Domini, in cōspectu omnis populi eius, in medio tui, Ierusalē

Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. ✻ THEODORETVS. Si autem Deus est pretiosus, cuinam sanctorum non venerandus est.

C ✻ EVTH. Lætor inquit moriens. Honorata est enim apud Deum illorum mors, qui ei dicati; ac sanctificati fuerint. Nam si illorum vita honorata est, multò etiam magis mors, quæ ad ipsum Dominum eos prouehit, sanctorum angelorum comitatu ac societate honoratos.

a *Pretiosa in conspectu Domini.* AVGVST. Qui prior passus est, dat imitari passiones suas & ideò *pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Emit eam sanguine, quem pro eis fudit, ne dubitarent pro eo mori: Hoc ergo pretio comparatus, confitetur conditionem suam, *O Domine, quia ego.*

b *O Domine, quia.* CASSIO. Secundò, seruos se dicunt, & filios ecclesiæ, quia non est locus veri sacrificij extrà Catholicam ecclesiam, ne quis hæreticorum martyrium Deo placere putet. CASSIO. *O Domine.* Admiratur se talia accepisse, qualia Dominus pro mundi redemptione. Et vt augeat admirationem repetit, *Ego seruus tuus.*

c *Filius ancillæ.* AVGVST. Ierusalem cælestis, liberæ à peccatis, ancillæ iustitiæ. Qui autem sunt præter Ecclesiam, non sunt filij ancillæ, etsi seruos se dicunt (quia habent nomen Christi) & martyres, vt hæretici. AVG. *Filius ancillæ*, Non schismaticus. Vel vt ancilla, non sibi, sed Domino; ita & ego in morte mea aliquos tibi parturiam, sicut & in vita.

d *Dirupisti vin. mea.* CAS. Virtute martyrij vincula peccatorum rumpuntur, quia E omnia sanguine abluuntur. Hic versus tantæ virtutis à quibusdam creditur, vt peccata homini dimittantur, si in fine vitæ trina confessione dicatur.

Efficacia huius versiculi.

CASS. *Qui pretiosa. O Domine tibi sacrificabo*; loquens Deo, affirmat, quòd suprà dixerat.

e *Sacri.* AVG. CAS. Et quia dirupisti, tibi sacrificabo vt gratus.

f *Hostiam laudis*, Sic quod,

g *Vota mea reddam*, Non vbique, sed,

h *In atrijs.* Id est, in Catholica ecclesia, non hæreticorum.

i *Domus Domini* Quæ sit, ostendit.

In aulis domus Domini in medio tui Ierusalem. ✻ EVTHYM. Apponit & locum, vbi redditurus est vota. *In aulis*, inquit, *domus Domini*; varias enim aulas habuit tabernaculum illud, quod beatus Dauid fabricari iusserat in medio Ierusalem. Et hæc quidem iuxta præcedentis psal. consequentiam exposuimus; verū Chrysostomi expositionē etiam addamus, dicentis, quod cū præuidisset beatus Dauid quæcunque passuri eraht Iudæi in obsidione & captiuitate Babylonica, & mente etiā resoluisset, eos illinc postmodū reuocandos esse, atque in patriam restituēdos; prorupit in hæc verba, dicens, *Credidi*, quod scilicet captiui erūt Iudæi, &c. Reddidit etiam vota sua beatus Dauid coram omni populo, non vt quasi gloriabundus aliquis se ostentaret; sed vt cæteros ad sui imitationem adduceret, & operis sui faceret participes. Ipsa autem gratiarum actio acceptior est omni sacrificio, facillima res est, & qua is etiam, qui omnium indigentissimus fuerit, quocunque tempore potest abundare.

☞ *In*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Vota mea dño reddā coram do. *Hic consequenter ponitur gratiarum actio ab eo promissa in prædicta fuga, secundum quod habetur, 2. Regum. 15. f. vbi dixit ad Sadoch*, reporta arcam Dei in vrbem. Si inuenero gratiam in oculis domini reducet me, & ostendet mihi eam, & tabernaculum suum; *hoc, autem dicebat, proponens & promittens ibi facere sacrificium, ideo dicitur hic*, Vota mea domino reddam coram omni populo eius. i. *in templo, vbi conuenichat populus*; *& subdit causam, dicens*;

2 Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. *Id est non de facili promittit eos mori, sicut res pretiosa non contemnitur de facili: & per hoc intelligit liberationem suam à morte, nec ponit se in numero sanctorum ex elatione, sed magis confitens Dei bonitatem in se, sicut Ezechias. 4. Regum 20. a. dixit de seipso*, Memento domine quomodo ambulauerim coram te in veritate corde perfecto, &c. *Causam autem suæ liberationis ostendit dicens*,

3 O domine, quia ego seruus tuus. *Te colendo*,

4 Et Filius ancillæ tuæ, *In hoc denotans merita matris suæ, vel sicut dicit Rabi Salo. vocat se seruum natum in domo patris familias qui est magis dilectus à domino, quam ille, qui est emptitius de foro: ipse autem erat natus in domo Dei, id est, à fidelibus parentibus Deo seruientibus. Gentiles autem ad fidem conuersi dicebantur magis serui Dei*

ui Dei emptitij.

5 Dirupisti vincula mea, *Id est propter prædicta liberasti me de persecutione Absalom & aliorum sibi fauentium & impedientium me à regni mei regimine, sicut vincula materialia impediunt hominem ne possit libere agere. Item quia persecutio Absalom fuit mota contra Dauid in pœnam peccati pro adulterio Bethsabee, & homicidio Uriæ, secundum quod prædixit sibi Nathan. 2. Reg. 12. c.* Hæc dicit dominus; Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, &c. *& ideò Dauid liberatus ab illa persecutione, dixit se liberatum à vinculis dictorum peccatorum, eo quod propter illa erat obligatus ad illam pœnam sustinendam.*

6 Tibi sacrificabo hostiam *Scilicet per sacerdotes hostias offerentes, & cantores in sacrificijs laudes diuinas dicentes.*

7 Et nomen do. inuocabo. *Quia non solum per alios laudauit Deum, sed etiam in propria persona, hunc psal. & alios decantando:*

8 Vota mea, *Quæ feci positus in persecutione Absalom*,

9 Domino reddam, *Sicut promisi:*

10 In conspectu omnis popu. eius. *Id est, in loco diuini cultus, vbi poterat debebat ascendere omnis populus Israel, quantum ad masculos, tribus temporibus in anno, secundum quod dicitur Exod. 23. & vbi erat talis cultus, ostendit, dicens*,

11 In atrijs domus domini, *Id est, tabernaculi, in quo erat arca posita, quia templum tempore Dauid non erat adhuc ædificatum.*

☞ In

MORALITER.

† 1 *Vota mea domino reddam coram omni populo eius*, Implendo pœnitentiam promissam.

† *Coram omni populo eius*, Vt scandalizati de trangressione, ædificentur de satisfactione.

2 *Preciosa in conspectu domini mors sanctorū eius*, Quia per illam veniunt ad regnum in cœlestibus.

3 *O domine, quia ego seruus tuus*, Per susceptionem baptismi in in qua seruire tibi promisi.

4 *Et filius ancillæ tuæ*, Id est, ecclesiæ, quæ est sponsa Dei quæ cū seruit humiliter dicitur ancilla.

5 *Dirupisti vin. me s. peccatorum.* Cætera patent ex dictis.

† MORAL.

☞ A *In conspectu omnis populi.* CASSIODORVS. Publicè debet laudari, qui pro omnibus pati voluit, vt plures ædificentur.

Vota mea reddam. CASSIODORVS. Meipsum qui sum imago Dei quæ reddenda est Deo; vnde, Quæ *Cæsaris sunt, reddite Cæsari, & quæ Dei Deo.* Sed quia non modò seruus, sed ancillæ filius: dicit se reddere vota in atrijs Domini, id est, ancillæ. Et quę sit exponit, id est, populus eius, hoc est quod sequitur: *In conspectu omnis populi eius:* & apertius hic nominat Ierusalem. D

AVGVSTINVS. Sed ne quis putet per Ierusalem Iudæos solos significari, qui hoc nomine gloriantur, audiat sequentem Psalmum: *Laudate Dominum omnes gentes:* Hæc sunt atria Domini, ille enim populus.

a ¶ Vbi pax, & sancti in visione Dei lætantur.

Domini, in medio tui Ierusalẽm. 1

☞GLOSSA

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 In medio tui Ierusalem. *Quia illud tabernaculum erat in ciuitate Dauid 2. Regum 6. quæ ciuitas dicebatur fortalitium ipsius Ierusalem.*

MORALITER *potest exponi Psalmus iste de quolibet fideli, qui si aliquando deficiat per alterius deceptionem, suam ignorantiam confitetur humiliter, & tribulationem insurgentem sustinet patienter, & a qua liberatus agit Deo gratias reuerenter.*

MORA- ☞ NICO-

ADDITIO I.

In Psalmo 115. Credidi propter quod locutus sum. &c.

Derogatorium videtur excellẽtiæ prophetiæ ipsius Dauid, qui egregius psaltes Israel dicitur 2. Regum 23. & à multis eximius asseritur prophetarum, quod tot ipsius psalmi sine titulis positi applicentur suis persecutionibus temporalibus & transitoriis, scilicet Saul & Absalon & huiusmodi, sicut Rabi Salom. exponit, cum magis mysteris ecclesiæ possent propriùs & facilius applicari. Hebræi enim nimirum si hoc faciant, non habentes similia spiritualia, de quibus tales psalmi verificentur: Sed Catholici ipsos in hoc sequentes nimis videntur Iudaizare Vnde dicẽdũ, quod psal. iste, qui quartus est in hymno prædicto, propriè videtur cõtinuari Psal. præc. in materia. Nã postquã Psal. in præc. psal. egit de statu ecclesiæ in ipso exordio redemptionis, scilicet tempore aduentu Christi, & ipsius passionis, vt dictum est, in hoc agit consequẽter de statu primitiuæ ecclesiæ, in quo fides fuit per apostolos, & cæteros discipulos prædicata, in quo statu potissimè claruerunt duo, scilicet prædicatio fidei, & martyrium, quod sancti in testimoniũ fidei sustinuerunt. & de hoc tractat principaliter hic Psal. In quo Psalm. quatuor facit: Nam primo ponit fidei præditionem & de hoc dicit, Credidi propter quod locutus sum, *nam secundũ Apostolum ad Romanos 10. b.* Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. *Vnde fideles primitiui non solùm credebant corde, sed etiam loquebantur fidei rudimenta, ea prædicando ad aliorũ eruditionem: vnde in persona cuiuslibet taliũ propriè dicitur,* Credidi propter quod locutus sum. *Et quia pro tali prædicatione fidei magnas patiebantur persecutiones, vt patet in Actibus apostolorũ, & in historiis ecclesiasticis, ideo subditur:* Ego autem humiliatus sum nimis, *id est, afflictus propter fidei prædicationem prædictam,*

Consequenter secundò dicit, Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. *Pro quo sciendum, quod martyres Christi dicuntur testes fidei,* μάρτυρ *martyr enim Græcè, secundum Hieronym. i. lẽ est quod testis Latine: vnde in primitiua ecclesia, vt sancti verbum Dei, quod prædicabant, fortius in cordibus audientium imprimerẽt, martyrio se subijciebant in testimonium fidei, & ideò Psalmista in persona cuiuslibet talium dicebat:* Ego dixi in excessu meo, *scilicet inspiratione diuinitus mihi factã,* Omnis homo mendax, *quasi dicat, prædicatio mea non erit efficax, cùm possit esse suspiciosa, eo quod credent me verba mẽdaciter fingere, quia omnis homo de se mendax est, id est, pronus ad mendacia fingenda, & ideo subditur:* Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? *hoc est dicere, quid possum retribuere domino in testimoniũ suæ fidei,* pro omnibus bonis, quæ retribuit mihi, *scilicet naturalibus & gratuitis? Ad quod respondẽs subdit:* Calicem salutaris accipiam, *scilicet martyrium, de quo Matthæi 20. c. dicitur.* Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum. *Et sic* nomẽ domini inuocabo, *id est, martyriũ accipiã, inuocãdo nomẽ domini, scilicet prædicando eius fidem: vnde per acceptionẽ huiusmodi calicis nomen domini inuocando,* Vota mea reddam domino coram omni populo eius, *quia per testimoniũ martirij implebo vota mea, scilicet vt inducatur fides in cordibus audientium, & hoc publice scilicet* coram omni populo eius; *& vt ostendat hoc opus scilicet martyrij pro fide Christi accepti, esse domino gratissimum, subdit,* Pretiosa in conspectu dñi mors sanctorũ eius. *Et notanter dicit,* pretiosa: *quia non solum grata, seu accepta est mors sanctorum, quod competit cuilibet actui meritorio: sed* pretiosa, *quod denotat excellẽtiam, seu pretiositatem martyrij quoad meritum. Et notanter dicit;* In conspectu domini, *quia quamuis in conspectu hominum insipientium talis mors est vilis: in conspectu tamen domini,* pretiosa *est, Vnde Sapientiæ 3. a.* Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.

Consequenter tertiò dicit, O domine quia ego seruus tuus: *quæ quidem verba possunt cum præcedentibus continuari sic, vt sit sensus;* O *domine ego me obtuli ad mortem martyrij prædictam:* Quia ego seruus tuus sum, & filius ancillæ tuæ, *& vocat se bis seruum, eo quod duplici ratione esset obligatus Deo, scilicet per susceptionem bonorum naturalium & gratuitorum. Dicit se etiam filium ancillæ Dei, quia filius ecclesiæ per obedientiam: Dicere enim, quòd Dauid se vocat filium ancillæ domini nullam habet rationem, prout plenius dictũ fuit suprà in additione super Psal. 85. Vel alio modo prædicta verba scilicet,* O domine, quia ego seruus tuus, *possunt exponi, continuando ea cũ sequentibus, vt scilicet sit sensus,* O domine ego, quia seruus tuus, &c. *Ideo:* Dirupisti vincula mea: *scilicet vincula peccatorum, quibus vinctus eram. In martyrio enim omnia dimittuntur peccata, prout cõmuniter tenetur sicut in baptismo: vnde sic pro te patiendo,* Tibi sacrificabo hostiam laudis, *id est, meipsum totum in inuocatione tui nominis oblatum, de quo dicit,* Et nomen domini inuocabo. *Et nota quod primo nominauerat martyrium* calicẽ, *propter eius amaritudinem, eo modo dicitur: Thren. 4. d.* Super te transibit calix: *modò vocat ipsum martyrium,* hostiam laudis, *referẽdo illud ad actũ charitatis, quæ in martyrio exercetur, & ipsum facit hostiã domino in odorem suauitatis. Et in vtroque dicit;* Et nomen domini inuocabo, *quia in vtroque competit inuocatio.*

Consequenter quartò repetit impletionem suorum votorum in hoc actu, dicens, Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius, *exponatur vt suprà. Sed super hoc addit,* In atrijs domus domini, *scilicet in ecclesia militante, vbi vota meritoriè redduntur. Consequenter autem dicit,* In medio tui Ierusalẽ, *scilicet cœlestis, in qua martyres glorioſi triumphant. Potest etiam hic Psal. reduci ad statum sanctorum confessorum, exponendo illud quod dicitur,* Calicem salutaris accipiam, & tibi sacrificabo hostiam laudis, *de sacrosancto altaris & cætera ad hunc propositum ducendo: sed prima expositio magis videtur litera consonare, præsertim huic quod dicitur* Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

Si autem quæratur: Cur Psal. in hoc Psal. nullam facit mentionem de miraculis, quæ in primitiua ecclesia (de qua igitur) frequenter fiebãt ad cõfirmationẽ fidei prædicatæ, de quibus Mar. vlt. d. Domino cooperante & sermonem confirmante sequẽtibus signis: *Ad hoc dicendum quod in hoc Psal. intendit agere de his quæ singulariter claruerunt in primitiua ecclesia, quæ non fuerunt in antiqua, sicut sunt martyria, quæ in antiquis veteris Testamenti, minimè seu rarissimè fuerũt. Secus autẽ est de miraculis, quæ potissimè in statu antiquorum fuerunt, & sepissimè diuulgata: & ideo in Psal. præcedenti, scilicet.* In exitu Israël, &c. *Vbi agit de statu ecclesiæ sub lege, facit expressam mentionẽ de miraculis. cùm dicit,* Mare vidit & fugit, &c. *In hoc autẽ Psal. in quo agit de statu primitiuæ ecclesiæ, miracula prætermittit. quia communia sunt vtrique statui, & solum agit de martyrio quod est proprium ecclesiæ Christi sequentis eius vestigia in sua passione & implentis verbum ipsius scilicet:* Qui vult venire post me, &c, *Matth. 16. d. Eadẽ ratione fit mentio in hoc Psal. de prædicatione, cum dicit,* Propter quod locutus sum. *& non in præcedenti: nam prædicatio vniuersalis singularis fuit in ecclesia Christi ipso præcipiente:* Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium, &c. *Marci 16. d,*

REPLICA. *Sed circa Psal.* Credidi propter quod &c. *Inuehitur Burgen. contra Postil. dicens eũ nimis Iudaizare, quia sequendo Rab. Sal exponit illud de Dauid posito in persecutione filij sui Absalõ. Et ad id vtitur imaginatione apud eũ consueta, videlicet quod psalmi secundùm sensum eorum principalem, ab authore principaliter intẽtũ dicti de Christo, vel ecclesia tanquam de figuratis, de Dauid tanquã de figura exponi non debere, cuius oppositum suprà sæpe ostensum est, specialiter circa psalm.* Dixi custodiam: *Nam primo secundùm sanctos doctores requirendus est scripturæ sensus verus secundùm significationẽ vocum, vel rerum qui si nihil absurditatis habet vere literalis est, etiam si modum figurandi vel figuræ teneat, cùm hoc benè sit, quòd sensus ab authore principaliter intentus sit de figurato debita applicatione facta. Et quia postillator ponit hic primum sensum scilicet figuratiũ. Burg. autem sequens glossam magistralem ponit figuratum, ideo nec ille rectè dicitur Iudaizare, nec iste Christizare, cùm vterque secundã debitam applicationem dicat veritatem, ille de figura, iste de figurato. Illud etiam quod hic dicit Burgen. de filio ancillæ correctum est suprà psal.* Inclina Domine.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Halleluya.* CASSIOD. Breuis psal. omnium primus atomus, id est, sine diuisione, pro sui enim breuitate non recipit diuisionem, sed omnes compendio suæ locutionis superat, & est quasi punctus psalmorum, vnde diuersæ a species formãtur. Mira variatio contra tædium salutaria dicere, modò paucis, modò latè.

✠ BEDA. Conualescens de infirmitate Ezechias, non solum Iudæos, sed etiam omnes gentes ad laudandum cõuocat Dominum, vt quæ nouum de recursu solis stupuerunt portentum, Dominum verum tanti miraculi venerentur authorem. Aliter, vox Apostolorum.

PSALMVS CXVI.

Hallelu[ia].

a ¶ Gentiles. b ¶ Alias, & collaudate,

LAudate Dominum omnes gẽtes, l[au]date
a ¶ Iudæi. b ¶ Hac causa. c ¶ Dato Spiritu sancto. ¶ Dum inimici etiam cedunt homini, per quod liberati sumus.
eum omnes pop̃uli. Quoniam† confirmã-
a ¶ Reparatio hominis misericorditer promissa. b ¶ Christi. c ¶ Christus qui est veritas patris.
ta est super nos misericordia eius, & vẽritas
¶ Cass. Si quando non filius, fui pater sine veritate, sine via, sine vita. a ¶ Aliàs in seculum seculi.
Domini manet in æternum.

PSALMVS CXVI.

Laudate Dominum.

c *Omnes gentes.* CAS. Ne qui prætereantur de toto orbe. AVGVST. Et hęc sunt atria illa domus Domini: Et ille omnis populus, vnde in præcedenti psal. egit, Non soli Iudæi (qui sibi illud arrogare conantur;) dico laudate eum.

Et collaudate. CAS. vt sit in vnum redacta omniũ laudatio quod est Catholicæ Ecclesiæ.

d *Confirma.* CASS. Quia quod per prophetas promisit, aduentu Christi compleuit, & firmauit misericordiam, vt nunquam moueatur, quia, qui dedit, custodit.

e *Manet in aternum.* AVGVST. Siue in eis, quæ promisit pijs, siue in eis, quæ minatur impijs.

† Aucta

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXVI.

LAudate domini. *Huic psal. in translatione Hier. proponitur,* Halleluia, *pro titulo, quod significat, laudate Deum, quia in psalmo inducuntur omnes populi, tam Gentes, quam Iudæi ad laudem Dei pro aduentu ipsius Christi: quia instituit vnam ecclesiam ex Iudæis & gentibus ad Dei gloriam & honorem & hoc modo allegat Apostolus scripturã huius psal. Rom. 15. d.* Dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis, *id est populi Iudaici in fide instruendi, & posteà subdit de Gentilibus,* gentes autẽ super misericordia honorare Deum, sicut scriptũ est, *Propterea confitebor tibi in gentibus, &c.* Et sequitur iterũ, Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi. *Quod accipitur ex principio huius psal. Ista autem prauidens Psalmista in spiritu dicit,*

1 Laudate do. omnes gen. *Id est omnes Gentiles ad Christum, vel ad fidem Christi, vocandi.*

2 Laudate eũ omnes po. *Id est, Iudæi in duodecim tribubus diuisi & præponit Gentiles Iudæis, quia pauci de Iudæis primò crediderunt, & multi de Gẽtilibus, secundũ quod dicit Apostolus, Ro. 11. c.* Cęcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret; *quia Iudæi conuertentur circa finem mundi, & ideo hic inuitantur ad laudẽ post Gentiles, & prædictæ laudis subdit rationem dicens,*

3 Quoniam con. *Loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ, in aduentu enim Christi & non ante, fuit misericordia Dei confirmata per effectũ, quæ ante expectabatur, per magnum desiderium.*

4 Et ve. do. *Id est, ipse Christus, qui dicit de seipso, Ioan. 14. a.* Ego sũ via, veritas, & vita.

5 Manet in æter. *Secundùm quod dicit Apostolus Hebr. 13. b.* Iesus Christus heri, & hodie ipse & in secula.

MORALITER.

† 1 *Laudate do.* In hoc psal. secundum literalem sensum inducuntur Gentiles & Iudæi ad Dei laudem, qui de Iudæis, & Gentilibus fecit vnam Ecclesiam: & sic literalis sensus est etiã spiritualis propter quod de alio pertranseo.

ADDITIO.

In psal. 116. Laudate dominum.

Iste psal. continuatur præcedenti. Nam postquam Psal. egit de statu primitiuæ ecclesiæ, in quo maximè floruerunt martyres prout dictũ est. In hoc autem psal. agit de statu ecclesiæ dilatatę per orbem post primitiuos, in quo quidem statu Gentilitas fuit Iudæis adiuncta, sub cultu vnius Dei, ideo in hoc psal. cui dicitur, Omnes gentes, &c. *intelligitur gẽtilitas; cũ autẽ sequitur,* Omnes populi, *intelligitur de Israelitis, eo quòd sunt in tribubus diuisi: & ad istũ intellectũ videtur Apostolus reducere istum psal. & secundum hoc propositum exponatur psal. prout in post.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Halleluia.* CASSIO. Quintus psal. de primo aduentu multis figuris decoratus habet versus vnisones, quosdam vnius principij quosdam intercalares & huiusmodi ornatus.

✠ BEDA. Reductum de Babylone populum à finitimis Gentibus opprimi non potuisse testatur, atque ad laudandum Deum se mutuo cohortantium schema componitur. Aliter

a Hallelu[ia]. PSAL. CXVII.

¶ Laudate.

CONFITEMINI

Aliter vox Christi de se dicentis.

CASSIODORVS. Fidelis populus peccato solutus primò monet omnes Domino confiteri, quia auditus in tribulatione, ideo hominem dicit non esse timendũ. Secundò, in solo Deo fidendum, ibi, *Bonum est confidere in Domino &c.* Tertiò portas Ierusalem aperiri cupit, ibi, *Aperite mihi portas iustitiæ.* Quartò frequẽtare atria Dei suadens, de aduentu gaudens, ibi, *Benedictus qui.*

☞ *Dicat nunc*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXVII.

1 COnfite. Domi. *Huic psa. in translatione Hier. pramittitur pro titulo,* Halleluia, *quia psalmus inuitat ad Dei laudem; & dicunt aliqui, quod Dauid fecit hunc psal. inuitans populum ad Dei laudem pro sua liberatione de Saulis persecutione; & populi Israel à gentilium circunstantium perturbatione, sub suo regimine, vt patet 2. Regum, & hoc facit in hoc psalmo, vsque ad locum illum,* Aperite mihi portas iustitiæ, &c. *ab illo verò loco vsque ad finem inducit ad laudem Dei pro ædificatione templi: quod prænidit & prædixit ædificandum tempore Salomonis filij sui, & secundum hoc, quod ibi subditur,* Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus, &c. *exponunt de quodam lapide illius ædificij, qui frequenter à latomijs fuit oblatus in ædificium muri, sed semper inueniebatur nimis longus vel nimis curtus, & sic pluries reiectus fuit ab eis tanquam ineptus: sed in consummatione muri in copulatione duorum parietum inuentus*

☞ *fuit*

MORALITER.

1 *Conf.* Hunc psalm. fecit Dauid, inuitans populum suum ad gratias agendum Domino pro bono statu regni sui, & aduentu Christi futuro.

MORAL. autem potest exponi de bono prælato ad Dei laudem suum populum inuitante pro bono statu suæ diœcesis, & aduentu Christi spirituali, quo per suam gratiam venit in mentem humanam; quantum ad primum dicit. *Con. Do.* Laudis confessione,

† *Quoniam*

a *Dicat nunc.* CAS. A Vt ego vos, ita vos inuicem monete; vel, dicat, id est, confiteatur.

b *Quoniam in sec.* CAS. Ecce quatuor versus vnifines.

B c *De tribu.* CASSIOD. Hiero. exemplum de se ponit, vt alios ad misericordiam inuitet.

d *Dominus mihi ad.* CASSIOD. Idem in duobus principium.

e *Dominus mihi adutor & ego despiciam inimicos meos.* ✠ EVTHYMIVS. Ille pugnabit pro me, & ego inimicos meos respiciam, cadentes scilicet; & visibiles quidem corporeis, inuisibiles verò animi atque intellectus oculis intuebor. Accommodari etiam possunt hæc

† In

C

ἐπίφωμαι.

† videbo

à ¶ Proprium Deo, qui per se, & ex se bonus. ¶ In essentia. b ¶ Cass. In hoc patet, quod bonus, quia in æternum dona misericordiæ concedit.

Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericor- 1
a ¶ Non est differendum. b ¶ Totus beatus populus. ¶ Tales sunt idonei confiteri. c ¶ Quid? 2
dia eius. Dicat nunc Israel, quoniam bonus: quoniam in se-
a ¶ Sacerdotes, qui pro reuerentia singulariter memorantur.
culum misericordia eius. † Dicat nunc domus Aaron: quo-
a ¶ Istud idem. b ¶ Vt includat pusillos cum maioribus de omni gente.
niam in seculum misericordia eius. Dicant nunc omnes qui
a ¶ Quia tales sunt idonei confiteri Domino.
timent Dominum, quoniam in seculum misericordia eius.
¶ Quia. ¶ De angustiis seculi. ¶ Ecce misericordia. a ¶ De angustijs seculi liberat, & in latitudine præmiorum ponit.
† De tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me 3
¶ Charitatis. ¶ Et quia exaudiuit. †
in latitudine Dominus. Dominus † mihi adiutor, non 4 5
¶ Carnalis inimicus.
timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, 6 7
a ¶ Quod plus est, quàm non timere. ¶ Alias videbo. ¶ Cass. In futuro scilicet iudicio, vbi diabolus cum suis videbitur destructus. b ¶ Etiam spirituales. c ¶ Quia Dominus adiutor. ¶ Ideo vtile est. d ¶ Contra mala seculi. 8
& ego † despiciam inimicos meos. Bonum est confidere in 9

hæc verba ijs omnibus, qui certam ac stabilem in Domino spem habuerint.

f *Despiciam. Alias videbo.* CASS. Hic, vt tutior & cautior fiam.

g *Inimicos meos,* Dæmandos.

h *Bonum est.* CAS. Secundò, in solo Deo dicit confidendum, per quem inimicitias gentium euadit. & ad veram vitam venit.

✠ BEDA. Quasi dicat, inimicos despiciam, in Dominum autem prospiciam; & meritò, quia *bonum est confidere*

D

- quoniam bonus

† Dicant nũc familiæ

E

† mecũ est in auxilium mihi.

F

in Domino, & ita bonum, quod melius est, *quàm confidere in homine* aliquo. Hocideò, quia in quibusdam etiam homi-

☞ nibus

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *fuit aptissimus, quod pro mirabili fuit tunc reputatum; quod præuidit Dauid, & scripsit fiendũ. & sic sensus literalis est hic de illo lapide materiali, & de Christo mystice tantum exponitur. Sed saluo meliori iudicio, & hoc nõ videtur mihi bene cordare verbis Christi Matt. 21. qui loquens de seipso à Iudæis reprobando dicit eis,* Nunquam legistis in scripturis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A domino factum est illud, &c. *& idem habetur Luc. 20. Item Act. 4. Petrus ostendens principibus sacerdotum Christi glorificationem post eius passionem, Act. 4. dicit de eo:* Hic est lapis, qui reprobatus est a vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in aliquo alio salus. *Ex quibus patet, quod psalmus iste, quantum ad istam partem, est intelligendus de Christo ad literam. Tũ quia probatio non valet ex scriptura sacra nisi per sensum literalem, secundum quod dicit Aug. cõtra Vincẽtiũ Donatistã, Tum quia Iudæi non recipiebant nisi sensum literalem.*

Item hoc dicit Ra. Sa. Hebraus super illud Michę 5. a. Et tu Bethlehẽ Ephrata paruulus es in milibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, *&c. Glo.* ex te mihi egreditur, qui sit dominator Messias filius Dauid sicut ipse dicit psal 117. Lapidẽ quẽ reprobauerũt ædificãtes, hic factus est in caput anguli. *Ex hoc dicto tria patent secundum eius sententiam: primum est, quod Dauid hunc psalmum fecit; Secundum quod in hac parte loquitur de Christo ad literam; Tertium, quod Christus erat reprobandus, & postea glorificãdus sicut narrant Euangelistæ. Quod autem supra inducitur de lapide angulari in ædificio templi Salomonis, non obstat: Tum quia illud dictum nõ habetur ex Biblia. 3 Regum & 2. Paralip. vbi agitur ad literã de illo ædificio, neque à Iosepho, sed solum hoc inueni dictum à magistro Petro Comestore in historia Scholastica super. 3. Regũ & sic eius dictum secutus fui Matth. 21. & ideò suppono, quod dictum eius sit verum, tamen, sensus literalis in hoc psalmo est de Christo. Sensus enim literalis est, qui primò intenditur à scriptore: & ideo si de hoc lapide fuisset scriptum, 3. Re. vbi intenditur descriptio historica illius ædificij, sensus literalis esset de illo lapide materiali; sed vbi scribitur illius lapidis mysterium sensus literalis est de Christo figurato per lapidem illum, sicut est in proposito, vt patet per dicta Christi & beati Petri, & Ra. Sa. Hebrai: sicut Exo. 17. vbi Moyses intendit scribere historiam aquæ de petra productæ, sensus literalis est de ista petra materiali; sed 1. Corint. 10. a. vbi Paulus Apostolus intendit scribere mysterium huius historiæ dicit,* Bibebãt autem de spiritali cõsequẽte eos petra, petra autẽ erat Christus, *sensus literalis est de Christo, & nõ de lapide materiali. His igitur præmissis, psalmus iste in duas partes diuiditur, quia primò Dauid inducit ad Dei laudationem; secundo adducit ad hoc rationem, ibi* De tribulatione. *Circa primum inducit ad Dei laudationem populum generaliter, dicens,* Confitemini, *confessione laudis, omnes generaliter.*

1 Domino, quoniam bonus, *Bonitate, cuius non est finis:*

2 Quoniam in seculum misericordia eius, *Quia subuenit eum semper deuotè requirentibus. Secũdo inuitat specialiter populum Israel dicens,* Dicat nunc Israel; *tertio specialius tribum sacerdotalem dicens,* Dicat nunc domus Aaron, quoniam in seculum &c. *Et patet sententia ex versu præcedenti; & quia,* non est speciosa laus in ore peccatoris. *Eccle. 15. b. ideo circa prædictos ad Dei laudem inuitatos ostendit, quorum laus est Deo accepta, dicens,* Dicant nunc qui timẽt Dominum *timore filiali, qui vitat patris offensam,* Quoniam bonus *&c. exponatur sicut suprà.*

3 De tribulatione inuocaui Dominum, *Hic consequenter Dauid adducit rationes inducentes ad Dei laudem, & primo ex liberatione sui secundo ex redemptione generis humani, ibi,* Fortitudo. *Prima in duas, quia primò recolit suam liberationem; secundo assurgit ad gratiarum actionem, ibi,* Vox exultationis. *Circa primum dicit Dauid:* De tribulatione inuocaui dominum: *Positus enim in persecutione Saulis, legitur Dominum consuluisse, 1. Regum 23. & in persecutione filij sui Absalon, 2. Regum 15. & in illis persecutionibus multos psalmos fecit ad Dei laudem, vt patet ex supradictis.*

4 Et exaudiuit me in latitudine Dominus, *Dilatando potestatem meam, & dominium.*

5 Dominus mihi adiutor, *Vtpote in bello contra Goliath gigantem, & in periculis propter Saulem me persequentem, & consimilibus, & ideo dicit,*

6 Non timebo quid faciat mihi homo, *scilicet timore deficiente à virtute; Aliquãdo enim Dauid in periculo positus timuit, sicut quãdo mutauit os coram Achis 1. Regum 21. sed ille timor non fuit vitiosus, deficiens in desperationem de Deo.*

7 Dominus mihi adiutor, *Cuius virtuti nulli potest resistere.*

8 Et ego despiciam inimicos meos, *Sicut Goliath despexit, de diuino auxilio confisus contra eum: vnde dixit 1. Regum 17. f.* Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo; ego autem venio ad te in nomine Domini; *Et sequitur,* Et auferam caput tuum à te, & dabo cadauera castrorum Philisthijm hodie volatilibus cœli, & bestijs terræ, &c.

9 Bonũ est confidere in Domino, *Qui non deficit in necessitate.*

☞ Quam

MORALITER.

† 1 *Quoniam bonus.* Non solùm in se, sed etiam in nobis effectiuè, ideò subditur.

2 *Quoniam in seculum misericordiam eius.* Dicat nunc domus Israel, *quoniam bonus, &c.* Per domum Israel significantur religiosi, qui debent esse contemplatiui: Per domum Aaron pontificis, clerici; Per timentes Dominum cæteri Christiani. Omnes enim isti debent Dei bonitatem deuotè confiteri.

3 *De tribulatione.* Populi mei per tentationes.

† *Inuocaui Dominum,* Per orationem deuotam.

4 *Et exaudiuit me in latitudine Dominus,* Non solùm à malis liberando, sed etiam in bonis dilatando.

5 *Dominus mihi adiutor,* Cui resisti non potest:

6 *Non timebo quid faciat mihi homo,* Id est tyrannus.

7 *Dominus mihi adiutor,* Exponitur vt prius.

8 *Et ego despiciam inimicos meos,* Id est, spiritus malignos; ideò concluditur,

9 *Bonum est confidere in Domino,* Qui non deficit in adiuuando.

☞ nibus sicut in sanctis viris pro modulo suo confidendum est;
A Et non tantum confidere, sed etiam sperare, id est, in longo spem suam in Domino ponere, bonum meum; & adeò bonum est, quod melius est quàm sperare, non dico etiam in hominibus, sed etiam in principibus super cœlestibus, id est, in angelis, Principes ideò vocantur angeli, quia legitur in Daniele quod singulæ regiones habent ad sui defensionem sibi concessum angelum aliquem, vel archangelum. Vnde illud, *Veruntamen Michael archangelus princeps vester erit aditor meus.*

B a *In principi.* Avg. Angelis, qui principes dicuntur, vnde in Dan, 10. c. Daniele legitur. *Michael princeps vester*, in quibus non est sperandum, sed in Domino.

†Impellendo impulisti me. h Cùm videntur iuuare homo vel angelus, ille per eos hoc facit, qui

†laudatio i eos pro modo eorum bonos facit.

a ¶ Carnali, cuius vana est salus. ¶ Bona.)

Domino quàm confidere in homine. Bonum est sperare in
a ¶ Angelis. b ¶ Quia. ¶ Tribulationem, quam superius commemorauit, hic exponit.
b Domino quam sperare in principibus. Omnes gentes † cir-
a ¶ Quasi extra explorantes blandis, minis & aliis occultis, hoc in principio ecclesiæ.
b ¶ Est hoc. c ¶ Dum ipsi conuersi pœnas pœnitendo sustinent, quas ingerebant.
c cumierunt me & in nomine Domini, quia † vltus sum in eos.
a ¶ Aug. Hic non repetit gentes, quia hoc à solis Iudæis factum est. b ¶ Quasi in obsidione. c ¶ In capite suo, pius populus, qui est corpus Christi, persecutores sensit, & pro eo factum est, quicquid interior ibi virtus deitatis per exteriorem carnem peregit. d ¶ Est hoc.
d Circũdantes circundederũt me, & in nomine Domini, quia
a ¶ Cass. Amaris conatibus dulcem cibum aliis parauerunt, dicit Ecclesia in persona Christi.
b ¶ Hoc melius de ecclesia.
e vltus sum in eos. Circũdederunt me sicut apes, & † exarse-
¶ Est hoc. a ¶ Vel in præsenti, vel in futuro.
f runt sicut ignis in spinis & in nomine Domini, quia vltus sum
a ¶ Vltus sum tamen aliquando. ¶ Id est vacillaui. b ¶ Vel versatus. c ¶ De equo virtutum. ¶ In æternam mortem. ¶ Releuauit à casu.
g in eos. †Impulsus euersus sum vt cadere, & Dominus † susce-
¶ Etiam. a ¶ Ideo. b ¶ Ideo. c ¶ Non solum facit pericula declinare, sed etiam salutem præstat.
h pit me. Fortitudo mea & † laus mea Dominus, & factus est
i

b *Omnes gen.* Cass. Ecce vnde liberat de occulta vel aperta tribulatione, vel, non permittendo cadere, vel, à casu releuando.

c *Et in no.* Alij in nomine Domini vltus sum eos.

C *Omnes gentes circundederunt me & nomine Domini vltus sum eos, circundantes circundederunt me & nomine Domini vltus sum eos.*

κατὰ τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ✠ Evthymivs. Omnes gentes, quæ in circuitu sunt Palestinæ regionis, in vnum congregatæ simul in me irruentes impetum fecerunt, ac veluti in sagena me comprehenderunt; vel, varias dæmonum copias fortassis significat, quæ vnà aliquando iustum aliquem adoriuntur, vanisque ac multiplicibus modis ei pauorem incutiendo, Repetens autem Propheta sæpius, se circundatum fuisse, & sæpius vltum inimicos suos; huiusmodi repetitione, & ineuitabilis periculi magnitudinem ostendit, & admirandam fuisse liberationis rationem constituit, & summam denique diuini numinis fuisse potentiam docet, qua tanta potuit efficere.

d *Circundantes cir.me.* Avg. Quasi reddens causam, vnde tanta potest superare, dicit quid primò in capite passus sit.

Circundantes circundederunt me, & in nomine Domini vltus sum D
eos. ✠ Theodoretvs. Symmachus autem sic, *Circundederũt me, & rursus circundederunt me*, hoc est, frequentibus irruptionibus, vanisque obsidionibus vsi sunt: ego autem Dei imploratione munitus illorum aciem profligaui.

e *Circundede. me sicut.* Avg. Quod ab ignorantibus gestum est, mystica subtilitate prædicit Spiritussanctus. Nescientes Iudæi rem omnium fecerunt, & nobis dulciorem passione Deum, sicut apes dum sibi putant reponere, alijs mel faciunt.

Alia litera. *Circundederunt me sicut apes* † extincti *fauum.* Cassiod. sunt dicit Christus, quæ pungendo se euiscerant. Sic Iudæi occi- † dendo Christum, in- † adiuuit tus perierunt. *Spinæ* peccata, quibus incitati æstuauerunt contra Christum.

f *Et exarse. sicut.* Avg. Vel, hoc melius de ecclesia accipitur. Post passionem namque Domini contra ecclesiam gentium & Iudæi exarserunt; sicut ignis in spinis peccatorum. Ea enim, id F est, peccata, in fideli populo igne persecutionis cremauerunt, cui volentes officere, profecerunt.

g *Quia vltus.* Avg. Dum conuersi, extincta in eis malitia, populo Christiano sociati sunt; vel, cùm in fine iudicati, iudicium veritatis sine misericordia sensuri sunt.

h *Impulsus euer.* Cassio. vt quando boni dantur pœnis, vt à fide cadant, & Dominus suscepit.

Avgvst. Quia tam non cadit cui Dominus est fortitudo & laudatio; quàm non cadit Dominus: illi verò cadunt, qui sibi volunt esse fortitudo & laudatio.

Impulsus euersus sum, &c. Postquam ostendit, quod liberat non permittendo cadere; ostendit etiam quod liberat, à casu releuando.

i *Factus est mihi in sa.* Avgvst. Non fit, quod non erat sibi; sed illis salus est conuersis, quod non erat auersis.

☞ ✠ Evthy-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Quam confidere in homine. *Hoc dicit propter habitatores Cailæ & Ziphæos, in quibus confidebat, eo quod Cailam ab hostibus liberauerat, & de genere Ziphæorum erat, & tamen isti volnerũt eum in manum Saul tradere, 1. Regum xxiij.*

2 Bonum est sperare in Domino. *Qui reddit præmium pro virtutum operibus absque dubio.*

3 Quam sperare in principibus. *Hoc dicit propter principes duodecim tribuum Israel, qui adhæserunt Absalom in persecutione Dauid, reddentes ei malum pro bono.*

4 Omnes gentes circumierunt me, *Id est, filij Israel gentes erga me, sicut extranei & Gentiles, quia existentes cum Absalom intendebant Dauid obsidere, ita quod non posset euadere, vt habetur 2. Reg. 17.*

5 Et in nomine Domini,

6 Quia vltus sum in eos, *Quia multi occisi fuerunt, & alij confusibiliter fugerunt, 2. Reg. 18.*

7 Circundantes circundederunt me, *Repetitio eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem.*

8 Circundederunt sicut apes, *Volentes me pungere gladijs suis tanquam aculeis.*

9 Et exarserunt, *Nimia ira contra me.*

10 Sicut ignis in spinis, *Nitentes me velociter consumere, ad modũ ignis spinas velociter comburentis.*

11 Impulsus. *Id est, compulsus fugere de loco ad locum in persecutione Saulis: & in persecutione Absalom de ciuitate regia ad desertum.*

12 Euersus sum vt caderem, *Videlicet quando Iesbidenob nisus fuit percutere Dauid: sed præsidio fuit ei Abisai filius Saruiæ. 2. Regum 21. ideò subditur.*

13 Et Dominus suscepit me, *Succurrens mihi, quia per Abisai, & in alijs multis periculis Dominus succurrit ei.*

14 Fortitudo. *Hic consequenter post suæ saluationis narrationem insurgit ad gratiarum actionem, dicens,* Fortitudo mea & laus mea

☞ Dominus

MORALITER.

† 1 *Quam confidere in homine.* Defectiuo.

2 *Bonum est sperare in Domino*, Qui certitudinaliter reddit præmium.

3 *Quam sperare in principibus.* Qui quærunt proprium bonum.

4 *Omnes gentes circumierunt me.* Hic describitur acerbitas persecutionis, quæ contingit aliquando bonis prælatis; vt patet de sancto Thoma Canthuariensi, in cuius persona dici potest, *Omnes gentes circumierunt me*, id est, gentiliter viuentes quæsierunt mihi nocere.

5 *Et in nomine Domini quia vltus sum in eos.* Nam vltione diuina fuerunt terribiliter mortui, & ipse trãslatus ad gloriam paradisi.

7 *Circũdantes circũdederunt me, & in nomine Do. quia vltus sum in eos.* Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorẽ expressionem.

8 *Circundederunt me sicut apes*, Ad pungendum me suis gladijs.

9 *Et exarserunt sicut ignis in spinis*, Id est, ira pessima, nam occiderunt eum in ecclesia.

11 *Impulsus sum*, Minis, & persecutionibus magnis.

† *Vt caderem*, A stabilitate virtutis.

13 *Et Dominus suscepit me*, In protectione sua, ne caderem à virtute, ideò subditur,

15 *Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem*, Æternam.

† *Vox*

☞ ✠ EVTHYMIVS. Et rursum, *Factus est mihi Dominus vox* A *exultationis & salutis*; hoc est, factus est causa vocis exultationis & vocis salutis, quæ canitur in tabernaculis iustorum, cùm ob admirabiliter mihi præstitam salutem impulsus sim, vt exultationem & salutem illam laudarem, quam mihi tribuit; vel impulsus sum ad laudandum eum in exultatione & salute. Per *tabernacula* autem *iustorum*, puto eum prophetice eremitarum tuguria prædicere, in quibus Dauidici Psalmi præcipuè decantantur; vel varias ac particulares, a quæ per orbem sunt, Ecclesias.

a *Non moriar*. AVGVSTINVS. Dicit Ecclesia, vt putat persecutor strage fanorum posse se delere nomen Christianum, cùm potius augeat.

b *Castigans*. CASSIODORVS. Cur autem tantà pertulit, indicat: *Castigans*, quidquid faciunt, castigatio est Domini. Nihil sibi vendicent, morti C non datur, cuius vitia purgantur.

AVGVSTINVS. Sæpè pater per nequam seruos emendat filios, cum illis pœnam, his præparet hæreditatem. Quæ sit autem hæreditas, hinc poterit cognosci, *Aperite portas*, quid intus? *ingressus confitebor*.

BEDA. Q.d. Ideò dico, *non moriar* quia, quod patior, nõ mortificatio est, sed Domini castigatio. Ergo vos persecutores nihil vobis arrogetis, quia non vos facitis hoc, sed Dominus, qui castigat me. Et quia castigat, ideò non tradet me morti, id est, non permittet me, etsi mortificet exteriùs, mortificari interiùs.

c *Aperite*. CASSIODORVS. Tertiò portas Ierusalem aperiri sibi cupit, vbi dicit & de angulari lapide. Aperite ô prophetæ, qui portatis claues regni cælorum.

✠ BASILIVS. Castigatis aperiuntur portæ. Castigationes D verò reijcientibus peccata, Castigatus cum fiducia dicit, *Aperite mihi portas iustitiæ*. Secundùm Anagogem verò per *portas* cœlum intelligendum est, quæ malis sunt occlusæ, quas per eleemosynam & iustitiam pulsare oportet.

✠ EVTHYM. Tabernaculi portas, vbi legalis iacebat iustitia.

✠ BEDA. Rogo vt aperiatis, quia ingressus in eas tunc demum dignè confitebor Domino, ea scilicet confessione, de qua dictum est, *Beati* E *qui habitant in domo tua Domine, &c.* Et propter hoc quoque dico, *Aperite*, quia † Emendas *hæc est porta Domini*, emendauit, hoc est, quia post huiusmodi tribulationes Dominus ad æternitatẽ intrauit; *Oportebat enim pati Christũ; & sic intrare in gloriã suam*, & in eum portam, id est, æternitatem, soli iusti, id est, imitatores Domini intrabunt.

d *Portas*. CASSIODORVS. HIERONYMVS. Per has portas doctrinæ ingressi verè laudant; extra ecclesiam Catholicam F non est laus Dei.

CASSIODOR. Hæ omnes portæ ducunt ad vnam, quæ est Christus, per quam iusti intrant in cœlum: vnde, *Ego sum ostium, per quod si quis introierit, saluus erit.* Et alibi, *Nemo venit ad patrem, nisi per me*. Ioan.10.b. Ioan.14.a.

AVG. Ecce de vtroque sæculo mentionem fecit: Et quia hęc porta Christus apparuit, *confitebor tibi*, lætus gratias agens, *quia exaudisti* in aduentu filij, priores enim iusti aduentum petebant.

e *Portas iustitiæ*. AVGVST. Id est, portas mortis, per quas iusti intrant in requiem, vnde Apostolus, *Cupio dissolui & esse cũ Christo*. Philip.1.d. Sancti enim per hanc portam mortis vitam inueniunt æternam.

☞ Q.d.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ dominus. *Quasi dicat, ex quo de prædictis periculis diuina virtute sũ saluatus, à me est magnifice laudadus; & ideo consequenter inuitat Dei ministros ad laudandum, dicens,*

1 Vox exultationis & salutis, *Id est, pro mea salute resonet.*

2 In tabernaculis iustorum: *Id est, in loco diuini cultus, circa quem ministri habitant.*

3 Dextera domini, *Id est, virtus eius, quæ per dexterã significatur, eo quod est fortior manus.*

4 Fecit virtutem, *Me de persecutione Saulis liberando.*

5 Dextera Domini exaltauit me, *Loco eius ad regnum me promouendo.*

6 Dextera Domini fecit virtutem, *Me ab Absalom saluando. Ideò subditur,*

7 Non moriar, sed viuam, *Post dictas persecutiones, secundũ totum cursum vitæ meæ naturalis, secundũ quod dicitur 3. Reg. 1. a.* Et Rex Dauid senuerat, habebatque ætatis plurimos dies. *&c.*

8 Et narrabo opera Domini. *Quia circa finem vitæ suæ præcepit Salomoni ædificare templum, dans ei exemplar ipsius, & ædificiorũ in circuitu, vt habetur 1. Paralip. 28. Ampliauit etiam cultum diuinum per ordines sacerdotum & Leuitarum, 1. Paralip. 24. & 26.*

9 Castigans castigauit me Dominus. *Persecutio enim filij sui Absalom immissa fuit ei à Deo, ad puniendum eius adulterium cum Bethsabee, & homicidium Vriæ, secundùm quod prædixit ei Nathan. 2. Regum 12.*

10 Et morti non tradidit me. *Licet meruissem propter adulterium, & homicidium, quæ morte puniuntur secundùm legem.*

11 Aperite mihi. *Quoniam persecutio & saluatio ipsius Dauid fuerunt figura persecutionis ipsius Christi, & suæ saluationis in se, per resurrectionem & corporis glorificationem; & in membris suis, per gratiæ collationem in præsenti, & gloriæ in futuro; ideo postquam Dauid adduxit rationem laudandi Deum ex liberatione sui: hic consequenter adducit ad hoc rationem ex saluatione generis humani per Christum. Et diuiditur in duas partes, quia primo describitur dicta saluatio: secundò subditur gratiarum actio, ibi,* Hæc est dies. *Circa primum sciendum, quod saluatio generis humani facta est per fidem Christi passi & glorificati, propter quod Dauid loquens in persona generis humani, primo petit sibi aperiri ingressum huius fidei dicens,* Aperite mihi portas iustitiæ, *id est, accessum ad fidem & sacramenta ecclesiæ, per quæ datur ingressus ad locum gloriæ. Sacramenta enim veteris legis non iustificabant, secundùm quod dicitur Rom. 3. e.* Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, *& subditur,* Iustitia autem Dei est per fidẽ Iesu Christi; *sed sacramenta nouæ legis iustificant, & ideo dicuntur portæ iustitiæ.*

12 Ingressus in eas confitebor Domino, *Et quid debeat confiteri, subditur,*

☞ Hæc

MORALITER.

† 1 *Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.* Nam de eius martyrio fit in ecclesia solemnitas magna.

3 *Dextera Domini fecit virtutem*, Per quam steti.

5 *Dextera Domini exaltauit me*, Ad palatium cœli.

7 *Non moriar, sed viuam*, Morte culpæ nec gehennæ, *Sed viuam*, Vita gloriæ.

8 *Et narrabo opera Domini*, Id est, narrari faciam in miraculis, quæ Deus faciet ad testimonium meæ glorificationis.

9 *Castigans castigauit me Dominus*, Pro venialibus, quæ contingunt etiam in perfectis honoribus.

10 *Et morti non tradidit me*, Id est, mortali culpæ.

11 *Aperite mihi por.* Scilicet portas cœli, quas non intrant, nisi iustificati perfectè.

12 *Ingressus in eas confitebor Domino.* Nam in patria est confessiõ laudis sempiterna.

† Lapidem

☞ Q. d. Et quia Dominus non tradidit me morti. Ergo ô vos per-
A secutores instate, & *aperite mihi portas iustitiæ*, id est, portas mortis, per quas iusti intrant in requiem. Et ego *ingressus in eam*, id est, per eas ad vitam, *Confitebor Domino, quia hæc porta Domini est*, id est, qua itur ad Dominum; vel quia Dominus exiuit de mũ-
Psal. 67. c. do, vnde alibi, *Et domini domini exitus mortis*; & *iusti* imitantes Christum *intrabunt in eam*, id est, per eam ad vitam.

✠ Evthym. Per portas iustitiæ, tabernaculi portas intellige, seu Ecclesiarum, quæ vbique locorum
B sunt, in quibus iustitia vna cum reliquis virtutibus alitur, & intra quas B. Dauid ingressus, per psalmos suos condignas pro tantis beneficijs Domino gratias agit.

¶ Est. a ¶ Id est, per eam in cœlum, vbi non iam boni & mali permisti. b ¶ In laude gratias agens. ¶ Inquam ti. Do.

a hæc porta Domini, iusti intrabunt in eã. Confitẽbor tibi,

a ¶ In salu. nam. Lapidem. Ecce per quem. ¶ Quis est salus. ¶ Ecce lapis, scilicet Christus.

quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem. Lapidem

a ¶ Volentes suam iustitiam constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. b ¶ Vt duos parietes Iudæorum & gentium conderet in se.

b quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput an-

a ¶ Non ab his, quibus passus, quamuis non nisi per passionem; sed à Domino, qui occultè ædificabat. b ¶ Vt sit caput anguli. ¶ Factus est lapis, secundum quod homo. c ¶ Quod Deus homo. d ¶ Interioribus.

c guli. A Dõmino factum est istud, & est mirabile in oculis

a ¶ Credentium, non carnalium, qui reprobauerunt. b ¶ Mei dies veteres. c ¶ Id est, quam mihi in salutem dedit, vnde: Tempore accepto exte: & in die salutis adiu. te. Aliàs quem. d ¶ Ergo. ¶ Mente.

† hic. d nostris. † Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus,

a *Hæc porta domini.* ✠ Evthymius. De qua dominus in Euangelijs ait, *intrat per angustam portam*; vel illa porta, quæ ad Christum ducit; & deinde addit, quod *iusti* tantum *intrabunt in eam*, hoc est per eam, ob quod ipse etiam Christus dixit, quod pauci sunt qui inueniunt eum.

✠ Basilivs. Sunt portæ perditionis, sunt portæ vitæ; Quoniam igitur multæ sunt, ideò insigne Dominicæ portę dicit; Insigne huius est quod castigati per eam ingrediuntur.

b *Ædificantes.* Avgvstin. Soli Iudæi Deum colentes ædificabant, alijs per idolatriam destructis; sed non perfecerunt, quia
C Christum contempserunt.

✠ Evthymivs. Sacerdotum principes intelligit, ac scribas, & doctores Iudeorum, quibus commissa fuerat cura ędificãdi, & perficiendi populum in fundamento legis. Lapis verò Christus est, ob summam soliditatem & instantiam aduersus omnia vitia; *peccatum*, inquit, *non fecit*; Reprobatus verò ab ædificãtibus, vt inutilis, quia Iudæi Samaritanum eum dicebant, & negabant eum esse à Deo, quinimò populi seductorem appellabant; Verùm ita postmodum approbatus fuit, vt factus sit in caput anguli, effectus nimirum angularis lapis, quia in seipso duos populos in vnam fidem iniunxit. Vel per angulum intelligit Ecclesiam fidelium, quia quemadmodum angulus facit duos parietes in se coniungi: Ita ecclesia duorum populorũ coniunctionem, atque vnitatem operatur. Huius autem Ecclesiæ Christus caput est, tanquam vnicum, præcipuum, ac principale membrum; nec tantum caput, sed coniunctio, vinculum ac fundamentum. D

c *A Domino factum*, Vel, *A Domino factum est ei*, secundum aliã literam, Avgvst. Id est, ad honorem patris.

✠ Beda. Dixit, quod lapidem reprobauerunt ædificantes, & istud, scilicet reprobatio illa, facta est à Domino, id est, per dispositionem Domini patris, qui voluit, *vt cæcitas ex parte fieret in Israël, vt plenitudo gentium intraret; & sic omnis Israel saluus fieret*; & ideò hoc est *mirabile*, id est, formidabile *in oculis nostris*, scilicet vt aliquis altum non sapiat, sed timeat; quia si Deus *naturalibus ramis non pepercit* vsque adhuc, nec sibi *inserto oleastro* parcet. E

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

✠ Basilivs. Non erat humanum, quod factum est? nec angelicum, sed ipsius Dei opus, *mirab. in oc. nost.* credentium, scilicet non enim omnibus innotuit.

d *Hæc est dies.* Hic est annus iubileus figuraliter sub lege obseruatus, qui dicitur remittẽs, vel initians, quia tunc serui manu mittebantur, possessiones dominis restituebantur: & nos hac die à seruitute peccati redempti sumus, quibus est hæreditas restituta æterna.

Cassiod. *Hæc est dies quam fecit Dominus.* Etsi omnes fecit, hanc singulariter, qua Dominus venit, in qua conuenit lætari, quia diabolus ius perdidit, homo reuixit, & quia hoc F est, O d.

✠ Beda. Meritò hoc mirari debemus, quia *hæc dies*, id est, hoc tempus dispositionis antiquæ, reparationis nouæ, fœlicitatis æternæ, de quo dicit Apostolus, *Ecce nunc tempus acceptabile. &c.* In quo scilicet tempore, factus est lapis, ab ædificantibus reprobatus, in caput anguli. *Hæc*, inquam *dies* est illa, *quam* solam *Dominus* per excellentiam *fecit*, & ideò in ea est *exultandum* corpore, vt *lætandum* mente.

✠ Evthym. Per *diem*, mundi fœlicitatem intelligit. Nam quemadmodum scriptura sæpè diem malum dicit, non vt solarem diei cursum aliquem multum designet, sed mala illa quę in eo die sunt: Ita etiam per bonum diem, bona illa intelligit, quæ in eo die perfici contingit; prædicare igitur vult propheta, summa illa bona, quæ in die resurrectionis Domini futura erant, & quæ Christus ipse operatus est.

☞ *O Domine*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hæc porta domini. *Id est, ipse Christus, qui dicitur hic porta in singulari, quia omnes articuli fidei, & etiam sacramenta ecclesiæ, quę dicuntur portæ in plurali, non habet efficaciam, nisi ab vno Christo, quia omnes articuli sunt de eius diuinitate, vel humanitate; & omnia sacramẽta fluxerunt de latere eius dormiẽtis in cruce, & ideo dicitur hic porta in singulari, secũdum quod ipse dicit Ioan. 10 b.* Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur, *& ideo subditur,*

2 Iusti intr. *Per fidem & deuotionem, & sic per eã intrabunt gloriã,*

3 Confitebor tibi, quon. exaud. me. *Dauid enim, & alij sancti in limbo detenti, hoc confessi sunt, quando Christus eduxit eos de loco inferni, & quia hoc fuit per meritum suæ passionis, ideo subditur,*

4 Lapidem. *Scilicet Christum, qui vocatus est* lapis, *vt suprà allegatum est, & etiam Dan 2. c. vbi dicitur de Christo*; Lapis autem qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram, *quod intelligitur de Christo secũdum expositores Hebraicos & Latinos.*

5 Quem reproba. ædific. *Id est, sacerdotes Iudæorum, & doctores, ad quorum spectabat officium ædificare in fide & moribus populum.*

6 Hic factus est in caput anguli. *Constituens vnam ecclesiam ex Iudæis & gẽtibus, cuius ipse est caput & pastor. Propter quod dicit Ioã. 10. c.* Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet portet me adducere, & fiat vnum ouile, & vnus pastor.

7 A Domino fa. *Id est. à Domino Iesu Christo facta est ista vnio.*

8 Et est mirabi. in ocu. *Fideles enim, qui ex Iudæis crediderunt in Christum, admirati fuerunt, quãdo viderunt spiritum sanctum dari in signo visibili Cornelio, & alijs Gentibus, qui erant cum eo. Act. 10. g.* Et obstupuerunt ex circuncisione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritussancti effusa est, *quæ gratia vniuit Gentiles & Iudæos in vna Christi ecclesia.*

9 Hæc est dies. *Hic consequenter ponitur gratiarum actio, cùm dicitur,* Hæc est dies. *Id est, tempus noui Testamenti, quod vocatur* dies *ratione veritatis reuelatæ, quæ latebat in veteri Testamento sub figuratum obscuritate; Propter quod Paulus Rom. 13. c. vocat vetus Testamentum noctem, & nouum diem, dicens,* Nox præcessit, dies autem appropinquabit, *&c.*

10 Quam fecit Dominus, *Licèt facit omnia tempora generaliter, dicitur tamen facere aliquod tempus specialiter, propter bonum, quod in illo contingit: secundum modum vsitatum loquendi, quem tenet hic scriptura loquendo de tempore Christi.*

11 Exultemus & læt. *Id est, interius & exterius, tamen cũ modestia deuotionis, secundum illud Psa. 83. a.* Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. *Consequenter conuertit se Dauid ad deprecandum Christum de salute æterna obtinenda per ipsum, dicens,*

✠ O Do-

MORALITER.

† 4 *Lapidem.* Hìc agitur de secundo principali, scilicet de Christi aduentu spirituali, cùm dicitur, *Lapidem quem reproba.* Id est, Christus, quem reprobauerunt scribæ & sacerdotes.

6 *Hic factus est in caput anguli, &c.* Coniungens charitate fidelium mentes, per quam venit ad humanam mentem.

7 *A Domino factum est, &c.* Nam ab alio fieri non potest.

9 *Hæc est dies, &c.* Id est, præsentia solis iustitiæ, quem in nobis facit ipsemet Iesus Christus.

11 *Exultemus, &c.* Sicut dicitur Philip. 4. a. *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete, &c.* Et quoniam augmentum gratiæ est valde desiderandum, subditur,

† O Do-

a *O Domine saluum, &c.* Ecce desiderium magnæ petitionis.
A *Saluum*, de clade seculi; *Prosperare*, vt dolores isti vertantur in æterna gaudia.
b *Benedictus, &c.* CASSIOD. Quartò frequentari atria Dei suadet, de aduentu Christi gaudens.
Benedictus qui venit.
AVGVSTIN. Maledictus ergo qui venit in nomine suo; vnde Dominus in euangelio, *Ego veni in nomine patris mei, &* Ioan.5.g. *non accepistis me: Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis*, qui erit maledictus.
CASSIODORVS. *Benedictus*. Laus de aduentu, & ô reliqui Christiani, nos maiores quasi sacerdotes. *benedixim⁹ vobis*,
B quod multum prodest, quia benedix.vo.de do.Dom.
✠ EVTHYMIVS. Hoc etiam ad Christum pertinet, qui dicitur venire *in nomine Domini*, hoc est à Domino patre, atque ab eius substantia, adeò quod Dei nomen habet, estque, & appellatur Deus.
c *De domo.* CASS. Id est, ecclesia catholica, vnde baptismus, & omnis benedictio; imò Deus dominus benedixit vos, *Et illuxit*, fugans tenebras peccati; & vos iam benedicti, *Constituite diem solennem*, custodientes diem, qui honori Dei sacratus est; *Ad cornu*: ad literam, vt communicent corpori Christi, vt in festis solet, vel, *constituite* mente, tendentes *ad cornu*, id est, ad potestatem *altaris*, id est, sacramẽti: vnde, *Introibo ad altare Dei*. Ego autem pro me dico *Deus meus*. *Confitebor tibi:* hic versus suprà, sed & hic, quia læta confessio post beneficia.
✠ EVTHYMIVS. Qui estis ex domo Domini, qui estis ecclesiæ grex, & dignis effecti, quibus benedicimus.
✠ BASILIVS. Vnde est ista fœlicitas? *Quoniam Deus Dominus est*, inquit, *& illuxit nobis*; loquitur verò de incarnatione, quod cùm Deus esset, per carnem mundo apparuit. Cùm verò dicit, *Et illuxit nobis*, de dispensatione illius loquitur.
C *De domo Domini.* CAS. Id est, ecclesia catholica. Hæc est terra
Exod.3.b. sancta, de qua Dominus ad Moysen, *Tolle calceamenta de pedibus tuis, Terra enim in quo stas, terra sancta est.* Hæc est terra bona in euangelio, quę profert fructum triceſimum, ſexageſimum, centeſimum: in qua ſtare debemus, erecti vtique ad cœleſtia, non iacere, graues terrenorum torpore: ſoluentes calceamenta de pedibus noſtris, id eſt, opera mortua de affectibus noſtris.
Matt.13.b.
d *Constituite di.* AVG. Magni, qui excedunt, qui mente verbum Deum apud Deum contingunt; paruulis ſe contemperant, eos benedicunt de interiori domo Dei, vbi laus in ſecula ſeculorum. Sed quid inde nuntiatur? hoc, quod Dominus, qui *venit in nomine Domini*; quem reprobauerunt ędificantes; Deus eſt, æqualis patri, & *illuxit nobis*, vt quod credimus, intelligeremus, & vobis nuntiaremus; vt autem & vos intelligatis, *Conſtituite diem ſolennem in condenſis*. id eſt, frequentationibus, *In voce exultationis & confeſſ.ſo.epu.* ambulando in loco *tabernaculi ad. vſque ad domum Dei*.
AVG. *Conſtituite diem ſo.* Id eſt, eius deſiderio aſſiduè quiſque ſe affligat, donec ad ſuperni ſacrificij altitudinem, id eſt, ad æterna gaudia attingat. D
e *Diem ſolennem.* In veteri lege paſcha, pentecoſte, ſcenophegia, tres præcipuæ ſolennitates, in quibus præceptum, vt nemo vacuus in conſpectu Domini appareret. Deut.16.c. Vacuus eſt, qui in ſe, Chriſtum non habet, qui eſt fundamentũ, quod nemo mutare valet. Inde eſt quòd illis tribus ſolennitatibus fidelis populus numum offert manuali oblatione, interiorem ſignificans. In numo enim nomen & imago regis. Quiſque ergo ſpiritualiter numum offerat, vt *nomen* regis, id eſt, Chriſti, in ſe habeat, à Chriſto Chriſtianus dictus; †da, obſecro, proſperitatem. †feſtum in cõfrequentationibus.
Et *imaginem*, id eſt, animam lumine vultus eius inſignitam Deo exhibeat. E
✠ BASIL. *Conſtituite diem.* Secundum alium interpretem eſt, *ſacrificate ſacrificia*, rurſus ſecundum alium, *ſerta & ramos ſuſpendite in templo*, vtrùm autem firmum ſit, feſtum diem & Panegyrim ſignificat.
✠ EVTHYMIVS. Hoc ſermone omninò illud ſuademur, vt celebrem Deo ac ſplendidam ſolennitatem agamus, quæ iuxta Hebræos agenda eſt, vel in ſacrificijs, quibus altare tegi ac operiri ſolet, vſque ad eius extremitates, vel in florentibus coronis, atque in virentibus arborum ramis; Iuxta fideles verò, ſpiritualibus eſt celebranda ſacrificijs, & virtutum coronis, bonorumque operum ramis, quorum denſitate ac copia inuiſibile animæ noſtræ obtegatur altare.
f *Cornu altaris.* CAS. vel per *altare* intelligitur ſacramentum corporis & ſanguinis. *Cornu altaris* eſt poteſtas, id eſt, virtus ipſius ſacramenti. Multi enim ſumunt ſacramentum, & non rem, vt mali. Boni verò ſacramentum & rem ſacramenti percipiunt, quæ eſt ſpiritualis caro Chriſti, de qua ipſe ait, *Si quis non manducauerit carnem meam, & non biberit ſanguinem meum, non habebit vitam æternam.* Ioan.6.f.
Vel, *altare* intelligitur mens hominis: Vnde in lege præceptũ F
Exod.27.a. fuit fieri altare quadrangulum & concauum; Ideo quadrangulum, quia mens humana quatuor virtutibus muniri debet, prudentia, iuſtitia, fortitudine, temperantia; Eadem debet eſſe concaua ad recipiendum verbum Dei, atque ignem dilectionis. Tumor enim infuſa repellit: vnde in Leuitico præceptum eſt, veſiculã gutturis, & plumam proijci, quãdo turtur vel colũba offertur: Veſicula inflationẽ ſuperbię ſignificat; plumæ inanes inquiſitiones ſublimium; hæc ergo proijce, vt ſis altare concauum. Leuit.1.d.
BEDA. *Altare* vocat, ad ſimilitudinem, cæleſte illud ſecretarium, vbi Chriſtus verus ſacerdos & hoſtia, quotidie ſe offert Deo patri pro nobis. Non enim vult, vt tantum ſubſiſtãt in eius humanitate, ſed vt contemplentur ipſam etiam diuinitatem.
g *Vſque ad cor.al. &c.* AVGVST. Eundo vſque ad eminentiam mentis, quæ eſt altare, id eſt, ad contemplationem, dicentes, *Deus meus es tu.*
h *Deus meus es tu.* Et vt apertius dicamus, iſtorum verborum

☞ hic eſt

NICOLAVS DE LIRA.

1 O Domine ſaluum me fac, *Educendo me de limbo cũ patribus ſanctis.*
2 O Domine bene proſperare, *Multiplicando eccleſiam tuam in fidelibus tuis.*
3 Bened.qui ve.in no.Do. *Id eſt, Chriſtus qui venit in nomine patris, pro ſalute mũdi; & hoc modo cantabant pueri Chriſto ad paſſionẽ venienti Matth.21. Et de illa laude videtur hic Dauid prophetaſſe.*
4 Benediximus vobis, &c. *Hoc eſt verbum apoſtolorum Chriſti, qui fuerunt primi in domo eius, qua eſt eccleſia, & benedixerunt populis, veritatem euangelij nuntiando, & ſacramenta miniſtrando; & vnde habuerunt hanc poteſtatem, ſubditur,*
5 Deus do. illu. no. *Id eſt, Chriſtus Dominus noſter, qui eſt verus Deus ipſe illuxit nobis ſpiritũ ſanctum conferẽdo ad ſcripturas intelligendũ, & ſacramẽta eccleſiaſtica conferendũ, & quia eadem poteſtas remanet in rectoribus eccleſię, ideo ad eos ſermo dirigitur, cùm dicitur:*
6 Conſtituite diem ſo. *Id eſt, dies ſolennes natiuitatis Chriſti, reſurrectionis, aſcenſionis & conſimiles, qui conſtituti ſunt ſolennes per eccleſiam.*
7 In condenſis. *Id eſt, vt populus fidelis conueniat ad eccleſiam in denſitate plebis; ideo ſubditur,*
8 Vſq; ad cor.alt. *Q d. ita quod eccleſia impleatur populo & clero.*
9 Deus meus es tu, *Ieſu Chriſte,*
10 Confitebor, *Confeſſione laudis.*

5 Deus

MORALITER.

† 1 *O Domine ſaluum me fac, ô Domine proſp. &c.* In nobis augendo donum gratiæ: & quoniam ciues cœleſtes in hoc nos adiuuent, in eorum perſona ſubditur,

4 *Benediximus*

4 *Benediximus vobis, &c.* Imprecando vobis eius bona cœleſtia, ſicut ea dedit vobis.
6 *Conſtituite diem ſo.in con.* Id eſt, in frequentia magna cleri & populi in eccleſia militante, dicentes, quod ſequitur,

† *Deus*

☞ hic est sensus: Non sufficiat in terra iste dies festus, quo agnus occisus est: sed constituatur in frequẽtationibus quousque peruenientur mentibus exaltatis ad interiorem eius deitatem, vbi laudes cantabimus

¶ Quidquid alij, ego.

Deo, meus es tu, & exaltabo te. Confitebor tibi, quoniã exaudisti me, & factus es mihi in salutem. Cõfitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

a ¶ Et sicut ego, ita & vos, sicut monui à principio.

mus, ita *Deus meus es tu, & cõfitebor tibi, quoniã ex.* Itaq; sicut cepit laudem, ita terminat.

a *Confi. Do.* ab initio quod deseruimus in finem quo redimus, non est salubrius aliquid, quod delectet, quàm laus Dei.

☞ GLOSSA

1 2 3 4 5

NICOLAVS DE LIRA.

1 Deus meus. *Tua magnalia enarrando. In diebus enim solemnibus maxime debet in ecclesia fieri talis confessio & enarratio.*

2 Confitebor tibi. *Vox est ecclesiæ Deum laudantis.*

3 Quoniam exaudisti me, &c. *Deprecantem te deuotè.*

4 Et factus es mihi in salu. *Conferendo gratiam in præsenti, & gloriam in futuro: propter quod inuitantur omnes generaliter ad Dei laudem, cum dicitur,*

5 Confitemini. *Et exponatur sicut in principio psal. quia hic versus in fine resumitur sicut in cantilenis solet fieri.*

4 Et

NICO-

MORALITER.

† 1 *Deus meus es tu & con.* Confessione laudis eorde & ore. Cætera patent.

ADDITIO.

In psal. 117. Confiremini Domino.

Iste psal. est, vltimus istius hymni magni, qui incipit ab illo psal. Laudate pueri do. &c. *vt dictũ est, & finitur in hoc psal. qui continuatur præcedenti sic: Nam in præcedẽti psalmo Psalmista tractauit breuissime de statu ecclesiæ per orbem dilatatæ post primitiuam, de quo solum declarauit vnionem gentium cum Iudæis in vnam ecclesiam, vt dictũ est. In hoc verò psal agit de statu ecclesiæ sic dilatatæ, in quo floruerunt multi sancti doctores, & pontifices, similiter & cõfessores, & virgines,*

Circà quod vndecim facit. Nã primò vniuersaliter inuitat ad Dei laudem omnes di. Confite. do. quo. bo. &c. *Cuius sententia est, Nam Deo reddẽda est confessio laudis principaliter ex duobus: Primo ex sua bonitate ineffabili in seipso, de quo dicit,* Quoniam bonus, *supple est, scilicet naturaliter, & secundum essentiam; Secundo modo, quia ex sua misericordia alios facit bonos, & de hoc dicit,* Quoniam in seculum misericordia eius, *& sic continuat se Psalmista cum vltimo versu præcedentis psalmi vbi dixerat,* Quoniam multiplicata est super nos misericordia eius, *volẽs in hoc psalmo specialius declarare quomodo misericordia Dei participatur in Ecclesia, quæ quidem participatio aliquo modo in distinctione sanctorum relucet.*

Consequenter secundo distinguit gradus seu ordines sanctorum in ecclesia prædicto modo dilatata pro variis temporibus existẽtium, & hoc tripliciter, scilicet cùm dicit, Dicat nunc Israel, &c. Dicat nũc domus Aaron &c. Dicat tunc qui timent dominum, &c. *vt intelligatur quod dicit.* Dicat nunc Israel, *specialiter de sanctis confessoribus: Qui videntes Deum per fidem (iuxta illud i. Corin. 13. d.* Videmus nunc per speculum) *alijs eandem fidem confitentur, Intelligitur etiã quod dicit,* Dicat nunc domus Aaron, *de pontificibus seu sacerdotibus sanctis, & cum hoc de sanctis doctoribus: Ex officio enim competit sacerdotibus, & maximè põtificibus, doctrina legis diuinæ Malac. 2. b.* Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent de ore eius. *Intelligatur etiam quod dicitur,* Dicant nunc qui timent dominum, *de his qui ex timore Dei filiali carnis maceratione se castigant, vt virgines, & cæteri religiosè viuentes.*

Consequenter tertio specialius declarat diuinam misericordiã circa Ecclesiam dilatatam di. De tribulatione inuocaui dominum; *& est sensus, quod ecclesia primitiua maximis angustijs tribulata inuocabat dominum pro relenatione harũ tribulationũ, quã Deus exaudiuit, eam dilatando, ideo subdit:* Et exaudiuit me in latitudine dominus.

Consequenter quarto ostendit, quomodo facta fuit talis dilatatio, scilicet *per diuinum adiutorium contra humanas persecutiones: & de hoc dicit,* Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. *Et,* Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos.

Consequenter quinto ex dictis excludit, quod bonum est confidere in domino, *& quod hoc per experientiam viderat impletũ in dilatatione ecclesiæ, quæ fuerat prius oppressa tam sub hominibus vulgaris status, quàm sub principibus terræ, vt patet in historijs, vnde dicit,* Bonum est confidere in domino. *Et:* Bonum est sperare in domino quàm sperare in principibus.

Cõsequẽter sexto dicit: Omnes gẽtes circũdederũt me. *Ad quod sciẽdũ, quod licet in ecclesia ita dilatata cessauerint, seu mitigatæ fuerunt acerbæ persecutiones corporales, quantum ad publicum statũ: surrexerunt tamen persecutiones spirituales latentes, vnde Gregorius in homilia:* Pugnauit ecclesia (*scilicet primitiua*) aduersus leonẽ: pugnat modo aduersus draconẽ. *Cuius quidem pugnæ tria sunt genera principalia: Quorũ vnũ est hominũ malè viuẽtium, quorũ vitæ exẽplo sæpe simplices decipiũtur, Et de istis dicit in persona ecclesiæ scilicet iustorum:* Omnes gentes circũdederũt me, *id est, gentiliter viuẽtes: quos ecclesia Dei quãdoque superat: Nam sæpe tales in nomine Domini, id est, diuina virtute conuersi ad iustitiam, & pœnas sustinent pœnitẽdo; Et de hac vltione dicit,* Et in nomine Domini, quia vltus sum in eos. *Secundũ genus pugnæ est diabolica tentatio, de quo dicit,* Circũdantes circundederunt me; *Diabolus enim ad deuorandum homines communiter circũit, Vnde prima Petri quinto, c.* Aduersarius vester diabolus circũit, quærens quem deuoret. *Et Iob 1. b. in persona diaboli dicit.* Circũiui terram & perambulaui, &c. *Et de istis intelligitur,* Circundantes circundederunt me: *quasi diceret, diaboli, qui ex rabie suæ malitiæ circundantes sunt per orbem, modo prædicto circũdederunt me ad deuorandum. Et quia in istos diuina virtute semper infliguntur pœnæ gehennales, ideo dicit,* Et in nomine Domini, quia vltus sum in eos. *Tertium genus prædictæ pugnæ est hæreticorũ, qui falsas doctrinas suggerentes quotidie impugnãt ecclesiã: de quibus dicitur,* Circundederũt me sicut apes. *Apes enim mel portant, & cum aculeo pungunt: sic hæretici eloquia diuina (de quibus dicit.* Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua Domine, &c.) *allegant; Sed cum hoc ladunt fidem veram pungendo seu corrumpendo. Similiter tales fingunt se quandoque illuminare scripturas, quod non faciunt, sed eas deuastant & consumunt. Vnde de eis dicit,* Et exarserunt sicut ignis. *Hæretici enim, eo quod fideles, quantum in se est, consumunt, ignis dicuntur à sanctis patribus, Vnde vigesima quarta quæstione tertia.* Arrius vna scintilla erat in Alexandria, *&c. Dicitur autem,* & spinis, *quia sicut cõmuniter exponitur illud verbum Eccles. 7. a.* Sicut sonitus spinarũ sub olla ardente, sic risus stulti, &c. *Ignis in spinis magnũ sonum & inutilem facit, & cito cõsumit & deuastat. Quod etiam faciunt hæretici, nõ magna, sed sonorosa loquentes, sine aliqua vtilitate, sed potius cũ deuastatione spirituali. Sequitur,* Et in nomine Domini, quia vltus sum in eos: *scilicet eos quandoque conuertendo; & sic patiuntur pœnas pœnitentiæ, vt suprà dictum est. Vel quandoque per vltionem seu vindictam temporalem, scilicet quando igni traduntur iudicio ecclesiæ. Et sic* in nomine Domini quia vltus sum. *Et quia huiusmodi persecutiones, specialiter hæreticorum, aliquando fuerunt tam validæ, quod videbatur fides quasi subuerti. sicut patet de hæresi Arrianorum, quæ totam ecclesiam maximè turbauit, & de alijs hæresibus, prout in historijs ecclesiasticis habetur; ideo subdit,* Impulsus euersus sum vt caderẽ, & Dominus susceptit me. *Qualiter autẽ Dominus susceperit ecclesiã ne caderet, subditur dicens,* Fortitudo mea & laus mea Dominus. *Et quia non solum dedit Deus fortitudinem ecclesiæ, vt possit aduersarijs resistere, declinando pericula per eos inducta, sed etiam de eis triũphum præstando, dicitur,* Et factus est mihi in salutem.

Consequenter septimo ostendit, quod per doctores sanctos ecclesiæ spiritualis triũphus habetur de hæreticis, & de hoc dicit, Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. *Nam talis victoria non attingitur per arma corporalia, sed per vocem sacræ doctrinæ, quæ latificat, iuxta illud psal.* Iustitiæ Domini rectæ lętificantes corda. *Doctrina autem vera salutaris communiter acquiritur à viris vacãtibus studio in tabernaculis, iuxta illud Deuter. 33 c.* Lętare Issachar in tabernaculis tuis: *Quod sic exponitur, nam illi de tribu Issachar non intendebant negotiationibus, sicut illi de tribu Zabulon conuicini sui, sed vacabant in tabernaculis studio scripturæ, & ideo de eis erant quamplurimi doctores legis diuinæ, vt ibidem dicitur.*

Vnde propriè Psalmista dicit, quod vox istius salutis, quæ ab hæreticis ecclesiam tuebatur, personabat in tabernaculis iustorũ, scilicet in studijs sanctorum Doctorum. Et ne ista victoria humano ingenio attribueretur, subdit. Dextera Domini fecit virtutem. *Et notanter repetit ter:* Dextera Domini, *Et in primo loco, & in tertio seu vltimo subiungit,* Fecit virtutem, *In medio autem loco dicit,* Dextera Domini exaltauit me; *ad denotãdum, quod principiũ, & finis huius victoriæ, soli virtuti diuinæ attribuẽdum est: Medium autem, scilicet huius victoriæ attribuendum est humano ingenio, tanquam instrumento à Deo exaltato; vnde*

vnde in medio, loco dixit, Dextera Domini exaltauit me.

Cõsequenter octauo dicit, Non moriar, sed viuã. *Quod videtur referri ad illud, quod dixerat in psal.* Credidi, propter quod locutus, &c. *qui est quartus psal. huius hymni: Ibi enim Psal. tractans de martyribus dixit,* Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorũ eius, *vt ibidem fuit expositum. Et ne quis putaret, quod sancti doctores non essent magni in conspectu Domini, eo quod non fuerunt talem mortem pretiosam consecuti, ideo dixit,* Non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini. *Quasi diceret, quilibet sanctus doctor, licet ego nõ moriar pro Deo tanquam martyr, viuo tamen Deo, vt narrem opera Domini contra hæreticos impugnatores. Et quia isti doctores sancti, licet nõ fuerunt mortui pro Christo per martyrium corporale, fuerunt tamen multa passi incommoda, & anxietates, similiter martyria intrinseca per abstinentias & vigilias, & huiusmodi, ideo subdit,* Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me. *Hoc est dicere, licèt morti non sui traditus à Deo per martyrium extrinsecum, eo quod disposuerat de me vt narrarem opera Domini,* Castigans *tamen* castigauit me, *id est, multipliciter castigauit me modo prædicto, quod quodãmodo est martyrium.*

Consequenter nono, quasi loquẽs populus fideliũ ad huiusmodi doctores sanctos, dicit, Aperite mihi portas iustitię, *id est, exponite mihi doctrinam sacræ scripturæ, per quam homo iustificatur. Talis enim expositio seu declaratio, apertio dicitur, vnde Luc. 24. g.* Aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas; Et ingressus in eas cõfitebor domino, *quia per scripturas rectè intellectas intratur ad confessionẽ Dei, scilicet confessionem fidei & laudis; & sequitur,* Hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam; *Cuius sensus est, quod intellectus sanus scripturæ sacræ per sanctos doctores apertus, est porta Domini, per quam iusti intrant ad laudem Dei, & fidei confessionem.*

Consequenter decimo, populus hoc, quod petebat, habens. scilicet apertionem portarum iustitiæ, Deo loquitur, reddens gratiarũ actiones, & hoc est cum dicit, Confitebor tibi quoniam exaudisti me, *scilicet aperiendo mihi per tuos sanctos doctores portas iustitiæ, quibus possem tibi rectè confiteri, & verè cognoscere, quod* factus es mihi in salutẽ, *id est, meus saluator.*

Consequenter vndecimo ostendens quomodo factus est Deus saluator subdit: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. *Exponatur hic versus & sequens de Christo lapide angulari, prout in Postil.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Halleluia* ℵ *Aleph.* Ambros. Psalmus iste institutor est fidelium, paradisus omnium pomorum, quanto in superficie videtur apertior, tanto profundior, similibus verbis contextus.

Cassiodorvs. Vbi generalis iustus loquitur, modò profitendo, quod accepit; modò iterum eadem sperãdo, quæ meruit; nulla confusione permistus, sed nouitate rerum literis mutatis explicatur.

Ambros. In hoc psal. tot sunt octonarij } quot elementa apud b
B Hebræos, id est, 22. & singuli per omnes versus incipiunt à singulis

¶ Doctrinæ.

Halleluia. ℵ Aleph. PSAL. CXVIII.

a ¶ Olim miser homo pollutus; nunc contra si in via. & si ambulat in lege. Non sine peccato, sed sine criminali.

Beati immaculati

elementis per ordinem; per quod innuit, quod hæc sunt elemẽta & omnimoda doctrina ad beatitudinem, cuius doctrinæ partes congruis interpretationibus nominum elementorum designantur. Octonarius ipse singulis distinctionibus innuit, quod vnaquæque pars perfecta est, & sufficit, vt si quis eam seruet in vita septem dierum, perueniat ad octauam resurrectionis. Vel, circũcisio cordis significatur.

Ambros. Omnis moralis doctrina suauis est, in qua hic psal. eminet, quasi sol pleni luminis meridiano calore feruens, per literas Hebræi alphabeti digestus: vt sicut pueri in primis literis
C vsum dicendi sumunt: ita nos huiusmodi elementis vsum viuendi vsque ad maturitatem. Singulis literis versus octoni subijciuntur, vt vnitatem deitatis, quę omnia regit, docerent: & purgationem legitimæ sanctificationis; Octaua enim die & circũcisio fit ex lege, & in Christi resurrectione sumus ei conuiuificati.

Titulus est *Halleluia,* quia in his Deus laudatur, in quibus est remissio peccatorum. *Aleph* doctrina interpretatur, plenos ergo doctrinæ sequentes versus attende. Prius *immaculati in via,* pòst *scrutantur;* antè enim vita, quàm doctrina; bona vita etiam sola gratiam habet: Doctrina sine vita non est integra, *Quia in maleuolam animam non introibit sapientia;* vnde dicitur, *Quærent me mali, & non inuenient.* Prius ergo corrigenda est vita, inde quærenda cognitio. Prima ergo sunt moralia, secunda mystica. In illis vita, in his cognitio, sine vtraque verò non est perfectio. Idem ordo in primo psalm. *Beatus* qui non recessit à via iustitiæ, inde in lege meditatur. D Sap. 1.

Aleph. Ambros. Id est, doctrina, quod est commune toti Psalmo, & quasi prologus, quia cùm cõstat, quod omnes volunt esse beati, etiã mali; His, quæ desiderat, adeptis, docet, quod plurimi nesciunt, quomo- E
I do veri beati; ne quis iam erret de via beatitudinis. Chorus sanctorum loquitur à primo iusto ad vltimum, quasi, diuersi diuersa quærũt quibus beati sunt: Sed hæc est via, qui volunt esse beati, sint immaculati, & vt de fidelibus, non de Christo accipiatur.

Ambros. Singulæ literæ sunt quasi tituli suorum versuum continentiam eorum declarantes.

Ambros. Elementa scholæ Christi. Omnia perfecto numero iustorum. Partes sunt secundum numerum literarum.

✠ Beda. Totus hic psalmus, qui exhortationibus & institutionibus plenus est, sub persona canitur iustorum in Babylonica captiuitate degentium, qui miscent interdum voces populo conuenientes, vt & humiliter exæquent se reis in confessione culparum, vt doceant ista ob meritum populo contigisse. Aliter vox Christi ad patrem, & de Iudæis, & de passione sua. F

PSALMVS CXVIII.

b Beati immaculati. Cassiodorvs. Definitio beati per actus, qui in Christo sine macula, ambulans in lege, & sic scrutans vt prouehatur, aliter non est dignus perquirere, nisi sit probabilis vitæ. Definitio beati.

Cassiodorvs. *Immaculati* pluraliter, vt de fidelibus, non de Christo accipiatur.

☞ *In via*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXVIII.

1 Beati immaculati. *Huic psal. præmittitur pro tit.* Halleluia, *cuius expositio patuit sup. per titul. vero non apparet author psal. tenetur tamen quod fuit propheta sanctus quicunque fuerit. Est autem psal. alphabeticus. Alio tamen modo, quàm alij alphabetici, quùm in isto sub qualibet litera Hebraici alphabeti ponuntur octo versus per ordinem, ita quod omnes versus primi octonarij incipiunt per literam* aleph, *quæ est prima litera, & omnes versus secũdi octonarij per* beth, *quæ est secunda, & sic consequenter de alijs. Et quia translator non potuit sic trãsferre, quod omnes versus primi octonarij inciperent ab a, quæ est prima litera alphabeti Latini, ideo primo octonario præposuit* aleph, *ad signãdũ quod omnes versus illius octonarij per* aleph *incipiũt in Heb. Currebat autẽ tunc quidam modus specialis verificandi secundum ordinem literarum alphabeti, sicut apud nos in illo hymno:* A solis ortus cardine. *In quo versus incipiũt ordinatè per literas alphabeti Latini, incipiendo ab a, vsque ad g, inclusiuè, vt patet intuenti hymnum illum; sed in hoc Psal. octo versus incipiunt incipiunt à qualibet litera, ibi autem vnus tantũ. Nec video ibi aliam significationem, nisi modum versificandi specialem, vt dixi loquendo de sensu literali. De materia huius psal. sciendum, quòd aliqui doctores exponunt hũ totum de Dauid ad literam. Sed quia in quolibet octonario eadem historias de Dauid repetunt, quod alibi non inuenitur in eodem Psal. nec videtur probabile fuisse intentionẽ Psalmistæ in eodẽ Psalm. toties eandem historiã repetere: ideo alia via intendo procedere. Circa quam sciendum quod secundum plures expositores Catholicos Psal. iste loquitur de beatitudine, quę frequenter in hoc Psal. sub nomine beatitudinis vel vitæ spiritualis memoratur. Beatitudo autem dupliciter habetur. Vno modo in re, & sic habetur tantum in patria: Alio modo in spe, & sic habetur in via per bonorum operum merita, sicut dicit Philosophus 1. Ethic. de fœlicitate politica, quę consistit in vsu virtutũ, quod pueros beatificamus in spe, non quia adhuc operentur virtuose, sed quia videntur bonæ indolis, & apti ad habendum virtutes politicas tempore præcedente. Istur de beatitudine, prout habetur in via, loquitur Psal. iste. Et diuiditur in duas partes, quia primo agitur de beatitudine in generali; secundo de pertinentibus ad ipsam magis in speciali, ibi:* In ✠ quo

Sedulius hunc hymnum per literas principales versuum vsque ad finẽ alphabeti cõscripsit. Mate. Psal.

Beatitudo dupliciter habetur.

MORALITER.

† 1 *Beati immaculati.* Sicut dictum fuit in expositione literali, Psalmus iste loquitur de beatitudine in spe, per quem modum habetur in via, per operum bonorum merita, & sic patet quòd sensus literalis est simpliciter moralis, propter quod de alio pertranseo.

† MO-

☞ a *In via.* ✻ EVTHYMIVS. Per *viam*, transitoriam hanc vitam A intelligit, beatos eos dicens, qui absque reprehensione per eam ambulant, & rectè viuunt.

✻ BASILIVS & THEODORETVS. Qui regiam viam constanter ac rectè ingrediuntur, nec ad dexteram, nec ad sinistram, à præceptis legis exorbitant; *viam* enim vitam vocat, hanc siquidem ab vtero ad sepulchrum vsque ambulamus omnes.

a ¶ Christo, qui via, & veritas, & vita; vel, in lege Domini, quæ est via ad vitam.
b ¶ Quod sunt. c ¶ Deinde. d ¶ Non otiosi. e ¶ Non carnis.
a ¶ Hoc non possunt, nisi perfectè scrutentur.

a in viâ, qui ambulant in lege Domini. Beati qui † scrutatur te-
a ¶ Scripturas. ¶ Si. ¶ Non vt hæretici. b ¶ Non diuiso. ¶ Vnde, Non potestis
Deo seruire, & mammonæ. c ¶ Non alium. d ¶ Hi beati, qui enim operantur
iniqua nondum immaculati qui ambulant in lege, ac per hoc nondum beati.

Ad principium. ✻ HIERONYM. d stimônia eius, in tôto corde exquirunt eûm. Nôn enim
Magnificat immaculatos in via, hic grande quippe opus facit, qui viâ spurcitijs plenam immaculato calle pertransit; sicut Sol, qui, cum per sterquilinia pertranseat, non coinquinatur.
a ¶ Via Christus, viæ prophetæ & apostoli, & omnes prædicatores. ¶ August. Omnes viam fides vna complectitur, qua viuit iustus.

e qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt.

B In sacris literis quotiescunque mentio fit de statu sanctorum in termino, explicatur per terminos significantes quietem: *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis*; Et, *Sedebitis super sedes duodecim iudicantes, &c.* Status verò sanctorum in via, qui consistit in progressu virtutum & meritorum, explicatur per motum: *Sic currite vt comprehendatis; Ad ea quæ priora sunt extendens meipsum, ad destinatum, persequar brauium;* & D. Ioan. *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam, &c.* Sæpeq; hortatur nos scriptura vt ambulemus, & hinc est quod ait Apostolus, *Non arbitror me comprehendisse*, quia semper magna nobis restat via; & animalia Ezech. *ibant & non reuertebantur, & vnumquodque coram facie sua gradietur, in via enim Domini non progredi regredi est*, &, *Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectam diem*, æternitatis scilicet, vbi non est oriens, neque vesperâ.

Psalm. 32. Matth. 20. Ephes. 3. Ioan. 9. Philip. 3. Prouerb. 4.

✻✻ AVG. BEDA. Beatum esse magnum quiddam est, quod omnes volunt, & boni & mali. Nec mirum est bonos propterea esse bonos, vt sint beati: valde verò mirum est malos etiam propterea esse malos, vt sint beati; Quisquis enim mœchatur, aut furtum, vel homicidium, vel quælibet similia admittit, ob hoc talibus intendit, quia beatitudinem per hoc quærit. Sed hęc sunt deuia quædam ad beatitudinem, hos reuocat psalmus, quasi dicat, Quid facitis? quam viam insistitis? non hac rectè itur, nô per hoc peruenietis quò tenditis: Beatitudinem quæritis, sed his vijs in miseriâ incidetis. Frustrà tendendo fatigamini, quò peruenîdo inquinamini: non enim beati inquinati, sed *beati immaculati.*

C

b *Qui ambulant.* Non peccent: Vel, si peccant, pœnitent, prospiciunt & perseuerant.

c *Qui scrutantur.* Aug. *Exquirunt*: hoc possunt & impij, sed iam spe beati, quia sunt inuenturi quod quærunt; non quia scrutantur & quærût beati, sed propter hoc quòd aderit: vt in euãgelio, *Beati qui persecutionem patiuntur*, & qui sturiût. Nô quia hoc, sed propter hoc, quod sequitur, quia ipsorum est regnum cælorum.

✻ THEODORETVS & BASILIVS. *Legem* vocat ab vniuersitatis Deo per diuinum Mosem latam, *mandata* verò & *præcepta* rursus vocat legem, tanquam regio more ab ipso iniunctam & imperatam *Iustificationes* tanquam illam, quæ rectè agentem iustum declarare potest. *Iudicia* autem tanquam diuinas sententias ostendentem & digna præmia eorum, qui secundùm legem, & eorum qui iniquè viuunt. *Testimonia* verò tanquam testantem & demonstrantem, quibus supplicijs obnoxij sunt ij, qui ipsam transgrediuntur: Beatos igitur esse dicit etiam hîc eos, qui Dei testimonia continuè perscrutantur, & in toto corde Deû quærunt: Non cuiuslibet autê est hoc, sed eius, qui virtutis fastigium apprehendit, quandoquidem huiusmodi homo minimè mentem suam in Deum, & in inanes vitæ curas, partitur, sed totum seipsum Deo addicit.

D

✻ BEDA. Non frustra est hoc additum, vidit enim spiritus sanctus multos testimonia scrutari, non vt iusti sint, sed vt docti; non vt faciant sed, vt, quod faciendum est, sciant, ad hoc vt vel laudem hominum, vel aliquod seculare præmium inde acquirât: & ideo addit, *in toto corde &c.* Quod sic intelligendum est, Beati sunt qui scrutantur testimonia Domini, propter id, quod ipsa sunt data, scilicet vt in toto corde, id est, in tota intentione eum tantum in eis exquirant, & exquisitum inueniant: Non enim qui eum exquirunt beati sunt, sed qui eum inueniunt, nondum tamen, sed tantum in spe.

E

✻ AVGVSTINVS. Lex est omne præcepti genus, quod ad omnes homines pertinet, tam qui præsunt, quàm qui aliorum imperio subiecti sunt, &c. Siquidem omnibus hę leges latæ sunt, *Non mœchaberis, non occides, &c.* Eadem verò res & mandatum quoque appellata est, quoniam nobis à Deo mandatum est, vt bonis operibus studeamus, atque à vitio abstineamus. Iustificationes autem & eadem, quoniam iusti mandata seruientes iustitiam à Deo consequuntur. Testimonia denique, quandoquidem Deus per scripturas suas contestatur, vt omnia mandata illius obseruemus.

d *Exquirunt eum.* AVGVSTINVS. Propter hoc scrutanda erant testimonia, vt Deus inueniretur, aliter non valuit, vt qui volunt esse docti, non iusti, vnde gloria apud homines, non apud Deum.

F

e *Non enim qui.* AVGVSTINVS. Quasi, qui peccatum habet, non ambulet in vijs. Vel, qui ambulant, sine peccato sint. Sed non dicuntur illi operari iniquitatem, qui etsi quotidie fragilitate, leuiter peccant, non tamen amant, sed oratione & signo crucis destruunt. Peccatum iniquitas est; non tamen sine peccato, qui in vijs ambulat; sed non ipse operatur illud, sed quod habitat in eo peccatum, cùm non vult, quod agit. Fomes qui est in nobis, qui languor est naturæ, commouet illicita desideria: & ita non sine peccato. Sed non operatur, qui desiderijs carnis non obedit: Qui verò obedit, à vijs deuiatur. Si verò confitetur & orat, & hæc ad vias pertinent, & propter vias peccatum non imputatur.

f *Operantur iniquitatem.* CASSIODORVS. Ex dilectione non inuitus, vt qui dicit, quod odi facio. Beati qui sic agunt, & ne hæc contemnantur, subdit iussionem Domini,

☞ BEDA.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ quo corrigit, *prima in duas: quia primo agitur de beatitudinis statu; secũdo de eius appetitu, ibi*, Vtinam dirigantur. *Prima adhuc in duas, quia primo ostenditur qui statum beatitudinis assequuntur; secundo qui ab ipso excluduntur, ibi*, Non enim. *Circa primum sciendũ, quod beatitudo prout habetur in via, consistit in perfectione vitæ actiuæ & contemplatiuæ. Vita verò actiua præcedit contemplatiuam, quia mês non potest eleuari libere in contemplatione veritatis, nisi passiones appetitus sensitiui fuerint moderatæ per exercitiũ moralis virtutis, quod pertinet ad vitam actiuam. Vnde dicit Gregorius 6. moral.* Cũ aliqui cõtemplationis arcẽ tenere desiderant, prius se in campo per exercitiũ operis probẽt, vt solicitè sciant, si nulla iã mala proximis irrogãt, si irrogara ab alijs æquanimiter portãt, si obtẽtis bonis tẽporalibus nequaquã mens lætitia soluitur, si subtracta nõ nimio dolore lauciatur, *&c. & ideo primo ponitur perfectio vitæ actiuæ, cũ dicitur,*

¶ Beati immaculati, *Id est, carentes macula mortalis peccati,*

1 In via, *Vitæ præsentis.*

2 Qui ambulant, *Mandata eius opere adimplendo, quia non sufficit declinare à malo, sed cùm hoc requiritur operari bonum. Propter quod dicit Greg. homil. 33.* Minus est mala non agere, nisi etiam quisque studeat & bonis operibus insudare. *Secundo tangitur perfectio vitæ contemplatiuæ, cùm dicitur,*

3 Beati qui scrutantur testimonia eius, &c. *Id est, eloquia diuina per prophetas nobis tradita, quæ sunt miraculis tanquam diuinis testimonijs confirmata, Marci vlt. d.* Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem cõfirmante sequentibus signis.

4 In toto corde exquirunt eum, &c. *Id est, intellectu & affectu. Differt enim contemplatio sanctorum à contemplatione Philosophorum, quia contemplatio Philosophorum est propter perfectionem contemplantis, & ideo sistit in intellectu: Sed contemplatio sanctorum quæ est contemplatio Theologica, est propter amorem ipsius contemplati, scilicet Dei, & ideo non sistit in intellectu per cognitionem, sed transit ad affectum per amorem, & ideo sancti in contemplatione ista ponunt amorem Dei tanquam principaliter intentum.*

5 Non enim qui operantur iniquitatem, *Hic consequenter ostenditur, qui à perfectione prædicta excluduntur, scilicet delinquẽtes, quod notatur, cùm dicitur*, Non enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt, *sed magis in deuijs à via virtutis, & etiam negligentes, quod notatur ibi, cùm dicitur,*

☞ Ti

☞ ✠ Beda. ex Avg. Videndum est, ne, quod rectè dictum est non
A rectè intellectum lectorem perturbet. Quia dicit Ioannes: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Et coapostolus eius Paulus confitetur etiam se peccatum facere, cum dicit, *Non quod volo bonum facio, sed, quod nolo malum illud ago.* Ergo oportet vt aut tales putentur non ambulare in viis eius, aut esse sine peccato. Quod autē sine peccato sint, eorum sententiæ repugnāt. Repugnans quoque est vt in viis eius nō ambulent: quia si tales, scilicet, ille vt virgo speciosa, & ille qui plus omnibus laborauit, non ambulant in via, quinā alij ambulant in via? Interrogetur, itaqua ipse Paulus Apostolus, & dicat quomodo & peccatum faciant, &
B via tamen Domini ambulent. De peccato enim ita dicit, *Nin autem ego illud operor, sed habitans in me peccatum*, In via se ambulare ostendit, vbi ait, *Vnum autem, eorum quę retro sunt obliuiscens, in eo vero, quæ ante sunt, extentus, semper sequor ad palmam supernæ vocationis, quæ est in Christo Iesu.* Ec e soluta est quæstio. Sed rursus alia exoritur quæstio. Quæritur enim quomodo idem faciat, & non faciat peccatum? Ad quod sic est respondēdum: quandocunque illiciti motus nobis insurgunt, si tantum surgat affectus, & nullus relaxetur effectus, hoc est, si voluntatem non præbemus eorum desideriis, &, si sic nos refrenamus, vt non exhibeamus membra nostra arma iniquitati ad iniquitatem, ecce peccatum non operantur. Sicut Apostolus quoque præcipit, *Ecce peccatum in mortali corpore vestro non regnet.* Et, *Nolite exhibere membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem.* Sed tamen quoniam non est vigor alienæ naturæ, sed langor infirmitatis nostræ, illud, vnde desideria illicita surgunt in nobis, vnde Apostolus, *Sed quod habitat in me peccatum*: Ideo nos quoque facimus peccatum, & sic ijdem & facimus, & non facimus peccatum. Et ideo rursum quæritur, An nos quotidie in Dominica oratione dicamus, *Dimitte nobis debita nostra*, Vel pro his, quæ consentientes facimus, vel pro desideriis, quæ non nos, sed peccatum, quod habitat in nobis, facit? Quod B. Aug. soluens inquit: *prout ad præsens sapere possum, dico vniuersus reatus nostri languoris, & nostræ infirmitatis, cum omnibus, quę consentientes diximus, fecimus, aut cogitauimus, sacramento baptismatis est deletus, & ideo etsi languor nobis inest, non tamen obest, si non consentiamus ei, faciendo, dicendo, aut tacite assentiendo, Sed tamen quoniam* vita hominis militia est super terram, *ideo vigilamus quidem contra maiora crimina, & sępe nobis incautis subrepunt quędam, quæ, etsi singula sua mole non conterunt, tamen multa contra nos collata acerno nos obruunt, & ideo prorsus quotidie est orandum, ieiunandum, & eleemosynandum.*

a *Tu mandasti.* Cassiod. Vel ita continua: Beati qui sic & sic agunt, & ne hæc contemnantur, subdit iussionem Domini, dicens, *Tu mandasti mandata tua custodiri.* Vel *nimis* mandasti, vel *nimis* custodiri.

b *Custodiri.* Hier. Non ergo tepido corde, nec dissoluto animo, sed fortiter & attente nos sua mandata edocet custodire.

✠ Beda Venerab. Ecce lex posita, quia dictum est, *Tu* D
mandasti mandata tua. Sed quoniā multi dixere, solam cognitionem legis sufficere ad auxilium liberi arbitrij, ideo subsequenter optat iste auxilium gratiæ, vt per hoc doceat, quam sit necessaria gratia.

a ¶ Hi non ambulant in vijs, qui operantur iniquitatem: & vere, quia. ¶ Vt ambularent, & ideo ambulandum.
¶ Per Prophetas & Apostolos. b ¶ Cas. Vt nec iota prętereatur.
¶ Plusquam patitur natura carnis. c ¶ Ambro Sed ad hoc, sine gratia, non mihi sufficio.

† præcepisti. a b Tū † mandasti, mandata tua custodiri nimis. Vtinam 1
a ¶ Cas. Actus hominis huius vitæ, qui per se tortuosi. 2
c d † dirigantur viæ meæ, ad custodiendas † iustificationes 3
a ¶ Quia. ¶ In Adam confusus & nudus, nunc in conspectum Dei veniens quasi securus.
¶ Aug. Quia non auditor obliuioſus est, sed factor operis, Confunditur, qui inſpicit, si non facit.
b ¶ Vnde, Si quis auditor est verbi, & non factor, &c. c ¶ Quasi in speculo.

e f tuas. Tunc non confundar, † cùm prospexero in om- 4
a ¶ Vnius reus, punitur. b ¶ Et tunc. ¶ Non ero ingratus, sed laudabo, quod distortus non potest.
c ¶ Quia tu fecisti directum cor meum.
¶ Aug. Confitebor, pro eo, quod didici, si dirigitur cor ad custodiendum, quia aliter inde non lætater, sed accusarer, nam quid proderit quod ea didicerim, si corde peruerso vias ago prauas.

nibus mandatis tuis. Cōfitebor tibi in directione cordis, 5 6
¶ A patribus, non per me inueni.

g h † in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ. Iustificationes tuas 7

† cum dicicero.

1 *Tu.* Aug. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. *Vtinam* dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas. Sic & præcepta dicuntur testimonia, quæ monent ne peccemus, *Mandata* sunt sine vmbra, quæ præsentem habent operationem: vt *diliges do. d.* Et nota, quia *testimonia* accipit in prohibendo, & E
mandata in iubendo.

d *Vtinam.* Avgvst. Optat contra superbiam liberi arbitrij, cui non est satis doceri, nisi prius dirigatur.

Ambrosivs. Quasi, te mandante legem accepi, sed nisi adiuues, fit mihi mors.

Amb. Vitâ beati expressâ, optat eam: *Vtinam ad custodi.* aliter non possunt custodiri, nisi directæ viæ nostræ sint.

e *Iustificationes.* Cas. Iustificationes prisco populo multæ fuerunt, scilicet vt famulus Hebræus sex annis seruiat, vt pater reuerenter habeatur, Filius disciplinetur, Deus timeatur, sacerdos honoretur, & his similia. Hæ possunt custodiri, si præ oculis semper habeantur mandata, vt praua mox emendentur per ea. *Omnia*, ne peccando contra vnum sit reus omnium, vnde Iacobus, Iacob. 2. b.
Si quis totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Quod euitat, qui prospicit in mandatis: qui in mandatis non Geu. 3. b.
prospicit, in quo erret, nescit.

f *Non confundar.* Ambro. Antè enim in Adam confusus, es & F
nudus factus, cum operuisti te foliis fici, quia confundebaris: Abscondisti te à conspectu Dei, quia erubescebas, Nunc autem venis in conspectum Dei. *Cassiodorus*, per gratiam liberatus.

✠ Theodoretvs, & Basilivs. Peccati fructus est pudor, sic & diuinus Apostolus, inquit, *quem igitur fructum habetis tunc, in quibus nunc erubescitis?* Qui vero omnia mandata Dei perficiunt, à conscientia fiduciam habent.

g *Didici iudicia.* ✠ Cassiod. Indicat à beatis patribus sibi traditam disciplinam, non autem, vt quidam faciunt, studio peruersitatis inuentam.

h *Iudicia iustitię* Sunt, quia famulos liberat persecutione diaboli laborantes.

✠ Beda Venerabilis. Quasi dicat, si tantum sciam, & non faciam, non vnde lætabor, habebo, sed vnde damnabor, & notandum, quod hoc verbum *didicit*, hoc habet in se, non enim aliter vere disceret, nisi faceret. Vnde Dominus in Euang. *Omnis qui audiuit à patre meo, & didicit venit ad me.*

☞ a Non

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tu mandasti mandata tua custodiri nimis, *Id est, cum magna diligentia & solicitudine, qua carent negligentes, & per consequens mādatorum diuinorum impletione: quorum aliqua pertinent ad vitam actiuam, scilicet illa, quæ pertinent ad charitatem proximi, aliquando vero ad contemplatiuam, quę directe pertinent ad amorem Dei.*

2 Vtinam dirigantur viæ meæ. *Hic consequenter agitur de beatitudinis appetitu, cum dicitur in persona totius Ecclesiæ.* Vtinā dirigantur viæ meæ: *Id est, processus cogitationum, & operum meorum.*

3 Ad custodiendas iustificationes tuas, *Id est, mandata tua ad vitam actiuam & contemplatiuam pertinentia, qua continent iustitiam perfectam, & quia hoc non potest fieri, nisi prægnoscantur, quia ad incognitum nullus dirigitur, nisi à casu: et ideo subditur.*

4 Tunc non confundar, cum perspexero in omnibus mandatis tuis, *Id est, perfecte inspexero*, In omnibus mandatis tuis, *Cognoscendis. Et quia ad hoc requiritur illustratio et directio Dei, ideo subditur,*

5 Confitebor tibi in directione cordis, *Id est, quod directio cordis mei, ad intelligendum prædicta, sit à te, ideo subditur.*

6 In eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ. *Quæ non possent sine tua directione didicisse. Et quia sicut dictum est, talis notitia non sistit in intellectu, sed transit ad affectum per dilectionem, quę secundum Grego. operatur magna si est, ideo subditur.*

7 Iustificationes tuas. *Id est, mandata tua.*

1 Custo-

a *Non me dereling. &c.* CASSIOD. Iustificationibus concessis petit à Deo custodiri, quia scit diabolum circumire: Vel ita precatur Christi aduẽtum, ante quem Deus reliquerat mundum propeccato, sed iam orat, ne *vsquequaque*, id est valde relinquat, quod
2. Cor 5. d. iam impletum est in aduentu Christi, quia Deus in Christo mundum sibi reconciliauit.

✻ THEODOR. & BASILIVS. Sæpius diuina gratia nõnullos ad breue tempus deserit, vtilitatem illis hinc procurans. Sic cum magnus Elias derelictus esset, in timiditatis affectum incidit, & humanæ naturæ imbecillitatem didicit: sed actutum rursus diuinam nactus est gratiam. Sic diuinus Petrus, cũ negasset, prolapsus est, sed protinus Dominus eũ suffulsit. Destitutus autem penitus diuina ope Iudas, parata præda hostibus fuit. Derelictus etiam fuit beatus Dauid post peccatum illud, & in asperas illas calamitates incidit: sed rursus erga Deum gaDeum fiduciam recepit, & illinc opem consecutus est: Saul vero penitus hac orbatus, & spiritus gratiam amisit, & prauo spiritui obnoxius fuit. Iure igitur vates precatur, ne derelinquatur vsquaque, hoc est, ne gratia auxiliante spolietur.

✻ GREGORIVS. Omnipotens Deus eos, quos in æternũ diligit, aliquando ad tempus relinquit: Vnde scriptum est, *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te, in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.* Hinc etiam psalmista deprecabatur dicens, *Non me derelinquas vsquequaque.* Derelinqui igitur se, sed ad modicum, posse vtiliter, nouerat, qui, ne vsquequa que relinqueretur, petebat. Sanctos etenim suos Dominus, veniendo adiuuat, derelinquendo probat, donis firmat, tribulationibus tentat.

Lib. 20. mor. c. 19.

a ¶ Et etiam opera iustitiæ faciam.
b ¶ Quasi dicat vt custodiam.
c ¶ Amb. Et si relinquis ad probationem vt Iob.
¶ Augustinus. Et si relinquis aliquando, vt infirmus mihi videar.

custodiã, nõn me derẽlinquas 1 a
a ¶ Aliis valde, id est, in pœna, & sic gloriabor in te, non in me.
vsquequãque. 2

NICOLAVS DE LIRA.

1 Custodiam. *Opere adimplendo, et quia ad hoc requiritur adsistentia tia diuina gratia, quę facit opus meritorium, ideo subditur,*

2 Non me derelinquas vsquequaque, *Quasi dicat, si me ad momentum dimiseris, non potero custodire.*

GLOSSA ORDINARIA.

a ב *Beth.* CASSIODORVS. Hic ostendit præcepta liberare hominem de confusione, id est, de lapsu peccati. In prima litera partes beatitudinis exponit, in quibus precatur se custodiri: In secunda tempus conuersionis aperit, in quopotissime à lapsu, & a confusione fluxæ ætatis ad Deum quis conuerti debeat. Vnde congrue huic octonario præmittitur litera *Beth.* quæ interpretatur confusio.

†mundabit puer.

AMBROS. *Beth.* Confusio declaratur. d

✻ BEDA VENER. Exponit fidelis populus in sermonibus Domini, uibus delectationibus q rfruatur, ostendens se pee domum Domini, & receptaculum mandatorum eius, cuius essit erium secunda litera continet.

¶ Domus.
ב Beth.

a ¶ Præmittit interrogationem cum deliberatione.
¶ Iustificationes tu cu. quæ sunt custodiendæ, quia.
b ¶ Spiritualis populus, vel, pronior ad peccandum, vel, Gentilis populus.

IN quõ † corrigit adolescẽtior 1 a b c
a ¶ Prauam consuetudinem.
b ¶ Opere, quia frustra custodit memoria, sine vita, si peruersa vita non est correcta via.
viã suam, in custõdiendo † ser- 2 a
a ¶ Fidei. b ¶ Quia in his est correctio & ideo.
c ¶ Qui non in toto corde, negligens est, & repellitur.
¶ Ita iam senior mente aliter non potest.
monẽs tuos. In tõto corde meo 3 b

† verbatua

b *IN quo corrigit.* AMBROS. Quasi confusus de errore & lasciuia fluxæ ætatis, iam iuuenis deliberat, quomodo viam corrigat.

AMBRO. quia post meditationem videntur meliora consilia, subdit propheta quasi similis, deliberans consilium: ô Domine: *In custodiendo sermo, &c.* vnde ad Dominum conuersus, quasi prece delata, Vel, hoc consilium Dei inspiratione perceperit, non humana præsumptione.

AMBROSIVS. Melius est præuenire iuuentutem correctione, ne, quàm post lapsum recordatione deflere, & dicere, *Delicta iuuentutis meę, &c.* Hoc est, debilitatis remedium, illud robur salutis: hæc est res in periculo, quia graue est consueta repellere, magnum enim in se consuetudo vinculum habet: ibi est in bono, vnde, *Bonum est viro, cum tollit iugum ab adolescentia sua.* Facilius enim est retrahi ab ingressu, quã abrepto itinere prauæ consuetudinis reuocari.

Psal. 24. b.

Thre. 3. c.

c *Adolescentior viã suã.* AVGVSTINVS. Quia hac ætate potissimum debet fieri. Vel, iunior filius, qui in Euãgelio legitur viam suam deprauasse, vel potius, qui portat imaginem noui hominis, inde veteris.

CASSIODORVS. Vel *adolescẽtior*, In qua ætate homo pronior est ad peccandum, vnde, *Fili, à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam.*

Luc 15. c. Eccle. 6. b.

✻ BASILIVS, EVTHYMIVS, & THEODORET. Instabilis est iuuentus, variis enim affectionum fluctibus circunuoluitur: Opus itaque illi ductore est, Hoc vero est diuinorum eloquiorum proprium: Quod enim armentario pullo est fœnum & dormitor, hoc iuuenibus est verbum Dei.

d *In custodiendo ope.* AVG. Vnde non ait, in legendo, vel in memorando, aliter non potest corrigere, nisi custodiendo, & ita est senior mente, vt Daniel. Nam quidam verba Dei tenendo agunt ne obliuiscantur: nec agunt viuendo, vt corrigantur.

Dani. 13. c.

☞ d *Ne*

NICOLAVS DE LIRA.

1 IN quo corrigit. *Hic incipit secundus octonarius, vbi Psalmista incipit tractare de pertinentibus ad beatitudinem, qua consistit in operibus vitæ actiuæ, & contemplatiuæ, vt dictum est: & primò de pertinentibus ad actiuam, secundo ad contemplatiuam. II. octonario, ibi,* Defecit in salutari, &c. *Prima in duas, quia circa perfectionem vitæ actiuæ, Primo ponitur remotio impeditiui, Secundo assecuti promotiui, octonario quinto, ibi,* Legem pone. *Circa primum sciendum, quod ad perfectionem vitæ actiuę triplex est impedimẽtum, scilicet passionis impulsus, virtutis humanę defectus, & corporis aggrauantis pondus, Primo ponitur primùm, secundo secundum, ibi,* Retribue. *tertio tertium, ibi,* Adhęsit pauimento. *Ad euidentiam dicendorum sciendum quod perfectiones vitę actiuæ, & contemplatiuę sunt connexæ, quia (sicut dictum est) actiua disponit ad cõtẽplatiuã et cõtẽplatiua ex amore Dei facit descendere ad actiuã, pro necessitate proximi releuanda. In cuius figura angeli describũtur ascendentes et descẽdentes in scala Iacob, Ge. 28. & per consequens pertinentia ad vtramque vitã habent adinuicẽ connexionem: & multo fortius diuersa ad actiuam pertinentia ad inuicem connectuntur, & similiter pertinentia ad contemplatiuam, propter quod in singulis octonarijs versuum plura de contentis in alijs octonarijs ponuntur, variatis tamen verbis & ordine, sicut patet intuenti literam huius psal. propter quod diuisio eius per octonarios, quam incepi & prosequar, non est præcisa Verbi gratia, quod in hoc secundo octonario præcisè agatur de repressione passionum, sed si cum hoc plura alia ponuntur in aliis octonarijs contenta: tamen ponuntur hic per quandam reductionem ad huiusmodi repressionem, scilicet per modum antecedentię, vel consequentię, & huiusmodi, licet talis reductio aliquando sit longinqua: & eodem modo dicendum de aliis octonarijs. His igitur præmissis, quia iste octonarius intitulatur à repressione passionum, scilicet irascibilis & concupiscibilis, quę magis vigent de communi cursu tempore iuuentutis, ideo dicitur per modum quęstionis:* In quo corrigit adolescentior viam suam? *Sequendo passiones ira et concupiscentię, et respondetur.*

Actiuę vitę impedimẽtũ triplex.

2 In custodiendo sermones tuos. *Qui inducunt ad repressionem passionum. Et quia concipientes spiritum correctionis, vt frequenter ex magno feruore mouentur in principio, ideo in persona alicuius talis subditur.*

3 In toto corde meo. *Minuudicit, & plus signat.*

☞ 1 *Ne*

a *Ne repel.* Amb. Vel de prælatione ecclesiastica agit, quam qui negligenter administrat, à Deo repellitur; quod ne sibi fiat. iste precatur, dicēs, *Me repellas me à mandatis tuis*, docendis, vel annuntiandis in ecclesia: à quibus negligens repellitur, ne tollat locum meliori, & ne sibi plus contrahat offensionis. Ipse est tepidus, qui nec feruore fidei calidus est, nec frigidus algore infidelitatis; qui non rapitur de manu Dei, sed eiicitur vt peior, frigido, id est, penitus infideli, vnde in Apoc. *Vtinam frigidus esses aut calidus.*

† ne errare facias, vel errare sinas me.

Apoc. 3.c.

Aug. Ne repellas. Mandatis quippe eius rectis atque arduis humana non cōtemperatur infirmitas, nisi præueniens eius adiuuet charitas. Qui nō iuuatur, quasi flammeo gladio ab arbore vitæ prohibetur indignus.

† statuta tua.

B

† Iucundatus sum quasi.

† Meditabor.

Operis imper. in Mat hom. 31.

Eccles. 1.

C

Matth. 7.a

Iacob. 1.c. Esa 40.b. Matt. 13.f.

Luc. 2.g.

D

1

2

3

4

5

6

7

8

9

E

F

Matth. 17.

a ¶ Quod est ex dono Dei quæro. b ¶ Ideò. ¶ q.d. indignum est, cum toto corde. ¶ Non adiuuando. c ¶ Ab intelligentia legis, à qua repellitur, qui à Deo non adiuuatur. d ¶ Exquisiui, & memoriæ commendaui.

exquisiui te, † nē repellas me à mandatis tuis. In cōrde meo

a ¶ Pro porcis & canibus. b ¶ Quia dicis. Nolite sanctum dare canibus. c ¶ Quia habeo eloquia, gratias ago. ¶ In natura, vel, in tuis, quos benedicis.

abscōndi eloquia tua vt non peccem tibi. Benedictus es do-

a ¶ De reliquo. ¶ Facere. ¶ Frustra abscondi in corde, nisi sequantur opera iustitiæ. b ¶ Eloquia, vnde viuificatur homo. ¶ Opera sanctorum, quę imperat Deus. c ¶ Cordi concinnis. d ¶ q.d. abscondi, & tempus videns, pronuntiaui. ¶ Aliis. ¶ Vnde clama, ne cesses, quasi tu ex voto.

mine, dōce me † iustificatiōnes tuas. In lābiis meis pronūn-

a ¶ Omnia, non tua; sed omnia oris, id est, quę per eloquia tua mihi dixisti. b ¶ Et ibi immorabor &c. ¶ Doce me facere iusti. tu. & si amplius docueris,

tiaui omniā iudicia oris tui. In viā testimoniorum tuorum

¶ In hac vita. a ¶ Non comparantur hę spiritualibus in gratia, sed quia hominibus suaues. b ¶ Et ibi immorabor &c. ¶ Doce me facere iusti. tu. & si amplius docueris,

† delectatus sum, sicūt in omnibus diuitiis. In mān-

a ¶ Alias, garriam, b ¶ Ita cognoscam,

datis tuis † exercebor, & cōsiderabo vias tuas.

1 exquisiui te. *Omnia iudicia oris tui.* Cas. *Iudicia ōris tui* quæ per prophetas & apostolos locutus es; *omnia* non vniuersaliter, sed quæ scripta, vel dicta sunt.

Aug. Iudicia sunt, quibus & nunc, & in finem iudicabitur mundus, qui sunt abyssus multa, & inscrutabilia; sed nihil horum tacui, quæ per eloquia mihi innotescere voluisti.

✠ Greg. Dauid propheta domino loquitur dicens, in labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui; & cum minus sit nosse quam etiam pronunciare; quid est quod Paulus incomprehensibilia esse Dei iudicia asserit, Dauid autem hæc se omnia, non solum nosse, sed etiam in labiis pronuntiasse testatur? Ad vtraque *hæc* sub breuitate respondetur, quod sancti viri inquantum cum domino vnum sunt, sensum domini non ignorant. Omnes enim qui deuotè dominum sequuntur, etiam deuotione cum Deo sunt: & adhuc carnis corruptibilis grauati pondere, cū Deo non sunt, occultaque Dei iudicia, inquantum coniuncti sunt, sciunt: in quantum disiuncti sunt nesciunt, quia enim secreta eius adhuc perfectè non penetrant, incomprehensibilia iudicia eius esse testantur: qui verò mente ei inhærent, atque inhærendo, vel sacræ scripturæ eloquiis, vel occultis reuelationibus, in quantum accipiunt, agnoscunt, & nouerunt hæc & pronunciant. Iudicia enim, quæ Deus tacet, nesciunt; quæ Deus loquitur, sciunt. Vnde & Dauid propheta, cum dixisset, *in labiis meis pronuntiaui omnia iudicia*: Protinus addidit, *oris tui*, ac si apertè dicat, illa ego iudicia & nosse, & pronunciasse potui, quę te dixisse cognoui. Nam ea, quæ ipse non loqueris, à nostra procul dubio cognitione abscondis. Li. 2. dial. cap. 16.

✠ Bed. Ven. q.d. illa omnia iudicia tua non occultaui, sed aliis annunciaui quę os tuum, id est, gratia tua reuelauit mihi: gratia enim Dei, os eius ideò vocatur, quia sicut ore aliquis secreta cordis sui aperit, sic Deus per gratiam secreta sua nobis aperuit.

e *In via testimoni or.* Cas. Christus, quando de ipso loquētia, ad ipsum ducunt: in quo impleta. *Sicut in omnibus diuitiis*, spirituales accipe, terrenis, enim, quas sordes computat, non comparat.

f *Testi.* Aug. Testimonia sūt, quibus, quātū nos diligit, ostēdit vt natiuitatis, passionis humilitas & quibus & futura speremus.

✠ Basil. & Theod. Laboriosa quidem est virtutis via, verum perfectis desideratissima: *Iugum enim meum*, inquit dominus, *suaue est, & onus meum leue.* Hic & propheticus sermo dicit, diuitiis omnibus iucundior mihi est, testimoniorum tuorum possessio. Illud *sicut in omnibus diuitiis*, nō est temerè adiectum, sed omni generis diuitias significat.

g *In manda.* Amb. *Pronuntiaui*, *delectatus sum*: & adhuc in *man. tu. exer.* vsu boni operis: & sic in merito boni operis *cōsiderabo vi. tu.* nemo enim ad penetralia intellectus peruenit, nisi vita pura prius proximus fuerit.

h *Exerce.* Aug. vel *garriam.* Contra omnes inimicos fidei copiosis rationibus garriens disputabo: Tunc autem vtiles disputationes, si non ibi considerentur, nisi vię domini, quæ sunt misericordia & veritas, quorum duorum plenitudo inuenitur in Christo. Per hanc exercitationem fit etiam illud: *In iustific. tuis medit.* ideò meditabor, vt non obliuiscar.

✠ Ide m. Quis est autem dignus, ex quo per vnum hominem peccatum intrauit in mundū, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt? Sed indebita Dei misericordia sanatur debita nostra miseria. Nam iste, qui loquitur, & dicit, *In toto corde &c*, hoc vnde posset, nisi eum auersum ad se ipse conuerteret, cui dicitur, *Deus tu conuertens viuificabis nos?* Inde est quod & corrigit viam suam in custodiendo verba Dei, illo regente, illo faciente: neque enim per se ipse posset, cum Ieremias fateatur & dicat, *Scio domine quoniam non est hominis via eius, neque viri ibit & corriget viam suam.*

b *Abscon.* ✠ Chry. Dic mihi, cuius culpa est? meritò iacentia super lapidem semina verbi rapiunt volatiles dæmones, quod à te neglectum est & contemptum, hoc diabolus diripit, si ergo absconderis verbum in sulco pectoris tui, germinabit tibi timorem, liberat te à peccato, *Timor domini expellit peccatum.*

✠ Beda Venera. Nota quod præcepta dominica & in corde sunt abscondenda, & non sunt abscōdenda, abscōdenda enim, & firmiter in corde nostro retinenda sunt ad nostram ædificationem, vnde hic dicitur, *abscondi ea* ad hoc *vt non peccem tibi*, Non autē sunt abscondenda sed enuncianda, ne conseruis denegemus cibaria, quia præcipit hoc vtrumque Apostolus, dicens, *Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ante salutem.*

✠ Basilius. Qui terrenas diuitias possidet, non sinit eas quibusuis esse expositas, sed interioribus penetralibus abdit, quo furum manus effugiant: Ita & qui spirituales diuitias habet, in animo suo illas abscondet, ne hic per inanem gloriam animarum deprædator fiat.

Ex Amb. Genus peccati, obstinatis, prædicare, vnde, *Nolite sanctum dare canibus, et margaritas ante porcos pro.*

Ambro. Vitium est secreta mysteria vulgare indignis, quod fit vel adulatione, vt placeat ei cui vulgat: vel auaritia, vt quid lucretur, vel iactantia, vt plura scire videatur; vel loquacitate incauta, dum sine iudicio volat irreuocabile verbum. Assumenda ergo est disciplina silentij, vt prius quis taceat, quam loquatur, vnde, *sit homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum.* Ideóque Esaias cū audisset à domi. *Clama*, Respondit: *Quid clamabo?* Et dominus comparat regnum cœlor. *thesau. abscon. in agro, quem cum inuenerit homo, abscondit, etc.* Hic thesaurus sapientiæ & cognitionis, quem abscondit homo in corde suo: Sicut Maria conseruabat omnia verba domini, *confe. ea in cor. s.*

c *Benedictus.* Cassi. Ne quis sanctam eruditionem suis viribus daret, præmittit, *Benedictus*, laudatus qui gratis das. *Doce*, id est, præsta me facere, vt factis ostendam quod didici. Vel, supra dixit sibi datam legem, hic petit sibi dari benedictionem qua lex impleatur. q.d. quia *abscon. elo. tu. in cor. m.* dedisti legem, & benedictionem gra. scilicet, *doce m. iustitiam.* vt faciendo discam, vel, secreta legis amplius sciam.

d *Omnia iudicia oris tui.* Cas. *Iudicia ōris tui* quæ per prophetas & apostolos locutus es; *omnia* non vniuersaliter, sed quæ scripta, vel dicta sunt.

Aug. Iudicia sunt, quibus & nunc, & in finem iudicabitur mundus, qui sunt abyssus multa, & inscrutabilia; sed nihil horum tacui, quæ per eloquia mihi innotescere voluisti.

✠ Greg. Dauid propheta domino loquitur dicens, in labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui; & cum minus sit nosse quam etiam pronunciare; quid est quod Paulus incomprehensibilia esse Dei iudicia asserit, Dauid autem hæc se omnia, non solum nosse, sed etiam in labiis pronuntiasse testatur? Ad vtraque *hæc* sub breuitate respondetur, quod sancti viri inquantum cum domino vnum sunt, sensum domini non ignorant. Omnes enim qui deuotè dominum sequuntur, etiam deuotione cum Deo sunt: & adhuc carnis corruptibilis grauati pondere, cū Deo non sunt, occultaque Dei iudicia, inquantum coniuncti sunt, sciunt: in quantum disiuncti sunt nesciunt, quia enim secreta eius adhuc perfectè non penetrant, incomprehensibilia iudicia eius esse testantur: qui verò mente ei inhærent, atque inhærendo, vel sacræ scripturæ eloquiis, vel occultis reuelationibus, in quantum accipiunt, agnoscunt, & nouerunt hæc & pronunciant. Iudicia enim, quæ Deus tacet, nesciunt; quæ Deus loquitur, sciunt. Vnde & Dauid propheta, cum dixisset, *in labiis meis pronuntiaui omnia iudicia*: Protinus addidit, *oris tui*, ac si apertè dicat, illa ego iudicia & nosse, & pronunciasse potui, quę te dixisse cognoui. Nam ea, quæ ipse non loqueris, à nostra procul dubio cognitione abscondis. Li. 2. dial. cap. 16.

✠ Bed. Ven. q.d. illa omnia iudicia tua non occultaui, sed aliis annunciaui quę os tuum, id est, gratia tua reuelauit mihi: gratia enim Dei, os eius ideò vocatur, quia sicut ore aliquis secreta cordis sui aperit, sic Deus per gratiam secreta sua nobis aperuit.

e *In via testimoni or.* Cas. Christus, quando de ipso loquētia, ad ipsum ducunt: in quo impleta. *Sicut in omnibus diuitiis*, spirituales accipe, terrenis, enim, quas sordes computat, non comparat.

f *Testi.* Aug. Testimonia sūt, quibus, quātū nos diligit, ostēdit vt natiuitatis, passionis humilitas & quibus & futura speremus.

✠ Basil. & Theod. Laboriosa quidem est virtutis via, verum perfectis desideratissima: *Iugum enim meum*, inquit dominus, *suaue est, & onus meum leue.* Hic & propheticus sermo dicit, diuitiis omnibus iucundior mihi est, testimoniorum tuorum possessio. Illud *sicut in omnibus diuitiis*, nō est temerè adiectum, sed omni generis diuitias significat.

g *In manda.* Amb. *Pronuntiaui*, *delectatus sum*: & adhuc in *man. tu. exer.* vsu boni operis: & sic in merito boni operis *cōsiderabo vi. tu.* nemo enim ad penetralia intellectus peruenit, nisi vita pura prius proximus fuerit.

h *Exerce.* Aug. vel *garriam.* Contra omnes inimicos fidei copiosis rationibus garriens disputabo: Tunc autem vtiles disputationes, si non ibi considerentur, nisi vię domini, quæ sunt misericordia & veritas, quorum duorum plenitudo inuenitur in Christo. Per hanc exercitationem fit etiam illud: *In iustific. tuis medit.* ideò meditabor, vt non obliuiscar.

☞ ✠ Beda

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ne repel. *Id est, admittas me ad cognitionē & impletionē mandatorū tuorū: & quia incipiens intelligere diuina mandata, afficitur ad ea, ideo subditur,* 2 In cor. m. abscondi. *Tanquā thesaurum dilectū, qui abscōditur, vt seruetur.* 3 Vt non peccem, *Quia mandata Dei sic abscondita præseruant ab offensa Dei. Et quia talis debet esse gratus erga Deum, ideo per modum gratiarum actionis subditur,* 4 Benedictus es *De bono quod in me cœpisti.* 5 Doce me. *Perficiēdo, quod inchoatum est. Gratitudo enim de iam accepto est meritoria respectu acquirendi. Et quia habens notitiam mandatorum vult etiā alios venire ad agnitionē eorū, ideo subditur,* 6 In la. meis pronuntiabo *Aliis indicādo.* 7 Omnia. *Vt intēdant suæ correctioni. Et quia per tale exercitium generatur habitus, quia facit delectabiliter operari, ideo subditur,* 8 In via testim delect. *Quę signū habitus generati, vel acquisiti est delectatio in opere, vt dicitur 2. Ethi.* 9 Sicut. *Ii* sicut *non importat equalitatem tantum, sed etiam superabundantiam, secundum illud Sap. 7.a.* Et diuitias nihil esse dixi in comparatione illius. *Et quia delectatio inducit ad fortius operandum, & meditandum, ideo subditur,* 7 In mādatis tuis exerceb. *Et quia cessatio ab actu cōsiderandi tandē*

A ✠ Beda Venera. *Garriam* habet alia translatio, & ideò *considerabo vias tuas*, id est, semper ante oculos habebo opera tua. Postponam autem vias meas, id est, opera mea, & non tantum, (quasi dicat) exercebor, sed etiam interius meditabor in tuis viis, id est, omnis cogitatio mea erit in tuis præceptis, & iustificationibus.

a *In iustificationibus.* Cassiodorus. Obliuioni, quæ ex infirmitate originalis peccati venit, opposita est meditatio; nouerat vitium humanitatis, & contra illud auxilium reperit. *Iustificationes* sunt, sicut quod Hebræus puer non plusquam sex annis seruit, in septimo id est, resurrectione, liber erit. His & huiusmodi, quæ in ænigmate dicta sunt, conuenit meditatio: *Mandatis* autem moralibus quæ sunt. *Non mœchaberis*, & huiusmodi, operatio. D Exo. 20. b. f delectabor

†3. d. com nes Deut. 15. c.

a ¶ Aug. Ne possim obliuisci, quod expedit retineri.

a ✠In iustificationibus tuis ✠ meditabor, non obliuiscar sermones tuos. 1

NICOLAVS DE LIRA.

1 In iustificationibus tuis meditabor, &c. *Et patet ex prædictis sententia.*

inducit obliuionem, ideo subditur.

In

GLOSSA ORDINARIA.

a ℸ *Gimel.* Cas. Retributio, quia hic dicitur impletio, & cognitio legis correctio retribui.

Amb. Gimel retributio dicitur.

B Cas. In tertia litera humanã indigentiã, & gratiã Dei ostendit. Aug. dixerat, *in quo corriget iunior viã suã? in custodiendo verba tua*; Ecce nunc vt id faciat, petit auxilium.

✠ Beda Ven. Postulat sanctis, qui in terra incolæ sunt, retribui gratiã, quam in primo parente amiserant: sed & persecutionibus eorum restituendum dicit esse, quod agunt. Hęc ergo retributio meritorum, ista examinis iusti plenitudo, tertiæ literæ nomine præmonstrantur.

¶ Plenitudo.

ℸ Gimel.

a ¶ Quia sum correctus. b ¶ Qui nihil meritis sed gratiæ totum deputat. c ¶ Per fidem per quam custo. ¶ In præsenti & in futuro.

†inſinua mihi

b Retribue seruo tuo, ✠ viuifica me, & custodiam 1 2 3

a ¶ Aug Quia nõ possunt custodiri per obedientiam, nisi prius videantur per intelligentiam; addit ergo, Reuela.

b ¶ Interiores, quorum velamen in Christo euacuatur.

c sermones tuos. Reuela oculos meos, & consi- 4

a ¶ Vt hoc, nisi quis omnibus renuntiauerit, non potest meus esse discipulus. b ¶ Retribue, Reuela, quia. ¶ Alias, inquilinus: ¶ Aug Non ciuis Babyloniæ, cor habens in cœlo, nutu scire potest ei cui famularis. c ¶ Ideo.

d derabo mirãbilia de lege tua. Incõla ego sum in terra, nõn 5 6

e ¶ Aug. Hoc olim, quando incola terræ hæc desiderabat.

f abscondãs à me mandata tua. ✠ Concupiuit anima mea desi- 7

a ¶ Non subtrahas. ¶ Aug. Hoc olim, quando incola terræ hæc desiderabat.

✠ Beda. Cum autem difficile sit quemquam seipsum, vt debet cognoscere, quomodo, qui nõ cognoscit seipsum, diliget proximum tanquam seipsum? Quapropter rogat, mãdata, quæ aliquatenus sciuntur, non abscõdi, vt magis, magisque sciantur, vt seipsum cognoscat, & sic proximum, tanquam seipsum, diligat; & per dilectionem proximi, ad dilectionem Dei ascendat. † viuam

✠ Chrysost. Nolite thesaurizare vobis in terra, quia non es de terra, nec de terra venisti, sed pro tempore de terra suscepisti terram, vt per terram vincatis terram: sed de cœlo venistis, & iterum redituri estis in cœlum, nisi vltrò remanere volueritis in terra. Illic ergo sedem tuam colloca vbi patriam habet. Quæ est ergo insipientia, vt contentus sis super terram, id est, in alienis vis seruire diabolo, cum possis in cœlis, id est, in propriis regnare cum Christo? Oper. imp. hom. 15. E

f *Concupiuit desidera.* Aug. Nondum ea desiderabat, sed fastidio languebat, ita damnanda est dilectio, qua diligenda diliguntur: sicut odienda est dilectio, qua non diligenda diliguntur; Concupiscentia est desiderium, sed non omnis: quia concupiscentia est & eorum quę habentur & quę non habentur; desiderium, absentium tantum. † Contrita est

Aug. Videmus, ratione quam vtiles sunt iustificationes, sed infirmitate prępediti aliquando non desideramus: Prævolat intellectus, sequitur nullus, vel tardus affectus; Scimus bonum: nec delectat agere, & cupimus vt delectet.

Aug. Ecce gradus, quibus ad iustificationes peruenitur. Prius enim est vt videatur, quam vtiles sint & honeste; deinde, vt earum desiderio concupiscatur; postremò, vt proficiente lumine, atque sanitate, delectet earum operatio, quarum sola ratio delectabat.

☞ *Increpasti*

Matt 14 d. Matt. 21. b.

b *Retribue.* Aug. Non meritis in eis redde, sed iterum da, vel pro malis, scilicet, da. *Viuifica*, non est penitus mortuus, sed iam habet initium bonæ concupiscentiæ, qui hoc potest orare. *Viuifica*, prius mortuum, & impotentem scire, vel operari. Viuus custodit, & custodiendo viuit.

C *Retri.* Amb. Iã processu virtutis precatur sibi retribui, quod non debet arrogãs, vel alienũ videri. Reprehenditur enim Petrus, qui in fluctibus, vt homo dubitauit, nõ vt apostolus præsũpsit; Et iubemur in euangelio fidem habere, non hæsitare de his, quæ suprà hominẽ. Innocentis ergo conscientiæ est, ab eo, cui seruit, petere.

Aug. Retribuuntur mala pro malis, vel bona, pro bonis, vel bona pro malis, aut mala pro bonis. Duæ priores pertinent ad iustitiam, tertia ad misericordiam, quartam nescit Deus.

c *Reuel.* Cas. Vide humanã infirmitatẽ, & misericordiã Dei: homo velo ignorantiæ tegitur, Deus tollit vt videas miracula, quæ de lege. Lex est vti vmbra, vt de agno paschali, & huiusmodi; Rogat ergo vt in his tecta videat. Vel, per *legem* euangelium accipe, in quo mirabilia, vt hoc, *Nisi quis renuntiauerit, &c.*

d *Mirabilia.* Aug. Nihil est mirabilius in mandatis, quàm diligere inimicos, hoc est, dare bona pro malis.

e *Incola, etc.* Aug. Hoc iustorum est, quibus promissa est æterna patria, vnde *peregrinus*, non sicut omnes homines, sed *sicut* patres, id est, iusti, & ideo *nõ abscõdas.* Abscõduntur his, qui terrena sapiũt etsi audiunt, & norũt. Mãdata, per quæ ab incolatu liberabitur, in quibus dilectio præcipitur, vel sola, vel maximè: Sed quia nihil diligendum diligitur, si ipsa dilectio non diligitur, ipsius dilectionis dilectionem volens habere, proclamat, concupiuit anima. G

NICOLAVS DE LIRA.

Retribue. *Hic remouetur secundum impedimentum perfectionis vitæ actiuę, quod prouenit ex defectu virtutis humanę, quę licet possit facere opus bonum de genere, non tamen opus meritorium vitę æternæ, ad quod requiritur gratia Dei. Roman. 6. d.* Gratia Dei vita æterna: *Et ideo istud impedimentum non est per aliquod positiuum, sed magis negatiuum formæ, per quam fit opus meritorium; Ista autem negatio siue defectus tollitur per collationem gratiæ supplentis defectum naturæ. Igitur primo petitur huiusmodi supplementum: secundo tangitur huiusmodi suppletionis impedimentum, ibi,* Increpasti. *Circa primum sciendum, quod duplex est meritum, scilicet, congrui & condigni: Meritum autem condigni supponit gratiam habitualẽ in merente, Meritum vero congrui ipsam præcedit: quia meritum congrui est, quãdo homo ex virtute naturali studet bonum operari, & sic facit quod in se est, & per consequens meretur de congruo, quod Deus det sibi gratiam, per quam vlterius meretur de condigno: & hoc est quod petitur hic in persona naturæ humanæ, cùm dicitur.*

1 Retribue. *i. homini ad bonum conanti secundum facultatem naturæ, turę,* Retribue *de congruo gratiam tuam: ideo subditur.*

2 Viui. me. *Quia gratia animam viuificat vita gratię, sicut anima corpus vita naturę.* 3 Et custo. &c. *Id est, mandata tua meritorię, quantũ ad meritum condigni: & quia gratia illuminat intellectum ad supernaturalia cognoscenda: ideò subditur,* 4 Reuela. *& necessitatem huius illuminationis subdit dicens*[1], 5 Incola, &c. *q.d. incolę cœli, scilicet, angeli sancti, clarè vident talia: sed homines terreni non possunt videre talia, absque illuminatione tua.*

6 Non abscondas à me. *Id est, reueles mihi, ea, quia minus dicendo plus signant. Et quia diuinę reuelationes fiunt desiderantibus eas. Sap. 6. c.* Præoccupat eos, qui se concupiscunt, vt se illis prior ostendat: *ideo subditur,*

7 Concupiuit, &c. *Ista autem concupiscentia est in appetitu intellectiuo, qui reflectitur super actum suum: Sicut enim intellectus intelligit se intelligere, ita voluntas vult se velle; vel potius anima per voluntatem, & dicitur,* Concupiuit anima mea desi. &c. *quia sicut notitia intellectus procedit de imperfecto ad perfectum, sic amor voluntatis.*

☞ Increpasti

a *Increpasti.* AVG. Dicens, *Vbi es?* Non ignorabat, sed superbum increpabat, quod ad tantam miseriam venisset, & tota ærũna mortalium, hæreditaria est increpatio superborum.

Gen. 3, b.

✻ BASILIVS. Hanc maledictionem & lex transgressoribus ponit, *maledictus*, inquit, *omnis homo qui non manet in ijs quæ sunt in libro legis.*

✻ THEODOR. Qui diuinas leges despiciunt in superbiæ morbum incidunt a sed à iusto iudice pœnam accipiunt, b hoc fine Absalon c perpessus est, hoc Saul, hoc Pharao, & Sennacherib, & Nabuchodonosor: hoc cum vates sciret, tanquam propheta subiunxit, *Maledicti qui declinant, &c.*

B C

† meditabatur.

b *Qui decl.* CAS. Aliud est declinare per superbiam? aliud non implere per infirmitatem, vel ignorantiam.

† Etenim. † delectationes meæ sunt, consiliarij, & ei.

Qui decli. AVGV. Non illi soli, sed omnes eorum exemplo terrentur, ne in superbiam declinent, sed in omni tempore iustitiam diligant, vt hic recipiant, quod illi in paradiso perdiderunt

a ¶ Opera iustitiæ. b ¶ Non ad tempus, vt mali. ¶ Etiam in aduersis.
c ¶ Ideo quia. d ¶ Primos homines, quos delectauit: Eritis sicut dii, per hanc superbiam declinauerunt.

rare iustificationes tuas, in omni tempore. † Increpasti superbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis. Aufer à me opprobrium, & contemptum: quia testimonia tua exquisiui.

a d 1 2 3 4 5

a ¶ Er. b ¶ Ambro. Quasi à directis ad praua.
c ¶ Sed quia superbi in tanta increpatione humiliantur, orat pro eis chorus. ¶ Et quia maledicti qui decli.

a ¶ Quo contemnor. b ¶ De hac re. ¶ Græce, martyria. ¶ Pro his patiuntur iste.

a ¶ Auser. b ¶ Machinantes. ¶ Ex mora. c ¶ Aperte.
¶ Sic & dæmones occulte nocere cogitant.

Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus † exercebatur in iustificationibus tuis. † Nam & testimonia tua † meditatio mea est, † & consilium meum iustificationes tuæ.

6 7 8 9 10

a ¶ Ego. b ¶ Cas. Iherem. pericula non erat mihi cruciatus, sed profectus.
c ¶ Non pro crimine. ¶ Qui in his cogitat, vicit, quia ab his retrahere laborat per bella inimicus

a ¶ Aug. Sic exercebatur, martyria meditatur, & amat, respiciens ad coronam, & inimicos diligit.
¶ Martyria. b ¶ Quæ meditata mitigant dolores.

a ¶ Aug. In quibus maximum est, diligere inimicos.

D E F

† Dispersi. † consolatio mea.

✻ THEODOR. Qui diuinas leges despiciunt in superbiæ morbum incidunt a sed à iusto iudice pœnam accipiunt, b hoc fine Absalon c perpessus est, hoc Saul, hoc Pharao, & Sennacherib, & Nabuchodonosor: hoc cum vates sciret, tanquam propheta subiunxit, *Maledicti qui declinant, &c.*

b *Qui decl.* CAS. Aliud est declinare per superbiam? aliud non implere per infirmitatem, vel ignorantiam.

Qui decli. AVGV. Non illi soli, sed omnes eorum exemplo terrentur, ne in superbiam declinent, sed in omni tempore iustitiam diligant, vt hic recipiant, quod illi in paradiso perdiderunt. Sed quia superbi, nec in tanta increpatione humiliantur, orat pro eis, *Aufer à me.*

Aufer me. AMBROS. AVG. Hæc martyres, qui superbis sunt opprobrio & derisui, contemnentibus crucem & totam Christianam humilitatem, quâ solâ superbia sanatur: quæ, rogant, non quasi mala sibi auferri, sed quia noxium est illis, qui inferunt, vt iam & illi conuersi martyria ament, quod factum est: & iam non est illud opprobrium, sed honor, quia qui talia precabantur, illa patiebantur.

c *Exquisiui.* AVGV. Non est dignus opprobrio, qui testimonia exquisiuit: Illud autem multi inferre volunt, *Etenim sederunt principes.*

d *Etenim sederunt.* AVGV. More iudiciario loquebantur eidem accusatores, quod grauius.

e *Consilium.* AVGV. Consilium contra consilium: Principum, martyres perdere, martyrum, illos acquirere.

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Increpa. *Hic tangitur collationis gratiæ impedimentum, quod est superbia: sicut humilitas est gratiæ meritoria, vnde dicitur, Iacob. 4. b.* Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, *& secundum hoc dicitur,* Increpasti *superbos scilicet, angelos superbientes de cœlo eiciendo, & primos parentes contemnentes mandatum Dei, de paradiso terrestri.*

2 Maledi. qui *Primi enim parentes, propter transgressionem diuini mandati incurrerunt maledictionem, secundum quod dicitur Gen. 3. c.* Maledicta terra in opere tuo, &c. *ideo consequenter petitur huius impedimenti amotio.*

3 Aufer à me opprobrium. *Maledictionis.*

4 Et contemptum, *Transgressionis.*

5 Quia te. tua exquisi: *Ad sciendum ea, & intelligendum, & ideo si transgrederer, non esset ex ignorantia, sed contemptu. Et causa dictę petitionis subditur, cum dicitur.*

6 Etenim se, &c. me loque. *Isti principes, sunt dæmones, secundùm quod dicitur Ephes. 6. b.* Non est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem, sed aduersus principes & potestates tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ: *& isti principes frequenter tractant ad inuicem, qualiter possunt homines sanctos & literatos deiecere per contemptum diuinorum mandatorum, sicut narrat Greg. in dialogo, quod Iudæus in phano idoli absconditus, audiuit dæmones tractantes de deiectione Andreæ Episcopi Fundanę ciuitatis.*

7 Seruus autem, &c. *Quia quantò homo percipit se à dæmonibus fortius impugnari, tanto magis debet in bonis operibus exerceri: ad quod requiritur diligens mentis consideratio, ideo subditur.*

8 Nam ✻ te. *Id est, meditatio mea iugiter versatur circa ipsa.*

9 Et consilium meum. *Quod intendo simpliciter prosequi.*

10 Iustificationes tuæ. *Id est, impletiones mandatorum tuorum, quę iustificant hominem.*

GLOSSA ORDINARIA.

a ¶ *Daleth.* CAS. In quarta litera dicit se corporali necessitate constrictum, sed sola Dei pietate saluandum.

AMB. *Daleth.* timor vel natiuitas, scilicet eorum quæ in seculo generãtur, & sunt caduca: ex qua natiuitate est timor, hoc deplorat homo deiectus in terra de cœlo.

CAS. Hic docetur quod lex timentem relabi confortat, & ad omnia ei sufficit.

✻ BEDA VENE. Corporali quidem se dicit necessitate constrictum, sed sola domini pietate saluandum: petens ab eo vt vias iniquitatis amoueat, quia viã veritatis elegerit, & ideo paupertate mundana ianuam veris diuitiis aperit, & frequenti meditationi, quasi tabulas sua præcordia Dei mandatis exhibet, quæ velut molli cera complanata, promptissima iubentis imperium quasi graphium scribentis acciperet. *Adhæsi* inquiens *testimonijs tuis Domine.*

a ¶ timor, vel natiuitas.

a ¶ Daleth.

a ¶ Modo consi. me. est in. t. Modo est ita, sed olim.
b ¶ Corpori, vnde mors, vel terrenis, quę sunt calcanda pedibus.
¶ Caro concupiscit aduersus spiritum, &c.
¶ Terrenis vt hæc curet.

a Adhæsit † pauimento anima mea

1

† puluери, limo.

b *Dhęsit.* AVG. Quantũcũque aliquis proficiat, habet tamen mortalis carnis affectũ circa hæc terrena, & ab hac morte quotidie reuiuiscit.

c *Paui.* AVG. In mundo cœlũ est camera, terra pauimentum, quæ teritur feriẽdo, vt fiat quasi leue, & nitens, & solidum pauimentum. Corpus etiam humanum pauimento comparatur, eo quod simili nitore leuigatur.

✻ BASIL.

NICOLAVS DE LIRA.

1 ADhæsit. *Hic ponitur tertium impedimentum, quod est pondus corporis animam aggrauantis ab operibus virtutis, secundum quod dicitur Sap. 9. c.* Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit sensum multa cogitantem terrena inhabitatio. *Hoc autem impedimentum aggrauans auferetur in resurrectione, quia tunc gloria animę redundabit ad corpus, faciens ipsum gloriosum, anima obediens ad nutum, secundum quod dicitur Rom. 8 d.* Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei, *In præsenti autem non auferetur, nisi per modum alleuiationis, quod fit vno modo per augmentum gratię animam animam fortificantis ad dictum pondus leuius portandum, sicut ille, qui grauiter portat decem, si multum augeatur virtus eius cum dicto pondere, non solum poterit ambulare, sed etiam currere. Et de tali alleuiatione dicitur Rom. 7. d.* Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? *Et respondet,* Gratia domini nostri Iesu Christi, *inquantum fortificat contra corporis aggrauationem. Igitur in hoc octonario quarto, primò petitur huiusmodi alleuiatio, secundo alleuiationis confirmatio, ibi,* Dormitauit. *tertio vtriusque declaratio, ibi,* Viam mandatorum. *Circa primum dicitur.*

Adhæ. pa. ani. *Pauimentum est terra, vel aliquid terreum, vt lapides & ideo cum dicitur,* Adhę. pa. *Sensus est, Anima mea corpori terreo & corruptibili animam aggrauanti est coniuncta.*

☞ A ✻ Basilius & Theodoret. Excellentiam humilitatis his verbis significata: vitam autem petit, non indefinite, sed eam, quæ secundum legem Deo non sit dedecori.

✻ Beda Venerab. Totus mundus quædam magna domus accipitur, cuius quasi camera est cœlum, terra vero quæ inculcatur, pauimẽtum, & corpus nostrũ de terra est, Vnde ipsum pauimentum potest dici quoque. Quia ergo caro nostra terra est, ideo dum sumus in hac peregrinatione sæpe subrepunt nobis terrenæ cogitationes, quia *corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena cogitatio deprimit sensum multa cogitantẽ,* vnde semper in hac vita nobis timendum est, ne deficiamus: quod attendens iste qui hic loquitur, dicit, Timeo ô Domine deficere, quantumcunque exercear in iustificationibus tuis, quia anima mea adhuc adhæret pauimento.

† statuta tua.

† insinua mihi.

† Liquefacta est anima mea præ angustia.

B

a *Vias meas* Ambros. Ordo ad iustificationes Dei perueniendi, primum peccata sua fatetur. Vnde alibi, *Dic iniquitates tuas, vt iustificeris,* Et iterum, *Iustus in principio sermonis accusator est sui:* Si enim accusauerit se iustus, vocem parati accusatoris excludit, qui solet aceruare peccata, & cuiusque exaggerare supplicia, obstruit os eius, qui ipse de se fuerit ante confessus. Verecundia enim excusat reum, pudor suus accusat autorem.

Esa. 43. d. Prou. 18. c.

b *Doce me iustificationes.* Avgvstinvs. Hoc dicit, volens proficere, qui iam in illis exercetur.

C

Cassiodorvs. Vel secundum spiritualem intellectum, figuratiuas obseruantias fac aduertere.

✻ Theodor. & Basilivs. Diuina nobis opus est intelligentia, vt virtutem secundum legem Dei exerceamus, & qui φιλανθρωπίαν vtitur, ad inanem gloriam non respiciat, & qui religiosus est, humanam laudem non venetur, & qui castus est castitatem, non propter impudicitiæ turpitudinem, sed propter castitatis amorem exerceat. Recte itaque propheta orat, vt diuinam intelligentiam sortiatur, quo, quæ sit iustitiæ via, cognoscat.

c *Viam.* Ambros. Prius est discere iustificationes, deinde gradus quosdam, & ordinem earum, quid prius, quid post esse debeant. Peccat enim qui præpostere agit. Nam scire quid facias, & ordinem nescire faciendi, non est perfectę cognitionis. Ordinis namque ignorantia, conturbat negociorum naturã, formamque meritorum, Notis mysteriis & eorum ordine, exercebor vsu, vt qui in palestra, vt roboretur. D

d *Instrue.* Avgvstinvs. Alij, *insinua mihi,* quod ex Græco expressius dicitur, *Fac me intelligere viam iustificationum.*

e *In mirabilibus.* Avgvstinvs. *Mirabilia.* Dei, vocat iustificationes ipsas: Quarum quædã iustificationes, sunt ita mirabiles, vt inexperti credant ad eas non posse peruenire, vnde iste fatigatus addit, *Dormitauit.*

f *Dormitauit.* Cas. Sed quia petitio dilata est, *dormitauit* vt fessus expectator. *Dormitauit,* nõ dormiuit: quia dormire est obliuiosi, & socordis: Dormitare fessi expectatoris, Dormitatio est quæ dicitur accidia. E

Avg. *Dormitauit.* Oro vt iustifices contuitu primi periculi, quod est necessitas carnis, vnde me liberasti: Et ideo dicit, *viui. me se. ver.* Oro etiam vt confirmes, consideratione alterius, scilicet, tædij, quod per te euasi.

✻ Basilivs. Continuus peccati impulsus cogitationum vigorem sæpenumero dissoluit, & athletam, vt impudenter quid agat, adigit, & iniustitiam alios affligentem operatur, anima autem dissoluta somnum admittit, somnus vero mortem infert: qua propter orat propheta vt confirmetur, & corroboretur, vt in alio Psal. dicit, *Illumina oculos meos, ne quando obdormiã in morte.* F

g *Confirma me in verbis.* Cassiod. Vt si adhuc differtur, firmius stem in meditatione legis tuæ.

h *Viam iniqui.* Cassiod. Vt possim confirmari. *Viam iniquitatis amoue,* hoc in hoc seculo necessarium, & *de lege tua miserere,* mala remoue, bona indulge. In lege petit misericordiã, quia per legem nemo iustificatur, sed per fidem Christi.

i *De lege.* Avg. In lege factorum, est Dei iubentis iustitia: in lege fidei, subuenientis misericordia.

k *Viam veritatis.* Avgvst. Cum dixerat, *de le. tua mi. &c.* de beneficijs, quæ consecutus est, præscribit, vt impetret cætera, quasi dicat, *Miserere,* quia *viam veritatis ele.* Rom. 3. d

☞ *Adhæsi*

---

a ¶ Sed tu domine. ¶ Vt in cœlo sit mens mea.
b ¶ Promissionem, vt sit filius promissionis, non elationis: quod non arroganter petit, quia quid per se erat, hic confitetur. Christum qui est verbum patris.
c ¶ Nam. d ¶ Aug Peccata mea confessus sum.

a viuifica me secundum verbum tuum. Vias meas † enuntiaui, b & exaudisti me, doce me † iustificationes tuas. Viam iustificationum tuarum † instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis.

a ¶ Dimittendo ea. b ¶ Deiecisti meas, doce tuas. ¶ Vt illas agam, non modo sciam.
¶ Aug. Vere nouit, qui facit: sicut non nouit dominus peccatum, id est, non fecit. c ¶ Et.
d ¶ Qui meas damno.

a ¶ Vt intelligam mystica. b ¶ Spirituali sensu. c ¶ Quæ in figuris latent.

a ¶ Exercebit, tamen olim dor. & ideo doce. ¶ Parum, vel nihil operans.
¶ Aug. retrixit à spe, comprehendendi eas. b ¶ Dilationis c ¶ Sed tu.
¶ Ne decidam, sed inde ad alia tendam.

† Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis. Viam iniquitatis amoue à me, & † de lege tua miserere mei. Viam veritatis elegi: iudi-

a ¶ Quæ iam teneo. b ¶ Aug Quid enim impedit? via iniquitatis. Et quia lex factorum subintrauit, vt abundaret de subdit, de lege fidei qua implemus, quod per nos non possumus.
¶ Quæ à patribus trita: quæ & mihi imminet.

a ¶ Christum, cuius cultum elegit, qui est via, veritas & vita. ¶ Quia iam. ¶ Vbi eurrerem.
b ¶ Vt currerem.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Viuif. me. *Id est, fortifica in me vitam gratiæ, ad pondus corporis leuius ferendum.*

2 Sec. ver. tu. *De quo scribitur Deut. 8.* Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei. *quia sicut cibus corporalis fortificat robur corporis, sic verbum diuinum robur mentis.*

3 Vias meas. *Id est, processus meos difficiles in via virtutis propter aggrauationem corporis.*

4 Enunciaui. *Tibi, per orationem deuotam petens alleuiari.*

5 Et exau. me. *Per augmentum tuæ gratiæ. Et quia augmentum istud semper debet plus & plus appeti, ideo subditur.*

6 Doce me iustific. tuas. *Quæ doctrina fit per augmentum gratiæ amplius illuminantis.*

7 Viam iu. *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem affectus expressionem.*

8 Et exer. in mirabilibus. *Id est, in operibus virtutum moraliũ infusarũ, quæ sunt mirabiles: Tum quia causantur in nobis ex diuina infusione, secundũ quod dicit Aug.* Virtus est bona qualitas mẽtis, qua quis bene vtitur, & nullus male vtitur, quã Deus in nobis sine nobis operatur: *Tum quia habẽt aliud medium, & aliũ finem quã virtutes acquisitę, quia in tẽperantia, seu in virtute temperantię acquisita, in sumptione ciborũ, mediũ institutum à ratione est, vt non noceat valetudini corporis, nec impediat actum rationis: In tẽperantia infusa, medium statutum est à lege diuina, vt castigetur corpus, & in seruitutem animæ redigatur. Similiter finis iustitiæ moralis acquisitę est, vt homo bene se habeat in politia hominum: finis autem infusæ, vt bene disponatur ad politiam supernorum, secundum quod dicitur Eph. 2. d.* Iam iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, &c.

9 Dormitauit. *Hic consequenter petitur prædictę alleuiationis confirmatio, quia semper homo debet timere casum à gratia alleuiante, propter variabilitatem fragilitatis humanæ: ideo dicitur,* Dormitauit, &c. *secundum quod dicit hic Cas. Dormire, est proprium pigri, secundum illud, Prouer. 24. d.* Vsquequo piger dormis; *Dormitare autem est lassi seu fatigati. Sanctis autem hominibus tadiosa est sarcina corporis, cui oportet condescendere, concedendo ei refectionem sufficientem, & quietem: in quo condescensu faciliter deficit homo nimis compatiendo, et sic disponitur ad casum; ideo subditur,*

10 Confirma me. *Gratiam tuam in me conseruando; & quia ad hoc facit diuini verbi frequens meditatio, ideo subditur,* In verbis tuis.

11 Viam ini. *Id est, dispositionem ad lapsum per nimium condescensum ad corpus,*

12 Amoue à me, *Tua gratia mihi præcauendo. Et quia in talibus non est tanta præseruatio, quin aliquando incurratur aliquod peccatum, saltem veniale; ideo subditur,*

13 Et de le. t. mi. mei. *Scilicet, si ab ea declinaui per peccatum mortale, vel in ea cęspitaui, seu retardatus fui, per veniale. Et huius miserationis causam allegat ex parte sui dicens.*

14 Viam ve. ele. *Secundum partem animę superiorem, quę ad optima deprecatur.*

15 Iudicia tua non sum oblitus. *Quibus peccatores terribiliter puniuisti, eos submergendo tempore diluuij, & igne sulphuris incendendo, vnde Sodomam subuertisti, & in consimilibus. Et quia ex terrore talium homo à malo retrahitur, & ad bonum conuertitur, ideo subditur.*

✻ Adhæsi

☞ a *Adhæsi.* AVGVST. Adhæret autem testimoniis, qui mundo renuntiat, qui curam huius vitæ, & tædium spernit, qui luxuriæ studio, ac pecuniæ cupiditate non curuatur.

✠ THEODORETVS. Non simpliciter dicit, secutus sum, sed, *Adhæsi*, hoc est, nec parum quidem temporis ab hisce meam mentem segregaui. Cæterùm quærit vt huiusmodi affectus fructum faciat, nimirum, vt ne vnius quidem ignominię periculum percipiat.

b *Noli.* CASSIO. Non iste est securus, sed humiliter petit seruari.

c *Cucurri.* AMBROOS. Vt bonus equus. Habet enim equos suos Christus, de quibus propheta, *Ascendisti equos tuos, & equitatus tuus salus.* D

✠ BASILIVS. Vtrisque opus est, cum animi nostri proposito, tum prouidentia Dei: neque enim diuina gratia bonum non habentibus propositum datur, neque humana natura virtutem poterat rectè exercere, sine cœlesti auxilio sicut propheta docet cum dicit, *Viam mandatorum tuorum, &c.*

a ¶ Et ¶ Cum currerem. b ¶ Qui prius pauimento.

a cia tua non sum oblitus. Adhæsi testimoniis tuis Domine, 1

a ¶ Aug. Sed fac, vt, quo curro, pertendam, quo tendo perueniam; vnde, Sic currite, vt comprehendatis. b ¶ Et ¶ Quæ est angusta. c ¶ Aug. non currerem, nisi dilatasset; hic versus exponit, quomodo dictum sit, elegi; non sum oblitus; adhæsi, id est, non per me, sed tuo dono.

b nóli me confundere. Viam mandatorum tuórum cucúrri, cum 2
c dilatásti cor meum. 3
d 4

d *Dilata.cor meum.* AVG. Cordis dilatatio, est iustitiæ delectatio: vt non timore, sed delectatione agatur, quod est donum Dei. Vel, dilatatio, est scientiæ latitudo, sine qua non potest currere.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Adhæsi test. tuis. *Firmiter proponens ea custodire.*

2 Noli me con. *Id est, permittere confundi, per recidiuum peccati.*

3 Viam. *Hic consequenter describitur vtriusque petiti declaratio, scilicet, alleuationis, & confirmationis, quę fiunt per augmentum gratiæ alleuantis & stabilientis, vt dictum est: augmentatâ verò gratiâ, charitas augetur, quia sunt idem realiter; vel saltem connexa inseparabiliter* B

biliter, per charitatem verò cor dilatatur, & sic quod à principio erat sibi graue, leniter portatur: & hoc est quod dicitur, Viam mandatorum. *in via virtutis faciliter ambulando.*

4 Cum dilatasti cor. *Per donum charitatis: quę mandata diuina facit leuia. secundùm quod dicitur* 1. *Ioann.* 5. *a.* Mandata eius grauia non sunt gloamanti; *quia charitas vires augmentat, secundùm quod dicit Gre. hom.* 12. Vires, quas imperitia denegat, charitas administrat. E

GLOSSA ORDINARIA.

a ה *He.* CAS. In quinta litera precatur Christo veniente sibi, qui veterem tenuit, nouam legem constitui, quæ semper exquiretur, cum tam ardenter desideretur.

AMBROS. *He, est* vel *vivo,* Qui est, viuit; qui viuit, verè est: Loquitur ergo qui viuit in Christo, dicens quomodo viuat, id est, viuere velit. Lex eundi sit mihi via iustificationum, vt nusquam diuertar: vt imperator præscribit militibus viam eundi; vt & dominus filiis Israel in columna ignis & nubis. *Da mihi intellectum,* quia non satis est quærere, nisi intelligas, quod requiris.

Exod. 13. d ¶ Doce me demine viã statutorũ tuorum, & custodiam ea semper

a ¶ Esse, quia confortatus iam verum esse, precatur.

ה Hę.

¶ Noli me confundere, sed: a ¶ Hæc lex est, via iustificati.

✠ Egem pone mihi Domine viam iustifica- 1

a ¶ August. Habitam exquiret, proficiendo quandiu viuit hic. b ¶ Ad inquirendum Dn, quia aliter nequit scrutari.

tionum tuarum, & exquiram eam semper. Dà 2

a ¶ Aug. Vt ad alta eius perueniam, in quibus tota lex pendet & prophetę.

mihi intellectum, & scrutábor legem 3

a ¶ Aug. Id est, diligam Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente; & proximum sicut meipsum. Et quia hoc minus valeo meis viribus, deduc me in se. b ¶ Quia arcta via. ¶ Aug. Parum est mihi voluntas mea, nisi in eo, quod volo, ducas. Sed quia & ipsa voluntas à te, Inclina, vt plus velim.

tuam, & custódiam illam in toto corde meo. Dè- 4
d duc me in semita mandatorum tuorum, quia ipsam 5

✠ BEDA VENE. *He, ipse,* vel, suscipiens; Multis modis beata plebs expetit vt in lege domini eius debeat muniri & custodiri: & pulcherrima ratione *suscipiens* appellatur, quæ dicit, *da mihi intellectum. Ipsaque* non immeritò vocatur, quia in eadem semper intensione persistens à vanitate seculi oculos auertit.

b *Legem.* AVGV. Non veterem, vt olim; non subditis; sed nouam, vt filiis, spiritusancto scriptam in cordibus, vt intelligant & ex amore compleant. Qui inuitus facit, nollet iuberi; & immundus voluntate, non est mundus opere. Veterem etiam vult scire, quid habeat vtilitatis, quare data, *vt abundaret de.* vnde subdit: *Da mihi.*

✠ EVTHYMIVS. Quomodo ait, *legem pone,* cùm lex viam iustificationum Dei iam diu esset data? dicendum est igitur dixisse eum, *legem pone mihi,* pro, doce me: iuxtà quem sensum Symmachus pro *legem pone* dixit, ostende. Nam qui docet, videtur quodammodo de nouo statuere, ac legem ponere, cum ignaros adhortatur ad bona, & auertere eos studet à vitiis; in præcedentibus etiam dixit, *Doce me iustificationes tuas,* vel declara mihi viam iustificationum tuarum, *& exquiram ea semper;* occulta enim est multis illa via, eò quòd obscura esse videtur.

✠ BEDA VENE. Modò rogat legem poni sibi: quod videtur contrarium Apostolo, qui dicit, *lex non est posita iusto, sed iniusto;* Non enim iniustus accipitur ille, qui prius dixit se cucurrisse; sed nõ rogat iste sibi legem poni secundum veterem populum, cui lex data est in tabulis lapideis; sed rogat sibi legem dari in tabulis cordis, quia scriptum est, *auferam à vobis cor lapideum & ponam in vobis cor carneum: Dabo legem in mentibus vestris & scribam eam in cordibus vestris.* Rogat scilicet legem sibi, non quod tantum intelligendo sciat, sed quòd amando faciat; non in angustia timoris, sed in latitudine charitatis. Ille autem populus, qui legem accepit in tabulis lapideis, Lapides illos depictos literas habuit, non vt honoraretur, sed vt premeretur, non titulum honoris, sed titulum oneris. Qui enim coactus legem facit, non legis est amicus, sed inimicus

c *Exqui.eam.* AVG. Vel, semper exquiritur, tenendo; vt, spiritus scrutatur omnia, non, vt quod nescit, inueniat, sed quia nihil reliquit, quod nesciat: Ita hic semper legem exquirit, qui nunquam relinquit aliquid de lege.

d *Quia ipsam.* CASSIODORVS. Ipsa noua gratia, per se placet ☞ quę

NICOLAVS DE LIRA.

1 Egem pone, &c. *Postquam actum est de remotione impedimenti circa perfectionem vitæ actiuę hic consequenter agitur de assecutione promotus: Quod est triplex, scilicet, fides dirigens, spes subleuans, & charitas stimulans. Et primo ponitur primum, secundo secundum, ibi,* Memor esto. *tertiò tertium, ibi,* Bonitatem fecisti. *Circa primum sciendum, quod fides habetur dupliciter: Uno modo quantùm sufficit ad propriam salutẽ, & sic habetur etiã à simplicibus fidelibus, Alio modo communiter, quantũ ad eius defensionẽ contra hęreticos & infideles, & sic habetur à maioribus. Primo ergo agitur de fide simpliciũ, & secundo de fide maiorũ, ibi,* Et veniat. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur fidei directio, secũdo deuij remotio, ibi,* Inclina cor. *Circa primũ sciẽdũ, quod licet veritas prima sit obiectũ fidei formale, & secundum hoc pertinet ad vitã contemplatiuã: tamẽ materialiter, et per reductionẽ, ad fidem pertinent omnia, quę ordinantur in ipsum Deum, qui est veritas prima.*

Inter hęc autẽ continentur opera virtutũ, quę procedunt ex fide per dilectionẽ operãte, & pertinẽt ad perfectionẽ vitæ actiuæ, & hoc modo agitur hic de fide, prout dirigit in operibus vitę actiuæ, & secundũ hoc dicit Psalmista loquens in persona humana naturę, Legem pone mihi do. viam iustifi. tuarum. *Sicut enim lex humana dirigit in operibus iustitia politicæ, sic fides in operibus iustitię diuinę.* 2 Et ex. eam sem. *Quia habita fide quantum ad prima credibilia, excitatur animus ad inquirendum de his quę sequuntur ad ipsa. Et quia ad hoc requiritur, quod intellectus à Deo moueatur, ideo subditur,*

3 Da mihi in. sc.l.t. *Perfectè cognoscendo, quod non possem sine tuo auxilio, Et quia talis cognitio ordinatur ad opus, ideo subditur.*

4 Et custodiam illam in toto corde meo. *Quantum ad actus interiores.*

5 Deduc mẽ in se. *Quantum ad actus exteriores. Et quia ex tali exercitio aggeneratur quædam inclinatio ad actus similes, ideò subditur.* Quia ipsam volui.

quæ deducit ad cœlum.

A a *Inclina cor.* CASSIODORVS. Ostendit, per diuersas & subtiles minutias, omne bonum à Deo tribui, & per eum seruari, & eius gratia semper augeri.

AVGVST. *Inclina cor.* Testimoniis aliquid probatur, & Deus suas iustificationes & mandata suis testimoniis persuadet, & probat; scilicet, vt gratis colatur, quod impedit radix omnium malorũ auaritia. *Inclina.* Inclinati melius vident, quam vanitate supini.

✻ THEODORETVS. Aquarum natura in procliue ferri solet, & si quem exitum inuenerit, illuc tota confluit; sic B diabolo viam referante, hominum natura in peius vergit; igitur congruenter admodum vates precatur, vt in diuina testimonia cor inclinetur, & vt tentationem transgrediendi in alterutram partem effugiat.

voluit. Inclina cor meum in testimonia tua, & non in
a ¶ Vt gratis pro se, non pro terrenis, vt Iob. b ¶ Et. ¶ Aug Hoc magis est in spe, quia & inuiti sub vanitate nunc. c ¶ Quia hic, visa ambimus; vel mysticos oculos mentis dicit. d ¶ Aug. Vana seculi, Christus verò est veritas, quæ est via, in qua petit viuificari, quia est & vita. ¶ Vel am.

auaritiam. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem, in
a ¶ Sed. b ¶ Qui in me morior. c ¶Et. ¶ Aug. Id est, da facere, quod eloqueris: statuitur enim non nisi facienti.

3.Tim.6.b † Cõfirma via tua viuifica me. † Statue seruo tuo eloquium tuum, in ti-
a ¶ Qui permanet in seculum seculi. ¶ Hic auertit à vani. b ¶ Peccatum meum. ¶ Aug Suum opprobrium dicit, quod de alijs suspicatur; quia facilius in alio putat, quod in se sentit; precatur ergo auferri opprobrium quod in se sentit, & in aliis suspicatur. c ¶ Et si non habeo, nescio.

† suauia more tuo. Amputa opprobrium meum quod † suspicatus
a ¶ Ego suspicor: tu omnia verè iudicas. b ¶ Vt dilector diligentis me. c ¶ Aug. Quę omnia duobus mandatis charitatis colliguntur.

sum, quia iudicia tua † iucunda. Ecce concupiui mandata tua
a ¶ Aug. Alias iustitia, id est, Christo, qui est Deus, & quia est homo, meus proximus est. b ¶ Qui in me morior.

in equitate tua viuifica me.

b *Et non in auaritiam.* ✻ BEDA. VENERAB. Id est, vt gratis te colam, tunc enim omnis auaritia præscinditur, si gratis Deus colatur; & quia auaritia non est tantùm de pecunia, sed etiam de laude humana, ideò subdit, *auerte oculos meos* interiores.

c *Auerte.* AVGVSTINVS. Precatur, quod non hic, sed in futuro implebitur, cùm liberabitur creatura à seruitute corruptionis, & ipse veritati adhęserit, veniens in libertatem gloriæ filiorum Dei. Vel, quia officium non *officio* sed fine pensatur; precatur, vt cum aliquid facit, oculi interiores, qui vident quare fit, non *videant vanitatem*, vt propter eam bonum faciant, in qua vanitate præcipuum locum amor laudis humanæ habet, quam vbique Christus prohibet in euangelio, & ad gloriam Dei tantum præcipit bona fieri.

C *Auerte.* Per oculos peccamus, dum conspecta ambimus; mors Matt. 5. b. enim intrat per fenestrã nostrorum sensuum, quod hic notatur. Iere. 6. f.

d *Ne videant.* AVGVSTINVS. Non videt vana, qui fixus est in illo, qui est super omnia, cuius mens sursum est, qui verò hæc cogitat, sub sole viuit, vbi vanitas.

✻ THEODORETVS. Vanitas, quod inutile & stultum est, vocatur, huiusmodi quippe sola ea, quæ in vita iucunda videntur. Sic hæc & sapiens Salomon nominat, *Vanitas vanitatum & omnias vanitas*, & cum narrasset quomodo ædes ædificauit, & conseuit hortos & fecit aquarum piscinas; subdidit, *Et ecce omnia vanitas et afflictio spiritus.* Supplicat igitur vates vt mentis oculi in nullam aliam contemplationem vergant, & ne præsentium rerum vanitate demulceantur.

e *Statue.* AVGVST. Immobiliter, ne elabatur, ad quod valet timor, vbi nec culpa nec desidia; quia multi eloquia Dei negligenter suscipiunt, & tanquam à fabulis declinant.

f *In timore.* AMBRO. Timor sanctus, basis est, in qua verbum Dei statuitur; & ipsum verbum, disciplina timoris, ne sit zelus Dei sed non secundùm scientiam. D

AVG. *In timore.* Non est autẽ iste timor seruilis, quo tantum pœna timetur; sed castꝰ, quo timetur offẽsa: aliter enim timet adultera virũ suũ, aliter casta; adultera ne veniat, casta ne deserat.

g *Amp. oppr.* AVG. Hoc de superiori dicitur, quia cuius oculus videt vanitatem, hoc & de aliis suspicatur, vt propter quod bonum agit, credat alterum facere. Quia enim occulta hominum non videntur, datus est locus suspicionibus. Ideò cum dominus de fine operum præcepisset, ne iustitiam suam facerent propter laudes hominum, vel pecuniam vel etiam victum, vel vestitum: quia poteramus alios propter E hæc bona operatos suspicari; subdidit, *Nolite iudicare, vt non, etc.* vnde & hic *Amputa opprobriũ me quod suspicatus sum*, addit: *quia iudicia tua suauia.* Id est, vera. Vnde enim, sunt suauia amatori veritatis, sed iudicia hominum de occultis non suauia, quia temeraria. Quia autem inuidorum est libenter suspicari opprobrium alterius, cum nequeunt rodere opus, quod eminet, vt & diabolus in Iob: Contra hoc, charitas est habenda, *quæ non æmulatur.*

1 2 3 4 † timui Matth. 7. a. 5 6 7 8

✻ BEDA. Quasi dicat, Vt stabile mihi sit eloquium tuum *amputa opprobrium meum*, hoc scilicet, *quod ego suspicatus* sum in aliis, quod gratis te non colerent. Sicut accusator fratrum de B. Iob dicit, *Nunquid Iob gratis colit Deum?* multi enim propter maleuolentiam, aut æmulationem, alios ex sola suspicione sic accusant, quia quod in seipso homines viderunt sic facile de alio suspicantur.

✻ THEODO. Aquila autem pro, *Suspicatus sum formidaui* dixit, Sic etiam Theodotion; Sed Symmachus *quod vereor* explanauit; Opprobrium autem hoc in loco vocat, dedecus quod ex F peccato oritur, hoc enim & formidabit, & timebat, & suspectam ducebat vitam.

h *Concupiui.* Concupiui ex tota corde, tota anima, tota mente diligere te, & proximum: & tu non in mea, sed in tua iustitia *viuifica*; id est, charitate, quem cupiui, imple. Iob. 1. 1. Cor. 13. b

AMB. *Auser peccatum, quod suspicatus sum*, quod melius nosti quam ego ipse. Vnde, *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus.* Tibi iudici audeo fateri, quia iudicia tua dulcia confitenti, non seuera; & quia dulcia iudicia. *Ecce concu.* Cor. 4. a.

CAS. Maximum vitium humanitatis est suspicio, quæ aliter putat, quam sit veritas, vt de malis bona, vel de bonis mala dicamus: quæ ducit in opprobrium, aliter putantes, quam sit res, Quam culpam à se optat amoueri amator veritatis, cui placent iudicia Dei, cuius verbum verum, firma sententia.

✻ BEDA. VEN. Nouus homo, noua mandata dedit mũdo: & quia *concupiui mandata tua*, ergo domine *viuifica me in equitate tua.* Id est, in Christo, qui est nobis factus, sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio.

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Inclina. *Hic consequenter petitur remotio impedimenti, quod est triplex; primum est concupiscentia oculorum, quę respicit aggregationem bonorum temporalium, et quantum ad hoc dicitur*, Inclina cor meum in testimonia tua & non in auaritiam, *Animum à diuinis operibus retrahentem. Secundum est concupiscentia carnis, quę vt plurimum accenditur ex aspectu impudico: & quantum ad hoc subditur,*

2 Auerte oculos meos, ne videant vanitatem, *Id est, spectacula ad malum luxuriæ inducentia. Tertium est superbia vitæ, & quantum ad hoc subditur,*

3 Statue seruo tuo eloq. tuum in ti. tuo *Timor enim domini facit hominem veraciter humiliari.*

4 Amputa opprobr. meum. *Id est, occasionem labendi in peccatum quod est opprobriosum.*

5 Quod suspicatus sum, *Id est, timui, vnde in translatione. Hier. habetur, quod reueritus sum.*

6 Quia iudicia tua iucunda. *Decedentibus absque mortali culpa, vnde Luc. 21. Saluator loquens de signis præcedentibus extremum iudicium, dicit?* His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, id est, exhilarate corda vestra. *Et dicit Greg. ibidem*: Nec mirum, quia audient illam dulcem sententiam, Venite benedicti patris mei, &c. *Matth. 25.*

7 Ecce concupiui man. tua, *Scire & operari.*

8 In æquitate tua viuifica me. *Augmentando in me vitam gratiæ. Et dicit*, in æquitate tua, *quia talis æquitas iustitiæ, per quam homo dirigitur in Deum meritoriè, non est nisi per gratiam à Deo homini datam quę iustificat impium.*

NICOL.

GLOSSA ORDINARIA.

Aa ¶ *Vau.* Amb. Cuius interpretatio est, vt ille. Alius interpres, non est, ait Cassio. In sexta litera precatur, vt saluator veniat, qui est misericordia peccatorum, vita fidelium, vt inimicos confundat, & in lege proficiat. Cas. *Vau*, & ille; id est, saluator Christus, qui quasi adhuc loquētibus nobis dicit, *Ecce assum, Vau*, ipse, id est, notabilis spiritusſanctus cuius auxilium petit contra hereticos, quia abesse retrahunt.

† salus tua ✻ Beda. *Vau*, Interpretatur *Et ipse*. Postulat congregatio sancta sibi dominum debere concedi, vt inimicos de

† verbis B æterna remuneratione confundat, & in lege domini assidua meditatione proficiat. Ipse ergo dominus, atque saluator *Vau*, literæ vocabulo designatur. Notaque quam pulchrè quinta littera, *ipsa*, sexta nuncupatur, & *ipse* videlicet cui dicitur, *Tu idem ipse es*, id est, æternus, in cuius fide vt iam ecclesia *ipsa* esse, id est vna eadémque deuotione, sic & in futuro cum eo regnare promeruit.

¶ Est; vel &; vel, ipse.

¶ Vau.

a ¶ Aug. In æquitate tua viuifica. Et veniat Christus, hæc est iustitia, quam dixerat. ¶ Vel, concupiui mandata tua. Et vt ea perficiam veni. su. me, &c. ¶ Auguſt. Fiat mihi caput filius.

b ET veniāt ſuper me miſericordia tua Domine, 1

a ¶ Exponit, misericordia, ¶ Christus. b ¶ Promissionem, quia totum est gratiæ.

✝ ſalūtare tuum ſecundùm eloquium tuum. Et 2

a ¶ Etsi erit super me, vt protector, non conterens. b ¶ De quo viuitur. c ¶ Sed quia ipse non est, qui loquitur, sed spiritus Dei, hoc addit, quia spe. q. d. ideo respondebo, quia spe. &c.

c reſpōndebo exprobrantibus mihi vĕrbum, ✝ qūia ſperaui in 3 4 5

a ¶ Promissis, quæ dicunt, Nolite cogi. quid lo. &c. b ¶ Quia vero multi vigentibus malis negant, subdit. c ¶ Ambr. De ore tollitur etiam per malam conscientiam, & ab auibus cœli? & multis modis: sed non de corde, si ei infixum est.

d ✝ ſermōnibus tuis. Et nĕ auferas dē ore meo verbum veritatis 6 7

e a ¶ Id est, Semper etsi ad tempus, vt Petro. b ¶ Ne auferas. Et si non abstuleris custo.

f vſquēquaque, quia in iudiciis tuis ſuperſperaui. Et cū- 8

a ¶ Non præcepta legis, sed charitatem. ¶ Aug. Plenitudo legis charitas, quæ & in hoc seculo, & in futuro a sanctis custoditur. b ¶ Determinat semper c ¶ In præsenti. ¶ In futuro.

ſtodiam lēgem tuam ſempĕr, in ſeculum & in ſeculum ſecu- 9

a ¶ Charitate quę diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum; vel latitudinem scientię, quam quęrendo est assecutus.

g li. Et ✝ ambulabam in lātitudine, quia mandata exquiſiui. 10 11

† ambulabo

b *Et veniat super me.* ✻ Theod. Omnes namque Diuinæ benignitatis indigentes sumus, & ille qui vltimum virtutis fastigium apprehendit, huius continuò indiget.

Cas. Petit vt mandata quæ concupiuit, per eius misericordiam faciat.

c *Et respondebo exprobrantibus mihi ver.* Avgvst. Quia parum est Christum habere in corde, nisi exterius confiteatur ore, vnde.

C *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.*

Cas. Nota nobis non esse tacendum contra malos, (qui tamen possunt recipere rationem) ne videantur superiores.

Rom.10.c. *Respondebo exprobrantibus mihi verbum.* Avg. Vel *respōdebo ver. ex. mi.* Sed quodlibet horum dicatur, Christum significat: Ipsum enim nobis exprobrant illi, à quibus crucifixus est, vel quibus scandalū est, vel stultitia; quod *verbum caro factum* est quod, *in principio erat verbum apud Deum.* Sed si id est, quia illud ignorant, qui crucem improperant, quia diuinitas eius ab eis non cognoscitur, cuius infirmitas contemnitur in cruce: Melius dicitur, *Respondebo verbum, quod erat in principio apud Deum.*

d *Et ne auferas.* Avg. Ne auferri sinas; *respondebo, quia speraui in sermonibus* tuis, Id est quia hoc promisisti; *Non auferas* Quia *in iudi. tu. superſp.* &c. Qui enim suprà dixerat, *Speraui in sermonibus*, hic quasi superaugmentum facit di. *superſperaui*

Rom,8.d. *in.iud.* flagella, quibus corripis, nō auferunt spem, sed augent. Vel quia præmium maius merito, & suprà quam petimus, speratur; vnde, *Non sunt condigne passiones huius tem. &c.* Vel, metu iudiciorum tuorum, quia qui veretur pœnam, custodit gratiam, ideò ait: D *Et custo. le. t.*

✻ Beda Venerab. Quia autem multi non sustinentes exprobrationes, negando ceciderunt, sed postea pœnitendo reuixerunt, Sicut Petrus ad horam quidem peccauit timore territus, posteà vero flendo est reparatus, & confitendo etiam coronatus; Multi autem ex toto negando reciderunt, quia post ea flendo non profecerunt: ideo iste timēs infirmitatem humanam, diuinam implorat misericordiam ne vnquam terrore aliquo, sic negando †quoniam cadat, quin saltem reuiuiscat pœnitendo e *De ore meo ver.* E Amb. Manentē enim in peccato à prædicationis officio prohibet dominus, dicēs, 9 *Quare tu enarras iustitias meas*: In ipsa enim obmutescit facundia, si ægra sit cō- 10 scientia. Caueat ergo 11 ne verbis non conſruant facta, & ne deforment iniquitatis opera magisterium disciplinæ.

f *Vsquequaque.* Nō vsque valde, id est, ex toto: quia etsi aliqui de ecclesia negant, fortes tamen remanēt, vel eidem reparātur.

g *Et ambula.* Avg. Hactenus verba orantis, nunc narrantis. quasi impetratis omnibus confitetur in laude Dei, qualem illum fecit Deus. Nota, & coniunctionem inusitatam, & quasi in consequentem, non enim ait secundum priora, & custodiam, & ambulabo, vel non ait optatiuè, & vtinam ambulem, sed sic voluit intelligi quod non dixit, id est, se auditum: Et subdit, F qualis factus sit, quasi dicat, hæc cum orarem exaudisti me: & exauditus ambulabam in charitate, in qua tota lex est, & ideo dicto, & *ambulabam in la.* causam subdit, *quia mandata t.* expetendo, quærendo, pulsando, & Deus dat spiritum quo charitas diffusa est in cordibus nostris, vt inde bene agatur. Rom. 5. d.

Cas. Vel ita, Ita modò fiat, quia etiā olim ambulabā, ne quis modo cœpisse putet, sed sicut cœpi, ita modo facere da. *In latitu.* patulū oportet esse cor, quod recipit illū, qui cœlum & terrā implet.

✻ Theodoretvs. Vita secundùm legem acta fiduciam affert, & huiusce rei testis est magnus Dauid, nam ante peccatum tam multa fiducia cum Saule sermocinabatur: post peccatum parricidam fugitans filium, prospiciens in terram, capútque operiens ambulabat. Et Elias ille magnus iustitia fretus Achabi impietatem arguebat. Sic diuinus Daniel Nabuchodonosor dicebat, *Et nunc rex consilium meum placeat tibi, eleemosi-* Dan. 4. *nis redime peccata tua, & iniquitates tuas misericordiis pauperum.* Sic diuinus aulus cum Agrippa & Festo & Felice disserebat, Sic trium phatores martyres impios reges despiciebant.

☞ ✻ Beda

NICOLAVS DE LIRA.

ET veniat super me misericordia tua do. *Hic consequenter petitur fides, non solùm ad simplicem credulitatem, sed ad eius constantem confessionem & defensionem: quod frequenter factum est, etiam in simplicibus, per spiritus sancti assistentiam, & hoc est quod dicitur,*

1 Et veniat super me misericordia tua domi. *Largiendo fidem modo dicto, & ideo subditur,*

2 Salutare tuum secundum eloquium tuum, *Vt scilicet, spiritus tuus loquatur in me, secundū quod dicitur Matth.10.c.* Nō enim vos estis qui loquimini, sed spiritus pa. vestri qui loquitur in vobis.

3 Et respondebo exprobrantibus mi. *Id est opprobriosè loquentibus mihi propter fidem, sicut factum est multis catholicis.*

4 Verbum, *Scilicet, veritatis, à spiritu sancto mihi administrandū.*

5 Quia speraui in sermonibus tuis. *Id est, in sermonibus à te mihi conferendis, & non in sermonibus ex mea scientia proferendis; ideò subditur,*

6 Et ne auferas de ore meo. *Minus dicendo, plus significat: id est, conferas ori meo.*

7 Verbum veri. *Quia à spiritu sancto non potest progredi falsum.*

8 Quia in iudi. *Diuino enim iudicio, licet hominibus occulto, fiunt aliquando simplicibus tales illustrationes veritatis, & quia ad talem illustrationem sequitur diuinæ legis impletio, ideò sequitur,*

9 Et custo. legem tuam. *Semper eam opera adimplendo:*

10 Et ambu. in la. *Scilicet, charitatis, quę est tantę latitudinis, quod etiam se extendit ad inimicos. Matth.5.g.* Diligite inimicos vestros benefacite his qui oderunt vos.

11 Quia man. *Non solum speculatiuè, sed etiam practicè. Et tali verò exercitio meretur charitas augeri, vt tandem mereatur & perfici ideo sequitur,*

☞ ✻ Beda Venerabilis. *Latitudinem*, vocat spiritū, de quo dictum est, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum qui dictum est nobis*, qui fecit nos petere quod desideramus accipere, querere quod volumus inuenire, pulsare ad quod nitimur attingere.

a *Et loquebar*. Augustin. Qui petebat, vt respōderet verbum exprobrantibus, & ne tolleretur verbum de ore, nunc pro eo certat vsque ad mortem.

✻ Beda. Hæc tria ordine ponit, primum de locutione & sic *loquebar de testimoniis tuis*, vel in præceptis tuis annuntiandis, & suadendis, etiam *in conspectu regum, & non confundebar* taciturnitate. Et verè *non confundebar*, quia *meditabar in mandatis tuis, semper* de eis cogitando, ideo, quia ea *dilexi*; & non solum loquebar & meditabar sed etiam *leuaui manus meas*, ideò quia dilexi ea. Manus sunt opera, & ille leuare manus ad mandata dicitur, qui facit ea, non propter remunerationem terrenam, sed propter æternā

✻ Theodoretvs. Non in sermone est Dei regnum, sed in opere, & *qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum* idcircò diuinam valdè meditationem proposuit; cum enim dixisset, *meditabar in mandatis tuis*, subdit, *& leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi*,

1 Quæ enim per diuina oracula didici, hæc per opera executus sum.

3 b *Non cōfun.* Ambro. Suauis est vox, quæ in diuinis testimoniis loquebatur. Decora facies, quæ in conspectu regum non confundebatur, quæ non erubescit autorem, quę non cōfunditur de redemptore.

c *Et med.* Quid loquerer. *Et leuaui manus*; operibus, quod docebam, ostendi; ex meditatione boni operis vsus venit.

d *Et le.* Pulcherrimus ordo, iste, vt primò meditetur, postea operetur, Ex meditatione namque mandatorum cœlestium boni operis vsus inolescit,

a ¶ Græcè martyrijs. b ¶ Etiam. ¶ Vnde, Ante reges & præsides ducemini. c ¶ Qui poterant terrere.

† loquar B Et † loquebar † in testimōniis tuis in conspectu rēgum, & non confundēbar. Et † meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi. Et † leuāui manus meas ad mandata tua quæ dilexi †, & exercēbor in iustificationibus tuis.

a ¶ Pro scandalo crucis, vel vt cederem. b ¶ Ecce virtus inspectiua. ¶ Cogitando quid loquerer. c ¶ Cur? quia ea di. ¶ Per spiritum qui datus est mihi.

† delectabor. b c

a ¶ Operando. ¶ Actualis virtus. ¶ Quia supernum est quo leuantur, cum pro ipso Deo fiunt opera, cum pro terrenis, deponuntur manus. b ¶ Item causa.

† leuabo d

a ¶ Frequentando. ¶ In vtroque, cogitandi & operandi delectatione.

E † de

F

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et loque. de testimoniis. *Constanter & intrepidè.*

2 In con.re. *Vt patet de Sidrac Misac & Abdenago, coram Nabuchodonosor rege, Daniel. 3. Et de Petro & Ioanne coram principibus sacerdotum, Act. 4. & de multis aliis, vt patet de sancta Lucia, & sancta Agnete, et consimilibus.*

3 Et meditabar in mandatis tuis quæ di. *Dilectio enim alicuius rei facit de illa frequenter meditari.*

4 Et leuaui ma. me. ad manda. tua. *Ea opere adimplendo, sine quo non sufficeret meditatio, ideò subditur.*

5 Et exercebor in iustificationibus tuis: *Id est, in operibus mandatorum tuorum, quæ iustificant hominem, dum tamen modo debito impleantur.*

3 Et

GLOSSA ORDINARIA.

a ☽ *Zain.* Cassiodorvs. In septima litera de spe promissionum Dei, quæ facit omnia tolerari.

Ambro. *Zain* significat Latinè *duc te*, alibi *huc* Cassio. Zain *huc* vel *duc te*, quia hic agit de spe, quæ non est de præsentibus, sed tantum ad futura tendit; quasi dicat, huc tende, huc dirige iter tuum, tāquam tui ductor & rector, quò vocat te verbum Dei, scilicet ad cœlestem gratiam & ad æternitatem, cum ait, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.*

Matt. 11.d

¶ Huc vel duc te.

☽ Zain.

a ¶ Ideo sic & sic ago, quia Deo promittente æterna spero; & auxilium in tribulatione. ¶ Cito da quod promisisti. ¶ Promissione: qua sæpe vocas me ad te qui nunquam fallis. b ¶ Quia promisisti, sperare fecisti æterna, præsentia & despicere.

† Memēto b c

a ¶ Spes, quæ humilibus conuenit, quæ verbo tuo mihi obuenit.

✻ Beda. Vener. Chorus ille sanctorum spem promissionum Domini sensibus nostris omnium cōmendatur, vt firmum in mente nostra permaneat, quod glorioſa veritas pollicetur; asserens propterea fideles aduersa mundi libentissimè sustinere. Quis enim mortem temporalem metuat, cui æterna vita promittitur? Ipsa ergo vita, quæ hic in spe, illic in re percipitur, oliuæ nomine, quam *Zain* littera designat, exprimitur. Nam vt in hac peregrinatione sanctorum facies exhilaratur oleo, ita in illa patria perfectio sancti spiritus æterna visione atque inhabitatione pinguescit. Et quia septiformis est eiusdem spiritus gratia, recte septima litera vocitatur oliua. Nomen autem fornicationis congruit peccatoribus derelinquentibus legem domini.

b *Memor esto*, Av. Morali & consueta locutione qua, humanus moueatur affectus, dicitur, *Memor esto*: Non enim obliuio cadit in Deum: Sed sicut dicitur pœnitere Deus, quādo præter hominum spem res mutat, consilio non mutato; ita dicitur & obliuiſci, quando tardat; & memor esse, cum citò dat, hoc tamen Deus facit certa dispositione, non deficiente memoria, nec obscurata intelligentia, nec voluntate mutata.

Ambr. *Memor esto &c.* Propositum sancti viri est, primū, vt sit memor promissionis, secundum quam viuenti merces debetur, Secundum est, vt & in aduersis spe cōsoletur, Tertium, vt si impios videt prosperari, non ideò declinet à lege Dei, sed contagia eorum fugiat. Quartum, vt memor sit iudiciorum cœlestium, quæ, quia vera ab Adam in omnibus temporibus, consolantur, aliter declinaret à lege. Mali timent iudicia humana, nedum diuina, sed boni desiderant. Quintum est dolere alienam culpam, non suam contumeliam, imò & pro eis orat. Sextum est, quod cantabiles sunt ei iustificationes. Septimum est, quod non solum die, sed & nocte, id est, omni tempore laudibus Dei intendit. Nocte Iudas prodidit, Petrus negauit: Illo ergo tempore magis instandum.

1 2 3 4

c *Seruo tuo* Ambr. Cuius oculi in manus dñi, verecundè se dignū ostendit. Q. nō vsurpatiuè spero & peto: seruus, sum, expecto alimentum à domino, miles sū, exigo ab imperatore stipendium.

✻ Theod. Legem ferens Deus custodientibus legē suam, beneuolentiam promisit, & transgredientibus supplicium: vt recordetur igitur suarum promissionum Deum precatur.

d *Hæc me con.* Ambr. Quisquis enim meliora sperat, nunquā

☞ leuioribus

NICOLAVS DE LIRA.

1 Memor esto, &c. *Hic cōsequēter ponitur secūdum promotiuū in perfectione vitę actiuę, quod est spes subleuās. Ex hoc enim, quod spes sublenat ad expectationem vitę beatę in patria, cōfortatur homo in operibus vitę actiuę in via. Spes autem est certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia & meritis proueniens: aliter non esset spes, sed præsumptio. primò igitur agitur de spe, prout respicit gratiam Dei secundo prout respicit vsum bonum liberi arbitrij, ibi*, portio mea. *Prima in duas, quia primò agitur de spe, prout respicit diuinam gratiam; secundò de timore respiciente fragilitatem propriam, ibi*, Defect. *Circa primum dicitur*, Memor esto ver. tui. ser. *Id est, quod dixisti seruo tuo. Iste seruus fuit Abrahā, cui Deus promisit vitā beatam, & semini eius, Gen. 15. b.* Suspice cœlum, lū, & numera stellas si potes, & dixit ei, Sic erit semen tuum. *In quo promisit Abrahæ & imitatoribus fidei suę gloriā cœlestis patriæ, vt ibi plenius fuit dictum, vnde accipitur in officio mortuorū illud:* Signifer sanctus Michael repręsentet eas in lucem sanctam quam olim Abrahę promisisti & semini eius. 2 In quo mi. spem. *Id est omni imitanti fidem Abrahæ, cui reuelatum fuit mysteriū Christi; vnde dixit saluator Ioan. 8. g.* Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gauisus est.

3 Hæc, *Scilicet spes futurę beatitudinis.*

4 Me consolata est in humilitate mea. *In Hebręo habetur*: In afflictione mea. *Fideles enim à tyrannis oppressi, & afflicti, ex ista spe fuerunt in tormentis multipliciter consolati, in tantum quod non solum patienter, sed etiam gaudenter sustinebant.*

☞ Quia

leuioribus frangitur; humiliatur enim anima nostra dum traditur tentationi, duris examinanda laboribus, vt luctetur & certet, cõgressum contrariæ potestatis experiens. Sed in his tentationibus viuificatur alloquio Dei.

a *Humilitate.* AVGVST. Quam sibi facit confitendo peccata, & quam sustinet abalio; vel, quod proiectus in mortem peccato Adæ.

b *Superbi.* AMB. Superbia à Dei cœpit iniuria, contra quã spiritualiter congressus est dominus.

AVGVSTINVS. *Superbi*, id est, persecutores. Prosequitur humilitatem.

✻ THEODOR. *Superbos* nuncupat Saulem, Absalonem Ammonitarum regẽ, qui fecit iniqua illa in eos, qui ab ipso missi fuerant; sed illi quidem inquit, amplexi sunt vitam, ego verò tuas leges secutus sũ. Cæterum hæc dicere possent etiam triumphatores martyres, qui grauia & aspera à crudelibus & impiis tyrannis perpessi sunt.

✻ BEDA. *Superbi*, id est parentes primi, qui non per infirmitatem, vel ignorantiam, sed per superbiam transgressi sunt mandatum Dei; illi inquam *superbi agebant iniquè.* & non parum iniquè, sed *vsquequaque*, id est, omnimodè, quia non tantum ipsi per peccatum suum mortem meruerunt, sed aliis poculum mortis posteritatibus suis propinauerunt.

c *Vsquequaque.* valdè. Non satis est quod impij, nisi & impios faciant.

d *Memor fui.* CAS. Metus pœnarum reuocat à malis. Vel, *iudiciorum tuorum*, quæ à domo tua in primo iusto cœperunt.

e *A seculo.* CAS. Ex quo mundus cœpit administrari, quod conuenit dicere generali iusto.

f *Et conso.* AVG. Quia nunquam vidi iustos deseri. *Et consola.* Alij; hortatus sum, id est, exhortationem accepi, intelligẽs, eum castigare, quos amat.

g *Cantabiles.* CASSIOD. Cantus releuat labores, & tollit tędium.

AMBR. *Canta.* Ideò omnia prædicta mihi, quia cantabiles, assiduè tractando sine cura terrenorum; ideo dicit, *in loco peregrinationis.*

Cantabiles, &c. Memor fui, &c. AVGV. Possunt autem isti duo versus ad singulas partes vnius superioris aptari, vt ad hoc quod ait: *Memor fui iu.* referatur ad, *Tadium (vel) Defectio te. me.* Ad illud verò, quod ait, *consolatus sum*, referatur *cantabiles mi. erant, &c.*

h *Nocte.* AVGVST. *Nox* est de mortalitate, & superborum iniquitate, & tædio peccatorum, & loco peregrinationis.

AVGVST. *Nocte*, in præsenti ærumna, vndecunque sit, ibi magis quam in prosperis gratiæ sunt agendæ, & magis Deo adhęrendum est, non est enim magnum si hoc agas in prosperis.

✻ THEODOR. Opinor *noctem* hoc in loco tentationum tempus nominari, quandoquidem nebulam inferunt, & noctis instar hominibus superueniunt; in hoc sanè potissimum necessaria est vniuersitatis Dei memoria, quę recreat, & bono animo esse iubet, contrariasque cogitationes exigit.

✻ EVTHYMIVS. Nocturno inquit, tempore, quando immanes dæmones plures solent perturbationes afferre, ego te in memoria semper habebam, & præ timore tuo sapientior reddebar; vel, in nocte passionum atque affectuum, & quando ab illis obtenebrabar.

i *Hac facta.* AVG. *Hęc*, fœminino apud Græcos dicitur, apud quos *lex* masculini est; & ita constat non dici, *hac lex*, sed *hęc nox*, in qua bestię exeunt, & quęrunt à Deo escam, in qua sathanas petiuit apostolos cribrare sicut triticum.

AVGV. Vel, *hęc*, quasi hoc, fœmininum pro neutro, vt & ibi, *Vnam petij a domino*, quod vsitatius diceretur per neutrum, vt hoc scilicet, quod *memor fui, & cu.le.tu.* id est, quod custodiui legem, non per me feci, sed factum est mihi à te, quia *iustifica. tu.* non meas *exquisiui.*

✻ EVTHYMIVS. Solet propheta verbum aliquando mutare in nomen, iuxta illud, *hac me consolata est in humilitate mea*, hæc memoria inquit, ideò mihi *facta* est, quia valdè exquisiui iustificationes tuas.

☞ GLOSSA

a ¶ Cassio. Promissio tanti iudicis firmat animum, & viuificat afflictum.
¶ Tempore tentationis de verbo Dei viuitur, quo æterna promittuntur.

a in humilitate mea, quia eloquium tuum viuificauit me. 1
a ¶ Quos nec mortalitas ista domuit. b ¶ Valde. ¶ Magna vis mali in superbis. c ¶ Ita superbi instabant, sed frustra, quia. 2
Superbi iniquè agebant vsquequaque à lege autem tua non 3
a ¶ Quod cogebant superbi. b ¶ Sed. ¶ Non decli. c ¶ Aug. Quę in vasa iræ. ¶ Quę semper vera. d ¶ Ex quo homo cœpit. 4
declinaui. Memor fui iudiciorum tuorum à seculo domine, 5
a ¶ Augustt. Quia per hæc quoque ostendit diuitias gloriæ in vasa misericordię.
b ¶ Alias, tędium, quia cum his conuersatur donec area ventiletur.
¶ Aug. In me consolatus, sed pro peccatoribus dolore deficit, tanta est pietas.
c ¶ Aug. Plus grauat sanctos culpa tyrannorum, quam sua pœna. 6
& consolatus sum. † Defectio tenuit me pro peccatoribus 7
a ¶ Quamuis hoc, tamen. ¶ Amb Hoc per misericordiam medicantis Samaritani. 8
derelinquentibus legem tuam. Cantabiles mihi erant iustifi- 9
a ¶ In hac misera vita. ¶ Quò eiectus de paradiso; hęc est illa humilitas, de qua supra dixit.
¶ Et. b ¶ Non solum in die; quasi dicat, omni tempore.
cationes tuę, in loco † peregrinationis meæ. Memor fui nõ- 10 11
a ¶ Vt qui gloriatur, in domino glorietur. b ¶ Sic. ¶ Ideò memor, quia ex Deo est, quod custo. le tu.
c ¶ Aliter non memor. d ¶ Quam non custodisset, si in sua virtute confideret.
e ¶ Quia. Aug. Nox in qua multæ tentationes oriuntur.
cte nõminis tui domine, et cũstodiui legẽ tuam. Hęc facta 12 13
a ¶ Id est, pro me, vt prodesset, vt sic discam non superbire, quo vitio cecidit homo in hanc noctem: vnde & post, Bonum mi quod hu. me, vt disca iusti. t.
b ¶ Sed quare hoc? quia iusti. c ¶ Non meas. d ¶ Iustificatus gratis.
est mihi, † quia iustificationes tuas exquisiui. 14

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia eloquium tuum. *Quo promisisti Abrahæ & semini eius vitam beatam.*

2 Viuificauit me. *Id est, confortauit in afflictione. Et quia ex patientia & constantia fidelium tyranni affligebantur, excogitantes adhuc graviora tormenta contra eos, ideo subditur,*

3 Superbi inique agebant vsquequaque, *Quærentes affligere fideles multimodè.*

4 A lege autem tua non decli. *Quia fideles in talibus constanter steterunt.*

5 Memor fui iudiciorũ, &c. *Quibus malos perdidisti, & cõfidentes in te liberasti, vt Noe de diluuio, Loth de subuersione Sodomæ & Gomorręe, & tres pueros de camino ignis.*

6 Et consolatus sum. *Sperans quod liberabis me, quia etsi aliquando dominus non liberet fideles suos a morte temporali, sicut Machabæos nõ liberauit de tormentis Antiochi. 2. Macha. 7. tamen fuerunt melius liberati quam tres pueri de camino ardenti, secundum quod dicit Aug. quia illi fuerunt liberati de igne, postea morituri: Machabęi verò fuerunt liberati de præsenti miseria, in æternum victuri.*

7 Defectio tenuit. *Hic consequenter agitur de timore propriæ fragilitatis, quia quantumcunque homo sperare debeat de Deo, tamen debet timere, ne labatur in peccatum ex propria fragilitate, & sic frustretur spe sua, ideo dicitur,* Defectio tenuit me. *id est, timor magnus, vnde in translatione Hieronymi dicitur:* Horror tenuit me.

8 Pro peccatoribus derelinquentibus. *Qui sunt multi valdè, secundum quod dicitur Eccles. 1. d.* Stultorum infinitus est numerus. *Et Matth. 7. b.* Lata est porta & spatiosa via quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam, *et ideo quilibet quantumcunque iustus debet semper timere, ne similiter sibi accidat ex propria fragilitate, cum sit eiusdem speciei & naturæ. Et quia ad talem casum euitandum multum valet oratio, per quam mens à terrenis retrahitur, & ad diuina subleuatur; ideo subditur,*

9 Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ. *Id est, laudes diuinæ.*

10 In loco peregrinationis meæ, *Id est, in via præsentis vitæ, qua tendimus ad patriam sicut peregrini. Et quia diuinæ laudes non solum dicendæ sunt de die, sed etiam de nocte, ideo subditur,*

11 Memor fui nocte nominis. *Et quia orationem debet comitari sancta operatio, ideo subditur.*

12 Et custodiui legem tuam. *Per mandatorum tuorum impletionem. Et quia ista habet homo à Dei gratia, ideo subditur.*

13 Hęc facta est mihi. *Id est, hæc gratia mihi à Deo facta est, vnde et in translatione Hier. iuxta Hebræum habetur:* Hoc factũ est mihi.

14 Quia iustificationes tuas ex. *Vnde dicit Saluator Matth. 7. a.* Quærite & inuenietis.

✻ NICOL.

GLOSSA ORDINARIA.

¶ Pauor.

ת Heth.

a ¶ Quia. Ambr. Nihil mundi vel vitij amans hoc dicit. Leui cui non est fors inter fratres, id est, assumptus vt mihi sit aduocatus, & ad Deum peccator.
¶ Ideo.

† Pars mea dominus
† Precatus
† auerti
†Festinaui & tardaui.
†Cõgregationes impiorũ prædatæ sunt me.
† 91 dis. c. præsbyter. De celeb. miss. c. 1.
† iustitiæ.
Psal. 15.
Heb. 2. c.

a ת Heth. Ambro. Interpretatione Latina dicitur pauor.
Heth. Cassio. In octaua litera, faciem domini videre optat, quia mandatis est obsecutus.

Cas *Heth*, pauor. Et intelligitur, non pauor recidendi, sed solicitudo acquirendi illud bonum, quod sperat; quod quia in octaua resurrectionis præstabitur, ideo octauus iste octonarius ponitur.

✻ Bed. Vene. *Heth* vita, Agmen beatum ad octauã literam venit in qua quum desideret videre faciem domini, mandatis noscitur obsecutum; & quia hoc desiderium in resurrectionis gloria perficietur, octaua litera vitæ vocabulo gaudet.

b *Portio.* ✻ Beda. Quasi dicat, Eligãt alij quam partem velint de mundanis: ergo te solum in vniuersitate rerum partem mihi eligam, & ideo doce me iustificationes tuas.

✻ Basilivs & Theod. Non omnium portio Deus est, nisi eorum qui, quæ sacra & eximia sunt, amplexantur. Ita sacerdotũ ac Leuitarũ pertio ac sors est factus. *Filius enim Leui, inquit, nõ erit portio in medio fratrũ ipsorum, ego dominus.* Et *Psal. Domin⁹*, inquit, *portio eõr hereditatis meæ.* Dicit igitur & hoc loco, Quoniam reliquis omnibus contemptis, te habeo portionem & diuitias, quapropter & satago vt leges tuas custodiam.

Avg. A parte, vnde alij habent, Pars, alij hoc, alij illud eligunt vnde viuant: pars mea Deus, vnde semper viuam, Vel, de præsenti particeps eius sum, ei adhærendo: Per hoc pars mea, quia *dixi. cu.* sed quia non custodio nisi spiritus adiuuet, quem litera occidit,

c *Depre. sum.* Fides impetrat, quod lex imperat. Hoc modo sum precatus, *miserere mei secundum elo.* Et quasi auditus, & adiutus. *Cogitaui vi. m. Et con.* à viis meis quæ malæ, *In testimonia tua.* Denique hoc beneficio gratiæ impetrato, *parat. sum.*

✻ Bed. Ven. Quia lex domini nõ potest custodiri, nisi ipso inuocato semper, ideo inuocandus est: quia sic fides impetrat, quod lex non impetrat, & ideo subdit, *deprecatus sum faciem tuam.*

Avg. *Paratus sum*, & tam paratus quod, *Funes p. cir. sunt me*, id est, impedimenta inimicorum spiritualium, vel carnalium. Peccata sunt quasi restis, quem trahunt, qui implicare sanctos volunt. Sed non possunt eos, qui legis non sunt obliti, vnde subdit, *Et le. tu. nõ sum ob.* Sed, *Media nocte.* Id est grauiore tribulatione nõ deiicie bar, sed, *Surgebam, ad* fortius *confitendum*, sciens quia & hoc, quod funes circumplectuntur, iusto Dei iudicio est, quod incipit à domo eius. Quia verò hæc fiunt gratia Dei per Christum, vox ipsius hic suis adiungitur, ad caput enim hoc, propriè pertinet,

Particeps, vt ad Heb. Qui *sanctificat & qui sanctificatur ex vno sunt omnes*: & ipse communicauit eisdem. Non enim essemus participes eius deitatis, nisi esset ipse nostræ mortalitatis. Per hãc eius participationem datur nobis gratia, vt caste timeamus, & custodiamus mandata. Et quia per hoc quod particeps est fratrum multum fructum fecit granum frumẽti: ideo de ipso fructu subdit, *Misericordia tua domine plena est terra* quia impius iustificatur, in cuius gratiæ scientia vt proficiat, adiungit: *Et iustificationes tu. do. me.*

d *Faciem.* Cas. Vel, Christum, quem desiderabat aspicere: & precatur misericordiam primi aduentus impleri, sicut per prophetas promissum est; Vel, *faciem* petit videre in futura resurrectione non hic; vnde, *Non videbit me homo, & viuet.* Sed quia peccator est, petit vt per misericordiam habeat, quod meritis non potest, *Secundum eloquium*, quo promittit sanctis visionem deitatis.

e *Cogitaui vias meas.* Cass. *Dixi custodire le.* ideo, *Cogitaui* quæ essent viæ meæ; & habita visione, conuerti. Hic est ordo conuersionis.

f *Non.* Cass. Et *si funes pec. circũpl. &c.* Tot laqui, quot peccata: hoc secũdum corpus; sed animus reluctans legẽ non obliuiscitur.

g *Funes pec.* ✻ Beda Ven. Funes peccatorũ i. multæ irretiones, & impedimenta illorum peccatorum, (de quibus dictum est, *vę his qui trahunt peccata sua sicut restem lõgum*) circumplexi sunt, i. vndique circumuenerunt me, nunc minis & tormentis, nunc blanditiis, & tamen me non deuocauerunt, quia ego non sum oblitus legem tuam.

h *Med. no.* Cas. Quo tẽpore primogenita Ægypti percussa sũt, quãdo etiam spõsus venturus est; ideo surgit tunc, ne inter fatuas remaneat, ad confitendum, laudandum de iudiciis iustitiæ. *Media nocte.* Tunc spirituales nequitiæ omne nefas suadere contendunt, quando nullus criminis conscius, nullus potest esse testis erroris: Tunc varias disceptationes pectori dormientis infundunt.

Amb Prouidendum est ergo, vt eo tempore, quo potes vincere, nequaquam vincendi tempus amittas. Surge ergo ad precandum Deum ea hora, qua tentator consueuit irruere, qua soleat auersus tentationes graues remedium venire cœleste.

i *Par.* Cas. Et cum talis, non superbio, sed *particeps omnium*, & hoc totum tua est misericordia, sicut omnia; quia, ô domine, terra est plena mi. &c.

✻ Basil. & Theo. Symmachus *coniunctus sũ* dixit, Syrus vero, *amicus*, dixit. Auersatus enim eos, qui quæ voluntati tuæ sunt contraria amplexantur, eos habui consortes, qui timorem tui plurimum faciunt, & in lege tua viuere volunt; Sic & in alio psalmo dicit, *mihi autem vementer honorati sunt amici tui Deus.*

k *Omnium.* Cas. Ita portio dominus, vt particeps sit non vnius, sed omnium ecclesiarum. Tanta virtus vnitatis, cum sit particeps Christi, humiliter dicitur particeps famulorum, quod est Christi esse participem, vnde Apostolus, *Participes Christi facti sumus.*

l *Timen.* Avgv. Inter rudes humiliter se constituit, qui tamen non otiosi, vnde subdit, *& custodientium.*

m *Plena.* Avgvst. Quia fidem vbique dilatauit. *Doce.* Iam custodisse dixit, sed & hic petit amplius doceri.

☞ GLOSSA

NICOLAVS DE LIRA.

1 Portio. *Hic consequẽter agitur de spe, prout prouenit ex bono vsu liberi arbitrij, cum dicitur:* Portio *m. do. i. firmiter spero, quod tu sis pars & portio mea in futura beatitudine. Et vnde surgat ista spes, sequitur.* 2 Dixi custodire, *Per bonum vsum liberi arbitrij tua gratia informati, & quia ad huiusmodi vsus cõtinuationem facit oratio deuota, sequitur.* 3 Depreca. fa. t. in toto corde. *Id est, in intellectu & affectu.* 4 Miserẽ. *Continuando in me bonum vsum liberi arbitrij, cuius continuatio procedit ex gratia Dei.* 5 Secun. elo. tuum. *Quo dixisti.* Peti. & ac. 6 Cogi. vias. *i. processus in bono qui sicut tardi ex fragilitate humana, sed festini ex diuina gratia, ideo subditur.* 7 Et cõuerti, *Vigoratus ex tua gratia ideo subditur.* 8 Para. *Habitus enim facilitat hominẽ ad opus, ideo, habẽtes habitũ gratia dispositi sũt ad faciliter faciliter agendum bona opera vitę actiuę, in quibus alij difficultatẽ patiuntur. Et quia cursum bonorum demones nituntur impedire suis tentationibus, ideo subditur.* 9 Funes peccator. *i. tẽtationes damoniũ.* 10 Circum. *Ad impediendum me in bono opere.* 11 Et leg. t. nõ sũ obli. *Tua gratia confortatus. & quia de hoc debet homo esse gratus, subditur.* 12 Medi. n. s. ad cõfitendum. *Confessione laudis* 13 Sup. *i. de hoc quod tuo sãcto iudicio voluisti me iniustitia custodire, ideo subditur.* 14 Particeps. *Ex tua bonitate.* 15 Timẽtiũ te. *Timore filiali, qui cauet offensã.* 16 Et c. *Per sanctã operationẽ istę enim sunt duæ partes iustitię, secundum quod dictum fuit sup. Psa. 33. c.* Diuerte à malo & fac bonum. *Et quia predicta gratia diuina confertur omnibus se ad eam disponentibus, ideo subditur,* 17 Mise. *Et quia quanto plus habentur spiritualia, tãto magis desiderãtur, ideo subditur,* 18 Iustif. tu. doce. *bona spiritualia in me augmẽtando.*

NICOL

GLOSSA ORDINARIA.

A a ט *Teth.* CASSIODORVS. In nona litera gratias agit de humiliatione & patientia sua, per quam venit ad iustitiam.

✻ BEDA VENERABILIS. *Teth.* bonum, Populus beatus nonam literam cantaturus ingreditur, in qua gratias agit, humiliatũ se fuisse, vt ad iustificationes domini a deuotissimus peruenire, testimonia eius asserens sibi supra omnes esse diuitias, no ménque præsentis literæ pariter exponẽs, bonum suum dicit verbum Dei humiliter meditari.

ט Teth.

a ¶ Alias, Iucunditatem. ¶ Aug. Vt bonum delectet, faciendo filium, qui seruus fuit.
b ¶ Quod modo, qui prius cum liberto amare egisti.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine, se- 1
a ¶ Nihil vere iucundum, nisi secundum eloquium. ¶ Promissum.
b ¶ Augeri petit. ¶ Charitatem inspirat.
cundum verbum tuum. † Bonitatem, & disci- 2 3 4
a ¶ Patientiam da. b ¶ Mentem illumina. c ¶ Illa facere, hæc scire.
plinam, & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. 5 6
a ¶ Sed. ¶ Fecisti iam bonitatem, & item doce, ad quod prodest humiliatio correctionis & disciplinę, quam peto.
b ¶ Aug. In Adam, in quo omnis homo vitiatus, & vanitati subiectus, quod profuit, experti, vt deiecta superbia dirigatur obedientia, & pereat non reditura miseria.
c ¶ Ne rursus humilier, ecce humiliatio est correctio.

Bonitatem fe. etc. CAS. AMB. *Teth.* e Bonum vel exclusio, f quia hic de patientia, quæ excludit tristi- B tiam de aduersis, & facit bonum & iucundum pati.

†suauitate.

Priusquam humiliarer, ego deliqui, propterea eloquium 7 8 9
¶ Vi & numero.
tuum custodiui. Bonus es tu, & in † bonitate tua 10 11
doce me iustificationes tuas. † Multiplicata est super 12

✻ BEDA VENERABILIS. Cum opus legis quod est bonum, fit timore pœnæ, non amore iustitiæ, cum Deus metuitur, non diligitur: seruiliter fit non liberaliter, *Seruus autem non manet in domo in æternum*, filius autem manet, ideo *bonitatem fecisti cum seruo tuo*, faciendo illum, qui prius erat seruus, filium, vt quod prius faciebat seruiliter, faciat liberaliter: & hoc fecisti, non propter meum meritum, sed *secundum verbum*, id est, promissum tuũ.

b *Bonitatem.* AVG. CAS. Hanc docet, cum charitatem inspirat, vt nõ ex timore operetur, sed ex amore, & sit ei boni delectatio, *Et disciplinam*, id est, ideo fit dulcedo boni, vt amore Dei vel proximi quaslibet ferampassiones. *Et scientiam*, cum tanta est charitas, vt tribulatione non possit extingui, tunc scientia, quæ ante inflarat, vt ilis est, qua sibiipsi homo innotescit, quid meruit, & accepit, quid possit, vel non.

✻ BASILIVS. Sciebat propheta disciplinæ vtilitatem. quapropter illam acquirere petit. Bonitate nam que vsus Disciplinam Deus infert, disciplina vero scientiam operatur. Ita & C Hieremias, *Castiga nos domine*, inquit, *sed in iudicio et non in furore ne nos imminuas.*

✻ BEDA VENER. Hæc est oratio vel cantatio proficientiũ, quamdiu hic viuitur: Semper enim in hac vita, pro quolibet bono, vt augeatur, est orandum ad dominum: *Doce me disciplinam.* Disciplinam autem vocat paternam correctionem Domini: De qua Salomon dicit, *quem enim diligit Dominus corripit.* De qua Petrus Apostolus ait, *Omnis disciplina in præsenti videtur esse non gaudij, sed tristitiæ, postea autem reddit pacatissimum fructum iustitiæ his, qui per eam exercitati sunt.*

c *Doce.* Non est docere, sed dicere, vbi nemo discit, & ideo Deus, quando vult docere, prius dat intellectum, sine quo nemo Luc. 24 g. discereț, vnde, *Et aperuit eis sensum.* Docet ergo Deus bonitatem inspirando delectationem, docet disciplinem temperando tribulationem, docet scientiam insinuando cognitionem. Docet etiam & scire scienda, aperiendo veritatem, & facere cere facienda, inspirando suauitatem. Neque enim frustra dicitur. D *Doce me iustificationes.*

AMBROS. Quia iam bonitatem fecisti, vel iustificationes quas iucundasti alijs, iucunda & mihi, ne fatiger.

d *Mandatis tuis credi.* AMBR. Qui credit mandatis, scientiam eorũ, quæ in mandatis docentur, potest habere. Ecce per fidẽ scientia, quæ est vera cognitio eorum quæ sunt, vnde Salomon, *Deus mihi dedit eorũ quę sunt cognitionem veram.* Per scientiam assumitur disciplina, quæ etsi sit amara carni, debet tamẽ esse iucunda menti, quia suauis est dominus, vnde, *Tollite iugum meũ, quia leue, & onus meum, quia suaue.* †Suauitatẽ & eruditionem. Matt. 11. d.

AVG. *Quia mandatis tuis credidi.* Mãdatis conuenit obedire, promissis credere, sed ait, mandatis credidi, scilicet, quod tu illa mandaueris, non aliquis homo, licet per hominem: Et est sensus, Fides, qua credidi ista tua esse mandata, impetret gratiam, qua faciam ista quæ tu mandas: hominis non est sed Dei mandare, & vnde fiat, dare. E †Concinnauerunt me mendacium superbi.

e *Priusquam humiliarer.* ✻EVTHYMIVS. Fortassis de ea loquitur humilitatis virtute, quæ cordatis hominibus de cõscientia iunascitur peccati, ita vt sẽsus sit, quod peccatũ sibi fuit causa humilitatis.

✻ BEDA VENERAB. Prius dixit, *Doce me disciplinam.* Et quasi aliquis diceret, Quare es flagellãdus? Ideo scilicet, quia delinquo sicut flagellãdus, sicut prius, quia deliqui, sum flagellatus. Sed *priusquam humiliarer, ego deliqui*, hoc est, delictum transgressionis quod præcessit, causa fuit humiliationis. Hęc humiliatio recte referenda est ad Adam, in quo omnis humana natura tanquam in radice est vitiata, quia noluit subiecta esse veritati. Et prodest vasis misericordiæ experiri hanc humiliationem, vt damnati superbia diligant obedientiam. F

f *Propterea eloquium tuum custodiui.* ✻ BEDA. Quod est dicere, Quia propter transgressionem primam tam grauiter humiliasti, propterea ne sic amplius humiliarer, *custodiui*, quantum potui, *eloquium*, id est, præcepta tua.

g *Bonus es tu.* AVGVSTINVS. Id est, suauis, In Dei suauitate vere vult facere iustificationes, quando eas in eius suauitate vult discere.

Bonus es tu. AMBROS. Laudat iudicem vt impetret. *Bonus* proprie in se, & ex se. Et *bonus*, quia dat bona data petentibus se. Infirmus ergo homo non vult acerbitate legis iudicari, sed bonitate Dei: vt etsi acrioribus opus est, moderate fiat, & mitiget deus vim doloris. *Iustificatio* est opus iustitiæ, quod melius docemur in euangelij bonitate, quam in legis seueritate, ibi damnatio, hic remissio.

h *Multiplicata.* CASSIODORVS. Quasi: *Doce.* quia adhuc colluctatio, vbi ostendam re, quod didici. Et hoc est, *Multiplicata est*

☞ BEDA.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ BOnitatem fecisti. *Hic ponitur tertium promotiuum in perfectione vitę actiuæ: quod est charitas stimulans ad opus bonum, secundum quod dicitur 2. Cor. 5. c.* Charitas Christi vrget nos. *Stimulat autem ad opus bonum ex consideratione beneficiorum Dei in mente, & corpore receptorum: & primò ponitur stimulatio charitatis ex beneficijs ex parte mentis, & secundo corporis ibi,* Manus tuæ. *Circa primum sciendum, quod sicut charitas stimulat ad bonum, ita recalcitrat contra malum, & primò ponitur primum, secundum, ibi,* multiplicata est, *Beneficia autem Dei ex parte mentis sunt duplicia, scilicet bona naturalia & gratuita: & quantum ad hoc dicitur,*

1 Bonitatem feci. *Animam et conferendo ad imaginem tuam creatam, & bona gratię superaddendo, qua fuerunt data homini in statu innocentiæ, & post lapsum dantur in baptismo, & ante dabantur regulariter in circuncisione.*

2 Secundum ver. tu. *Prout habetur Gen. 1. c. & ait Deus,* Faciamus hominem ad imaginem. *quantum ad bona naturæ,* & similitudinem nostram, *quantum ad bona gratiæ. Et quia non debet hoc homini sufficere, sed semper debet profectum in spiritualibus quærere, secundum quod dicit Aug libro de perfectione iustitię,* Nemo cũ multum profecerit dicat, mihi sufficit: exiuit enim de via ante terminum, *ideo vltra petit dicens.*

3 Bonitatem, *Quantùm ad perfectionem appetitus:*

4 Disципli. & sci. *Quantum ad perfectionem intellectus,*

5 Doce me. *Illustratione tua gratiæ ampliore. Et dicit:* Disciplinam *quantum ad cognitionem moralium,* & scientiam *quantùm ad cognitionem speculabilium.*

6 Quia mandatis tuis credidi. *Oportet enim discipulum magistro credere, si velit proficere. Heb. 11. b.* Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, &c. *& Esa. 7. b. secundum aliam translationem:* Si non credideritis. non intelligetis. *Et quia inter Dei beneficia ad animam pertinentia non solùm est collatio gratia, sed etiam correctio culpę (Pro. 3. b.* Quem enim diligit dominus, corrigit) *Sine qua non transitur præsens vita, ideo subditur.*

7 Priusquam humiliarer. *Per tuam correctionem.*

8 Ego deliqui. *Incurrendo culpam.*

9 Propterea eloquium tuum cust. *Ex diuina enim correctione experitur homo quantùm bonum sit Deo obedire, propter quod efficitur magis solicitus eius mandata custodire.*

10 Bonus es, &c. *Gratiam conferendo, & culpam corripiendo, & quia bonum est suipsius diffusiuum, ideo subditur,*

11 Et in bonitate tua doce me. *Bonitatem tuam mihi cõmunicãdo.*

12 Multipl. *Hic consequenter ponitur recalcitratio charitatis contra*

☞ *malum*

☞ ✲ Beda Venér. *Iniquitas superborum* (id est, peccatum primorum parentum, qui per superbiam, non per infirmitatem, vel ignorantiam, Dei mandata neglexerunt) *est multiplicata super me* quantum ad pœnam, quia per illud infirmus multis modis factus sum, Interius, & exterius vt autem (q.d.) possim enadere, *ego*, quicquid agant alij, non imitabor superbiam eorum, sed *in toto corde scrutabor*, ad sciendum *mandata tua*. Mandata generaliter hic accipiuntur præcepta diuina: in priori vero sententia determinatè tantum dilectionis mandata.

a *Toto.* Avgvst. Cassiod. Vt tantum hæream mandatis, quantum illi volunt seducere.

b *Scrutabor.* Avg. Ad hoc enim scrutatur, vt cognita faciat, & faciendo perfectius cognoscat.

c *Sicut lac.* Amb. Quod natura sui speciosum ac sincerũ, sed corruptione coacescit: Sic humani cordis & mẽtis natura syncera est, & perspicua, priusquam vitiorum commistione coacescat.

✲ Theodor. & Basilivs. Conforme est hoc prophetico dicto, *incrassatum est*, inquit, *cor populi huius, et auribus grauiter audierunt, & obduratum est cor eorum*, igitur illi quidem, inquit, cor habuerunt rebelle, & teneritudinem eius in duritiem verterunt & sicut lac congelarunt, & coagularunt: ego vero legis tuæ meditationi incubui.

a ¶ Quos humiliatio nondum humiliauit. b ¶ In me tamen non refrixit charitas, qui in suauitate didici iustificationes.

a me iniquitas superborum, b ego autem in toto corde meo
a ¶ Sicut amans. b ¶ Et etiam. ¶ Per inuidiam & superbiam. ¶ Ambr. Induratum vitio coacescit. c ¶ Superborum.
c scrutabor mandata tua. † Coagulatum est sicut lac, cor eorum
a ¶ Aug Hoc opponit duritię illorum. ¶ Ergo.
ego vero legem tuam meditatus sum. Bonum mihi quia humiliasti me,
a ¶ Ambr Id est diuersis tentationibus exercuisti. ¶ Pœnam conuertisti in eruditionem, vnde Apostolus: Placeo mihi in infirmitatibus meis. b ¶ Facere. c ¶ Opera iustitię.
d ¶ Sed quia hoc non fit, nisi per humiliationem, & dilectionem, vbi suauitas, sequitur, Bonum mi.
vt discam iustificationes tuas. Bonum mihi lex
a ¶ Amplius diligit charitas legem Dei, quam cupiditas milia auri & argenti.
oris tui, super milia auri & argenti.

d *Ego vero legem.* Avg. Contra obstinationem eorũ, refrigerium est meditatio legis.

e *Bonum mi.* Cas. Hic frequenter iterat *bonum*, quia semper magis dulcescit: Quasi bona est humiliatio, quia bonum quod inde acquiritur, *Bonum mihi, etc.*

Lex, euangelium, ore Christi prolatum.

Super milia, dicit infinite, quia bonitas comparationem similem non poterat inuenire, hoc præm sit, vt comparatio auri & argenti vilesceret, quæ sunt præcipua cupidis.

Bonum mihi lex ore. ✲ Evthymivs. Lex quam Moysi tradidisti bona mihi est, eo quod instruit atque erudit me. Nam & corpus castigat, & mores dirigit, & sapientiorem animam reddit.

† Impinguauit se sicut adeps.

† Bona.

NICOLAVS DE LIRA.

malum, quod fit resistendo tentationibus dæmonum, & hoc notatur cùm dicitur, Multiplicata est super me iniquitas superborum, *Id est, dæmonum me nitentium impellere ad peccatum.*

1 Ego autem. *Charitate stimulatus,*

2 In toto corde meo. *Id est, intellectu et affectu.*

3 Scrutabor mandata tua. *Ad intelligendum & operandum, vt sic euadam eorum tentamenta.*

4 Coagulatum est sicut lac. *Id est in malitia compressum, cor, &c.*

5 Ego vero legem tuam meditatus sum, *Ad facilius eis resistendum.*

6 Bonum mihi quia humiliasti me. *Id est, per insultus dæmonum dedisti mihi cognitionem fragilitatis meæ, ne ex donis tuis caderem in superbiam. Hoc modo dicebat Paulus 2. Cor. 12. b.* Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, qui me colaphizet.

7 Vt discam iustificationes tuas. *Experimento enim propriæ fragilitatis, mouetur homo ad magis addiscendum artem se defendendi cõtra impugnationem dæmonis, qui habetur per nouum & vetus testamentum, ideo subditur,*

8 Bonum mihi lex oris tui. *Quia decem præcepta decalogi locutus est dominus in monte Sinai per angelum, eius personam representantem: & legem euangelicam locutus est dominus nobis per filium in carne apparentem, secundum quod dicitur Hebr. 1. a.* Locutus est nobis in filio quem constituit hæredem vniuersorum, &c.

9 Super milia auri & argen. *Quia bona spiritualia excedunt temporalia, quanto quæ sunt animæ corporalibus præferuntur.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Ioth.* Cassiod. In decima litera intellectum petit mandatorum, vt vera vita fruatur.

Ambros. *Ioth* confessio, vel desolatio, quod conuenit, citius enim confitentur desolati in aduersis, in secundis solet homo extolli. *Ioth* scientia, vel principium, quia hic docetur homo creatus, impassibilis & immortalis, & in plenitudine scientiæ, ad quam bonus homo desiderat reuerti, cuius in hac vita initium habet intellectum.

✲ Beda Venerab. *Iod.* Scientia vel principium. Ad decimam literam cohors glorioſa progreditur, in qua petit intellectum mandatorum sibimet debere concedi, vt veræ vitæ munere perfruatur, & petens vt per domini misericordiam fiat immaculata, ne possit in illa iudicatione confundi. Recte igitur scientia, vel principium nuncupatur littera, in qua populus fidelis ab illo capiendi quærit intellectũ, à quo viuendi sumpsit exordium, &c. Potest etiam scientia & principium ad hoc interpretari, quod dicitur, *cognoui Domine quod æquitas iudicia tua*, quod in Hebraica veritate ita legitur *Scio domine quia iustum iudicium tuum*, & hoc scientiæ perfectioris genus, quæ in futuro reuelanda est, esse principium, quia nunc ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus.

a ¶ Principium. ¶ Ioth. ¶ Operatio tua me moueat, quæ in homine est egregia. ¶ Animam ad imaginem, &c.

Manus tuæ fecerunt

b *Manus tu.* Avg. Virtus operationis pluraliter, virtꝰ & sapiẽtia, quod vtrumque Christus est. Vel *manus Dei*, filius & spiritus qui cooperantur.

Ambrosivs. *Manus tuę*, Pretiosum opus homo: *dixit & facta sunt* cætera, Hominem vero manibus figurauit, quasi studiosius operans, de quo & specialis hortatus præcessit, *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*, Quasi hic laboret Deus, vt studiosa operatio in hoc notetur. Tanta denique est hominis dignitas, quod homo legitur sedere ad dexteram Dei, non angelus, qui & ab angelis honoratur: vnigenitus imago Dei, homo non, sed ad imaginem; habens aliquid de imagine secundum hoc immateriale, secundum quod plasmatus, de materia puluueris.

Gen. 1. c.

Hominis dignitas.

☞ ✲ Basi.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Manus tuæ. *Hic consequenter ponitur stimulatio charitatis ex beneficijs receptis à parte corporis. Circa quod sciendum, quod materia est propter formam, & corpus propter animam: & ideo competit ei formatio secundum proportionem ad animam. Anima autem humana ad imaginem Dei creata est, capax ipsius per amorem, & ideo corpus eius à Deo formatum est in statura recta, vt ex figura corporis disponatur, & quodam modo doceatur contemplari, & amare cœlestia, vnde dicit poëta* Os homini sublime dedit, cœlumque videre, Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus: *Et similiter cùm quæreretur ab Empedocle cur viueret? Respondit, vt astra aspiciam, cœlum subtrahe, nullus ero: Hoc igitur beneficium recognoscitur, cùm dicitur.*

Ouidius 1. Meta. nor.

Manus

A ✠ BASILIVS. Beneuolentię erga humanam naturam factorem admonet. Quoniam enim omnia verbo fabricauit humanam ipse naturam finxisse dicitur, non manibus vsus (est enim incorporeus) sed quod in hac factura hominis maiorem ostenderit animi propensionem. Orat igitur psalmatorem, vt & intellectum facturæ suæ suppeditet.

✠ BEDA VEN. Quasi dicat, Peto à te recreari, quia tu mè creasti. *Manus tuæ* enim interius in anima *fecerunt me, & plasmauerunt me* exterius in corpore; & quasi diceretur ei à spiritu interius præsidente, Quo frusto petis te recreari: ideo scilicet, vt alij conformentur mihi; B hoc est quod dicit, *qui timent*, Christum, hoc est omnes timētes te casto timore, studebunt conformari mihi, & me imitari, & lætabuntur in te, non propter me, sed quia ego *speraui* †præceptis *in verbo*, id est, super promissione tua, super quam petimus, aut intelligimus. Plus enim nobis futurum est boni, quam vel petat ratio nostra, vel intelligat mensura.

a *Da mihi intellectum.* AVGVST. Qui fecisti refice, intellectum da purum, vt discam mandata, si non possum deitatem. Augustin. Daniel. 8.e Ipse solus dat, etsi aliquando ministro angelo, vt Danieli, cui dixit angelus, *Veni intellectum tibi dare.* Ita enim dicitur Angelus intellectum dare homini, vt quisquam dicitur lumen dare domui cui fenestram facit, cum eam sua luce non penetret & illu- C stret.

Act. 15.b. AVGV. *Da mihi intellectum.* Vt magis serenentur oculi interiores, Fide enim corda mundantur. Quia licet nemo possit credere in Deum, nisi aliquid intelligat, cum fides sit ex auditu prædicationis: tamen fide sanatur, vt ampliora intelligat, Alia sunt enim, quæ nisi intelligamus, non credimus: Alia quæ nisi credamus, nō intelligimus: Vide quam latè intelligenda sunt mandata, ad quæ petit intellectum, qui iam custodiuit ea.

b *Qui timent te, videbunt me, & lętabuntur.* AVG. Omnes lætantur, sed vni datur, quod petit: & clemens Deus libēter facit quod omnes delectet. Vel, Angeli lætantur de hominibus, si sperant in verbis Dei. Considerans autem ecclesia, quæ adhuc timet huius vitæ miseriam, & quod caro cupit contra spiritum, *Cognoui*, inquit, Gal. 5.c. *quia æquitas iudicia tua.* Sūma æquitas est, vt qui per superbiam delinquunt, humilitate purgentur.

AMBRO. *Qui timent.* Timentes vident iustum & lætantur: Alijs inuisus est iustus, & grauis ad videndum. Magna Virtus est in oculis. Icterus visus prodest ictericis. Prius videns lupus, vocem aufert: Basiliscus si prior videt, occidit; si prius videtur, occiditur. Quæ ergo virtus in oculis iusti, qui cum fide videtur, qui vt imago Dei ab omnibus honoratur? Est ergo insitum bonis, vt virtutes suas in aliis ament. Perfectioribus ergo iusti aspectus, lætitia est, plerisque verò correctionis admonitio. Sed quomodo? Non in vestimento, non in vultu tantum, sed intus videat. Nō enim illum videt, nisi eius videtur mentem, nisi eius intenderit sermonē: tunc ergo lætabitur, cum ista cognouerit.

c *Superspęraui.* AVGVSTI. Quia Deus E potest facere suprà quam intelligitur: †verbum parum est ea sperare, quæ nō intelligimus, vel petimus; sed debemus superspęrare; †delectatio. vel de Angelis intellige, qui lætantur de hominibus, si sperant †peruerte- in verbis Dei. te voluerit me.

d *Cognoui.* AMBR. Fides timentis, est agnitio sapientis; qui enim timet, rationem non quęrit. Vbi fides non statim cognitio: vbi cognitio, fides præcedit. Ita ergo perfectè cognouit iste, vt humiliaretur in veritate, quod est ad salutem humiliari. Sciebat enim prospera vel aduersa ad tentandum data. F

e *Fiat misericordia.* AVG. Veritas humiliauit in mortem, misericordia instaurat ad vitam, promittentem hoc Deo.

f *Vt consoletur.* AMB. In labore, perfectus non finem sed verbum consolationis petit, vt bene ferat.

CASSIODORVS. *Vt consoletur*, non petit auferri ærumnas, quæ sunt ad purgationem, sed consolari.

g *Veniant.* AVG. exprimit, quid per misericordiam detur: vita ęterna, quæ sola est vita sine additamento.

h *Confundantur superbi.* ✠ BASIL. & THEODOR. Non execratur minutos, sed pro illis orat: confusio namque salutem operatur; igitur quia ipse cōsecutus erat medelam, eandem vt illi acquirant petit.

✠ EVTHY. Erubescant, quod nihil potuerunt perficere, eo quod superati & profligati sunt. Ipsos autem dæmones intelligit, seu diuinæ legis contemptores, vt diximus. *Iniustè autem fecerunt iniquitatem in me*, quia propter inuidiam me aggressi sunt.

i *Conuertantur.* CASSIODORVS. Superbi confundantur, insipientes conuertantur.

✠ BASILIVS & THEODORETVS. Cum longissimè, abesset à iustorum choro ob peccatum, cumque illi omnes infensi essent ei, non secus ac ipse Deus: precatur rursus vt cum illis

☞ in gra-

a ¶ Alias, finxerunt. ¶ Corpus. ¶ Ambro. in Adam fecit omnes, vel in singulorum generatione omnes facit.
b ¶ Tu. ¶ Ab alio non quæro.
c ¶ Augustin. Etsi omnibus intellectus per naturam, tamen peccando deformatus quotidie renouatur.

a me, et plasmauerunt me, dà mihi intellectum, vt discam 1 2
a ¶ Da intellectum, quia si dederis omnes.
¶ Augustin. In præsenti timor, vbi tentatio, lętari autem in futuro & videre. 3
b ¶ Intus, non extra tantum.

b mandata tua. Qui timent te, videbunt me & † lætabun- 4 5
a ¶ Ideo. b ¶ In ea, quę promisisti, vt sim filius promissionis. c ¶ Ex dato intellectu.
d ¶ Ideo da intellectum, quia, vel; Ideo opus est intellectu.

c tur quia, in verba tua † superspęraui. Cognoui Domine, 6
d a ¶ Iusta est animaduersio Adæ. b ¶ Quia per labores præmia. c ¶ In omnibus quæ fiunt.
d ¶ Ideo. e ¶ Iusto iudicio. ¶ Ambros. Erectus non videt vera iudicia.
¶ Vt bene feram prospera vel aduersa in mortem.

quia † æquitas iudicia tua, et in veritate tua humiliasti me. 7
a ¶ Sed nunc. b ¶ Regeneratio, fides, spes, charitas, solatia sunt in hac miseria, non gaudia beatorum.
¶ Secundum quod promisisti seruo.

e Fiat misericordia tua, vt consolętur me, secundum † 8
a ¶ Sed post hoc & per hæc. ¶ In futuro.

f eloquium tuum seruo tuo. Veniant mihi miserationes 9 10
g a ¶ Verè. b ¶ Quo merito. c ¶ Cogitatio amantis, vt per dilectionem operetur, ne frigescat iniquitate 11
superborum. d ¶ Sed. ¶ Id est, pudeat eos.

tuæ, & viuam, quia lex tua † meditatio mea est. Con- 12
h ¶ Alia quoniam. ¶ Sine iudicio.

fundantur superbi, quia iniustè † iniquitatem fecerunt 13
a ¶ Ecce quod dicit, meditatio mea est. b ¶ Vt bene faciam etiam inimicis. 14
¶ Remedium contra peccantes.
c ¶ Aug. Hoc propriè caput nostrum, id est, Christus dicit.

i in me, egò autem exercebor in † mandatis tuis. Con-

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me. *In statura recta ad videndum cœlum.*

2 Da mihi intellectum. *Hoc est eleuationem intellectus, ad te cognoscendum et amandum.*

3 Vt discā mādata. *Vt sic possim ea opere adimplere, stimulatus tua charitate.* 4 Qui timent te. *Timore filiali, annexo charitati.*

5 Videbunt me & lætabuntur: *Quia charitas Dei gaudere facit de bono proximi, secundum quod dicitur, 1. Corinth. 13. b. de charitate:* Nō gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. *Et quia homines boni aliquando ex fragilitate humana committunt aliqua, propter quæ à Deo puniuntur, in præsenti, ne postea grauius puniantur, (sicut patet. 3. Regum. 13. de viro Dei, qui seductus à falso propheta, in Bethel redijt, propter quod à Leone occisus fuit, tamē leo cadauer eius non tetigit, sed magis præseruauit, ad ostendendum peccatum eius illa pœna deletum, & in alijs eius actibus vitæ suę meritum) ideo subditur,*

6 Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, *Quibus punis, licet aliquando sint occulta.*

7 Et in

7 Et in veritate tua humiliasti me, *Corripiendo iustè.*

8 Fiat misericordia tua, *In offensarum mearum deletionem:*

9 Vt consoletur me, *De spe vitę æternę.*

10 Secundum eloquium tuum seruo tuo, *Id est, ipsi Abrahę, cui promisisti vitam ęternam et eius semini, vt dictum est suprà. 7. octonario huius Psal.*

11 Veniant mihi miserationes tuæ, *Vita gratia in præsenti, & gloria in futuro.*

12 Quia lex tua meditatio mea est: *Quę quidem meditatio est dispositio ad gratiam habendam, & habitam augmentandam. Et quia ex profectu bonorum causatur confusio dæmonum: sequitur,*

13 Confundantur superbi, *Id est, spiritus maligni, qui de cœlo propter suam superbiam sunt deiecti.*

14 Quia iniustè. *Licet enim iniustè à Deo permittantur nos tentare, tamen potestate sibi concessa vtuntur iniqua voluntate.* 14 Ego autē exer. *Quia quanto homo sentit se à dæmonibus plus tentari, tāto magis debet in bonis operibus exerceri: & quia in pugna contra dæmones indiget homo suffragijs bonorū, ideo sub.* 15 Conuet. *i. auxiliū meū.*

✠ 1 Timen-

A in gratiam redeat, & familiaritatem renouet. Hoc enim Symmachus explanatius dixit, *conuertant me qui timent te.*

† ad me qui timent

a ¶ Cas. Quos iam lectio imbuit, etsi nondum operatio.
b ¶ Aug. De Christo per prophetas prædicta, & in eo monstrata per miracula.

uertantur † mihi timentes te, & qui † nouerunt testimonia

a ¶ Quod vt impetrẽ, fiat cor me. ¶ Aug. Donata regeneratione, adiuta confessione, fusa oratione hoc fit.
¶ Non in viribus meis.

a b tua. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis vt non confundar.

a *Fiat cor meum immaculatum.* Cassiodorvs. Post omnia non audet dicere quod sit, sed petit fieri immaculatus.

✻ Theodore. Cor ab omni reprehensione liberum habere desiderat, quandoquidem huiusmodi cor à pudore liberum est; propterea & rursus psalmum exordiens, innocentes ab omni reprehensione vacuos beatos esse dixit. D

† cognoscunt.

1 2

b *Vt non confundar.* Confundantur superbi ad correctionem, ego autem non ad pœnam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Timentes te, *Timore filiali.*
2 Et qui nouerunt testimonia tua, *Intelligendo & operando. Et quia per bonum exercitium purificatur cor humanum, ideo subditur,*
3 Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, *Id est, in exercitio mandatorum tuorum iustificantium.*
4 Vt non confundar, *In presenti per lapsum culpæ, & in futuro per lapsum in foueam gehennæ.*

GLOSSA ORDINARIA.

Ambrosivs. *Caph*, Latina interpretatione significat, incuruati sunt.

B a ב *Caph.* Cassiod. In 11. litera peregrinus huius mundi aduentum Domini nimis desiderat, dicens, quanta tulerat à superbis, petens vt in mãdatis Dei perseueret.

Cassiod. *Caph.* Incuruatus, quia fessus longa militia cupit dissolui, & reuerti ad principium, cui⁹ antè meminit: sed tamen non recusat laborem, *veniant mi serationes et viuã quia defecit in salutari.*

a ¶ Incuruatus.

ב Caph.

a ¶ A se. ¶ Ab animalitatis suæ appetitu tendens.
¶ Id est, lassata est diutina expectatione, ¶ Ecce curuatio humilitatis.
b ¶ Practicus ostenditur.
¶ Et fit spiritus vnus cum Deo, quoniam qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo.

a b c d † Defecit in salutare tuum animã mea, & in verbum tuum † supersperaui. Defecerunt e f g oculi mei in † eloquium tuum, dicentes.

† Desideravit salutem tuam.
† speraui.
† verbum

a ¶ Filium ¶ Promissum. b ¶ A contuitu temporalium tendentes.
¶ Ambro. Iam theoricus demonstratur.
a ¶ August. Quibus Prophetæ dicuntur videntes.

✻ Beda Vene. *Caph* manus; vndecimam literam peregrinus in hac terra populus decantat, in qua nimium desiderium suum in aduentu Domini feliciter confitetur; enumerat quoque quãtam superborum insultationem pertulerit; ad postremum petit vt in mãdatis Domini ipsius munere perseueret. Hęc ergo mẽtis deuotio, per *Caph* literam designatur, quæ ita *manus* interpretatur, vt eiusdem manus palmam siue volam significet, id est, non contractam eam, sed C apertam, expansisque digitis insinuet. Manus ergo significat opera, vel cordis vel corporis, vel ipsius amoris interni. Apertio vero eius est, quam Psalmista commendans ait: Reuela ad dominum viam tuam, & spera in eum.

b *Defecit.* Avgvsti. Defectus simpliciter solet accipi in malo, sicut profectus in bono, nisi addatur aliquid: vt cum dicitur, proficiunt in peius; & hic *in salutari*, non à salutari. Talis defectus indicat nimium desiderium boni nondum adepti, vt Symeon, & antiqui iusti Christum desiderauerunt: vnde sunt illæ septem sacramentales antiphonæ ante Natale scilicet ô Adonai, ô radix &c. Quæ omnes secundi toni sunt, quia ille inuocatur, qui est Deus, & homo. Et sunt septem, quia in eo septiformis gratiæ plenitudo est, & nunc omnes iusti secundò venturum desiderant.

✻ Basil. Qui vehementer quid desiderant, si illo priuentur, deficere dicuntur. Sic qui valde sitiunt, si aqua destituantur; sic qui notum aliquem è peregrinatione reuersurum præstolantur; sic qui cum calamitatibus luctãtes, diuinã beneuolentiam expectant, si illa differatur, deficiunt.

✻ Beda Vener. Sciendum, quia non omnis defectus est pœnæ vel culpæ; sed est laudabilis, & optabilis defectus. Cum enim defectus & profectus sint contraria, benè profectus accipitur in bono, & defectus in malo. Et vt in nobis aliquid proficiatur vel deficiat, additur per determinationem; tamen & E profectus in malo & defectus in bono accipitur. Quod autem profectus accipitur in malo testatur Apostolus Timotheo præcipiens, *prophanas verborum vanitates deuita, multum enim proficiunt* 1 *ad impietatem* & alibi, 2 *proficiet in peius.* Defectus vero à bono in malum malus est, à malo autem in bonum bonus est. Talis defectus 3 hic accipitur, & significat iste defectus 4 quoddam desiderium, quod surgit ex dilectione, quod desideriũ à condito mundo in corpore Christi, vsque ad virginis partum non defecit.

c *In salutare*, Hebraicè *Iesum.* Et ne dubites, addit, *In verbum* Id est filium, vel in verbum, id est promissum.

d *Supersperaui.* Hæc spes facit per patientiam expectare, quod non videtur. F

Superſ quia plus futurum est quàm dici potest.

Anima, & oculi, qui interius loqui possunt cum Deo. Item non ex infirmitate, sed fortitudine desiderij.

e *Defecerunt.* Avg. Duo sunt oculi, mysticus acutior, moralis dulcior; non est otiosus, qui verbo Dei tantum studet, nec pluris est qui extrà operatur, quàm qui studium cognoscendæ diuinitatis exercet; ipsa enim sapientia maximum opus est, & antefertur, Maria, quæ audiebat, Marthæ, quæ operabatur.

✻ Bas. & Theo. Eloquium & promissio diuina vocatur etiam scriptura diuino numine inspirata, deficit igitur nõ modo qui diuinam promissionem, & liberationem ab imminentibus malis expectat; sed etiam qui diuina oracula lectitat, horúmque sensũ sedulo discere desiderat, & putat horum inuentionem esse sibi in consolationem, & animi oblectationem.

f *In eloquium*, Id est promissum.

g *Dicentes*, Cas. Vox eorum est gemitus & oratio. Dum autem ardent spiritualia desideria, frigescunt carnalia: vnde subdit, *Quia factus sum, sicut Vter in pruina. Vter*, est caro huius mortis; *pruina* cœleste beneficium, quo quasi gelu concupiscentia carnis torpet & contrahitur.

☞ Ambr.

NICOLAVS DE LIRA.

✻ Defecit. *Postquam actum est de beatitudine, prout consistit in perfectione vitæ actiuæ: hic consequenter agitur de ea, prout est in actibus vitæ contemplatiuæ. Circa quod sciendum, quod vita contemplatiua delectabilior & sublimior est actiua: quia contemplatio magis propriè versatur circa Deum, actio vero circa proximum, propter quod dicit saluator, Lucę.x g.* Martha, Martha sol. &c. Maria autem &c. *& ideo primo agitur de eius suauitate, secundo de eius sublimitate, ibi,* Mirabilia te. *Prima in duas, quia primo ostenditur eius suauitas ex parte obiecti contemplati, secundo ex modo contemplandi, ibi,* Quomodo dilexisti legem tuam. *Prima adhuc in duas, quia primo ostenditur dicta suauitas: Secundo suauitatis stabilitas, ibi,* In æternum Domine. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur dictæ suauitatis delectamentum; secundo subditur eius impedimentũ, ibi,* Narra. mihi iniq. *Circa primum sciendum, quod quanto anima in contemplatione magis eleuatur, tantò magis ab occupatione exteriorum sensuum retrahitur: & quando contemplatio multum intenditur, sensus exterior ab actu suo cessat, & impeditur, vt in raptu, & sic anima quodãmodo deficit, inquãtum cessat ab actu exteriori, absorpta in contẽplatione summi boni, & delectatione sequenti, & hoc est quod dicitur.* 1 Defecit in salu. *Quia talis defectio est valde salutaris.* 2 Et in. &c. *Quo promisisti Abraha vitam beatam, & eius semini, quanto enim aliquis plus in contemplatione eleuatur, tanto magis de veritate huius promissionis certificatur.* 3 Defec. oc. *Quia quanto oculi interiores animæ plus eleuantur in Deum, tanto magis percipiunt diuinam bonitatem et veritatem: quę in sacra scriptura diuinis eloquiis exprimuntur transcendere omne bonum creatum in infinitum, & per consequens accenditur eius desiderium ad videndum Deum immediatè, et eo fruendum. Ideo subditur.* 4 Dicentes, quando consolab. me. *In perfecta beatitudine.*

Vita contemplatiua

Diuisio.

✻ Et

☞ AMB. & sic iustificationes à memoria non labuntur, dum aliũde non cogitatur: quia torpet cupiditas, feruet charitas. Quia scit tentationes non finiendas ante finem seculi, de ipso quærit, quando fiet vltio de persequentibus, id est diabolo cum ministris. Sed cur de eo quærit cum dicatur, *Non est vestrum scire tempora?* prophetat autem hic illam interrogationem apostolorum futuram, in qua hæc prophetia impleta est. Vel, ideo desidero hoc, *Quia*, facta comparatione futuri, *Sicut vter*, nulli liquori idoneus, & tamen iustificationes vel inter malos commissa retinens. Vel, per *pruinam* intelliguntur mali, qui non feruent charitate, sed algent infidelitate. Et eſt, Ideo conſolare, *Quia factus ſum ſicut vter. in.*

a *Pruina.* peccata seculi, quæ vter non sentit.

In pruina. AMBR. Hæc carnis ardorem pellendo refrigerat, non adurit; fœcunda fata, non internecat. Mat.17.2. Ideoque forte in transformatione, cum dominus gloriam resurrectionis demonstraret in monte, *vestimenta eius facta sunt alba sicut nix*: quia non ipse solus erit alienus à contagione peccati, sed & quicunque resuscitatur, congelatis coniugij cupiditatibus resurget frigidus. Vnde *in resurrectione, neque nubent neque nubentur, &c.* Luc.20.f. C Boni ergo sunt vtres frigidi, in gelicidio constricti pruinis, non libidinis calore soluti.

✻ THEODORETVS & BASIL. Vter tepefactus laxatur, & inflatus tumet, in pruina vero obduratur, & congelatur: ita habet & corporis natura, Delicijs laxatur & intumescit, & aduersus animam insurgit; religiosa vero afflictione, & castigatione humiliatur & reprimitur; & huius Paulus testis est clamans, *Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne quo pacto fiat, vt cum aliis prædicauerim ipse reprobus efficiar.* Quin & ipse propheta, cum à Saule pelleretur, affectione victor erat: pace vero potitus deliciarum lasciuijs labefactatum est. Humiliato itaque corpore diuinarum legum memoriam reuocauit, *Quot sunt dies serui tui.*

✻ BEDA Venerab. Hoc est, quandiu differes educere me de diebus carceris & tribulationis? & quando facies iudicium, id est discretionem, vt educas me de persequentibus me? hoc est, quamdiu differes separare localiter, quos iam diuisisti naturaliter,

✻ BASIL. & THEOD. Breue ait humanæ naturæ est tempus, *Dies enim annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni*; quando igitur ius mihi reddes, & ab inimicis meis liberabis? D

b *De persequentibus.* AVGV. Q. vt ab his liberetur, vult suos dies claudi. Vel, fac seruis pro misericordia; quando necesse est facias impiis pro iustitia.

c *Narrauerunt mihi iniqui.* THEODOR. Prophetæ quidem, vt inimicos necaret, consuluerunt, ipse vero diuinę legi obtẽperans, diuinam sententiam expectauit; Verum nobis etiam horum oraculorum doctrina vtilissima est, decet enim nos fugere, non modo Græcorum fabulas, Iudæorumque perfidiam, E † falsa. sed etiam hæreticorum nefaria dogmata.

✻✻ AVG. Alia litera: *Narrau. mihi iniqui delectationes.* Ea sic transferre voluerunt interpretes nostri, quas Græci ἀδολεσχίας vocant: quod vsque adeo vno verbo nequaquam dici latinè potest, vt aliqui *delectationes*, aliqui *fabulationes* dicerent; vt non immerito accipiatur, esse quidem exercitationes sed in sermone cum quadam delectatione. Has vero habent in diuersis sectis & professionibus, & literæ sæculares, & Iudæorum quæ δευτερώσεις nuncupantur, continentes præter diuinarũ canonem scripturarum, F millia fabularum. Habet eas & hæreticorum vana & errabunda loquacitas. Hos omnes iniquos intelligi voluit, à quibus sibi narratas dicit ἀδολεσχίας, id est, exercitationes delectabilibus verbis: sed non (inquit) vt lux tua domine, quia me in ea veritas, non verba, delectant.

d *Paulominus.* AVG. Non modò narrauerunt, sed & persecuti vt deprauent veritatem: sed adiuna quasi contra beluam, quia *paulominus consum.* Adeò nimia fuit persecutio contra carnalem infirmitatem.

✻✻ e *Custod. test. oris tui* AVG. Quæ græcus habet *martyria.* Quod tacendum non fuit propter dulcissimum martyrum nomen: qui proculdubio, quando tanta persequentium crudelitas sæuiebat, vt ecclesia paulominus consummaretur in terra; nullo modo Dei martyria custodirent, nisi fieret eis, quod hic oratum est, *sec. miseric. tuam viuifica me.* viuificati sunt enim ne amando vitam, negarent vitam, & negando vitam amitterent vitam. Ac sic qui pro vita veritatem deserere noluerunt, moriendo pro veritate vixerunt.

NICOLAVS DE LIRA.

Et quia ex tali elevatione ad diuina redditur homo quasi insensibilis circa exteriora agibilia, subditur,

1 Quia factus sum sicut vter. *Vter enim in pruina derelictus, videtur non applicabilis vltra humanis vsibus: & ideo homines excellenter contemplatiui, reputantur in agibilibus & politicis quasi stolidi. vnde & iiij. Reg. ix. c. principes exercitus, qui erant cum Iehu, dixerunt de prophetа, qui venerat ad eum insungendum*, Quid venit insanus iste ad te. *Et in figura huius facies Moysi apparuit cornuta ex consortio sermonis domini. Exo. xxxiij. d. quia excellenter contemplatiui ab hominibus mundanis reputantur fatui, & tamen secundum veritatem sunt sapientissimi, quia sapientia proprie consistit in contemplatione prima causa, non solum secundum sanctos, sed etiam secundum philosophos, vt habetur j. Metaph. Et quia excellenter contemplatiuus vita præsens vertitur in tadium, ideo subditur,*

2 Quot sunt di. *i. quandiu retardabor à beatitudine celesti. Hoc modo dicebat Paulus apostolus Phi. j.* Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo.

3 Quando facies de perse. *Extremũ enim iudicium, in quo persecutores humani generis, s. damones, detrudentur in infernum, à sanctis & maxime contemplatiuis, desideratur, quia tunc vita contẽplatiua nunc inchoata consummabitur: vnde dicit Aug. super Iob. exponens illud verbum domini, Sic eum volo manere, donec veniã. i. inchoata contẽplatio maneat maneat, donec veniam perficiendo: cum venero. s. ad iudicium.*

4 Narrauerunt. *Hic tangitur dicta suauitatis, quæ est in contemplatione, impedimentum, quod contingit per falsas suggestiones hæreticorum & infidelium, ideo dicitur,* Narra. mi. iniqui fabula. *quia hæreses & secta continent multa fabulosa & conficta.*

5 Sed non vt lex tua, *qnæ nullam falsitatem continere potest, cum sit à prima veritate derivata ideo subditur,*

6 Omnia man. tua ve. *s. infallibilis.*

7 Iniqui perse. *infideles enim & hæretici illos persequuntur, quærentes occidere, quos non possunt verbis auertere à veritate, ideo subditur,*

8 Adiuua me. *contra eorum deceptiones & persecutiones..*

9 Paulomi. con. *Aliquãdo enim fuit talis persecutio & tãta, quod ab aliquibus timebantur sancti contemplatiui deficere. Sicut quando Elias fugit à facie Iezabelis, prophetas domini interficientis. iij. Regũ. xix. & quando Manasses impleuit Ierusalem sanguine prophetarum vsque ad os. iiij. Reg. xxj. & tempore Ary hæretici, in quo catholici fuerũt in maxima persecutione, ita quod quasi videbãtur deficere: quia tamẽ in omnibus persecutionibus aliqui fideles reservati sũt cõstantes, ideo subditur,*

10 Ego autem non de. *Et quia hoc non processit ex virtute humana, sed magis ex bonitate diuina, ideo subditur,*

11 Secundum mi. *Confirmando me in persecutione.*

12 Et cust. testimonia oris tui. *i. præcepta decalogi, & verba sancti euangelij, quæ processerunt ex ore Dei, sicut dictũ est supra octonario. ix.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a ϟ *Lamed.* Ambros. Lamed. *Cor* vel *seruo*: quia hæc præcepta prudenter sunt intelligenda, vel solicite seruanda. Cælestia sunt eloquia Dei, nihil in eis adulterina opinione miscendum. Leuetur ergo cor ad ea: decet enim in te manere, quod in cælo perseuerat, & illud semper meditari, vnde, *Nisi quod lex tua meditatio mea est.* Et, Psal. 118. a. *In æternum non obliuiscar iustificationes tuas.*

Cas. In xij. litera virtutem Dei & facta describit, dicens temporalia finiri, sed non mandata eius: secundum illud, Mat. 24. c. *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.*

B † vniuersa

✠ Beda. venerabilis. *Lamed*, disciplina, Ad duodecimam literam plebs cælestis aduenit, in qua † delectationes meę fuissent, † præcepto rum tuorũ virtutem domini facitque describens dicit, Omnia temporalia finem posse suscipere, mandata vero eius nequaquam terminum reperire, quorum disciplinæ libentissime subdita proclamat, *in æternum non obliuiscar iustificationes tuas*, & ideo *Lamed* disciplinam sonat.

b *In æter. do.* ✠ Beda venerabil. Iste qui hic loquitur, quasi tædio affectus instabilitatis, cuius plena hæc vita est tentationis, & in tribulatione sua inflammatus desiderio cœlestis patriæ, id est Hierusalem supernæ, quasi sursum aspiciens, dicit, *In æternum domine, &c.* q. d Dico domine, vt viuifices, me, illos autem qui in cœlis sunt, id est, angelicos spiritus viuificari non C oportet, quia in illis *permanet verbum tuum*, id est, præceptum veritatis in æternum.

Ambr. Solennis ordo cælestium statutorum. Labitur annus per dies & menses, conuersio solis, & lunæ, & omnium manet immutabilis, hoc in mente tua meditare. Quia sathanas de cælo cecidit in terram, ideo ibi verbum permanet in seculum, hic fiunt mala. Sed quia & ibi locus est vitijs, quod in cadentibus patet & ipsum cælum mutatur & præterit, videtur non de elemento dictum, sed de virtutibus cæli: Cæli ergo sũt angeli, in quibus nil lubricum, sancti, qui si corpore in terra, mente tamen in cælo. Magis autem in angelis, quia in hominibus variabilis est affectus.

Avg. Fessus expectator, est ardens ad seruiendum ei cui angeli seruiunt & omnes boni, & omnis creatura diuina, viuifica, & custodiam testimonia, quia *In æternum.* id est sine intermissione cælestes & inferiores rationales creaturæ custodiunt ea. Vel, in Psal. 44. b. in cælo, id est ecclesia, quod non in terra, quæ paradisus dicta est, *In æternum sedes tua in seculum seculi.*

Cas. Sed quia non permisit Deus eum consummari in terra, admiratus potentiam Dei exclamat: D

c *In cælo.* i. quocunque iusto permanet verbum. Vel, in cælestibus spiritibus.

d *In generatione & generatio.* in duobus populis, legis & euangelij, *veritas.* i. Christus *permanet*, ideo quia,

e *Funda. ter.* id est sanctos in fide, in qua *permanent.*

Cas. Ad literam enim terra mouenda est.

Avg. Vel, Qui dixerat, persecuti sunt, & *consummauerunt me in terra*, quasi tæderet eum huius mutabilitatis & tẽtationum, inflammatus desiderio cęlestis Ierusalem in ea suspiciens dicit, *In æternum, in cælo*, in angelis custodientibus æternam militiã. Post cælum, subdit de terra, *In generatione & generationem.* Inuenit in ea generationes, quæ non sunt in cælo: *In generatione & generationem*: qua repetitione, vel omnes successiones notat, à quibus nunquam deest veritas Dei in sanctis; vel, populum legis & euangelij. Causam subdit, quia, *Fundasti* in Christo fundamento morantes in terra, & hi permanent in æternum, quod non filij ancillæ.

f *Ordinatione tua perse. dies.* Cas. Dies singulariter, ille vnus æternus qui noctem non habet, nec inde dubitandum, quia omnia temporalia & æterna pro suo nutu disponit.

Ordinatione tua perse. dies. Avgv. quia ista omnia sunt dies, & iste est dies, quem fecit dominus; dico, *Ordinatione tua*,

g *Quoniam omnia serui.* Omnia s. de quibus loquitur i. quæ pertinent ad hunc diem: impij enim non seruiunt. Vnde autem liberetur terra vt fundata permaneat, subditur, F

h *Nisi quod lex tua.* Lex fidei, quæ per dilectionem operatur, qua impetratur gratia fortes faciens, pereant in humilitate mortali.

✠ Theod. Hoc vnusquisque, qui in impiorum calamitates incidit, dicere posset, & Ioseph etiam seruitutem, adulterium & calumniam aufugisset, & Daniel ne obsecraret prohibitus, & tres illi qui vt statuam adorarent, vocati fuerunt, triumphatoresque martyres, qui varias species supplicij perpessi sunt. Merito autem hoc ait Beatus Dauid, cum à Saule exactus esset, & cum alienigenis impijs hominibus simul viuere coactus esset, particeps namque impietatis fuisset nisi diuinarum legum meditationem secum circumtulisset.

i *Quia in ipsis vi.me* Ecce vnde fit, ne periret in humilitate, Deo ☞ scilicet

---

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 In ætern. *Hic consequenter describitur contemplationis stabilitas: & primo ponitur huiusmodi stabilimentum, secundo tangitur impedimentum ibi,* Nisi quod lex tua. *Circa primum dicitur*, In ætern. *Istud verbum, quo Deus alloquitur ciues cælestes, sunt diuinæ illuminationes seu reuelationes angelis factæ, quarum aliquæ permanebunt tantum vsque ad diem iudicij, s. illæ, quæ sunt de salutis hominum procuratione seu promotione, quæ tunc terminabitur: sed illuminatio, quantum ad notitiam diuinæ essentiæ & personarum, durabit in æternum. Et quia reuelationes pertinentes ad procurationem nostræ salutis per angelos reuelantur hominibus sanctis secundum dispositionem diuinæ sapientiæ, ideo subditur.*

2 In gen. *per angelos hominibus reuelata in omnibus generationibus sibi succedentibus, sicut Enoch & Noe in generatione ante diluuium: Abrahæ & alijs patriarchis, & prophetis in generationibus vsque ad Christum: & à tempore Christi vsque ad iudicium.*

3 Fun. ter. &c. *q. d. cum terra sit facta propter habitationem hominum multo fortius permanebunt tuæ illustrationes necessariæ ad salutem eorum: Vt enim ostendit hoc idem alio exemplo.*

4 Ord inatione tua perseuerat dies, *sensibilis,*

5 Quoniam omni seruiunt tibi, *obedientia ad nutum suo creatori. q. d. multo fortius perseuerabit dies intelligibilis, id est reuelatio tuæ veritatis necessaria ad directionem nostræ salutis.*

6 Nisi quod lex. *Hic consequenter tangit quoddam impedimentum, & est duplex. s. ab intrinseco: & ab extrinseco: secundum ponitur ibi,* Me expectauerunt. *Circa primum sciendum, quod* corpus corruptibile aggrauat animam, *vt dicitur Sapient. ix. c. propter quod minus percipit diuinam illustrationem, & minus sequitur eius directionem, & per hoc habet aliquando ruendi occasionem: contra quod periculum maxime valet diuinæ legis frequens meditatio, vnde dicit Hiero. ad Rusticum monachum,* Ama sanctarum scripturarum studia, & carnis vitia amabis, *& propter hoc dicit Psal.*

Nisi quod lex. *i. nisi fuissem occupatus in tali meditatione,*

7 Tunc forte perijssem, *per lapsum in culpam grauem,*

8 In humilitate mea, *id est impulsus corruptione meæ carnis: quæ ex sua vilitate ratio est meæ humiliationis, secundum illud Michææ xj. d.* Humiliatio tua in medio tui, *& quia tale conseruatiuum debet diligenter custodiri, tanquam valde necessarium, ideo subditur,*

9 In æter. non obliuis. iustit. *quæ continentur in lege tua.*

10 Quia in ipsis vi. me. *per eorum meditationem præseruando me à* ☞ peccatis

☞ scilicet viuificante.

A *In cælo, & in generatione* permaneat verbum, *quia omnia seruiunt tibi*, etsi diuerso modo.

Nisi quod lex. Avg. Talis tu, & lex tua tam valida, cuius meditatio à tantis liberat.

a *Tuus sum ego.* Avg. Quia viuificasti: Tuus non vitiorum, non duorum dominorum.

✻ Basil. & Theodor. Non omnes hac voce vti possumus, peccati enim seruus mentitur seipsum seruum Dei esse nominans, à quo enim quisque deuictus est, illi seruus est: si igitur ab illo peccato liberati, diuinas sequeremur leges, hac poterimus vti voce.

B

C b *Iustificationes.* Avg. Dicit quæ futura signabant, vt agnus paschalis, & cætera, quæ sunt primordia fidei, sine quibus nemo perfectè nouit gratiam. Nemo putet significantias veteris testamenti negligendas, quas iste tam studiosè exquirit.

Avg. Vel intellexit testimonia. Nam, *Omnis consum.*

Me expectauerunt. ✻ Theodoret. τὸ ὑπέμειναν. *Expectauerunt*, Symmachus & Theodotion dixerunt, illi quidem me morte multare sperarunt, ego vero tua testimonia attendens hinc vitam percipiebam.

c *Omnis cons.* Avg. s. quod nemo in se, sed in Deo glorietur, & ita hoc vidi ϕ mãdatum tuũ est mihi latũ: quia etiã inimicos diligo.

D Vel, omnis consummationis, quia intellexi complenda præcepta Dei non obtentu terrenorum, sed æternorum.

c *Omnis consum.* Avg. Intrauerat enim iste in sanctuarium Dei, viderat nouissima Dei, viderat alta Dei, quæ non possunt explicari, sed breui sententia, dicenda concludit, *vidi finem omnis consummationis.* Consummatio, est omnium virtutum perfectio, pro summo bono omnia facere, vsque ad mortẽ pro veritate certare, cuius finis est, in regno Christi excellere. s. ipse Christus, quem mẽte vidit vẽturum. Latum mandatum charitas, sine qua non valeret inter quæcunque tormenta martyrij confiteri in qua sine angustijs via quoque ambulatur angusta, in qua tota lex pendet & prophetæ.

E

F

Cas. Vel omnibus secularibus terminum videt impositum: sed mandata Dei non habent finem, quia latissima, & ideo, illis spretis, hæc petantur. *Nimis*, dicit pro charitate, quæ totam legem & prophetarum dicta concludit. Vel, *mandatum* quod est *nimis latũ*. i. dilectionem Dei & proximi, cognoui finem omnis consummationis.

Ambros. *Omnis com.* Consummata malitia seculi, venit agnus, qui crucem figeret: consummata iustitia, finis est Christus, qui remunerat.

a ¶ Nihil extra petentem. b ¶ Quem Adam perdidit. c ¶ Aug. Meus esse volui & perij, modo tuus & salua.

a in ipsis viuificasti mẽ. Tuus sum ego, saluum me fac, quo-

a ¶ Debes, vel hoc modo tuus. b ¶ Non meas voluntates, quibus fui meus. ¶ Vt sim tuus.
c ¶ Alij alia quærunt. d ¶ Saluum me fac, quia.
e ¶ Quasi in insidijs expectantes, donec transiret, vt tunc occiderent.

niam iustificationes tuas, exquisiui. Mẽ expectauerunt pecca-

a ¶ Faciendo consentire ad malum. b ¶ Sed inde non perij, quia. ¶ Martyria.

c tores, vt perderẽt me, testimonia tua † intellexi. Omnis

a ¶ Aug. Et si confitentem vrgebant, non cessi, intuens finem sine fine, id est æternam beatitudinem: & ideo mandatum est mihi latum, quasi facile factum.
b ¶ Angusta via est, per gratiam nimis lata: vt etiam inimicos diligere faciat.

consummationis vidi finem, latũ mandatum tuũ † nimis.

1 2 3 4 5 6 7 8 9

† considerabo. Mat. 22. d. † Valde.

NICOLAVS DE LIRA.

peccati morte, ideo concludit vlterius.

1 Tuus sum. *eo quod vitam meam seruasti dicto modo.*

2 Saluum me fac, *de futuro, sicut & fecisti de præterito.*

3 Quoniam iustificationes tuas. *in lege contentas*, Exquisiui, *intellectu & affectu:*

4 Me expectauerunt peccatores. *Hic tangitur impedimentum ab extrinseco, quod est insidiatio dæmonum, bonos subuertere quærentium: propter quod dicitur*, Me expectauerunt peccatores, *id est, spiritus maligni in peccato obstinati,*

5 Vt perderent me, *per lapsum mortalis culpæ:*

6 Testimonia intellexi. *id est, intra me legi, intelligere enim est intus legere: & sic eorum insidias euasi quia sacræ scripturæ deuota meditatio est armatura cõtra tentationes dæmonum. Et quia ex tali meditatione intelligitur finis perfectionis humanæ: subditur,*

7 Omnis consummationis, *id est humanæ perfectionis,*

8 Vidi fi. *Et quis sit iste finis perfectionis humanæ ostẽditur cũ dicitur,*

9 Latum mandatum tuum nimis, *Istud est mandatum charitatis, quod est tantæ latitudinis, quod se etiam extendit vsque ad inimicos, vt dictũ est supra. Quod autem sit finis perfectionis humanæ, patet. j ad Timo. j. a.* Finis præcepti est charitas. & *Deutero. x. c. cum dicitur:* Quid petit dominus Deus à te, nisi vt timeas, &c. *Sequitur* Et vt diligas eum in toto corde tuo, &c. *propter quod saluator Matthæi vigesimo secundo dicit*, In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ, *& loquitur de duobus præceptis dilectionis. s. Dei & proximi.*

GLOSSA ORDINARIA.

a ℣ Amb. *Mem*, sonat in Latino ex intimis, vel vt alibi, *ignis ex intimis.*

✻ Idem. Bonus ergo Deus, qui nobis immittit ignem, vnde diligentes eum, meritum sub conspectu eius inuenire possimus. Quem autem mittat ignẽ ipse nos doceat, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur?* Bonus ignis quem desiderat omnium saluator accendi: cum præsertim ipsum Deũ legerimus ignem esse qui nostra peccata consumat, intimisque pectoribus nostris diuinæ cupiditatem agnitionis infundat; vel ardeat in nobis cor nostrum, cum legimus diuinarum seriem scripturarum si forte aliquid quo aperiantur propheticæ lectionis occulta intellectu assumamus spirituali.

Mem. Cass. In xiij. litera loquitur, qui meditatione prophetarum & euangelij profecit, dicens, se super seniores intellexisse & ideo scripturas sibi esse dulces super mel.

Avg. Cas. *Mem.* viscera. i. multiplex dilectio, quia legem ex toto amat: vnde in ea nouum testamentum inuenit, & superat omnes, qui vetus testamentum tantùm prædicant.

¶ Aug. Cas. Mem, viscera, vel ex ipsis, quia ex charitate, quæ ex ipsis medullis

a ℣ Mem.

a ¶ Quasi intellexi testimonia, vidi finem: quomodo? admiratiue dicit. ¶ Vnde sit latum ostendit. ¶ Dilectio est latitudo mandati. b ¶ Non timui.
c ¶ quotidie, siue continue.

† Quàm. b c d e Võmodo dilexi legem tuã domine, tota die me. 1 2

¶ Et si caro impediat. a ¶ Non modo dilexi. b ¶ Et ideo.
c ¶ Cas. Iudæos, paganos, hæreticos, qui vel non intelligunt, vel non operantur.

ditatio mea est. Super inimicos meos prudẽte me 3 4 5

b Q *Vomodo di.* Avg. Qui diligit, quod iubet Deus; & ipsam iussionem, quæ est lex, diligit.

c *Domine.* ipsum testem inuocat, quem diligit; qui Deum diligit, legem eius diligit.

d *Tota.* Avg. Semper est dies meditanti legem; qui nouum testamentum nesciunt, semper nox.

e *Super ini.* quia illic zelum Dei habent, sed non secundũ scientiam, quia suam iustitiam constituere volunt. Sed iste iustitiam

☞ quærit

NICOLAVS DE LIRA.

Q Vomodo. *Hic consequenter ostenditur, suauitas seu bonitas vitæ contemplatiuæ ex parte modi contemplandi. & primo ostenditur propositum. secundo excluditur oppositum*, Iniquos odio habui. *Prima in duas, quia primo ostenditur propositum in quantum contemplatio perficit intellectum. secundo inquantum dirigit affectum, ibi*, Ab omni via mala. *Circa primum sciendum, quod motus contemplandi philosophorum est per scientiam virtute intellectus agentis ex sensibus acquisitam, cui potest falsitas admisceri ex intellectus errore. Contemplatio vero fidelium est per sacram scripturã à virtute spiritus sancti superius reuelatam, propter quod non potest ibi falsitas inueniri, propter quod talis modus contemplandi melior est & amabilior, & ideo dicit Psal. in populi fidelis persona.*

1 Quo. di. *i. valde dilexi.*

2 Legem tuam d. *quæ in sacra scriptura continetur & maxime legem euangelicam, quæ dicitur lex amoris.*

3 Tota die. *quia oculis mentis dirigitur ad illud quod intense diligit. Ea causa huius dilectionis quantum ad perfectionem intellectus subditur, cum dicitur.*

4 Super inimi. me. *i. super infideles qui licet quantum ad naturam sint amici, sunt tamen quantum ad infidelitatem inimici.*

5 Prudentem fecisti me. *id est, cognoscentem, quia non habent sa-*

☞ A quærit per fidem Christi, quæ est ex Deo. Illi temporalia præmia, vt filij Agar serui, ex mandato quærunt, & ideo non est illis in æternum sicut huic: finito seculo secundum illos nullum potest esse legis mandatum: Secundum istum autem in tabulis cordis erit dilectio Dei & proximi in æternum. Et præmium mandati custoditi, ipse Deus qui mandauit.

a ¶ quia illi in signis, ego in veritate quiesco. b ¶ Sic interpretor, vt sit æternum, & ad æternitatem mihi valeat, illis vero tantum in seculum.

a *Super omnes d.* Avg. quia & super omnes docentes. i. scribas & Pharisæos. *super omnes docentes.* Hoc secundum caput; Vnus enim loquens Christus & ecclesia, propter illud sacramentum, erunt duo in carne vna. Aliàs non super omnes docentes intellexit propheta, sed Christus super omnes homines, quem pater docuit; Ideo *super omnes* quia testimonia meditabatur: quæ melius, quam illi, de se nouerat. Doctores, sunt seniores, de quibus dicit, *super senes &c.*

† mandatũ tuum, quoniam

Eph. 5 g. † seniores Dupliciter docemur de sacra scriptura

B

a fẽcisti † mandato tuo, quia in æternũ † mihi est. Super om- 1
a ¶ qui erant de inimicis. b ¶ Ideo. c ¶ Quod non illorum, qui ibi falsa sentiunt & docent. 2
à ¶ Spiritu non litera. ¶ Non in litera quiesco.
b nes docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio 3 4
a ¶ Quem docet Deus, facile doctores, & senes superat. b ¶ Non hominũ, sed Dei, quæ illi transgrediuntur.
c mea est. Super † senes intellexi, quia mandata tua † quæsi- 5 6
a ¶ Interius. ¶ Non exterius accepi. b ¶ Et. c ¶ Criminali.
d ui. Ab omni via mala prohibui pedes meos, vt custodiam 7 8
d ¶ Quasi pronor, & volentes ire. e ¶ Affectus. f ¶ quod aliter fieri non poterat.
a ¶ Aug. Quia semper timui iudicia tua. ¶ Cas. Semitis nouæ vel veteris legis. 9
b ¶ Semper eis credidi.
e verba tua. A iudiciis tuis non declinaui, quia tu † legem po- 10 11
¶ Et. à ¶ Cordis, non carnis. b ¶ In quibus remissio & vita prædicatur.
c ¶ Alias super mel & fauum ori meo. 12
f suisti mihi. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel 13 14
¶ Et.
g h ori meo. A mandatis tuis intellexi, propterea † odiui omnẽ 15
viam iniquitatis.

b *Meditatio.* Avg. Quicquid sancte agitur, meditari legem est: Talis peruenit in legem iustitiæ, quia quærit iustificari ex fide, quę per dilectionem operatur, vnde habet inimicos Iudæos qui ex operibus gloriantur.

c *Super se.* per hoc notat ætatem, quia puer inter senes sedebat, super illos intelligebat, vt in traditione seniorum de lauandis manibus. Hæc & membris, quæ & ipse docuit, conueniunt.

Luc. 2. g.

Super se. Avg. Cas. quia & super seniores corpore, non mente: Melius intelligitur nouus populus, qui Christum accipit, quam ille senior Iudaicus, cui præripuit benedictionem. *Intellexi,* & opere impleui.

C

✻ Beda venerabilis. Dixit *super omnes docentes me intellexi,* & reperit illud æquipollenter, propter aliã causam, quam subdit dicens, *Intellexi super senes,* id est, super illos morosos, volentes esse doctores, qui tantummodo phylacteria sua dilatabant. & fimbrias magnificabant, legẽ scriptam in fronte ferentes, qui in corde erant præuaricatores, & vere super illos intellexi, quia ego quæsiui mandata tua, non ad sciendum, sed ad faciendum, quod illi non fecerunt.

d *Ab omni via tua.* ipsorum seniorum & doctorum, ne peruersitate eorum subuerteretur.

✻ Basil. Nequit enim fieri, vt duas quisquam vias simul ingrediatur iustitiæ videlicet & iniustitiæ. Sed necesse est vt contrariam fugiat. Sic enim possibile est, vt diuinarum legum custodes reddamur.

e *Quam dulcia faucibus: &c.* ✻ Basil. Non ira oris mei gustum dulcedo mellis delectat, sicut animam meam eloquiorum tuorum meditatio lætificat. Gutturis namque mentionem fecit, tanquam organi vocis: meditatio vero manifesta est. His vsus animus, vtilitatem quæ ex illis est reportat.

D

✻ Beda Vene. Per mel eliquatum, potens doctrina sapientiæ intelligitur, per fauum vero, occulta sapientia doctrinæ, quę in abstrusioribus sacramentis, vt mel in fauo, clauditur. Et quasi de terreis cellis ore differentis, tanquam ore mandentis exprimitur: & hoc est dicere, *eloquia tua,* id est, præcepta quę tu specialiter per te ipsum dedisti, *sunt ori meo super mel & fauum;* id est sunt mihi dulciora omni doctrina sapiẽtię, p doctores edocta, siue sit patẽs occultãs mihi dulcia.

† mecum

† exquisiui

† docuisti me.

E

† odio habui,

f *A iudi.* Cas. Sic prohibui pedes à via eorum, quod non declinaui ab his, quæ constituisti ad regulam viuendi. Cuius causa est, quia tu, non Moyses, legem, id est euangelium posuisti mihi, Intellexi mente, impleui opere, & annuntiaui alijs: & hoc est, *Quam dulcia,* loquenti. *Super mel.* Vbique in his comparationibus non *sicut* sed *super,* ponit: quia hæc diuinis non possunt comparari, Mel, vetus testamentum; Fauus, nouum quod dulcius. Vel, melli (quod expressum & eliquatum est) aperta doctrina similis est fauo, quæ de abstrusis sacramentis, quasi cereis cellulis, ore mandentis. i. differentis exprimitur.

Avg. *A iudicijs.* Semper enim credidi, quia tu intus digito tuo legem scripsisti, non vt sicut seruus timerem, sed diligerem vnde subdit, *Quam dulcia.*

F

g *Fauc.* Cas. Deglutit, ore loquitur, anima deglutit ac ruminat.

h *A mandatis.* Avg. Non mandata ipsa dico me intellexisse, sed *à mandatis;* quia faciendo venit ad altitudinem sapientiæ, quia nisi per obedientiam mandatorum, non peruenitur ad sapientiam oculorum, vnde, *Concupisti sapientiam? serua mandata, & dominus præbet illam tibi.* Si aliter feceris, dicitur tibi in libro Iesu filij Syrach, *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Sed quæ præcepit tibi dominus, illa sola cogita semper,* Semper quia antequam percipiatur sapientia, & post perceptam. Quanto magis vero inflammat eum dulcedo amplioris sapientiæ, crescit amor iustitiæ, vnde necessario odit iniquitatem.

Eccle. 1. c.

Eccle. 3. c.

✻ Beda. Q. d. merito per eloquia tua intellectum habui, quia ego *intellexi à mandatis tuis,* hoc est verum de mandatis tuis, quia dici ea non audiendo tantum, sicut scribæ & pharisæi, sed faciendo, perfectius enim scit ille rem qui discit faciendo.

☞ Glos-

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *cram scripturam, sed tantum humanitus repertam, quantum ad Gentiles: vel si habent non tamen intelligunt eam vere, sed peruerse: cuiusmodi sunt Iudæi & hæretici.*

1 Mandato tuo. *i. per mandatum tuum à me vere intellectum ex tua illustratione.*

2 Quia in æter. mi. est. *i. mihi impressum inseparabiliter.*

3 Super o. do. *De sacra autem scriptura edocetur homo dupliciter: Vno modo ab homine perito in intellectum sacræ scripturæ. Et in tali notitia discipulus aliquando transcendit magistrum, quia habet clarius ingenium, & diligentius exercitium, sicut contingit in pluribus fidelibus, Et in persona talium dicitur,* Super omnes docentes me intellexi *sacræ scripturæ veritatem, Cuius causa subditur,*

4 Quia testi. tua me. m. est. *i. meditatio mea circa testimonia tua continue versatur, quantum humana fragilitas patitur, Alio modo docetur à Deo, sicut edocti fuerunt apostoli, de quibus dicit Hierony. in epistola ad Paulinum de omnibus sacræ scripturæ libris:* Quicquidenim alijs exercitatio & quotidiana in lege meditatio tribuere solet, hoc illis spiritus sanctus suggerebat, & erant iuxta quod scriptum est, docibiles Deo. *Hoc etiam modo fuerũt edocti plures & alij sancti, sicut de beato Francisco legitur, & pluribus alijs. Et iste modus sciendi est excellentior præcedenti, propter quod in persona talium subditur,*

5 Super se, *per exercitum longi temporis sacræ scripturæ notitiam habentes,*

6 Intel. *cuius causa subditur,* quia mãdata tua quæsiui. *i. intellectũ verborum tuorum à te inferuenti & deuota oratione postulaui, & dedisti mihi, vt scribitur Sap. vij. a.* Inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ.

7 Ab omni via. *Hic consequenter ponitur bonitas contemplationis prout dirigit affectum: & primo in vitatione mali, secũdo in prosecutione boni, ibi.* Lucerna pedi. *Quantum ad primum dicitur,* Ab omni via mala. *quæ ducit ad perditionem,*

8 Prohibui pedes meos, *directus per considerationem legis tuæ:*

9 Vt custodiã verba tua, *id est, mãdata negatiua, quæ prohibẽt malũ.*

10 A iudicijstuis in lege *diuina contentis,*

11 Non declinaui, *ad iniustã sententiam timore humano vel fauore.*

12 Quia tu legem posuisti *quam teneor sequi absque declinatione. Et quia ex tali exercitio expectatur optima retributio delectans animum, ideo subditur,*

13 Quam dulcia fau. *Os & fauces ibi accipiuntur metaphorice pro viribus superioribus animæ, quibus dulcedo cælestium in præsenti aliquo modo sentitur, & pregustatur: & per consequens peccatum quod est huius dulcedinis impeditiuum, oditur, ideo sequitur,*

14 A mandatis tuis intellexi *dulcedinem tuæ retributionis, secundum quod dicitur, Esa: lxiiij. b.* Oculus non vidit Deus absque te, & auris non audiuit quæ præparasti diligentibus te.

15 Propterea odiui omnem viam iniqui, *quia impedit consecutionem prædictæ dulcedinis & suauitatis.*

☞ Lucer-

GLOSSA ORDINARIA.

A a ג *Nun.* Cas. decima quarta litera lumen verbi pedibus radiare gaudet, animam humilitate commendans: ex desiderio retributiones petens hic agit de humilitate, quia initium boni & perfectionem Christo retribuit, non sibi. Quasi si sic & sic, mihi & alijs profeci, hoc non à me, sed Lucerna pedib. me. verbum tuum a

¶ Aug. Vnicus, vel pascua: Christus singularis adiutor, & pascua animarum.

ג Nun.

a ¶ Vt lunæ radius. b ¶ Quibus lucet in nocte huius seculi
c ¶ Omnes sanctæ scripturæ. ¶ Christus qui est verbum in principio apud patrem.
d ¶ Inextinguibile.

Vcerna pedibus meis verbum tuum, & lumen

a ¶ His opus est luce ad illuminandum. b ¶ Et ideo. ¶ Quasi. In lumine ambulans
c ¶ Pro id est. d ¶ Exponit iurauí, id est statuí per sacramentum, quia ita fixus est in eo, vt statuere habeatur pro iuratione.

semitis meis. Iurauí & statuí custodire iudicia iustitiæ tuæ.

a ¶ Et quia custodio, ideo. ¶ A persecutore. ¶ Hoc volebat, qui custodit iudicia iustitiæ.
b ¶ Sed o. c ¶ Vt secundum verbum tuum viuam, & omnia cum ratione faciam.

† Humiliatus sum † vsque quaque domine, viuifica me le-

AMB. *Nun*, vnicus, vel pascua eorum, quia hoc de vnigenito Dei, & æterni luminis claritate, qui est & pascua fidelium: Ipse enim nos pascit & reficit. Bona est hæc pascua, quia carpis illic nouum florem, qui resurrectionis dedit bonum odorem. Carpis illic lilium æternitatis: & rosam dominici corporis & sanguinis. Docet autem humilitatem in hac pascua propheta. i. in hoc octonario, vbi agit de hac pascua. Ipse etiam Christus, qui est pascua nostra humilitatè in se docuit, ipse enim B verus Dauid humilis & manu fortis, patri obediens, oues patris sui diuina prædicatione pascebat, quibus secundum scripturas certis iudicijs suum probabit aduentum.

✠ BEDA. *Nun* sempiternum, siue piscis. Ad quartam decimam literam cohors beata peruenit, in qua pedibus suis dominici verbi lumen radiare congaudet, animam suam humillima satisfactione commendans, expetens retributiones domini perpetuas: & ob quas litera hæc *sempiterni* nomen accepit. Porro & quod piscis interpretatur, ostendit, eum, qui seculi fluctibus obsitus, lumen verbi requirit, dicens *Humiliatus sum vsquequaque domine.*

b *Lucerna.* ✠ BAS. Sciendum autem est, quod lucerna quidem nominata est lex, propterea quod ægre vnam gentem illuminauit: Saluator vero sol iusticiæ dictus est, vt qui totum orbem illustrarit, Ita, vt Iohannem Christus lucernam nominauit. Quoniam vero lux vera, quæ illuminauit omnem hominem venientem in hunc mundum orta iam erat, Apostolos quoque lucem appellauit, propterea quod lucis huius participes facti cunctos mortales illuminaturi essent.

✠ BEDA. venerab. Nota quod dicit, *lucerna* sunt & *lumen*: lucerna enim à lumine habet lumen, sicut montes illi, de quibus dicC tum est. *Leuaui oculos meos in montes vnde venit auxilium mihi.* Hoc sunt Apostoli, à lumine sunt illuminati, quia sol iusticiæ exoriens prius illos illuminauit, & per ipsos in conualles reluxit quapropter & in his, & in alijs doctoribus, lucerna est diuinum verbum in Christo vero, qui à seipso illuminationem habuit, quia Deus erat in Christo mundum sibi reconcilians, non lucerna, sed lumen est illud, id est, verbum diuinum.

AVG. CAS. In nocte huius seculi, vbi tenebræ, foueæ, quæ sua prouidentia non vitaret. *Verbum*, quod à prophetis seminatur: *Lumen* proprie, quod ex se lucet, non nisi Deus. *Lucerna*, creatura quæ participat lumine. Ideoque de Iohanne dicitur, *Paraui lucernam Christo meo. Pedibus* mentis; *semitis*, operum: vnde & prius dixit pedibus, deinde, semitis, vt prius clarificati corde & pòst rectis gressibus ambulemus.

c *Iurauí.* Tanquam bene ad lucernam ambulans & quasi rectas semitas habens *Iurauí & statuí*, Id est, firmiter statui.

✠ BEDA. Quod quæque fidelis anima statuit, hoc ex ipsa fide debet esse iuramentum; & ideo dicit, *Iurauí*, id est, firmiter confirmaui & ideo me dico iurasse, quia *statuí custodire iudicia iusticiæ tuæ*, id est: præcepta tua quæ tu iudicas esse iusta. D

✠ BASIL. & THEOD. firmum animi sui iudicium iuramentum nominauit, eo quod pleraque humanarum rerum iuramento firmantur.

d *Custodire* AVG. CAS. inter quælibet pericula, quod fit per fidem, sub Deo iusto iudice, nec bonum sine fructu, nec malum impunitum creditur: sed pro hac fide grauia 1 sustinet. *Humiliatus* 2 *sum.* Non dico humiliaui me, vt humilitatem quæ in præcepto 3 est intelligi sit neces- 4 se, sed humiliatus sum † nimis Humilitas vehementi persecu- 5 tione. Beatus qui glo- 6 riatur humilitate ma- 7

† Afflictus sum vehementissime

gis, quam potestate: potestas enim decipit, humilitas vero non destituit, sed ne fides deficiat, *Viuifica secundum* promissum. Vt custodiam iudicia iustitiæ, aliter & anima moritur in tribulatione. *Voluntaria*, humiliatus viuificatur secundum promissum Dei, E viuificatus spiritu, voluntarius est minister, non ex necessitate: talis docetur iudicia, quæ sunt inscrutabilia, vt non reddat pro malis mala; hæc doceri potest, qui animam semper intendit ad Deum, & legem non est oblitus, vnde iam lætus & securus dicit, *Posuerunt peccatores.* AVGV. Christus lumen est & lucerna. Sed lumen est Christus, dum ore nostro recensetur, lucet enim in nobis, tanquam in vase fictili. Vnde Apostolus, *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.* In se vero lumen est inextinguibile, quod il- 2. Cor. 4 b. luminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Mitte ergo oleum, ne deficiat tibi lumen lucernæ: Oleum inquam misericordiæ cælestis & gratiæ, quo vngebantur prophetæ, quo ceruices nostræ mollescunt, quo etiam collisa scopulis peccatorum fouentur corpora. *Lucerna pedibus, lumen semitis.* congrua verborum distinctio: Lucerna enim sufficit pedibus ad ambulandum; Semitis vero opus est luce expansa ad illuminandum. Vel, verbum, id est Christus dicitur *lucerna* secundum legem, vbi minus clare lucebat: *lumen* secundum euangelium vbi aperte radiat: Vel verbum, omnes sanctæ scripturæ, quod est nobis lucerna, 1. Pe. 1. d. Vnde Petrus, *Habemus certiorem propheticum sermonem cui intendentes bene facitis, tanquam lucerna in obscuro loco.* Cum igitur vnigenitum verbum æquale *lumen* gignenti dicatur, & homo ab illo F illuminatus dicatur lucerna, & nec homo sit verbum, quod est lumen, nec illud verbum sit lucerna: manifestum est de hoc non agi, vbi idem verbum lumen, & lucerna dicitur.

Iurauí. AVG. Quasi diceret, verbum est mihi lumen, & ideo præeunte hac luce, quasi in lumine ambulans iurauí: Alioquin infirmis dicit Iesus, non iurandum esse omnino.

e *Iudicia iusticiæ.* AVG. vt credam cuique retribuendum esse, Matt. 5. d. etiam quæ hic aguntur à bonis & malis: vt à nullo moueatur perfectus.

f *Humiliatus sum &c.* ✠ BASIL. & THEODOR. Non simpliciter se humiliatum esse dixit, sed vehementer humiliatum præsertim, cum rex esset & propheta, & fiduciam à virtute haberet, & diuitijs affluret, & hostes vinceret; sed nec sapientiæ, nec fortitudini, nec iusticiæ fidere voluit vnquam, & hæc diuinæ gratiæ donum esse opinatur, & vitam ab eo, qui eam dare potest, efflagitat, non indefinite petit sed rationis compotem, & secundum legem & à diuina lege illustratam.

☞ *Vo-*

NICOLAVS DE LIRA.

LVcerna pedibus. *Hic consequenter ponitur directio contemplationis in prosecutione boni: & primo ponitur huiusmodi directio, secundo impedimenti remotio, ibi,* Humiliatus sum. *Circa primum dicitur,*

1 Lucerna pedibus meis *id est progressui meo in operibus bonis,*

2 Verbum tuum, *à me diligenter consideratum:*

3 Et lumen. *Repetitio est eiusdem sententiæ sub alijs verbis ad maiorem expressionem, vel hoc additur, quia verbũ diuinum non solũ dirigit in adimplendis præceptis diuinis: sed etiam in consilijs euangelicis, Quæ dicuntur semitæ, quasi vias strictiores, & magis compẽdiosæ. Et quia talis prosecutio est valde bona, & per consequens diligenter custodienda, ideo subditur,*

4 Iurauí & statui. i. *firmiter & sine mutatione proposui, vel disposui.*

5 Custodire iudicia *per quam iustitiam peruenit homo ad salutem.*

6 Humiliatus sum vsquequaque do. *Hic consequenter ponitur impedimenti remotio quod est duplex, scilicet à carne: & ab hoste: Secun-* Diuisio. *dum ponitur, ibi,* Posuerunt peccatores. *Primum impedimentum est à carne corruptibili, quæ aggrauat animam, impediens ipsam ab expedita prosecutione boni: & quantum ad hoc dicitur,* Humiliatus sum. *id est, multum inclinatus & aggrauatus à carne, quæ est etiam mihi causa humiliationis, ratione vilitatis suæ.*

7 Viuifica me. *fortificando me contra grauitatem dictam.*

a *Voluntaria.* AVG. Placeant tibi sacrificia, ne reprobes, sed approba sacrificia laudis, confessione oblata charitatis, non alio modo.

CAS. Voluntaria confessio laudis, quam inter auguſtias offert, qua oblatione placatus *iudicta tua doce*, quæ fidelibus aperis; Quæ sæpe dixit se accepisse, & ex ardore cordis iterum petit.

✠ THED. & BASIL. Recte virtutis facta pleraque, ipsæ leges edicunt, quędam vero ex humana mente sũt appoſita, Ita & sacrificiorum alia quidem legalia, alia vero voluntaria erant. Quæ pro peccatis erant, lege iubebãtur offerri: & illa Deus veluti debitũ quoddam recipiebat: quæ vero liberalitate quadã animi offerebantur, dona vocauit. Ita & nunc recipiscentiam & iustitiam Euangelica doctrina præcepit: virginitas vero, & continentia post nuptias, & paupertas, & vita solitaria, voluntatis sunt opera legem transcendentia. Talia igitur propheta *voluntaria* vocauit.

a ¶ Et. ¶ Sacrificia laudis, charitate non timore oblata.

cundum verbum tuum. † Voluntaria oris mei beneplacita

a ¶ Iam nouerat, sed quærit addi. b ¶ Quia. c ¶ A similitudine militis. ¶ In operibus meis.

fac domine, & iudicia tua doce me. Animã mea in mãnibus

a ¶ Alias tuis. b ¶ quia semper laboro pro anima. c ¶ Inde potest videri anima in manibus Dei locata. d ¶ Et licet ponant peccatores laqueum, tamen non erraui.

† meis semper, et † legem tuam non sum oblitus. Posuerunt peccatores laqueum mihi, & † de mandatis tuis non erraui.

a ¶ Firma possessione. b ¶ Adeo, cui hæres est, qui prius hæres Adæ. c ¶ Vt testis Deisid est martyr essem.

Hæreditãte acquisiui testimonia tua in æternũ, quia exulta-

a ¶ Et si afflictio corporum. b ¶ Et cum sit exultatio. ¶ Ita acquisiui testimonia, quod. ¶ Per humilitatem. ¶ Superba respuit Deus

tio cordis mei sunt. Inclinãui cor meum ad faciendas iustifi-

a ¶ Ad vtrumque referendum, scilicet ad meritum dilectionis æternæ, & ad præmium retributionis æternæ.

cationes tuas in æternũm, propter retributionem.

b *In manibus meis.* AVG. Plures habent, *tuis*: vnde nullus potest rapere: vnde, *Iustorum animæ in manu Dei sunt; tuis manibus* adiutus legem tuam non sum oblitus.

Sap. 3. a.

Luc. 15. c.

AVGVSTINVS. *Anima mea in manibus meis semper*: quomodo intelligatur ignoro. Iusti quippe ista verba sunt, non iniusti: Redeuntis ad patrem, non discedentis à patre. Nam ille minor filius in manibus suis animam suam videtur habuisse, cum dixit, *Da mihi portionem substantiæ quæ me contingit*: vnde *perierat & reuixit*: nisi dicatur, *in manibus meis*, quò semper eam tibi offero viuificandam, Et alibi, *Ad te leuaui animam meam*, Quasi sacerdos leuans hostiam in manibus, vel, à simili pugnantis contra hostes, vita est in manu sua, qui bene se defendit.

c *Et de mandatis.* AVG. Antidotum cæleste contra laqueos & venena seculi, quia iuxta ipsa, non in ipsis, sunt insidiæ.

d *In æternum.* AVG. Quia non est in eis gloria tẽporalis vana quærentium, sed æterna ad tẽpus patientium, & sine fine regnãtium: vnde sequitur, *quia exultatio cordis mei sunt.*

e *Inclinaui cor, &c.*

✠ BASI. Animi consilium lanci est simile, continet autẽ lancem mẽs imperium nacta; in pijs cogitationibus necessitas accedit, vt lances ad ea quæ meliora sunt inclinent, hoc se fecisse propheta dicit, *Inclinaui*, inquit, *cor meum.*

f *Iustificationes tuas in æternum.* AVG. Opera bona contra necessitates proximorum: quæ nõ erunt æterna: Quomodo ergo *in æternum* facturi sumus *iustificationes?* sed sine dilectione facta non sunt iustificationes: ipsa autem dilectio æterna est, & in æternum diligens, in æternum meretur habere, quod diligit.

✠ BEDA. Cur autem dicit *iustificationes* esse *in æternum* cum ipsæ iustificationes, id est opera misericordiæ, quæ erga necessitates sunt, æternæ non sint? fortasse ideo dicit quia opera illa, si sine dilectione fiant: non sunt iustificationes: Si autẽ cum dilectione fiant, ipsa dilectio est æterna. Quocirca inquit, *in æternum* propter retributionem, id est, vt in æternum diligens, in æternum inueniat quod diligat.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Secun. verbum tuum, *id est, vt possim exequi facilius legem tuã: & quia ad hoc impetrandum facit oratio deuota, subditur,*

2 Voluntaria oris mei, *id est, precamina voluntariè & deuotè ex ore meo ad te directa.*

3 Beneplacita fac domine. *id est, vt acceptа sint coram te.*

4 Et iudicia tua doce me, *non solum intelligenda, sed etiam opere adimplenda. Et subditur causa huius petitionis, cum dicitur,*

5 Anima mea in manibus meis semper. *Animam in manibus habere, in scriptura significat in periculo esse: propter quod Iudicũ. xij. à Iepte de bello periculoso, quod acceperat contra filios Ammon, dixit,* Posui animam meam in manibus meis, *& idem dicitur de Dauid de bello contra Goliath. j. Regum. xix. a. per hoc ergo quod dicitur hic,* Anima mea in manibus meis semper, *intelligitur periculum animæ de lapsu ex carne aggrauante continue, propter quod homo indiget ad diuinum auxilium implorandum recurrere, per quod obtinet, quod subditur,*

6 Et legem, *meditans eam in corde, & exequens in opere.*

7 Posue. pec. *Hic ponitur secundum impedimentum ab hoste, qui semper nititur executionem boni operis impedire: & quantũ ad hoc dicitur,* Posuerunt peccatores, *id est dæmones,*

8 Laqueum mi. *id est deceptionem ad impediendum me à prosecutione boni,*

9 Et de mandatis tuis non erraui, *eorum suggestionibus consentiendo, per gratiam tuam me præseruantem, & quia hoc tenẽdum est firmiter, sequitur.*

10 Hære. acqui. testimonia tua in æter. *id est immobiliter, quantùm est ex desiderio meo, sicut hæreditas est immobilis possessio.*

11 Quia exultatio cordis mei sunt, *propter hoc Matthæ. xiij. f. figuratur per thesaurum in agro absconditum,* quem qui inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit & vendit omnia quæ habet, & emit agrum illum, *& quia ad hoc requiritur diligentia magna, & labor, ideo subditur.*

12 Incli. cor me. ad fa. *& non audiendas tantum, quia* non auditores legis, sed factores iustificabuntur. *Ro. ij. b.*

13 In æter. *id est perseueranter, quia* qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, *Ma. x. c ideo subditur,*

14 Propter re. *quæ est idem, quod salus æterna.*

GLOS. OR.

a ◘ *Samech.* AMB. qui interpretationem habet, *obedi.* Est & alia eius interpretatio, quæ dicitur firmamentum.

Samech. CAS. In xv. litera agit de odio iniquorum, qui legi aduersantur.

AMB'R. *Samech*, audi, vel firmamentum, quod concurrit; quia nemo firmatur, qui non audit intus, quid sequi debeat. Mysticum notat, qui ad auditum vocat.

✠ BEDA. *Samech.* Adiutorium. Ad quintam decimam literam Catholicum venit examen, in qua dicit, *iniquos*, id est, aduersarios legis, *odio* sibi fuisse: legem vero domini se dilexisse: petens vt ab eo susceptus, ma la seculi euaderet, carnémque suam timori domini subiici, ne de eius præuaricatione iudicetur exoptat; no men quoque literæ pariter exponens, vbi ait, *adiuua me & saluus ero.*

¶ Adiutorium, vel firmamentum, vel Audi.

◘ Samech.

a ¶ Autem. a ¶ Exleges. ¶ Quia nec amici contra Deum audiendi. b ¶ Quære. ¶ Pro quia. c ¶ Ita iudicat quod non naturam odit, sed quia legi contrarii. d ¶ Per legem.

† Versutos vafros, exleges

† Niquòs odio habui, et legem tuam dilexi. † Adiũ-

1 2 3

† Latibulũ meũ & clypeus meus es tu, verbũ tuum expectaui

b *Niquos*, alias, exleges. AVGVS. Quicunque sint, quia nec amici contra Deum audiendi sunt: hoc enim videtur consonare huic, quod dominus ait, *Qui non oderit patrem & matrem, vxorem, filios, & fratres propter me, non est me dignus.* Dissonare videtur ab eo, quod alibi dominus præcepit, *Diligite inimicos vestros.* Et ab eo, quod in lege præcipitur, de honorandis parentibus

Luc. 6. b.

NICOLAVS DE LIRA.

1 INiquos. *Ostensa bonitate contemplationis sacræ scripturæ, hic consequenter excluditur oppositum, scilicet malitia deceptionis erroneæ doctrinæ: & primo ostenditur detestabilis, & secundo formidabilis, ibi,* Feci iudicium. *Circa primum dicit psalm. in persona cuiuslibet fidelis,* Iniquos odio habui, *quorum natura est diligenda, sed infidelitas detestanda, & per oppositum, veritas fidei diligenda ideo subditur,*

2 Et legem tuam dilexi. *Et quia ad hoc requiritur auxilium Dei, subditur,*

3 Adiutor, *in exitatione falsitatis.*

Et

☞ bus. Natura ergo, quam Deus creauit, in omnibus est diligenda
A & adiuuanda: Iniquitas autem odienda, & disperdenda. Sunt ergo diligendi, qui persequuntur, inquantum homines: & odiendi, quia mali. Amandi sunt etiam amici & parentes, sed non plus quam Deus: & sic *iniquos*, id est extorres legis *odio habui*: non quia homines, sed quia mali. Non enim Dauid Saulem oderat hominem, sed persecutorē

a ¶ Ad bona facienda. ¶ Ad mala euadenda. ¶ Per euangelium.
b ¶ Non in legem, vel prophetas. ¶ Promissionem, tanquam filijs promissionis.
c ¶ Semper addens spei.

a tor & susceptor meus es tu, & in verbū tuum † superi pera- 1
† speraui A v g. Sunt diligendi qui persequuntur; & amici vitandi sunt, b qui mala suadent: qui sæpe flectunt, quos ferrum non vincit: † custodiā quod audiendum est, c & caute agendum. d a *Susceptor*. C a s s. Per incarnationem, ne legi carnis subsit: de qua susceptione sequitur, *In verbum* in deitatis præsidium in quo nullus decipitur, in quo à morte soluimur.

a ¶ Ergo. ¶ Aug. Qui in Christum sperat, à perfidis se separat.
b ¶ Vbi est malignitas, non mandatorum custodia. In maleuolam enim animam non introibit spiritus sapientiæ. Item quærent me mali, & non inuenient.

ui. Declinate à me maligni, & † scrutabor mandata Dei mei. 4

a ¶ Quia iam susceptor, magis & magis suscipe: vt ad futura veniens, propter quæ omnia tolero, vere viuam, largius da spiritum per quem charitas diffusa est in cordibus nostris, qua diffusa spes non confundet.
b ¶ Non vincatur aduersis, qui in te sperat.

† Suscipe me secundum eloquium tuū & viuam, & nō cō- 5
d
a ¶ Sed. ¶ qui sperat, præsumit de auxilio, in quo certa salus.

e fundas me ab expectatione mea. Adiuua me & saluus ero, 6 7
a ¶ Accepta salute. b ¶ Hoc dicit, ne adiuti in aduersis, negligentes sint in secundis.
c ¶ Hoc ideo peto, quia 8

B † delectabor in statutis tuis. f ēt † meditabor in iustificationibus tuis semper. † Spreuisti 9 10
¶ Vel ideo semper, quia. ¶ Vel, Ad nihilum deduxisti, quod ex Græco habetur.
a ¶ Qui non confitentur peccata sua. b ¶ Merito c ¶ Et ideo discedunt.
¶ quia fortitan se accusant per debilem naturam

g omnes discedentes à iudicijs tuis, quia iniusta cogitatio eo- 11
¶ Et quia. 12

† iustificationibus h rū. † Præuaricātes reputaui omnes peccatores terræ: † ideo 13 14
† exhorruit propter timorē tuum caro mea. a ¶ Quia lex ad gratiam ducit, quæ sola liberat. b ¶ Et tu. c ¶ Casto.
i ¶ Qui foras mittit seruilem, quo pœna timetur, non amatur iustitia. d ¶ Carnales concupiscentias.

k dilexi testimonia tua. † Cōfige timore tuo carnes meas: à 15 16
l a ¶ Quia iam. ¶ Cum lex minaretur pœnam.

iudicijs enim tuis timui.

C c *Suscipe*. Illis permistus suscipi non poterat.
d *Secundum eloqui*. A v g. id est promissum. Sicut promisit, fieri sibi petit: & ideo non est temerarius si hoc petit, tunc *viuam*, modo corpus mortuum est propter peccatum.
e *Adiuua me*. Q. Non confundas, sed adiuua. A v g. Suprà dixit, *Adiutor meus es*, hic iuuari petit: Quia quamus hæc accipiamus, tamen semper est rogandum, ne quando per negligentiam perdamus.

A v g. *Adiuua me*. Quasi in silentio responsum sit, si non vis confundi ab expectatione tua, non intermittas meditari iustificationes meas: Sentiens meditationem istam plerunque impediri languoribus animæ, *adiuua* inquit, *& meditabor. Semper*, vel quandiu viuet, vel quando cum angelis laudes Dei cantabit. Ideo *semper, quia spreuisti omnes dis. &c* quia, *Præuaricantes sunt*. Quia etsi præuaricatio non est vbi non est lex, & non omnes habent legem scriptam, scilicet per Moysen datam, habent tamen naturalem, & dicentem, *Quod tibi non vis fieri alij ne feceris*, cōtra quam omnes faciunt. Paruuli etiam sicut in parte peccatores, sic & D
Mat 7.b.

D & præuaricatores: Ideo, quia lex vel in paradiso data, vel naturaliter insita, vel literis iterata, fecit omnes præuaricantes. *Dilexi testimonia*, quæ sunt in lege tua, de gratia tua, vt sit in me iustitia tua, non mea. Lex enim prodest, vt mittat ad gratiam, non solum attestando eam, sed timore præuaricationis, quam fecit.

✻ B e d a Venerabilis. Tale est, quasi aliquis diceret, vis non confundi ab expectatione tua? meditare semper in legendi via. Iste autem timens ne hæc meditatio assidua languore animi interrumperetur orat & dicit, *Adiuua me*, quod est dicere, *vt non confundar ab expectatione mea:* E
ergo domine adiuua me, vt quod ex arbitrij libertate incepi bonum perficiam, & te adiuuante *saluus ero*, id est consequar salutem veram & ideo ero saluus: quia meditabor semper in tuis iustificationibus.

† Calcasti

† propterea † Vt scorias abstulisti

f *Et meditabor*. A v g. Hoc firmiter tenens, quod nemo iustus, nisi à te, vt semper sit humilis, & non Pharisæus se iustificans. In futuro etiam non sibi, sed gratiæ Dei gloriam attribuens.
Luc. 18. b.

g *Iniusta cogitatio eorum*. A v g. Cogitatione acceditur vel disceditur, à qua omnia bona vel mala procedunt, Iniusta cogitatio est velle peccare, & nolle iudici satisfacere.

Præuaricantes. ✻ B a s i l. pro *præuaricantes*. Theodotion, pro *nihilo*, Symmachus vero *Scoriam* dixit, propheta autem perinde se atque Deum trangressores contemnere significauit. Omnem animi propensionem ad implendum diuina oracula attulit, vt gnarus quid damni præuaricatio illorum adferat. F

h *Omnes peccatores terræ, ideo dilexi testimoniat*. Sunt & peccatores cæli, sicut ille qui ait, *Peccaui in cælum & coram te*. Et quicunque minuit gratiam, quam accepit de cælo (quam spiritus sanctus infudit) peccat in cælum, qui cæli incola cælum relinquit. Peccator terræ est dum terrenis inuoluitur delictis.
Luc. 25. d.

i *Confige*. A v g. Cognita gratia, quæ sola liberat à præuaricatione legis, orat, *Confige*, vt *Christo confixus sim cruci*.

k *Timore*. Timui enim à iudicijs, & hunc timorem perfice, vt sufficiat crucifigendis carnibus. Vel potius, timore casto (*qui permanet in æternum*) comprime carnalia desideria quia timui à iudicijs, id est, timor legis pædagogus in me præcessit, qui ducit ad castum, sed non crucifigit carnem, quia viuit peccandi voluntas, & sequeretur opus, si speraretur impunitas.
Gal 2. d. Psal. 18. c.

l *Carnes meas ad iud*. C a s. Quia inde sciebat præuaricationem prouenire, non solum religa, vt latronem vel feram, sed *confige*. Qui diligit testimonia, configit carnes suas.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et susceptor meus, *in fide veritatis*,

2 Es tu, *qui est veritas infallibilis: propter quod subditur*,

3 Et in verbum tuum superisperaui. *quo vitam beatam promisisti Abrahæ & semini eius id est omni fidem eius imitanti. Genes. decimoquinto vt dictum est supra. Et quia infideles ratione infidelitatis non solum sunt odiendi, sed etiam fugiendi, propter periculum corruptionis ab eis, ideo subditur*,

4 Declinate à me maligni & scrutabor manda. Dei mei, *syncerite fine admistione erroris vestri. Et quia Deus tales recipit vt filios charissimos, secundum illud. 1. Corin. vj. d.* Exite de medio eorum, *scilicet infidelium*, Et separamini, dicit dominus: *Sequitur*, Et recipiam vos, & ero vobis in patrem, &c. *Ideo subditur*,

5 Suscipe me secundum eloquium tuum, *iam alte legatum*.

6 Et viuam, *vita gratiæ*:

7 Et non confundas me, *id est confundi permittas in frustratione spei meæ: propter quod subditur*,

8 Expectatione mea, *Spes enim est certa expectatio futura beatitudinis. Et quia homo non potest eā consequi virtute propria, ideo subditur*,

9 Adiuua me & saluus, *e. q. dicat, nullo modo possem sine tuo auxilio*,

10 Et meditabor in iustificationibus tuis semper. *secundū quod dicitur Apocali. vicesimo secundo. c.* Iustus iustificetur adhuc & sanctus sanctificetur adhuc: *quia peccatores à spe dicta beatitudinis defraudantur: subditur*.

11 Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis. *Qui dicuntur à à Deo spreti, quia non sunt ad gratiam suam admissi, nec per consequens ad gloriam. Cuius causa subditur*,

12 Quia iniusta cogitatio eorum est, *id est, retorta à rectitudine veritatis ad malum operandum. Propter quod adhuc subditur*,

13 Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. *Præuaricantes. id est à lege Dei variantes, seu declinantes*.

14 Ideo dilexi testimonia tua. *Quæ recte faciunt incedere per viam veritatis iustitiæ. Et quia carnis petulantia, frequenter impedit in hac via subditur*,

15 Cōfige timore tuo carnes meas. *id est motus carnales mortifica*,

16 A iudicijs enim tuis timui. *quibus totum mundum submersisti aquis diluuij propter peccatum luxuriæ. Omnis enim caro corruperat viam suam, vt habetur Geneseos sexto. & Sodomam cùm alijs quatuor ciuitatibus igne sulphureo succendisti, propter enormitatem luxuriæ, Geneseos decimonono. a. & horum indiciorum consideratio carnem cōfigit timore motus eius illicitos reprimendo*.

☞ GLOS-

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Ain.* Cass. In xvj. litera petit aduentum Christi: quia tempus est superbos destrui. *Ain* oculus, quia hic sagax in discretione legis ostenditur contra hæreticos peruersores.

Amb. *Ain* Oculus, qui præuidet: vel fons, quia videre origo est peccati, vel iustitę, Præuidens iudicium Dei, in quo bonus non perit, malus non eludit; bona conscientia fretus, dicit feci iudi.

† ne

✻ Beda venerabilis. *Ain*, fons, siue oculus. Ad sextamdecimam literam in æternum membra domini viuentia peruenerunt: in qua peruntsacræ incarnationis aduentum, tempus esse dicętia, vt ad destruędos superbos potentia diuina mõstretur. Ille est ergo *fons* viuus qui quæritur, iste *oculus* mundus, qui quærit, *Oculi*, inquit, *mei defecerunt in salutari tuo.*

B

¶ Oculus vel fons

y Ain.

a ¶ Confixis carnibus. b ¶ Discernendo. c ¶ Opus iustitiæ in operibus. ¶ In iudicijs faciendis d ¶ Secundum animam, etsi secundum corpus.

a Feci iudicium & iustitiam, † non trades me calũ- 1

a ¶ Et ideo non tradas deferendo illis, qui propterea quod feci iudi. aduersantur, sed. ¶ Vt patronus. b ¶ Ab interitu seruatum. ¶ A seruando. † c ¶ Non alterius. d ¶ Quem alij in malum impellunt. e ¶ Græca locutio.

c niantibus me. † Suscipe seruum tuum in † bonum, non calũ- 3

¶ Calumniarum maxima est, quod dicunt mortuum coli. a Ambro. Præuidentes futura supplicia: Vel, videntes gratiam Christi, illi sunt pœnæ, isti gratiæ. b ¶ Ase. ¶ Ardenter intuendo. c ¶ Christum.

d nientur me superbi. Oculi mei defecerũt in salutãre tuũ, & 5

a ¶ Verba euangelica, quæ dicturus erat. b ¶ Vt nos simus iustitia Dei in Christo, vt ait Apostolus. c ¶ Non solum non tradas, sed fac cum ser. ¶ Ecce liberum arbitrium, cui cooperatur misericordia. d ¶ Non secundum iustitiam meam. ¶ Quid.

e in eloquium iustitiæ tuæ. Fac cum seruo tuo secundũ mise- 7

a ¶ Quibus tu iustos facis, non homo se. b ¶ Enim.

f ricordiam tuam, iustificationes tuas doce me. Seruus 9

a Aug. quia non bene mihi cessit, cum fui liber meus. ¶ Habet intellectum, sed vberiorem quærit. ¶ Non peccati. b ¶ Ideo. ¶ Semper est bibendum de fonte lucis æternæ. c ¶ Ad hoc vtique. d ¶ Quæ scire opus est, contra calumniantes.

tuus sum ego, dà mihi intellectũ, ut, sciam testimonia tua. 10

Feci iudicium. Aug. Non est iactantia glorioſi, sed assertio innocentis, ne videatur dignus qui detur nocentibus. Defensio est arrogantia, vt homo, timet in bello diaboli, & ideo non filius sibi, humiliter petit, prosit etiam quod seruus tuus, non alterius: ideo timeo tradi, quia calumniatores contra innocentiam, & superbi se erigunt.

b *Feci iudicium* Aug. Qui petebat *configi carnes*, quæ impediunt iudicium iam *facit iudicium*. Iudicium ipso nomine, rectum iudicatur, etsi solet quotidiano sermone dici, rectũ vel prauum iudicium Iustitia enim magna virtus animi, quam qui habet, recte iudicat. Sed quia eam non facit in homine, nisi Deus, hic non ipC sa, sed opus eius signatur. Qui autem confixus facit iudicium, debet orare, ne timendo pati mala, cedat inimicis, vt faciat male: quia qui dedit vincere carnem, ne voluptate trahatur, dat patientiam, ne dolore frangatur.

✻✻ *Non tradas me calumniantibus.* Idem quidam codices habent *ne tradas me persequentibus.* quod enim Græce dictum est τοῖς ἀνῃδίκοις quidam interpretati sunt *nocentibus* quidam *calumniantibus*, quidam *persequentibus*. Miror autem omnium, quos in promptu habere potui, codicum nunquã me legisse *aduersantibus*, cum sine controuersia, quod Græce ἀνῃδίκοις hoc latine aduersarius appelletur. Orans itaque ne tradatur à domino aduersantibus sibi, quid orat, nisi quod oramus, cum dicimus, *Ne nos inferas in tentationem?* Aduersarius enim est de quo dicit Apostolus, *Ne forte tentauerit vos, qui tentat:* 1. Thes. 3.

✻ Basil. & Theod. *Suscipe seruum tuum.* Aquila & Theodocion, *fideiube*, dixerunt: hoc est, vera docens non mentior, crede pollicenti seruo tuo, ipse fideiussor sis promissionis meæ, quoniam leges tuas adimplere satago.

c *Non calumnie. me. super.* Aug. *Superbi* sunt Iudæi, gentes hæretici, schismatici: Quos omnes superbia de corpore Christi præscidit: habent quique proprias sibi calumnias contra humilitatem Christianam: Calumniatur & diabolus, *Nunquid Iob frustra timet Deum?* Sed omnium horum venena vincuntur, si quis attendit crucifixum pro similitudine carnis peccati, in æneo serpente præsignatum. D Iob 1. b.

✻ Bass. & Theo. Molesta res est calũnia, etiã si magnum ad ferat prẽmium: in hanc Ioseph præclarus incidit, & alij multi: Hortatur autem dominus, vt oremus ne intremus in tentationẽ. Nihil igitur absurdi ne pro pheta quidem hanc petitionem faciendo commisit. † bono, vt

✻ Beda venerab. Et vt *superbi*, id est persecutores illi nõ *calumnientur me*, id est non calumniãdo decipiant me. Græca positio est, Cõpetenti enim apud nos diceretur, non calumniẽtur mihi. Calumniam vocat falsa crimina, vt credere in latronem crucifixum, mortuum adorare, & similia. E

d *Oculi mei de.* Aug. Cas. sitientem intuendo, dum memor infirmitatis humanæ diuinam in Christo desiderat gratiam, vt fit iustus: propter quod sequitur.

e *Fac cum seruo tuo.* Cas. Non est fastidium petendi, vbi largitas est datoris. Infinita petit, qui secundũ misericordiã fieri quærit.

Cum seruo tuo. In hoc liberum arbitrium iudicat quod gratiæ cooperatur: ait etiam, *Cum seruo tuo:* Qui enim alterius vult esse, statim cadit.

Iustificationes quas iam accepit semper petit, vt & ibi, *Panem nostrum quotidianum.* Mat. 6. b. F

Oculi mei Ambro. Isti sunt oculi animæ, non corporis, qui in Christum deficiunt præuidentes futura supplicia, vt peccatorum gerendam annuntient pœnitentiam; vel videntes Christi gratiam per quam regnum cælorum certissime sperantibus datur. Et illi sunt oculi pœnæ, isti gratiæ. Et imperfectæ fortasse animæ sunt oculi suppliciorum, perfectæ autem oculi gratiarum, puriores & synceriores. Potest etiam vna & eadem anima habere oculum suppliciorum, & oculum gratiæ, & iste dexter, ille læuus: & ideo pluraliter dicit, *oculi.* Oculi duplices.

✻ Basilivs. & Theodoretvs. Cum tantus esset virtutis operator misericordiam tamen petijt; & vt salutem consequeretur illam petijt, nec mercedem exegit, sed pro sola benignitate orauit.

f ✻ *Seruus tuus sum.* Idem. Omnes quidem homines natura sunt serui Dei: adoptione vero illi, qui dominationem Dei cupide sunt amplexi: cum de numero istorum esset, se ipse seruum Dei nominauit, & vt intellectum ad cognoscendum testimonia Dei consequeretur, orauit.

☞ *Tem-*

NICOLAVS DE LIRA.

Feci iudicium. *Hic consequenter ostenditur malitia deceptionis erroneæ formidabilis, qua dæmones, quia sunt malitiosi, & nobis inuisibiles, maxime conantur hominem inducere ad errorem in fide: & ideo circa hoc imminet homini periculũ maximum, nisi præseruetur per diuinum auxilium: ad quod impetrandum multum facit, quod homo cum proximo iuste vixerit de præterito: & ideo hic allegatur cum dicitur.*

1 Feci iudiciũ & iustitiam non tradas me *id est tradi permittas.*

2 Calumniantibus me. *id est dæmonibus mihi nocere semper quærentibus. Valet etiam ad dictum auxilium impetrandum obsequium præsitum, quod allegatur, cum dicitur,*

3 Suscipe seruum tuum in bonum, *protectionis tuæ:*

4 Non calumnientur me superbi, *id est spiritus maligni, qui sunt superbissimi, secundum quod dicitur. Iob. xlj. b. de dæmone,* Ipse est rex super omnes filios superbiæ.

5 Oculi mei defecerunt in salutare tuum, *quasi dicat, Non possum ipsum assequi virtute propria, quia transcendit naturalem hominis facultatem.*

6 Et in eloquium iustitiæ tuæ, *quia transcendit virtutem naturalis intelligentiæ: propter quod subditur.*

7 Fac cum seruo tuo. *supplendo defectum humana natura per gratiam tuam.*

8 Et iustificationes tuas doce me, *vt possim eas intellectu capere, & opere adimplere: & ad hoc ratio allegatur, cum subditur,*

9 Seruus tuum sum ego, *& ideo teneor implere mandatum tuum: quod non possum, nisi intelligam ipsum, ideo subditur,*

10 Da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua, *& sic adimplere valeam ipsa,*

☞ Tempus

☞ a *Tempus faciendi.* Ambros. Tempus plenitudinis, dies salutis est, & *tempus faciendi domino*: quia superbi de se præsumentes suam iustitiam constituere volentes, legem dissipauerunt preuaricando.

Cassiodor. Aliter agentes, quam præceptum foret.

Rom. 5.d. Avgvstin. Vnde quilibet humiliati cõfugerent ad gratiam subuenientem, & ita dissipata lege tẽpus erat, vt per Christum misericordia veniret: vt † omnia præcepta recta agnoscо *vbi abundauit delictum, superabundaret gratia.* Vel, quia videt temporibus Antichristi legem polluendam, clamat tempus esse subueniendi, ne salus populi pereat: ideo quia tẽmat tempus esse subueniendi, ne salus populi pereat: ideo quia tẽpus gratiæ est. Vel, quantò magis dissipant, tantò magis dilexi man.tua.

✻ Basilivs. Omnia in statera gubernat Deus. Diu quidem fert mortalium peccata: vbi verò patientiæ ipsius intuitu augeri malitiam videt, tum pœnas sumit.

b *Super aurum.* Avg. Olim, cum in veteri testamento lateret sub velo gratia, propter terrenam mercedem conabantur facere mãdata: nec tamen faciebant, quia non amabant. Sed cum amantur super aurum, terrena merces vilis est, nec illis comparatur.

Amer. *Faciendi.* Non iam iubendi, quia & iussa prodesse non potuerunt: Claudus enim erat mundus, & titubante vestigio fidei fluctuabat, Omnẽ substantiam suã in medicis nihil proficientibus erogauerat mulier illa enãgelica. Faciendi ergo tempus non iubendi, Est enim tempus tacendi & tempus loquendi. Tempus legis dicitur tempus loquendi, vbi erat vox verborum, sine operatione gratiæ.

Avg. Tempus verò euangelij tempus tacendi illa legalia, & operandi spiritualia.

a ¶ Dz intellectum, quia modo est tempus. b ¶ Non differendi quod expetit. c ¶ Alias domino.
d ¶ Quia. ¶ Iudæi aliter agentes e ¶ Gratia facit vt ex dilectione impleantur mandata, quæ timore non poterant.

a Tẽpus faciẽdi dõmine: dissipauerunt legem tuam. Idẽo 1
a ¶ Hoc est quod alibi: Super aurum & lapidem pretio mul. Topazius enim dicitur lapis multum pretiosus. b ¶ Quia dilexi.
b dilexi mandata tua, supẽr aurum & topazion. Propterea † 2 3 4
a ¶ quibus dilectione cohærebam. b ¶ Vt rectis rectus fierem. c ¶ Vide hoc quia. Luce 8 f. Eccle. 3. b.
¶ Aliter ad omnia mandata non potest dirigi. ¶ quasi naufragium rectæ viæ.
¶ qui amat rectam viam, necessario odit iniquam.
ad omnia mandata tua dirigebãr: omnẽm viam iniquam o- 5 6
dio habui.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tempus faciendi domine. *quasi dicat, non differas intellectum mihi dare, quia tempus est dandi, Cuius ratio subditur, cum dicitur.*

2 Dissipauer. legem tuam &c. *hæretici & doctores peruersi pernertẽtes eius verum intellectum: & ideo necessarium est vt seruis tuis des & cõserues verum eius intellectum; Et quia hoc debet haberi, tanquam donum charissimum, subditur,*

3 Ideo dilexi mandata tua, *veraciter intellecta,*

4 Super aurum & top. *i. lapidem pretiosum, secundum quod dicitur, Sapien. viij. a.* Nec comparaui illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, *scilicet, in comparatione sapientiæ, quæ consistit in vero intellectu mandatorum, Deu. Et quia quanto plus pretiositas sapientiæ cognoscitur, tanto plus quæritur & amatur, ideo subditur,*

5 Propter ea omnia man. tua *toto conatu intellectus & affectus: & consequenter à me oppositum odio habetur, Ideo sequitur,*

6 Omnem viam iniquam. &c. *id est, errorem ad peccata ducentem* odio habui.

C GLOSSA Ordinaria.

¶ Os.

ד Phe.

a ד *Phe.* Ca. In. xvij. litera dicit aperuisse os, traxisse spiritum, vt eius audiatur oratio, & ploraſſe, quia non est lex à Iudæis custodita.

a ¶ Quia mirabilia credit diligenti indagine quæret. ¶ Aug. quasi factus sit ipsa inuestigandi difficultate curiosior. ¶ quantum enim res obscuriores habet causas, tanto est mirabilior.

b M IRABILIA testimonia tua: idẽo † seruc tata est ea anima mea. † Declaratio sermonum tuorum il- 1 2 3

a ¶ Scrutans animã hoc inuenit: quia me scrutantem. Noua lex declarans figuras veteris legis.

Manifestatio verborum

✻ Beda. venerab. *Phe*, os, ab ore non ab osse. Septimam decimam literam sancti populi intrat oratio, asserens se aperuisse os suum, & attraxisse spiritum, vt eius audiatur oratio: exitus aquarum tranſisse lachrymas pias, quia non sit à Iudæis custodita lex domini, & rectè litera vocabulum oris accipit, in qua parvulus quis, & humilis introitum cordis aperit, & spiritum diuinæ charitatis habebit.

Phe. Amb. Erraui, siue os aperui. Meritò huic literæ lachrymabilis psal subiectus est. *Aspice in me: Redime me. Faciem tuam il.* Sed quia tardius venit desideratus, *exitus aquarum de. o.* Dolet ergo hic Dauid, sed non desperans, errorem populi: quasi, pudet me erroris, tibi non audeo loqui: tamen testimonijs tuæ miserationis veniam promittis.

b *Mirabilia testi. tua.* Dum video, quæ olim in Abraham, in filijs Israel, & cæteris fecisti.

Cas. *Phe*, errauit quia hic condoletur his, qui errando calumniantur hominibus innotuit: hoc assiduè licet scrutari. *Testimonia.*

Av. Perhibent testimonũ Deo bonitatis & magnitudinis, cælum, terra, & omnia visibilia opera eius: quę omnia, et siquędam vsu viluerunt, si bene attendantur, sunt admiratione digna. Hęc autem admiratio non terret, sed est causa cur scrutetur. Vel, præcepta Dei sunt testimonia bonitatis, sunt mira, & ideo scrutanda: quia cum bonus bona præcepit, eis tamen dedit, quos non possent viuificare, quibus ex bona lege nulla est iustitia.

✻ Bed. Q. d. Merito dilexi mandata tua, quia *testimonia tua*, id est, mandata tua, *sunt mirabilia*, quia obseruata mirabile quid faciũt, scilicet, quod, de terra cœlum, de lupo agnum, & similia. Vel in hoc etiam mirabilia, quia faciunt vt inimici diligantur, & bona pro malis reddantur, *& ideo anima mea scrutata est*, eam, non ad sciendum.

c *Sermo, &c.* Cas. Quos sancti prophetauerunt, vt: *Ecce virgo concipiet*, & huiusmodi, quorum declaratio est aduentus Christi.

☞ *Parvulis* niantur · quibus proponit, quomodo scrutatur legem, & qualẽ intellectum habet in ea. F

† custodiuit

Mirabilia. Per ea enim virtus Dei (vnde angeli beati sunt)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Mirabilia testimonia tua. *Descripta bonitate vitæ contemplatiue, hic consequenter describitur eius sublimitas, & secundo annexa eius iocunditas ibi*, Principes. *Circa primum notandũ, quòd ad sublimitatem contemplationis ascenditur frequenti meditatione, & feruenti oratione: igitur primo ponitur primum, secundo secundum, ibi.* Clamaui. *Prima in duas, quia primo ponitur contemplationis ascensus, secũdo ex hoc consequens zelus, ibi*, Iustus es domine. *Prima adhuc in duas quia primo circa contemplationem describitur mentis elevatio: secundo petitur impedimenti ablatio, ibi*, Gressus meos. *Circa primum notandum quod ascensus contemplationis Philosophica incepit ab admiratione, secundũ quod dicitur j. Metaphy.* Propter admirari cœperũt homines Philosophari: *Videntes enim effectus naturæ mirabiles, vt coruscationes, fulgura, terræ motus, & similia, inceperũt causas perscrutari, & sic philosophari, & eodẽ modo sublimitatẽ contẽplationis Theologica sanctæ doctores, vt Hieron. Augustinus. & similes, inceperunt ascẽdere ex admiratione: quia videntes sacras scripturas mirabiles, confidẽtes de diuino auxilio intellectum earum sanum inquirere cœperũt, & Deo adiuuante repererunt, & quantum ad hoc dicitur*, Mirabilia testimonia tua, *id est, mirabiles scripturæ sacræ testimonijs diuinis communitæ: secundum quod dicitur Marci vltimo. d.* Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

2 Ideo scrutata est anima mea, *quærendo earum intellectum in tui adiutorij confidentia: & quia vna scriptura intellecta aperit viam ad aliam intelligendam, ideo subditur,*

3 Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. *id est, vere humilibus, sed absconditur à superbis, secundũ quod dicit saluator Mat. xj. d.* Confitebor tibi pater domine cæli, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. *Et quia cognitio veritatis excitat appetitum ad amplius cognoscendum: ideo subditur,*

☞ A a *Paruulis.* Aug. Noli præsumere de te, & intelligis quare bona lex à bono data sit: quæ ideo viuificat, scilicet, vt magnos faciat paruos, vt diffidentes de suis viribus fugiant ad gratiã. Hoc inuenit iste, quia paruulus: & hæc sunt mirabilia tua, quæ scrutata est anima paruuli huius. Soli enim paruuli illuminantur, vnde dominus in euangelio, *Cõfitebor tibi pater domine cæli & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis.* Et alibi: *Ego in iudiciũ veni in hunc mundum, vt qui non vident videant: & qui vident, cæci fiant.* Facere autem mandata rectè nemo potest, nisi per spiritum in corde eius dilectio sit diffusa: hoc etiam iste confitetur, dicens, *Os meum, &c.* Cum desiderarem facere mandata, non erat mihi vnde possem: & ideo aperui os petendo, quærendo, pulsando, sitiens hausi spiritum quo facerem: sed quia quantò suauius sensit, tantò ardentius sitit, adhuc petit, dicens, *Aspice secundum iudicium,* quod fecisti in eos, qui te *diligunt*: quia vt te diligerent, prius eos dilexisti. Vel, iudicium Dei est, vt diligentibus det auxilium misericordiæ, ne sui decipiantur.

Matt. 11. d. intelligere facit paruulis. oan. 9. b.

B

C b *Aperui.* Aug. confitendo, rationem ampliando, attraxi bonis meritis. Vel,

Os. Cas. id est, mẽtis introitus, *aperitur* cum discere volumus: *attrahit*, cum Dei sermo desiderio completur. *Aperuit* os infirmus, *traxit spiritum* validus, id est, virtutem faciendi, quam per se habere non potuit, Et quomodò aperuit & attrahit, subdit: *quia mandata tua, &c.*

✠ Basilivs & Theodoret. *Os* hic animi propensionem vocat, hæc enim gratiam spiritussancti *attrahit.* Nam alio in loco dicit. *Dila os meum & im. illud.* Et Apostolus in apertione oris sermonem sibi dari orauit. Hoc etiam propheta dicit, *os meum* hic *aperui.* Cum enim me mandata tua capere vidisses, gratia tua dignatus es.

c *Aspice ad me, &c.* ✠ Beda. *Aspice in me* humilianter, qui despexisti me superbientem, & *miserere mei*, infundendo cordi meo charitatem per spiritum. Miserere dico *secundum iudicium diligentium nomen tuum*, hoc est secundum illud iudicium quod fecisti omnibus diligentibus nomen tuum, scilicet, quia prior eos dilexisti, vt ipsi te dilegerent. Sicut Ioannes Apostolus, *Nos diligimus eum*, sed hoc ideo, quia *ipse prior dilexit nos.* Vel, *secundum iudicium diligentium nomen tuum*, hoc est, secundum quod iudicas de omnibus diligentibus nomen tuum, dicens *Ego diligentes me diligam.* D

d *Gressus.* Aug. id est, fac me rectum secundum promissum tuum, & quantò plus regnabit charitas, tãtò minus dominabitur iniustitia, vnde subdit, *Et nõ dom. mei*

✠ Basil. Si nos animi propensionem prius attulerimus; Deus verò opem suã exhibuerit, & iter direxerit: locum peccati dominium non habebit. E

e *Omnis:* Aug. quia non valet in alijs seruasse legem, si in vno offendit: *Qui enim in vno offendit, factus est omnium reus,* vt ait Iacobus. Iacob. 2. b.

f *Redime.* Aug. id est, dato spiritu fac ne calumniæ hominum, id est, falsæ impositiones terroribus vincant, quibus vbiq; agitãtur Christiani: quia si hoc data mihi patientia egeris, inter ipsas calumnias custodiam mandata tua.

g *Calumniæ.* Cas. Sunt controuersiæ, contra veritatem, quas precatur auerti, vt mandata indagaret.

h *A calumniis.* Ambro. De illis est tentatio, quæ grauior est: F
Non enim omnis tentatio calumnia est, sed tantum grauior. Si quidem tentatio potest esse sine calumnia: calumnia autem habet in se tentationem. Est autem tentatio humana, quæ leuior est, quam ferre possumus, & hæc calumnia non est: Tentatio autem grauior, quæ est calumnia, est quæ non tantum falsa exponit, verum etiam quæ piè gesta sunt, decolorat: vt in Ioseph impudica domina fecit, & in Susanna duo presbyteri. Gen. 39. d. Dan. 13. d.

i *Faciem tuam il. super ser.* Cas. Precatur videre faciem non velatam, vt Iudæi: sed purè veritatem. Vel, aduentum Christi precatur, cuius *facie tenebræ illuminatæ sunt.* Recolens autem pœnitentiam præuaricationis suæ ait, *Exitus aquarum* &c.

✠ Basilivs, & Theodoretvs. Crassius de Sacra scriptura loquitur, sermones ad naturam hominum attemperans. Intelligenda est igitur diuinæ faciei illustratio, tristium esse solutio, & bonorum suppeditatio.

k *Exitus aquarum, &c.* Aug. *quia non custodierunt* ipsi oculi. Vnde in alijs libris, *quia non custodiui legem tuam.* Descenderunt, humilitate, in, vel, per exitus aquarũ. Et subintelligitur *in* vel *per*, vt cũ dicitur, descẽdit piscinã, vel mõtes, siue in, vel, per. Et bene descendunt ☞

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Os meum aperui. *id est, intellectum per conatum extendi ad capiẽdum verbum Dei, quod est cibus animæ, secundum illud Deute. viij. a.* Nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei: *& ideo intellectus hoc nomine* oris *designatur, quia in animalibus* os *dicitur illa pars corporis, per quam cibus accipitur.*

2 Et attra. spi. *scilicet, intelligentia, qui datur desiderantibus ipsum: ideo subditur,*

3 Quia mandata tua desider. *Et quia hoc procedit ex Dei liberalitate & misericordia, subditur,*

4 Aspice in me, &c. *eleuando intellectum meum ad capiendum veritatem, transcendentem intellectus mei facultatem:*

5 Secundum iudicium, &c. *id est, sicut iustè disposuisti facere diligentibus te: quia sicut dicitur super. viij. cap. cælestis hierarchiæ,* vbi scientia foris stat, dilectio intrat.

6 Gressus. *Hic consequenter petitur impedimenti remotio. Circa quod sciendum, quod in cõtemplatione diuinæ veritatis impedit curiositas perscrutantis, secundum quod dicitur Proner. xxv. d.* Qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria: *Et ideo hoc prius petitur remoueri, cum dicitur,* Gressus meos, *id est, processus meos in contemplatione,*

7 Dirige secundum eloquium tuum, *& non secundum motum animi curiosum & præsumptuosum.*

8 Et non dominetur, &c. iniu. *Et accipitur hic* iniustitia *pro quolibet peccato quod potest contingere ex inquirentis curiositate: sicut enim omnis virtus dicitur quodammodo iustitia, sic omnis deuiatio à virtute iniustitia nominatur. Secũdo in contẽplatione veritatis impedit perturbatio ab extrinseco mota, & hoc petit remoueri dicens,*

9 Redime me à calum. hom. *vt non impediant à quiete contemplationis animum meum.*

10 Vt custod. mand. tua *quæ custodiri non possunt absque eorum notitia: & sic contemplatiua dirigit actiuam, & quia illuminatus à Deo in cognitione veritatis, desiderat amplius illustrari, subditur,*

11 Faciem tuam. *veruntamen quia Deo permittente, & diabolo instigãte, in tali altitudine contẽplationis insurgit aliquãdo metus vanæ gloriæ: secundum quod dicitur. ij, Co. xij. b.* Ne magnitudo reuela. ex. me. &c. *qui motus statim cum percipitur, debet purgari lachrymis contritionis, & confessionis: ideo subditur,* Exitus aquarum, &c.

☞ scendunt humilitate pœnitendi, qui per superbiam erant erecti, dum suam volebant constituere iustitiam: vnde præuaricando, confusi, descendunt flendo, vt iustitiam Dei mereantur. Vel, *trāsierunt exitus aquarum*, exaggeratè, id est, plus fleuerunt, quam aquę manant de suis exitibus. Sic flendo impetratur gratia delens iniquitatem, & adiuuans voluntatem.

Exitus aquarum deduxerūt ocu. mei. Cas. id est, effusiones lachrymarum: hyperbole, id est, copiosas lachrymas, quasi fluentia fontium pro recordatione peccatorum,

✻ Beda. Recolens iste pœnitentiæ præteritæ præuaricationis tempus doloris timens iterum videre, dicit, *Doce me domine iustificationes tuas*, ne amplius præuaricationem incurram. Quia oculi mei interiores *deduxerunt exitus*, qui fuderunt largos riuos aquarum: quod exaggeratione dictum est; & quare oculi deduxerunt exitus aquarum subiungit, quia *non custodierunt legem tuam*. Cur ergo non custodita lege fletur, nisi gratia impleat, quæ delet petentis iniquitatem, & adiuuat credentis voluntatem.

a ¶ Quibus & mors intrauit. ¶ Quibus custoditis, fuisset lętitia. b ¶ Ipsi oculi, ipsi calumniantes Iudæi.

rum † deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem

a ¶ Iustitiæ.

tuam.

CLOSSA ORDINARIA.

a ✠ *Zadik.* Cas. Victa carne, clauisque confixa, peccatis per lachrymas dilutis, in decimaoctaua litera iudicia Dei laudat, & eloquia ignita veneratur, petens intellectum vnde viuat.

Ambro. Post lachrymas consolatio: nam & qui in dolore sunt, consolatione indigent, quæ fit per misericordiam Dei: & qui pœnas criminum luerunt, sperant veniam; & qui lachrymis lauerunt, requiem merentur.

Zadik. consolatio interpretatur, quæ triplex est. Prima ergo consolatio est, quia non est, quia non obliuiscitur misereri Deus: de qua in Ieremia, *Ite proficiscimini filii, ego enim deserta sum: Æquo animo estote filii, clamate ad dominum, & extrahet vos de manu inimicorum.* Secunda per punitionem, vbi etsi fides, id est, conscientia delicti desit, pœna satisfacit, & reuelat, de qua in Esaia: *Consolamini populum meum sacerdotes: loquimini ad cor Ierusalem: soluutum est peccatum eius: quoniam recepit de manu domini duplicia.* Tertia, cum lachrimis crimen abluitur: quæ in hoc loco & in multis aliis reperitur.

Cass. Supra tristis de errore, hic se consolatur per iustitiam Dei.

✻ Beda. *Sade*, iustitia. Triumphatrix carnis suæ cohors sanctorum ad octauam decimam literam venit, in qua secūdum ipsius literæ nomen iustitiam domini confitetur, & eloquia eius ignita continua se dicit dilectione venerari, ad postremum petens intellectum testimoniorum, vnde viuificare debeat in æternum.

b ✠ *Iustus es domine.* Amb. Qui sua delicta non respicit, iniustè putat se grauari: sed bonus se accusat, & digna sibi inferri à iusto dicit, in quo sperat. Sicut enim iustus, sic & sustinentem remunerat: quicquid fit, recto iudicio fit, & hæc est consolatio iustorum.

c *Rectum iudicium tuum.* qui iubes affligere se peccatorem: aliter sibi veniam arrogaret.

Av-

✠ Zadik.

a ¶ Qui punis. ¶ In omnibus. ¶ Ideo sic ploro peccata, quia iustus es. ¶ Hac confessione Daniel feras, pueri flammas vicerunt, & Ionas de ventre ceti liberari meruit. ¶ Et.

✠ Iustus es domine, & rectum iudicium tuum. Mādasti

¶ Alias valde.

iustitiam † testimonia tua, & veritatem tuam nimis: † Ta-

a ¶ Et ideo. ¶ Idem quod alibi dicitur de Christo: Zelus domus tuæ comedit me. Hoc zelo corpore tabescit ille. b ¶ Charitas. c ¶ Alias tuus: quia Deo zelat non sibi. ¶ Cur.

bescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt † verba

a ¶ Etsi secundum sæculum amici. ¶ quos Deo zelat. b ¶ Quasi, Ideo zelus mihi, quia. ¶ Spiritu sancto. c ¶ Vt etiam corpus vrat.

tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum † vehemen-

a ¶ Ideo. b ¶ quicunque. c ¶ Et cum hoc fit, etsi iunior & despectus, non tamen obli. sum iustifi. tuas, vt illi maiores ¶ Inimici mei.

ter, ât seruus tuus dilexit illud. † Adolescentulus sum

Avvg. *Rectum iudicium.* Iustitia, veritas, sunt timenda peccāti, quia sic iustè damnatur quicunque dānatur, nec potest inde conqueri. Iustitiā dicit testimonia Dei, quia iustum se probat mandando iustitiam. Est etiam hæc iustitia veritas, vt Deus talibus testimoniis innotescat. Vel, *mandasti* id est, præcepisti, *testimonia*, id est præcepta, quæ sub testificatiōne prolata sunt. Hæc continent *iustitiam & veritatem* quia & omnia æquè decernunt, & promissa retribuunt.

Cas. Ad vtrumque *nimis*. Nimis inculcare nobis iustitiam districtio est, veritatem cautela.

d *Nimis mandasti*. Cas. id est, per multos & iustos, & multo tēpore propter infirmos.

e *Zelus*. Ambro. amoris, non liuoris. Zelus bonus pro domo Dei, quam non patiebatur à perfidis lacerari, vt Phinees, Melius est vt paucorum damnatione plurimi liberētur, quàm eorum absolutione plurimi perderentur.

✻ Basil. Etiam eos propheta deplorat, qui inique viuunt, & legem contemptam videns, legitime indignatur. Hic zelus & Phinees celebrem reddidit, & magnum Eliam, hunc circumferens Paulus clamabat. *Quis infirmatur & ego non infirmor.*

f *Ignitum elo.* Amb. Purgat corda vt fornax aurum, ascendit ad amorem Dei, & contra impios illuminat etiam audientes. Hunc ignem venit dominus mittere in terram, hoc igne calefactus Ieremias dicit, *Erat ignis flammig. in ossib. meis.* Hoc igne vrebatur rubus, & non exurebatur, Vrit sermo diuinus vt corrigat, non exurit vt perdat. Hoc igne vaporati Cleophas & alius discipulus dixerunt, *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, &c.*

g *Et seruus tuus dilex. illud.* Av. Meritò zelat oblitos verba Dei quia ad hoc flagrabat eos adducere, quod ardentissime desiderabat.

h *Adolescentulus sum ego, & contemptus.* Casiod. Hoc autem

☞ ad li-

Baruc. 4 d.

Esa. 40. a. C

Num 25 b.

Lucæ 12. f. Iere. 20. e. Exod. 24. e Luc. 24. c.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ Iustus es domine. *Postquam descriptus est contemplationis ascensus, hic consequenter describitur sequens zelus. Discipuli enim proficientes in cognitione alicuius doctrinæ, solent pro ea mirabiliter zelare. Circa quod notandum, quod color naturalis duplicitèr accenditur: Vno modo ab extrinseco. ad præsentiam sui contrarij propter quod ventres animalium in hyeme sunt calidissimi, secundum quod dicit Philosophus, Alio modo ab intrinseco ex virtute naturali, sicut calor naturalis fortior est in iuuentute quam in senectute. Eodem modo zelus diuinæ legis duplicitèr accenditur: Vno modo ex præsentia trāsgressionis ipsius. sicut. j. Mac. ij. c. dicitur de Matathia,* Accensus est furor eius secundum iudicium & insiliens trucidauit illum super aram, *scilicet, Iudæum, in conspectu eius idolis immolantem. & Nu. xxv. c. dicitur de Phinees qui factum fecit simile,* Zelo meo commotus est, &c. *Alio modo ex conditione verbi diuini, quod est incentiuum ad diuinæ legis zelum secundū quod dicitur Deut. xxxij a.* In dextera eius ignea lex. *Primo igitur ponitur primus modus: secundo secundus* Ignitum eloquium. *Circa primum sciendum, quod quanto est lex rectior & iustior, tanto zelus pro ea debet esse feruētior: & ideo primo ponitur rectitudo legis diuinæ, cum dicitur,* 1 Iustus es domine *quia est regula iustitiæ, propter quod lex ab eo data non potest esse nisi recta: ideo subditur,*

2 Et rectum iudicium tuum *id est, lex tua, secundum quam de aliis debet fieri iudicium, quia quicquid inuenitur ei repugnans, iudicandum est falsum, & per consequens lex diuina est summè desideranda & custodienda: ideo subditur,*

3 Mandasti iu. *id est, legem tuam iustitiam continentem.*

4 Et testimo. tua &. *pro, id est, i. testimonia tua, quæ sunt idem quod ipsa lex à Deo data & testificata. Et quod iste sit intellectus, patet ex translatione Hier. iuxta Hebr. quæ sic habet,* Præcepisti iustitiam testimonij tui, & veritatem tuam, *id est, veritatem legis tuæ.*

5 Nimis. *id est, valde. Et intelligitur custodiri & ideo exprimitur in translatione communi, propter quod zelatores ipsius, videntes eam trāsgredi interius accenduntur, ideo subditur,*

6 Tabescere, *id est, liquefieri,*

7 Me fecit zelus meus, *circa legem tuam,*

8 Quia obliti sunt verba tua inimici mei, *facientes contra eam, acsi eam pro nihilo reputarent: & omnes tales reputat Psalmista inimicos suos, quia sunt aduersarij veritatis.*

9 Ignitum eloquium tuum vehementer, & seruus tuus. *Hic consequenter ponitur secundus accensionis Zeli modus scilicet, ex cōditione verbi diuini, cū dicitur,* Ignitum eloquium tuū. *quia inflammat ad amorem diuinum. qui propriè dicitur* zelus, *eò quod est amor singularis.*

10 Adolescentulus sum, &c. *hoc dicit Psalmi. in persona populi*

☞ *diuinæ*

ad literam multis sanctorum potest conuenire, & spiritualiter populo gratiæ. Multi enim sanctorum, vt Ioseph inter fratres, & Dauid inter suos, sic & nouus populus gratiæ, qui ætate sequitur, sed fide præcedit.

1. Cor. 1. d. AVGVST. Iste est contemptus, & ideo maior: quia contemptibilia elegit Deus: & reprobat illos, qui suam iustitiam volũt constituere.

†firma permanens Gen. 25. c. AVGVST. Isti sunt duo populi, qui in vtero Rebeccę luctabantur: de quibus dicitur, *Maior seruiat minori*. Iste minor nõ est oblitus iustificationes Dei, cum inimici maiores sunt obliti. Quod meritò,

Rom. 10, a. *quia nescientes iustitiã Dei, suam quærebant.* Iste non est oblitus, quia non suam, sed Dei: de qua dicit, *Iustitia tua iustitia in æternum. Lex veritas*, quia per eũ cognitio peccati, & perhibet testimonium iustitiæ Dei: propter hanc patitur iunior à maiore, vnde subdit, *Tribulatio & angustia*, &c. In tribulatione poscit iste intellectum, vt sciat: quia nihil est quod persequentes tollunt, quia etsi vitam finiunt, viuet in æternum, qui iustitiam, quę manet in æternum, præponit temporalibus: Quæ iustitia in tribulatione est. Martyria. i. *testimonia*. i. iustitia tua æterna causa est, quare in tribulatione seruem *testimonia*. i. martyria.

B ✠ EVTHYMIVS. Iuxta historiam beatus Dauid adolescentior erat inter cæteros fratres, & propter staturæ exilitatem fuit etiã contemptus à patre, quando Samuel propheta vncturus eum in regem aduenit. Fuit etiam iunior ipso Saul, & neglectus ab eo, cum persecutiones ab eo varias sustineret. Veruntamen hic iunior, & neglectus, supra hos omnes diuinorum mandatorum meminit. Possumus etiam intelligere hæc verba, vt prolata sunt ex persona noui populi, qui contemptus quidem & neglectus fuit ab antiquo ludæorum populo: & tamen supra eum diuinam legem intellexit, atque obseruauit.

D

a ¶ Aug. Iustificat Deum, qui se accusat quod sit per humilitatem. ¶ Mirabilior est in iuuene humilitas.
b ¶ Quia. ¶ Aug. Iustitia solius Dei æterna, lexque eius vera per omnia. Vel veritas est & spiritualis, etsi non videtur. Vel veritas est non vmbra, non figura sed res.

a ego, & cõtemptus iustificationes tuas nõ sum oblitus. Iustitia tua iustitia in æternum, & lex tua †veritas. Tribulatio & 1 2 3 4
a ¶ Pro qua. ¶ Quæ sunt munera iustis, ad onera peccatorum deponenda.
a ¶ Cas. Expectantem & paratum. b ¶ Tamen quantumcunque sæuiant.
¶ Hoc est remedium contra tribulationes vt non deficiam.
✠ angustia inuenerunt mẽ: mandata tua mẽditatio mea est. 5 6
a ¶ Et mihi est iustitia manens in æternum, testimonia in tribulatione, & in ea, da. intel.
b ¶ Et eo scilicet intellectu superat seniores.
b Æquitas testimonia tua in æternum, intellectum da mihi 7 8
a ¶ Vere.
& viuam. 9

a *Iusti.* CAS. hominum iustitia temporalis est, sed Dei æterna: quia quisquis eam sequitur, in æternũ gaudebit: quod non est de iustitia Iudæorum: & qui legem Dei sequitur, veritate impletur, quæ & Christus est.

✠ EVTHYMIVS. Diuina iustitia propriè ac vere est, & dicitur iusticia: quemcũque enim Deus iustificauerit, is iustè atque in æternum iustificatur, hominum verò iusticia huiusmodi non est, sed temporalis, & persepe fallitur.

b *Aequitas testimonia tua in æter.* Vel ita secundum seriem litera legatur.

AMBROS. Quasi dicat, *Tribulatio & angustia inuenerunt me*, & mihi posito in tribulatione, *Testimonia tua sunt æquitas vel iustitia*, vel, iusta *in æternum*, id est, sunt mihi causæ æternæ iustitiæ: E talis spes est contra tribulationes, quæ temporales sunt. Et in his, *da intellectum*, qui supra iunior, maturior senibus inter aduersa petit intellectum, vt sciat hæc transitoria, & inde mercari vitam, sciat, quam lubrica sit hæc vita, & sit pius erranti, Sciat communia bona seculi, sciat miserias, vt portum quærat: perfecta virtus est intellectus: si quis, quod sensu capit, factis exequitur.

NICOLAVS DE LIRA.

diuinæ legi subiecti. Lex autem vetus fuit data post duo milia annorum vel circiter. à principio mundi, & sic populus sub hac lege existens dicitur adolescentulus respectu populi, qui præcessit à principio mundi, & multo fortius populus Christianus, qui postea cœpit esse per duo milia vel circiter.

1 Et contemptus, *quia post legem datam, & ingressum terra promissionis, populus Iudaicus fuit multipliciter seruituti subiectus variis gentibus, vt patet li. Iudi.*

2 Iustificationes tuas nõ sum oblitus. *videtur repugnare ei, quod prædictũ est immediate: quia populus Israel traditus fuit seruituti prædictæ propter transgressiones legis, vt patet in libro Iudi. Dicendum, q. in illo populo semper remanserunt aliqui iusti & stabiles in lege Dei: propter quorum merita populus frequenter liberatus fuit à seruitute, vt patet in eodem libro: & pro illis dicitur hic de populo in communi,* Iustificationes tuas non sum oblitus. *secundum illam regulam, quam posui in principio Gene. de corpore domini permisto ex bonis, & malis, propter quod in scriptura boni frequenter vituperantur ratione malorũ, & mali commendantur ratione bonorum. Clarius autem exponitur hæc litera de populo Christiano, qui in primitiua ecclesia fuit multipliciter afflictus & contemptus à tyrannis, & tamen per hoc à fide catholica non recessit: ideo subditur,*

3 Iustitia tua domine iustitia in æternum, &c. *quia iustitia, quæ est per fidem, ducit ad æternitatem beatitudinis.*

4 Et lex tua ve. *quia nullam potest continere falsitatem, propter quod non solum dicitur vera, sed veritas in abstracto ad denotandum veritatis puritatem.*

5 Tribulatio & ang. inuener. *in tyrannorum persecutione.*

6 Mand. *meditatio enim diuinæ legis præbet constantiam in aduersis.*

7 Aequitas. *Tantam enim æquitatem continent, quod non solùm dicuntur æqua in concreto, sed æquitas in abstracto.*

8 Intel. da. mi. *ad eã cognoscendum & opere adimplendum.*

9 Et vi. *vita gratiæ in præsenti & gloriæ in futuro, secundũ illud Deu. viij. a.* Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

GLOSSA ORDINARIA.

C a p *Coph.* CAS. In xix. litera iustificatiões promittit exquirere, adijciens testimonia Dei b in æternũ fundata esse. c d

¶ Vocatio vel conclusio.

a ¶ Da intellectum quia. b ¶ Mens diuisa non impetrat.

L AMAVI. in tõto corde meo, exaudi me domine † iustificãtiones tuas requiram, 1

a ¶ Faciendas. b ¶ Ad hoc profuit clamor.

†statuta tua custodiam

AMBR. *Coph*, conclusio, vel *aspice*, quod idem est: quia conclusus debet circumspicere se, & causam periculi non dissimulare. Conclusio hæc est in angustijs mentis, quasi qui respirare clauso meatu non possit. Noxia enim conscientia premit, morbi vis vrget, sensum mentis intercipit angustia. Orationis ergo quærenda est medicina. Clama ergo ad medicum.

✠ BEDA *Coph*, vocatio. Nonam decimam literam ingreditur reuerendissimus chorus, in qua iuxta nomen eius *in toto corde suo clamat*, ad Dominum *iustificationes suas* sedulus *exquirens*, & in verbo illius anticipata confessione gauisus, adijciensque se cognouisse testimonia Domini in æternum fundata.

C *Lamaui* Q. vndique sunt hostes non solum visibiles, sed quod grauius est, spirituales. Vocandus est ergo qui sit auxilio.

Præueni in maturita. vel sicut in Græco, præueni ante horam.

CAS. Nullũ tempus ad hoc eligendum, sed semper hoc agendũ: etsi enim omnis rei sub cælo tẽpus est, sed non super cœlum, non super dominum tempus est. F

AM. Sed quia sequẽs versus tempus precandi exprimit, hic magis actuũ, quàm orationis tẽpus intelligitur. Et est sensus, *Præueni an. ho. Et cla.* i. operando pro æternis, præueni horam aliarum actionum, & *clamaui corde. Et in verba*, &c.

AVG. Deinde subdit de tempore precandi *Præuenerunt oculi, meditari eloquia mane* supra ante horam, secũdum illud, *Media nocte surgebam*, &c. Pudor est si radius solis in strato otiosum inuenit; primitias cordis & vocis quotidie Deo sacrifica, tunc & nox vertitur in lucem, non temporis sed gratiæ: vnde sponsa ait, *Per noctes quæsiui illum, quem diligit anima mea.* Sup. co. h.

CAS. Post errorem accepta consolatione conclusus asperius, clamat studiosius.

b *Clam.* Av. Clamor cordis est magna intentione cogitationis. *Tota* quia nõ aliunde cogitatur. In tali petentis affectu siue in silentio, siue cum voce, si opus est, propter homines non desperatur effectus. Can 3. a.

c *Iust.* Av. Nõ satis clamare ad Deũ, sed & iustitias eius regrere.

d *Requiram.* Av. Quàm longe est adhuc à faciente, qui requirit.

☞ quia

NICOLAVS DE LIRA.

C Lamaui in. *Hic consequenter agitur de sublimitate cõtemplationis, prout requiritur in oratione feruenti, ad quod duo faciũt, scilicet, conditio orationis, & humiliatio orantis. Primo ponitur primum, secundo secundum, ibi,* Vide humilitatem meam. *Prima in duas, quia primò ponitur orationis conditio, secundo impedimenti remotio, ibi:* Appropinquauerunt. *Circa primum dicit,*

Cla-

☞ quia non consequitur, vt qui quærit inueniat, & qui inuenit faciat, sed tamen aliter non venitur ad facere. Boni autem, si quærunt, vt in euangelio promittitur, inueniũt, secundum illud, *Quærite & inuenietis:* sed & mali, qui tamen non oderunt sapientiam, quæ est Deus, in qua sunt omnia, quæ quæruntur ab his, qui volunt esse beati. De malis qui oderunt, dicit sapientia: *Quærent me mali, & non inuenient: oderunt enim sapientiam.* Sed si oderũt, quomodo quærunt? quærunt nõ propter ipsam, sed propter aliud quod amãt. Quæ runt enim dicta sapiẽtiæ, vt habeant in doctrina, non in vita: vt non per mores ad ipsam veniant, sed per sermones eius ad vanam gloriam verbis eius inflati & ita magis ab ea alieni.

Luc. 11. b.

† testimonia
† intempesta nocte. Prou. 1. d.
† verbis tuis sperani.
† exaudi
† iniquè
† ita præcepta tua sũt firma
† Pridem

a ¶ Nota pronum affectum. ¶ Exponit quid sit ex toto corde clamare.
b ¶ In anima, quæ custodit mandata. c ¶ Ambro. sedulitatis obsequium.

a Clamaui ad te, saluũm me fac † vt custodiam † mandata tua
a ¶ Et. ¶ Præcurrit ætatem maturatis, qui puer senilem grauitatem induit.
b Præueni in † maturitate, & clamaui: quia in † verba tua superspe-
a ¶ Semper crescens in spe. ¶ Et in aduersis. b ¶ Et. ¶ A simili, strenui operarii, vel diluculum æternitatis labore vincæ præueni, vel in diluculo virtutum. c ¶ Directi.
d ¶ Alias mane. ¶ Vel matutinum. ¶ Vel lum.
rani. Præuẽnerunt oculi mẽi ad te dilũculò, vt meditarer
a ¶ Ideo. ¶ quasi, Quia studiose ad te vigilo. b ¶. Aug. Prius Deus secundum misericordiam aufert à reis pœnam, & eis postea secundum iudicium dabit vitam, quia non frustra hoc ordine dicitur Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine: licet nunc tempus misericordiæ non sit sine iudicio: nec tempus iudicii post, sine misericordia.
c eloquia tua. Vocẽm meam † audi secundum misericordiam
d tuam domine: & secundum iudicium tuum viuifica me. Ap-
a ¶ quia. ¶ Aug. quando iam corpus perimunt vnde tribulatio proxima est, non quæ imminet quia iam præsens, sed quæ fit in carne, quia nihil proprius est animæ. b ¶ In hoc seruientes.
¶ Aug. Quo magis huic appropiant, à iustitia longe sunt.
e propinquãuerunt persequentes me † iniquitãti: à lege autem
a ¶ Appropinquauerunt, sed non nocuerunt, quia tu prope, ad remedium nec te latet quod agimus.
b ¶ Intus adiutus. c ¶ Aug. Etiam quod patimur, non est immerito.
f tua longe facti sunt. Prõpe ẽs tu domine: & † viæ tuæ veritas.
¶ Alias, Ab initio. ¶ In Adam qui pro neglectis punitus, vel per antiquos patres, qui tenendo ea venerunt ad æternitatem.
g † Initio cognoui de testimonijs tuis, quia in æternum funda-

B

C

a *Ad te.* Cas. Hoc
h *est toto corde clama-*
i *re, Saluum me fac,* v-
bi est salus animæ, efficit vt facienda fiant,
k & vsque ad mortem si opus est certetur: vbi non est salus ista, succumbit infirmitas.

b *Præueni.* Cas. Præuenit in maturitate, qui in annis puerilibus senectutem anticipat, vt grauitas sit in mente, licet sit vaga & mollis ætas. Non enim magnum est si defecto corpore, à voluptate quiescunt: magnum vero si in feruore ætatis sunt temperati, vnde, *Bonum est enim viro si portauerit iugum ab adolescentia sua.* Hoc de ætate. De hora dicit;

c *Præuenerunt ocu. mei ad te di.* Oculi cordis ante credunt Christo, quam aduentus eius irradiat. Diluculũ initium lucis, quando post tenebras seculi Christus emicuit, vel resurrectio manè facta. Ideo mens diluculo surrexit, vt meditarer eloquia tua, quæ adeo suauia. Præueni intempesta nocte. Av. Vel, in maturitate: idem tamen sensus: vix inuenitur in immaturitate.

Thren. 3. c.

Bed. Ideo manifestioribus verbis dicit, *Oculi ad te*, subauditur, in tempore, præuenerunt te in diluculo, id est, in sedulitate: Vnde alibi, *anticipauerunt vigilias oculi mei*, Vel, *oculi mei* intendentes ad te *præuenerunt*, per lachrymas & cordis compunctionem, *diluculum* illud futurum, quando reuelabuntur abscondita tenebrarum, & manifestata erant consilia cordium: Vel, si pars illa fidelium loquitur, quæ sub lege fuit, possumus *Diluculum* accipere diem incarnationis domini, quando ipse vnigenitus Dei filius, quasi sol, radio suo depulit omnem vetustatis errorem: hunc diem præuenerunt multi sperando, & in fide bene operando & illi tales dicere possunt, *Oculi mei ad te, &c.*

Aug. Immaturitas est nox intempesta, id est, inopportuna actionibus. Tempestiuum dixerũt veteres opportunum à tempore. Dicit autem secundũ literam, q̃ noctis tempore vigilet amor Dei magno orandi affectu. Vel, nox est totum seculum, in quo clamamus, præuenientes diem, quo merces dabitur, & inde *præueniamus faciem eius in confessione.* Vel, immaturum tempus noctis fuit ante tempus gratiæ, quo Christus venit. nec tamen tunc ecclesia tacuit, sed prophetãdo clamauit, & sperauit in verbis potentis facere, quod promisit. Ipsa etiam dicit: *Præuenerunt oculi mei ad te matutinũ.* Matutinum est quando sedentibus in vmbra mortis, lux orta est. Ad hoc oculi sãctorum præuenerunt præuidẽtes futurum vt meditarẽtur eloquia Dei in lege & prophetis, quæ hoc de Christo nuntiabant.

D

E

d *Secun. mi.* vel ita secundũ præcedentem sententiam, vbi de ætate egit.

Cas. Vir namque sanctus, etsi ætatem vincens manè surgit: non tamen in operibus suis, sed in misericordia Dei confidit.

e *Voc. &c. & sec.* non quo in futuro iudicabis, sed quo supplicibus parcis, & se damnantes absoluis.

f *Viuifica me.* mortuum lege peccati.

g *Iniquita.* Alias iniustè.

Cas. Et pulchrè additur, quia & aliqui pro criminibus puniũtur à lege, vt causa sua melior quam illorum videatur.

h *Prope es.* ✠ Euthym. Alibi etiam ait, *prope est dominus omnibus inuocantibus eum*: Item alibi scriptum est. *Deus appropinquans ego sum, & non à longe*, Iuxta illud, *Nonne cœlum & terram ego impleo, dicit dominus?* Et rursus: *adhuc loquente te dicam, Ecce adsum.* Appropinquat igitur Deus ijs, qui per profectum, & ascensum ei per iter appropinquant. Peccatores vero elongantur à Deo: De eis enim scriptum est, *Ecce qui elongauerint à te, peribunt.*

F

i *Omnes via tua veri.* Cas. Aug. Hoc non potest dicere Iudæus, sed fidelis, qui credidit veritati.

Aug. Omnes *via tua veritas.* Erga sanctos, omnes viæ veritas, omnes misericordia: quia & in iudicando subuenit: & ita non deest misericordia, & in miserando id exhibet, quod promisit ne desit veritas. Erga omnes autem, quos liberat, & damnat: omnes viæ misericordia & veritas: quia vbi non miseretur, vindictæ veritas datur: quia nullum immerito damnat, sed multos immeritos liberat.

k *Init.* Av. Aduerbialiter. Initio dicit se nouisse ecclesia, quod testimonia sũt in æternũ fundata, nec aliũde nouisse, quam de ipsis

☞ testi-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Clama. in te. cord. *hoc est intellectu & affectu, feruenter & deuote:*
2 Exau. me, *eleuando me ad cognitionem tua veritatis: ideo subditur,*
3 Iustificationes tuas requiram, *quia quanto plus cognoscuntur, tanto amplius requiruntur.*
4 Clamaui ad te. *orando deuotè. Et est repetitio sententiæ prædictæ ad expressionem affectus maiorem.*
5 Saluum me fac, *illustrando me tua veritate:*
6 Vt custodiam mandata tua, *quæ custodiri non possunt nisi præcognita.*
7 Præueni in maturita. & clamaui, *quasi dicat iste clamor festinus non procedit ex impetu passionis, sed ex deliberatione rationis.*
8 Quia in verba tua superspera. *id est, plus quam in verbis aliorum quorumcunque quia verba tua falsitatem non possunt continere.*
9 Præuenerunt. *id est, intellectus & affectus.*
10 Ad te di. *id est, à tempore iuuentutis.*
11 Vt meditarer el. tua. *quæ sunt à tempore iuuentutis meditanda secundum illud Eccl. xij. a.* Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuę. *& quia oratio talium debet exaudiri, sequitur,*
12 Vocem meam au. *me illustrando,*
13 Secundum misericordiam, *quia dona Dei procedunt ex sua misericordia, & liberalitate.*
14 Et secun. iudicium. *scilicet primum, in quo iudicas cum tranquillitate, & misericordia,*
15 Viuifica me, *lumine tuæ gratiæ.*
16 Appropinquauer. *Hic consequenter ponitur impedimenti remotio, quod est malorum persecutio, turbantium per hoc mentes deuotè cõtemplatiuum, quorum malitia primo ponitur ibi, cum dicitur,* Appropinquauerunt persequentes me iniquitati, *id est, appropinquauerunt mihi persequentes me inique.*
17 A lege au. tua. *quæ prohibet persecutionem innocentum.*
18 Prope es. *ad me seruandum, & eos repellendum, si tibi placuerit.*
19 Et omnes viæ. *q. d sine dimittas me in tribulatione, sine liberes, totum facis iustè: quia aliquando iusto suo iudicio innocentes permittit tribulari ad augmentum sui meriti, sicut patet de sancto Iob, & multis aliis.*
20 Initio, &c. *id est, à principio, ex quo habui vsum rationis, & incepi tua testimonia intelligere.*
21 Quia in æternum fundasti ea, *& hoc est verum generaliter de testimonijs veteris legis, quantum ad moralia præcepta: quæ manet in nouа lege, & effectus istorum in præmio manebit in æternum,*

testimonijs. Testimonia sunt, quibus promisit se daturum regnum æternum filijs: & quia in filio, cuius regni non erit finis, se daturum testatus est: fundata sunt in æternum, non quod ipsa sint necessaria, quando ipsa res dabitur, sed quia id, quod per ea promisit Deus, æternum est. *Fundata* vero dicuntur, quia in Christo vera monstrantur, qui est fundamentum, quod nemo potest mutare. *Initio* novit, quia hoc dicit ecclesia, quæ ab initio generis humani non defuit Abel, qui in testimonium Christi immolatus est. Et ab initio dictum est, *Erunt duo in carne una.* Quod sacramentum magnum est in Christo & in ecclesia, vt ibi ait Apostolus, Ecce Dei testimonia dicit præcepta, quæ dicuntur fundata in æternum. quia pro eis neglectis vel seruatis merces æterna, vel pœna æterna redditur.

¶ Ambro. Caput id est, humilitas, caput virtutum, quam concluſus seruat, vt serpens caput corpore expoſito.

¶ RES,

a ¶ Quasi: Prope es tu domine, ergo. b ¶ Quæ est in studiis meis & tentationibus. c ¶ Quæ dicit, Qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur.

Vide † humilitatem meam, & eripe me: quia legem 1
a ¶ Quasi. Vide humilitatem. ¶ Sic vide. b ¶ Id est, causam meam. 2
¶ Quia contra diabolum cautum agit. c ¶ A malis. 3
tuam non sum oblitus. Iudica iudicium meum, & redime me: 4
a ¶ Id est, illam legem, quam non oblitus: vt se humiliaret. ¶ Vt videam, vt seruem illud. 5
b ¶ Aug. Hæc est exaltatio sanctorum, vita æterna. c ¶ Sed- d ¶ Aug. Non à me, qui iustificationes exquisiui, quod accepisse ab eo se videns, dicit. Misericordiæ tuæ mul. 6
propter eloquium tuum viuifica me. Longe à peccatoribus sa- 7
a ¶ q.d. Longe ab ea se fecerunt. b ¶ Caſ. Hoc specialiter de Iudæis qui latronem elegerunt, saluatorem repulerunt, in hoc deuotos animat, perfidos terret. 8
lus: quia † iustificationes tuas non exquisierunt. † Misericordiæ 9
a ¶ Aug. quia scit quod iudicium Dei sine misericordia non erit super eum. b ¶ Viuifica. 10
¶ quia. ¶ Sunt. ¶ Et iam mali spiritus. ¶ Grauis persecutio à multis in vnum. 11
tuæ multæ domine: secundum iudicium tuum viuifica me. Mul- 12
a ¶ Tamen. ¶ quod à Deo, vnde supra. Nisi quia Dominus erat in nobis for. vi. deglutiſ. nos. Et iterum. Nisi quia do. adiu. me. Paulominus habitasset in inferno anima mea. 13
ti qui † persequuntur me, & tribulant me: à testimonijs tuis

† afflictionem
Gen. 2. d. Ephe. 5. g.
† Statuta tua
† Miserationes
† persequentes tribulantes; me,

1 placeat tibi humilitas mea, & iudica secundum illam. Alij in alijs, iustus in humilitate gloriatur: bona gloria est, Christo subijci, quo merito eripitur quis à flammeo gladio, id est, morte æterna.
d *Iudica.* Cas. vt de præsenti iudicio agatur: *Iudicium meum*, id est, examina discretionem fidei meæ. Nō per arrogantiam petit iudicari, sed vult à Deo examinari suum iudicium, quo Deum credit & incarnationem Christi, de quo iudicio omnes sancti securi sunt, nec timent Dei iudicium, quia in his, quæ bene credendo iudicant, sciunt se glorificandos sancti, quia tales sanguine Christi redimendi vel redempti erant, vnde subdit, *Redime me*, sanguine passionis, *Et viuifica me propter eloquium tuum*, quod dicit, *Qui credit in me non morietur, sed habebit vitam.* Iohan. 3. b.

Aug. *Iudica.* De iudicio futuro agit, ad quod innoxius, & propriæ innocentiæ arbiter festinat. Iustus apud Deum, sciens etiam misericordem, non timet iudicium, in quo absoluitur: quod incipit, etiam hic, à sanctis, non in æternum puniendis. Ideo per Ezechielem ad angelos vltionis ministros ait, *A sanctis me. incip.* Ezech. 9. c. Et alibi: *Tempus est, vt incipiat iudicium à do. d.* Ideo iste apud redemptorem suum sperans, & volens matura absolui, ait, *Iudica*, id est, matura facere iudicium: & ibi, *Redime me*, à malis. *Propter eloquium tuum*, verecundè, qui diffidit de meritis, propter verbum Dei, clementiam speret. hoc est illud verbum quod Symeon videre expectauit. 1. Pet. 4. d.

e *Longe à peccatoribus salus.* ✠ Beda. Et quasi ab eo quæreretur, quis te discreuit sic, vt tibi propriè sit salus, quæ *longè est à peccatoribus*? Nonne hoc, quia iustificationes Dei exquisiui, quas illi neglexerunt: Iste vero attendens hanc exquisitionem ex sola Dei misericordia esse subdit, *Misericordia tua multa Domine*, q.d. à peccatoribus quidem longe est salus, quia iustificationes tuas non exquisierunt: multæ autem misericordiæ tuæ Domine simul erga exquirentes, quia vocas, peccata condonas, & iustificas.

f *Misericordiæ.* Aug. Et si longe à peccatoribus salus, tamen nemo desperat, *Misericordia tua multa.* Luc. 2. d.

g *Secun. iudiciū tuū.* Aug. Quod in præsenti, non illud quod omnes timent, de quo alibi, *Non intres in iudicium cum seruo tuo*, sed quod parcit confitentibus, non est misericordia sine iudicio. Infra 142. a

h *Multi.* Augvst. Impletum est hoc in ecclesia, quæ tot habuit

---

NICOLAVS DE LIRA.

Vide humilitatem. *Hic consequenter agitur de altitudine cōtemplationis, prout acquiritur humilitate orantis, cum dicitur.*

1 Vide. &c. *secundum quod scribitur Eccl. xxxv. c.* Oratio humiliātis se nubes penetrabit, & donec aspiciat altissimus, nō cōsolabitur. 2 Et eri. me. *de tenebris ignorantiæ, eleuando ad contemplationem veritatis tuæ.*

3 Quia le. *q.d. illud modicum, quod de lege tua capere potui, firmiter retinui: & ideo decens videtur, vt addas amplius. Et quoniam tempore, quo Psalmista loquebatur, totum genus humanū erat impeditum à visione beata, in qua perficitur vita contemplatiua: ideo subditur.*

4 Iudica. iu. *i. fer pro me sententiam contra diabolum me detinentem captiuum.*

5 Et redime me, *tuo sanguine ab eius potestate.*

6 Propter elo. tuum vi. *quod Osee à te inspiratus dixit. vj. a.* Viuificabis nos post duos dies, in tertia die suscitabis nos. *vbi loquitur propheta de resurrectione Christi, per quam genus humanum est viuificatum vita gratiæ & gloriæ. Et quia peccatum dæmonis non est sic remediabile, ideo subditur,*

7 Longe à pec. sal. *id est à dæmonibus in peccato obstinatis.*

8 Quia iu. tuas non exquisierunt, *subijciendo se humiliter dispositioni tuæ: sed magis per superbiam ab ea resilierunt.*

9 Misericordię tuæ multæ domine, *erga genus humanum, cuius peccatum est remediabile.*

10 Sec. iu. tuum, *scilicet discretionis, quo nunc discernis pios ab impijs,*

11 Viui. *per augmentum tuæ gratiæ, cuius necessitatem subdit dicens,*

12 Multi qui persequuntur me & tribulant me, &c. *quasi diceret multi sunt dæmones, & mali homines à contemplatione tua bonos impedientes: propter quod indigent auxilio tuæ gratiæ, vt possint in bono perseuerare, ideo subditur,*

13 A testimoniis tuis non declinaui, *fultus robore auxilij tui.*

Vidi

buit persecutores martyrum. Purpurata est enim vniuersa terra sanguine martyrum, Floret cœlum coronis martyrum; Ornatæ sunt ecclesiæ memorijs martyrum. Signata sunt tempora natalibus martyrum, Crebrescunt sanitates meritis martyrum.

a *Non declinaui.* CASS. Gratius est hæc inter pericula seruari, quod est nobis à Deo.

b *Vidi prauaricantes.* Aliàs, non seruantes pactum.

CAS. Pactum à pace, quasi pacis actum, id est, inter dissidentes affectu gratiæ diffinita conditio, quod conuenit vtrique legi, quæ statuta est, vt homo in gratiam & pacem Dei reuocaretur: quod pactum, id est, vtramque legem, debiles non seruant, cedentes persecutoribus, pro quibus amissis sociis dolent sancti. Vel, pactum dicit quod Iudæi pepigerunt, dicentes, *Omnia, quæcunque dixerit dominus, faciemus* Sed post coluerunt idola, quos ciues & parentes suos lugent sancti.

B c *Vide quoni* CAS. *Vidi prauaricantes*, &c. *Vide quoniam dilexi:* Illo merito hoc merui, scilicet, à te conspici.

AVG. Supra dixit: *Vide humilitatem*, hoc dicit, qui se scit placere, hic item dicit,

Vide quoniam di. AMBR. secũdum legem hoc dicitur, quæ præcipit, vt vnusquisq; ter in anno se offerat in cõspectu Dei. Sanctus vero quotidie se offert, non vacuus quidem, *quoniam mandata* dilexi: & in hoc se offert, *Dilexi*, quod plus est quam seruare: quia hoc est charitatis, illud necessitatis, vel timoris.

✠ EVTHYM. Aliquando viuificari petit propter mandatorum obseruantiam, & aliquando propter misericordiam Dei: illud quidem vt se iustificet, hoc vero vt modestiam atque humilitatem suam in exemplum cæteris proponat: perfectioris autem animæ est quod secundo loco eum facere diximus, *Nemo enim*, inquit Apostolus, *ex operibus legis iustificatur.*

C c *In misc.* ✠ AVGVSTINVS. Si misericordia, est in præmio, quod debet reddere iustitia, quanto magis in victoria.

a ¶ Ego non declinaui. ¶ Autem. b ¶ Aug. declinantes à testa. quia non ferunt tribulationes. ¶ Alias, non seruantes pactum. c ¶ Zelo amoris. ¶ Cas. Beatus, qui in charitate Dei tabescit. b ¶ In hoc prævaricantes.

a non declinaui. Vidi † prænaricãtes, & tabẽscebã quia eloquia 1
b a ¶ Sed in tribulatione negauerunt. b ¶ Id est, placeat tibi, & remuneretur à te dilectio mea. ¶ Sed ego, ab eis differens, dilexi: Vnde fructus omnium passionum, non tantum non negaui, vnde præmium postulo, in miseri. tua vi. me. 2
c tua nõn custodierunt. Videẽ, quoniam mãdata tua dilexi: do- 3
a ¶ Non in meritis confido.
¶ Viuifica, quod vtique facies, quia dixisti hoc in scripturis.
d e mine: in misericordiã tua viuifica me. Principium verborum 4
f tuorum veritas, in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ. 5 6
g
h

f *Viuifica.* quia isti mortificant.

g *Princi. ver.* id est, scripturæ, vt Gen. à quo principio vera dixit, & vsq; in finẽ verba veritatis seruat: vnde, *Cælũ & terra trãsibũt, verba autẽ mea nõ trãsibunt.* Quia tetigit ✠ in principio gestũ est, addit quod post finem seculi fiet: quia iudicia iustitiæ perpetuo stabunt: quia sententiam de bonis vel malis datam, nec tempus, nec vlla res subuerter. Marc. 13.

✠ BASILIVS. Principium verborum Dei, promissiones Abrahæ factas vocat. Ex hoc enim genus trahunt Iudæi, verum quod promiserat præstitit, Et populum hunc auxit, & in semine illius (iuxta quod promiserat) gentes benedixit. Cum enim propheta esset Dauid, sempiternam Christi potentiam vidit.

EVTHYMIVS. fortasse de primis verbis loquitur, quæ loquutus est dominus ad Adam, *ab omni*, inquiens, *ligno quod in paradiso est comede, de ligno autem scientiæ*, &c. Principium enim est hic sermo verborum omnium, quę à Deo ad hominem dicta sunt, qui à Deo etiam fuit verus, vt in vniuersum humanum genus mors imperium sumpserit.

h *Veritas.* CAS. A veritate tua verba procedunt, & ideo veracia sunt, & neminem fallunt, quibus pronuntiatur vita iusto, pœna impio: hæc sunt quippe in æternum iudicia iustitię Dei, quia iudicium Dei de omnibus in æternum manebit.

Exod. 24 d

Exod. 13. b

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vidi prævaricantes, *id est, impios legem tuam transgredientes.*

2 Et tabescam. *i. lachrymis fluebam, vnde in translatione Hieronymi habetur:* Et mœrebam. *Sicut enim ad virtuosum pertinet lætari de obseruatione diuinæ legis: ita & tristari de eius transgressione, non solum in se, sed etiam in aliis. Et quia hoc est meritorium augmenti gratiæ, subditur,*

3 Vide quoniam man. tua dile. do. *zelans pro eis in me, & in aliis,*

4 In misericord. tua viui. me. *per augmentum gratiæ, procedens ex tua misericordia & liberalitate. Et ad hoc consequẽdum allegatur veritas diuina, ad quam pertinet implere promissum augmentationis gratiæ disponentibus se ad eam, cum dicitur,*

5 Principium verborum. *i. verba tua procedunt à mente tua, quæ est veritas increata, & omnis veritatis creatæ regula: & ideo sunt stabilia, propter quod subditur,*

6 In æternum omnia iudi. iustitiæ tuæ. *quia sententia Dei in extremo iudicio de gloria bonorum, & pœna reproborum stabit in æternum, secundum quod dicitur Matt. 25. d.* Et ibunt hi in ignem æternum iusti autem in vitam æternam.

CLOSSA ORDINARIA.

a ¶ Super vulnus quasi emplastrum, dicit enim quod tribulatio curat vulnera, & dat salutem.

a ש Schim.

a ¶ Viuifica quia. ¶ Homines regnis terrenis præsidentes. ¶ Huius mundi, non quilibet multi. ¶ Rectores tenebrarum. b ¶ Hoc est vulnus. c ¶ Quia nihil suum in me habent. ¶ Vel non gratis, quod idem. ¶ Sine causa.

b Rincipes persecuti sũt me grãtis, & à 1
a ¶ Nolite timere eos, qui corpus occi. &c. ¶ Aug. Timor tuus timorem eorum excludit. ¶ Vnde hoc, super vulnus. Etsi vici, vnde spolia multa. quando patientiam mirat martyrum, & persecutores crediderunt. 2
verbis tuis formidauit cor meũ. † Lætãbor 3

a ש *Schin* CASS. In xxj. litera gratas sibi dicit persecutiones, quibus tãquam emplastris vulnera peccatorum curantur: vnde, *Danobis auxilium de tribulatione.* Et alibi dominus ait, *Ego occidam & viuere faciam, percutiam & sanabo.*

Supr. 59. c. Deu. 32. f.

AMBROS. *Schin* Super vulnus quasi emplastrum. Dicit enim, quod tribulatio curat vulnera peccatorum, & dat salutem.

CAS. Vulnus ergo est peccatum; super vulnus tribulatio.

AMBROSIVS. Vel *vulnus* intelligitur ipsa tribulatio: *Super vulnus* consolatio eloquiorum Dei, medicamẽ cælestium præceptorum. Istud est spirituale malagma, quo omne nequitiæ virus aboletur: quo non aduruntur sed magis fouentur atque liberantur collisi.

✠ BEDA. *Sin,* Dentes. Vicesimam literam sanctorum cœtus ingreditur, in qua persecutiones sæuientium charitate domini sibi dicit esse gratissimas. Septies quoque in die laudem domino dixisse, cui etiam suas vias notas esse profitetur. Dentes autem, quos huius literæ nomen exprimit, vel sanctorum intellige, qui dominum laudent: vel persecutorum, de quibus dicitur, *Filij hom. den. eo. ar. & sagit.*

† Exultabo

PSALMVS CXVIII.

b *Principes. Gratis, &c.* AVG. Christiana religio nõ læserat reges terræ: quia etsi liberi, etsi habentes regna cœlorum, tamen

☞ reddunt

NICOLAVS DE LIRA.

PRincipes persecu. sunt me. *Postquam descripta est vita contemplatiua sublimitas, hic consequenter describitur ei annexa incunditas: & primo ponitur huiusmodi exultatio, secundo petitur eius augmẽtatio, ibi,* Appropinquet deprecatio. *Circa primum præmittitur perturbatio à quiete contemplationis, vt per hoc exultatio sequens contemplationem euidẽtius appareat. Hæc autem perturbatio vno modo est ab extrinseco. s. a dæmonibus deuotos à contemplatione, & oratione perturbantibus, sicut legitur frequenter de multis sanctis: & quantum ad hoc dicitur,*

1 Principes persecuti sunt me gra. *id est, dæmones, de quibus dicitur Ephesiorum vi. b.* Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem: sed aduersus principes & potestates, & aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, &c. *Alio modo ab intrinseco. s. à fragilitate humana, propter quam homo quantumcunque iustus timore concutitur, ne fiat transgressor legis diuinæ: & quantum ad hoc dicitur,*

2 Et à verbis tuis formi. *Sed quia ad vtrumque contemplatio affert solatium, subditur,*

3 Lætabor ego super eloquia tua, &c. *meditando ipsa.*

✠ Sicut

☞ reddunt Cæſari, quæ ſunt Cæſaris. Quorum etiam rex Chriſtus tributum de ore piſcis perſoluit. Et licet perſequantur, tamen cor meum formidauit à verbis tuis: quia plus timui verba tua, quam eorum minas. Vel,

Mat. 17. d. a *Spolia multa*, AMB. dicit ſcripturas, ſapientiam, iuſtitiam, reſurrectionem, & omnia in Chriſto, quæ iſte à Iudæis abſtulit, a & quaſi ſine labore b inuenit, quæ antè nō habuit.

AVG. *Spolia*, ſunt æterna, quæ diabolus conatur auferre, & cō uerſio perſecutorum

B ✠ BASILI. Quo- d niam hoſtium meminit, rectè meminit & ſpoliorum. Dicit autem, Etiam ſi omnes hoſtes occidiſſem, & f tantum abſtuliſſem ſpoliorum, quantum illi congeſſiſſēt: non g tamen ita lætarer, ſicuti in legibus tuis exultabo.

✠ GREGOR. *Spolia* idcirco vocata ſunt, quia ad fidem Domini gentilitate tranſeunte Iudæi ſacris eloquijs, quibus induti fuerant, exuuntur, de hac quoq; ſpoliorū diuiſione alias dicitur, *Beniamin lupus rapax mane comedet prædam, veſpere autem diuidet ſpolia.*

Geu. 49.

b *Iniqui. odio ha.* CAS. Lætabor, & dilexi legem, iniquitatem verò odio habui, & abominatus ſum, longè à me faciens legem,

C quæ habet ſignificantiam noui teſt. ne quis negligendam putaret.

AVG. Ne autē ex formidine, quā dixit, putes odiſſe verba: addit, *Iniqui. odio habu.* Timore caſto nō perit amor. Illa ergo formido non facit odium verborum Dei, ſed integram charitatem: vt ametur Deus, cuius verba timētur. Si enim patres à pijs filijs timentur, & amantur, & pudica coniux virum, & timet, ne ab illo deſeratur, & amat vt fruatur, multo magis pater, qui eſt in cœlis, qui à nullis diligitur, niſi à quibus lex eius diligitur.

c *Septies.* ✠ BASILIVS. Illud *ſepties* nonnulli *ſæpenumero* interpretati ſunt, & hoc autem, & illud, feruentem prophetæ amorem exprimit.

CAS. Septem dierum tempore, vel ſeptiformi ſpiritu plenus: vel ſeptem vicibus, vt mos eſt religioſis.

AVG.

AVG. *Septem* vniuerſitatem indicat: quia ſeptem diebus omnia tempora aguntur: vnde, *Septies ca.iu. &c.* Cadit, non peccat prævaricatus, quia tunc non iuſtus: ſed cadit omnibus modis tribulationum, humiliatus, reſurgit: id eſt, non perit ſed proficit. contra hoc ſubditur de malis, *impij infirmabuntur in malis*, id eſt, in tribulationibus.

D

a ¶ Victor: quod non ille, qui non patitur. b ¶ Similitudo à victoribus, qui victis ſpolia detrahunt.

egō ſuper eloquia tua, ſicūt qui inuenit ſpolia multa. † Ini-

a ¶ Et. ¶ Non hominem. ¶ Caſ. amor bonorum odio malorum probatur.

quitatem odio habui, & abominatus ſum: legem autem tuā

a ¶ Etſi aliquando corripit, tamen dilexit: vnde ſubdit: Septies, &c. b ¶ Et. ¶ Id eſt, ſemper.
c ¶ In hac vita. d ¶ Flagella. ¶ Quibus corrigis & iuſtificas filios, quos recipis.

dilexi. Sēpties in diē † laudem dixi tibi, ſuper iudicia iuſtitiæ

a ¶ Quia iam. ¶ In mente. b ¶ Aug. Etſi non omnimoda, vel in futuro, vel vere multa.
c ¶ Charitas pellit omnes perturbationes & tribulationes.
d ¶ Non offendunt in petram ſcandali, vt Iudæi & hæretici. e ¶ Etſi inquietudo.

tuæ. Pax multa diligētibus legem tuam, & nō eſt illis ſcān-

a ¶ Et. ¶ Eccleſia eſt quę loquitur. Q. dilexi legem tuam. b ¶ Ideo.
c ¶ Per quæ habeo ſalutare.

dalum. Expectabam ſalutare tuum domine, & mandata tua

a ¶ Aug. Cuſtodit teſtimonia, qui non negat, quod eſt martyrum: ſed quia nil valet pati ſine charitate, addit, & dilexi. b ¶ Ambro. Quod plus eſt quam cuſtodire.

† dilexi. Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua, & dilexit ea

a ¶ quia dilexi mandata & teſtimonia tua, ideo.
b ¶ Per hoc potui, quia.

† vehementer. † Seruaui mandata tua & teſtimonia tua: quia

a ¶ Nam aliter nulla via bona eſt, niſi quam illuminat Deus.

omnes viæ meæ in conſpectu tuo.

† feci

† valde. † Cuſtodiui lib. 18. Moral. c. 4.

1 d *Non eſt illis ſcand.* †Iniuſtitiā
2 AVGV. Illi qui diligunt, non ſcandalizantur, quia nō ſunt
3 puſilli; de quibus do-
4 minus dicit, *Quicunque ſcandalizauerit*
5 *vnum de puſillis iſtis.* Matt. 18. a.
6 Puſillorum eſt ſcan- E
7 dalizari.
8 AVG. Non eſt ſcandalum ipſa lex: quia
9 qui diligit legem, ſi
10 quid in ea non intel-
11 ligit, honorat, & quod abſurdè ſonare
12 videtur, iudicat magnū, & ſe neſcire, ideo lex non eſt ei ſcandalum, quia fides eius ex ea pendet, non ex moribus hominum, ne aliquibus cadentibus, qui magni habebantur, ipſe ſcandalo pereat. Legē verò ſecurus diligit, & eſt ei pax, & nullum ſcandalū: in qua lege ſi multi peccāt, ipſa nō peccat, nec peccare nouit.

c *Exp.* AVG. Antiqui iuſti, primum aduentum, nos ſecūdum: pro quo & illi & nos mandata diligimus: nec profuiſſet antiquis dilexiſſe mādata, niſi Chriſtus, qui eſt ſalutare Dei, eos liberaſſet. F

f *Cuſtodiuit*, CAS. Hoc ad tolerantiā, ne amitteret quod habet religio, *Dilexit*, hoc ad charitatem tormentis fortiorem.

g *Seruaui mandata, &c.* AVGVSTINVS. Dixerat ſuprà: *mandata dilexi*: & poſt *teſtimonia cuſtodiui, & dilexi*: nunc vtraque ſimul ponit; vt vtraque ſimul cuſtodita ſcires. *Seruaui mandata tua & teſti.* Qui enim diligit ipſa veraciter, & libenter ſeruat. Sed quia inimici ſunt mali, contra quos fortiter cuſtodienda ſunt teſtimonia: quod iſte fecit, vtraque ſeruans, Deo tribuit dicens, *quia omnes viæ.* Q.d. per hoc potuit cuſto. *quia omnes viæ meæ* ſunt *in conſpectu tuo*, id eſt, quia Deus dignatus eſt intendere, qui illuminat, & errores fugat: quod ſi faciem auertiſſet, fierem conturbatus, nec ea cuſtodirem.

h *Manda.* in iubendo. *Teſtimonia*, in prohibendo accipe. vel *mandata*, præcepta; *teſtimonia*, martyria.

☞ GLO-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sicut qui inuenit ſpolia multa: *cuius gaudium duplicatur ſcilicet de obtētu victoriæ, & de præda magnitudine. Sic contemplatiuus delectatur de victoria contra hoſtes, quam habet in ſpe, & per conſequens. de obtentu gloriæ, quia ſpes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis. Et quia amor vnius cōtrarij inducit odium alterius, & econuerſo, ſubditur,*

2 Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum, &c. *tanquam quid vile.*

3 Legem autem tuam dilexi, &c. *tanquam quid vtile, & honorabile, eam iugiter meditando. Et quia ex hoc prorumpit homo in laudem diuinam, ideo ſubditur,*

4 Septies in die laudem dixi tibi, *in ſeptem horis canonicis,*

5 Super iudicia iuſtitiæ tuæ: *confitendo omnia opera tua iuſta, quæ ſunt quædam executiones iuſtitiæ tuæ latentis in tua mente. Et quoniam vita contemplatiua eſt quieta reſpectu actiuæ, quæ habet laborem annexum, ſubditur,*

6 Pax multa diligentibus legem tuam, &c. *quia ex tali dilectione quaſi iugiter meditantur ſacram ſcripturam.*

7 Non eſt illis ſcandalum, *id eſt, tanta occaſio ruendi in peccatum, ſicut actiuis, qui frequenter habent materiam turbationis: propter quod dominus dominus dixit Luc. x. g.* Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima, *& ſequitur*, Maria optimam partem elegit, &c. *Et quia vita contemplatiua perficitur in patria. ſubditur,*

8 Expectabam ſa. tuum do. *id eſt, claritatem viſionis tuæ & fruitionis beatæ. Et quia ad hoc peruenitur per obſeruationem mandatorū Dei ſecundum quod dicitur Matth. xix. b.* Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: *ideo ſubditur,*

9 Et man. tua di. *ea tanquam rem chariſſimam diligenter cuſtodiendo.*

10 Cuſto. anima mea te. tua. *id eſt, illa, qua pertinent ad cultum latriæ: quia ſunt quædam teſtificationes deitatis.*

11 Et di. ea vc. *id eſt, valde intenſe: ita quod per* li vehementer, *nō in telligitur aliquis exceſſus iudebitus, vel inordinatus: & huius obſeruationis cauſa ſubditur, cum dicitur*: Ser. &c.

12 Quia omnes viæ tuæ in con. *id eſt, omnia facta, dicta, & cogitata mea, parent in conſpectu tuo, quod debet mouere hominem ad tuæ legis obſeruantiam, abſque aliqua obliquatione & remiſſione: propter quod dicit Boetius v. de conſe.* O viri, magna eſt vobis indicta neceſsitas probitatis, ſi diſſimulare non vultis: quoniam cuncta agitis ante oculos iudicis cuncta cernentis.

☞ AP

GLOSSA ORDINARIA.

Aa ℸ *Thau.* Cas. In postrema litera Christo desiderat proximare, vt veniat, & ouem perditam reuocet: studiosius se purgãs, quantò fruitur vicinitate virtutis.

Ambros. *Thau*, Errauit, vel consummauit: quia hic dicit se habere cõsummationem. i. vitam æternam. Vel, iam olim se errasse dicit, non modò: nunc autem reportandum ad patriam à pio pastore. Ideo interpretatur cõgruè, *errani*, & non, *errat*. Non enim vitij, sed profectus est renuntiasse errori. Est & hic *consummatio*. i. disciplinæ perfectio, vt altera docet interpretatio: quia plus est à vitio se reuocasse, quàm prope vitia ipsa nescisse. Imbutos enim vitijs animos exuere, atque emendare, non solùm perfectæ virtutis, sed cælestis est gratiæ.

✠ Beda. *Thau.* Signum, vel consummatio; ad vicesimam secundam literam domino iuuante peruentum est, in qua sanctorum chorus quantum ad finem psalmi vicinus est, tantum se Christo desiderat proximari; totum enim ad aduentum Domini Saluatoris, quem fidelium deuotio ineffabili desiderio sustinebat, vt ouem perditam reuocare pietatis suæ munere dignaretur. Ipse ergo est nobis cunctarum consummatio virtutum, quia quicunque eum videre meruerimus, nil vltra quærere opus habemus. Ipsum est signum, quem redempti canimus, *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*.

¶ Errauit, vel consummauit.

ℸ Thau.

a ¶ Quia sic. & sic egi. ¶ Tibi ô Domine. ¶ Peccator longe est.
¶ Cass. Hæc confidentia non est nisi consummati viri.
b ¶ Etsi non ego, quod perfectorum.

1 Pprõpinquet † deprecatio mea in con-
a ¶ Facta. b ¶ Quæ est illa deprecatio? Ista.
c ¶ August. Promissum quia dixit, Intellectum tibi dabo.
2 spectu tuo Domine: iuxta eloquium tuũ,
¶ Etiam.
3 da mihi intellectum. Intret postulatio
¶ Facta. a ¶ Promissum.
4 mea in conspectu tuo: secundum eloquiũ
a ¶ Graue est tamdiu hic luctari. b ¶ Da mihi intellectum. ¶ Quia tunc.
¶ Quasi de pleno. ¶ Quia plenus pane cæli. c ¶ Laudem Dei.
5 tuum eripe me. † Eructabunt labia mea hymnũm, cùm do-
a ¶ Aug. Aliter non eructabunt, quia vnus est magister, scilicet Deus. ¶ Et.
6 cueris me † iustificationes tuas. Pronuntiabit lingua mea
a ¶ Cass. Non otiosum verbum, vnde reddenda est ratio; sed eloquium tuum vnde salus; quod decet pronuntiari, quia æquitate fulget.
7 † eloquium tuum, quia omnia mandata tua † æquitas. Fiat
a ¶ Adiumentum, vel filius. b ¶ Hæc fiducia peto. c ¶ De omnibus alijs.
8 manus tua, vt † saluet me: quoniam mandata tua elegi. Con-
a ¶ Et. ¶ Videre. b ¶ Alij alia, ego autem non nisi salutem tuam.
c ¶ Aug. Qui cupit salutem Dei, mediatur in lege: nec inde auertitur aliqua cura seculi.
d Quasi: Fiat manus. & sic.
9 cupiui salutare tuum Domine, & lex tua † meditatio mea est. 10 11

Cassiod. *Secundum eloquium*. Suprà petit intellectum secũdum eloquium, vt superna videat, hic per idem, vt à concupiscentiæ labe purgetur. Vtrũque enim facit eloquium Dei: *da intellectum, & eripe me*; accipiendo quippe intellectum eripitur, quia per seipsum non intelligendo decipitur.

g *Eructabunt labia mea.* ✠ Basil. Scripturæ conueniens est *eructationis* dictio, iustificationes enim tuas, inquit, edoctus tibi talium doctori laudem offeram.

Aug. Intus delicijs Dei saginatus hymnum ructat, quãdo lingua non humano sensu, sed diuino famulatur. *Cùm docueris*. Docet Deus, quando qui audit & discit, venit ad eum: vt non solùm memoria teneat, sed & faciat iustificationes; & sic non in se, sed in Domino glorians hymnum eructat. Qui autem didicit, & doctorem laudauit, iam vult dicere, vnde subdit,

h *Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum.* Idem. Vt sim minister verbi; Sciens autem quæ pericula sequantur docentem à contradicentibus addit,

i *Fiat manus tua, &c.* Idem. Vt salues de manu aliena ne timeã, sed vt pronuntiem: quia mandata elegi, & timorem amore compressi. Vel, Manus, ideſt, filius: quia manus patris est Christus, vnde Esaias, *Et brachium Domini cui reuelatum est?* Et alibi, *Dextera Domini fecit virtutem. Fiat* ex semine Dauid, vt qui est creator, sit & saluator: quia, *concupiui salutare tuum.* Esa. 53. a. Psal. 117.

✠ Basil. Illud *quia mandata tua intellexi.* Symmachus, *complexus sum*, Aquila & Theodotion, *Elegi*, dixerant; *manum* verò diuinam operationem dixit, per quam salutem consequi orat.

k *Concupiui salu.* Aug. Id est, Christum. Quem antiqui cupierũt nasciturum, ecclesia cupit à dextra patris venturum.

Idem. *Et lex tua meditatio mea*, quia perhibet testimonium Christo; & licet occidatur caro quæ te prædicet, *viuet* tamen *anima, & laudabit te: & iudicia* quæ incipiunt à domo Dei *inuabũt*; sanguine enim creuit ecclesia.

l *Salutare, &c.* Cassiodorvs. Christum apertè dicit, quod priùs in ænigmate quem qui cupit, & in scripturis habet: & hoc est, *& lex tua meditatio mea est.*

☞ *Viuet*

NICOLAVS DE LIRA.

Apropinquet. *Hic consequenter petitur augmentatio dictæ iucunditatis annexæ contemplationi: & quia propter talẽ annexionem augmentata contemplatione augmentatur talis exultatio: ideo petitur augmentum contemplationis, cùm dicitur,*

1 Appro de. *per effectum exauditionis. Et quę sit illa petitio, subditur, cùm dicitur,*

2 Iuxta elo. tuum da mihi intel *hoc est secundum altitudinem eloquij tui, quæ transcendit facultatem humani ingenij, eleua intellectum meum ad ipsum intelligendum.*

3 Intret po. *Repetitio est sententiæ præmissæ, ad exprimendum magnum desiderium petitionis suæ.*

4 Secundum eloquium tuum eripe me, *id est, secundum eloquij tui altitudinẽ eripe me à meditatione terrestrium, ad quæ meditanda natura humana est prona; eleuando me ad contemplationẽ cælestium: & quia ad talem eleuationem sequitur laus cordis & oris, Sequitur,*

5 Eructabunt labia mea hymnum, cùm docueris me, &c. *prædicto modo eleuando. Et quia ex cognitione diuinorum eloquiorum descendit homo ad docendum proximum, subditur,*

6 Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum, *ex charitate docendo proximum. Cuius necessitas subditur, cùm dicitur,*

7 Quia omnia mandata tua æquitas. *Quia sunt recta via veniendi ad salutem, ad quam non potest aliter deuentri. Et quia talis doctrina non est efficax sine speciali adiutorio Dei, secundum quod dicitur Proverbiorum 16.* Hominis est animum præparare: sed Domini gubernare linguam: *ideo subditur,*

8 Fiat manus tua, vt saluet me, *id est, dirigat linguam meam in docendo. ad meam & aliorum salutem.*

9 Quoniam mandata tua elegi, *præ omnibus temporalibus, ad ea meditandum, operandum, & docendum. Et quia ad hoc monet amor æterni præmij. subditur,*

10 Concupiui salutare tuum, &c. *id est. salutem æternam, quę est in te obiectiue,*

11 Et lex tua meditatio mea est, *eò quòd dirigit ad consecutionem huius salutis, Prouer vj. c.* Mandatum lucerna est & lex lux, &c. *& quia ad hoc sequitur augmẽtũ gratiæ, in qua est spiritualis vita, sequitur,*

☞ a *Viuet anima mea.* AVGVST. Ad ipsum loquitur, quem desi-
A derat promittens animam in æternum viuere, quæ credit: & tũc plenè laudabit te nouo cantico: & iudicia tua adiuuabunt me, quibus iudicabit in futuro, quando dicet: *Venite benedicti Pa-*
Matt.15.c. *tris, &c.*

b *Errani.* AVGVST. Nouissimè aperitur, quæ persona per totum psalmum loquebatur. s. generalis iu-
B stus.

CASSIO. *Errani.* Ab Adam lege peccati; *Sicut ouis*; comparatio euangelica, vbi dicitur, quòd pastor relictis nonaginta nouem ouibus in
†perdita Luc.15.a. deserto, iuit quærere centesimam perditam, quæ *periit*, quæ lunpis exponitur, quam nec fuga nec vis sua liberet.
C AMBROS. Quasi; vt cœpisti, perfice.

c *Non sum oblitus.* AVG. Ex hac parte erat ouis inuẽta; sed adhuc quæritur, & per sanguinem pastoris fusum in omnibus gentibus inuenitur. Congruè verò post prædictorum meritorum gradus veteris recolit colluuionis, vt de sua perfectione non superbiat, sed humilis Deo tribuat totum: quia non ex operibus iustitiæ
Luc.17.c. quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos facit, vt cùm omnia bene fecerimus, dicamus, *Serui inutiles sumus: quæ*

a ¶ Plene tunc.
b ¶ Aug. Quia qui credit, non damnabitur, etiam si quam habet offensam proderit enim illi fides, & suffragabitur ad veniam.
c ¶ Perfectè.
¶ In futuro.

a Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt

a ¶ Sed. ¶ A via ad vitia. b ¶ Non perit.
¶ Quia iam ex parte redempta
c ¶ Cassiodorus Christe tu require, quia homo infirmus te non potest quærere; quod ideo debes, quia mandata tua, &c. quasi quære me, quia quæro te.

b me. Erraui sicut ouis † quæ perijt: † quære seruum tuum: quia

¶ Etsi erraui.

c mandata tua non sum oblitus.

quæ debuimus facere, fecimus, hac humilitatis professione liberari D meremur.

AVG. Vnde in Ezechiele illi soli liberantur, in quorum fron- Ezech.9. tibus *thau* scriptum reperitur: quia aliter humana conditio lassa non recreatur, nisi, abdicatis veteris vitæ erroribus, frons innouata virtute humilitatis insigniatur.

Inde est, quod paruulo post omnia dicenti, *Benedicamus*
1 2 *Domino*, seniores alia E voce idem respondent: *Deo gratias*; vt quantò perfectiores,
3 4 tantò humiliores ad †require Deum omnia referãt,
5 se velut paruulos æstimãtes, & puerili simplicitate Deo post omnia gratias agentes, ideo post omnia ponitur *thau*.

✻ BASILIVS. Licet enim quædam mandatorum Dei trans- F gressus est, omnimodam tamen illorum obliuionem non admisit; verùm hanc quidem orationem propheta obtulit, salutem verò vniuersa mortalium natura est adepta. Cucurrit enim bonus pastor ad ouem errantem, ac montes circumeuntem inuenit (nam in illis dæmones colens errauit) & ad pascua recepit, & lætatus est super illa plus, quàm supra nonaginta nouem quæ non errauerunt.

☞ *Canticum*

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Viuet anima mea, *vita gratiæ, in præsenti, & gloriæ in futuro:*
2 Et laudabit te, *Laude imperfecta in præsenti vita, sed laude perfecta in futuro. secundum quod dicitur supra psa.lxxxiij.b.* Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.
3 Erraui. *hoc non videtur intelligi de errore in moribus: quia statim subditur,* Mandata tua non sum oblitus; *sed de errore secundum modum communem loquendi hominum mundanorum. Ad cuius intellectum sciendum, quod ouis dicitur errare, quando segregat se à grege: homines autem tendentes ad perfectionem contemplationis segregant se à communi habitatione hominum, vt liberè possint vacare contemplationi diuinæ: & tales ab hominibus mundanis reputantur stulti, & huic seculo perditi, vnde & religiosi mundo mortui dicuntur: & secundum hoc dicit Psal. in persona contemplatiui,* Erraui sicut ouis. *quantum ad reputationem hominum mundanorum; & quia refugientibus amore Dei mundanum consortium, conceditur diuinum. secundum illud Osee 2.c.* Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. *&c. ideo subditur,*
4 Quære seruum tuum, *cum interius consolando.*
5 Quia mand. tua nõ sum oblitus, *terrenis inhærendo per amorẽ, sed cælestia appetendo, ad quod tendit mandatorum tuorum obseruatio.*

✻ PSAL.

ADDITIO I.

In psal.cxviij. Beati immaculati.

Tria sunt in hoc psalmo singularia, quæ in nullo aliorũ inueniũtur: Primum est, quod sub qualibet litera alphabeti Hebraici ponuntur octo versus, prout dicitur in posti illa; Secundum singulare est quod prout dicunt expositores Hebræi, in quolibet versu sit mentio de aliquo pertinente ad Deum per comparationem ad salutem humanam, vt via Domini, vel testimonium Domini seu mandatum eius, seu eloquium, vel præceptum, iudicium vel iustificatio, seu iustitia & huiusmodi. Et hoc est verum, prout patet discurrenti per omnes versus huius psal. in quorũ quolibet est aliqua dictio huiusmodi, excepto illo versu vbi dicitur, Suscipe seruum tuum in bonum, non calumnientur me superbi, *in quo non apparet talis dictio secundum quosdam, licet etiam in illo versu hoc idem habeatur. nam cùm dicit,* Suscipe seruum tuum in bonũ, *idem est ac si dicat, in bonitatem tuam; Tertium singulare in hoc psal. est, quod semper Psalmista in eodem loquitur Deo tanquam loquens secundæ personæ, & hoc inuariabiliter per totũ psalmum, exceptis tribus versibus primis, scilicet.* Beati immaculati. Beati qui scrutantur. *&:* Non enim qui operantur iniquitatem. *Qui quidem tres versus sunt quasi prologus totius psal. Excipitur etiam hic versus vbi dicitur,* Declinate à me maligni. *in quo versu loquitur de Deo. vt de tertia persona cùm dicit,* Et scrutabor mandata Dei mei; *in cæteris autem omnibus semper loquitur Deo tanquam secundæ personæ, quod non fit in aliis psalmis totius Psalterij: imo frequenter in eodem psalmo loquitur Psalmista Deo quandoque in tertia persona, quandoque in secunda, vt cùm dicit,* Deus misereatur nostri &c. *in quo versu loquitur Deo in tertia persona: Et statim subdit:* Vt cognoscamus in terra viam tuã, *in secunda persona; & adhuc contingit quod nedum in eodem psal. sed in eodem versu mutat modum loquendi de tertia persona in secundam, vt cùm dicitur;* Domini est salus, *Ecce loquutio in tertia persona: Et sequitur statim in eodem versu,* Et super populum tuum benedictio tua, *vbi loquitur Deo in secunda persona. In hoc tamen præsenti psalm. licet sit maior numerus versuũ, quam in multis psal. Psalterij simul iũctis, cũ in hoc psal. sint clxxvj. versus, nunquã tamen psal. variat modũ*
† *loquendi ad Deũ, scilicet vt ei loquatur in tertia persona, sed semper in secunda, vt dictũ est. Quæ quidem singularitates non debẽt vacare à mysterio, sic vt censeantur casualiter cõtingere, seu præter intentũ autoris; præsertim cũ hic psal. secundum sententiam sanctorũ doctorũ (vt habetur in glossa) quanto in superficie videtur apertior, tantò mysteriorum altitudine altitudine est profundior. Vnde circa prædicta aliquid videtur dicendũ. Et quantũ ad primum. s. de octonario alphabetico in hoc psalmo obseruato præter rationem mysticam, quæ in glossa communiter habetur; potest alia ratio assignari, quæ videtur magis literalis. s. quòd quia in hoc psalmo generaliter intendit Psalmista comprehendere vitam omniũ in beatitudinẽ tendentium, tam actiuorũ quam cõtemplatiuorum, prout patet in primis duobus versibus. s.* Beati immaculati, &c. *&* Beati qui scrutantur, &c. *& secundũ expositionẽ postillatoris; Et cùm status populi Israelitici quadrupliciter distingueretur, vt habetur infrà psal. cxxxiij. s. in domũ Israel, quantùm ad duodecim tribus; & in domum Aarõ, quãtùm ad sacerdotes; & in domũ Leui, quãtùm ad Leuitas; & in timẽtes dominũ, quantũ ad conuersos de Gentilitate ad Iudaismum, prout ibidẽ exponetur; & quilibet istorum statuum poterat diuidi in duas partes secundũ duos choros psallentium, prout cõsueuit in ecclesia fieri: Idcirco Psal. in qualibet dictinctione huius psalmi possunt octo versus, vt qualibet pars prædictorum haberet in quolibet octonario vnum versum: & hoc sub qualibet litera alphabeti, ad resignandũ extẽsionem huiusmodi doctrinæ per totum corpus politiæ fidelium, sicut alphabetũ comprehendit omnia literarum elementa. Quantum vero ad secundã & tertiã singularitatẽ vlterius videtur dicendũ: Ad cuius euidentiam attendendum est, quod ad perfectionẽ vitæ actiuæ & contemplatiuæ, de quibus in hoc psalmo agitur, prout posti. exponit, & bene, requiritur deuotio, quæ est actus religionis, prout secundũ Tho. in secũda secũdæ. q.lxxxij. art.ij. in vor. q. habetur. Ille enim, qui vitam actiuam bene exercet, oportet, quod nõ solũ agat illa quæ ad huiusmodi vitã actiuã pertinent: sed etiam vt talia deuotè agat. s. cum prõptitudine voluntatis faciendo illa in Dei obsequiũ, vnde Exo. xxxv. c.* Multitudo filiorũ Israel obtulit mente promptissima atque deuota primitias Deo *Idem dicendũ & fortius de vita contemplatiua, quæ magis consistit in mente. In hoc igitur psalmo agit Psalmista de actiuis & contẽplatiuis: non solum inquãtum sunt simpliciter tales, sed inquantũ sunt in vtraque vita deuoti. quod facit ad perfectionẽ vtriusque vitæ. Et quia deuotio secundũ Hugo. est feruor bonæ volũtatis, quem mens cohibere nõ valens certis manifestat indicijs: idcirco in hoc psal. ponit Psalmi. plurima signa exteriora ad deuotionẽ pertinentia in vtraque vita. In vita enim actiua pertinet ad deuotum agere ea quæ ad obsequium diuinum pertinent promptè & expeditè. de quo dicit;* Viam mandatorum tuorum cucurri; *Similiter & talia agere grataner & sine turbatione, de quo dicit,* Paratus sum, & non sum turbatus: vt custodiã, &c. *Similiter*

mulier in vita contemplatiua pertinet ad deuotum assiduitas vacandi diuinis, præsertim in temporibus, in quibus homines cõmuniter consueuerunt quieti corporali & somno vacare, & de hoc dicit, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Præuenerunt oculi mei ad te diluculò, vt meditarer, & *huiusmodi. Similiter & eleuatio manuum, de quo dicit,* Et leuaui manus meas ad mandata tua. *Et prostratio corporis in terra, de qua dicit,* Adhæsit pauimento anima mea. *Similiter & fluxus lachrymarum qui contingit sæpe deuotis ex consideratione propriæ fragilitatis, & de hoc dicit,* Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, *& sic de multis alijs exterioribus, quæ significant feruorem mentis. Similiter ponit Psalmista aliqua in hoc psalmo intrinseca, quæ ad deuotionem pertinent: vel per modum causæ, sicut est frequens meditatio in sacris scripturis, de quo dicit:* Quomodo dilexi legem tuã Domine: tota die meditatio mea est. Et meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi. *& sic de quamplurimis. Ponit etiam alia quæ pertinent ad deuotionem per modum effectus, sicut est lætitia spiritualis quæ sequitur deuotionem, Dicitur enim in Collecta:* Ipsa quoq; sancta deuotio lætificet, *& de hoc dicit.* Lætabor ego super eloquia. *Et,* quã dulcia faucibus meis eloquia tua &c. *& sic de multis alijs pertinentibus ad prædicta, quæ causa breuitatis omittuntur. Ex quibus deducitur, quod frequentatio assidua tam in mente quã in ore de lege diuina & de mãdatis eius seu eloquijs, iudicijs & testimonijs, & huiusmodi, pertinet ad deuotionẽ per modum causæ: & ideo in quolibet versu huius psalmi, in quo principaliter Psalmista intendit agere de deuotione tam circa actiuos quã contemplatiuos, vt dictum est, meritò ponitur aliquid prædictorũ, quod est singulare in hoc Psalmo. Similiter & alloqui Deũ semper in secunda persona, videtur pertinere ad deuotionẽ per modum effectus: Ille enim, cuius mens feruet in famulatũ seu obsequium alicuius, semper videtur eũ habere ante oculos, quasi principaliter, cõstitutum, ne deuiet à promptitudine obsequij eius: vnde Psal.* Prouidebam Dominum in cõspectu meo semper. *Quapropter in hoc primo octonario qui quasi præambulum est ad sequentia, in tribus primis versibus ostendit Psal. de quibus intendit. s. de viris actiuis & contẽplatiuis, quibus beatitudo competit in spe: & exponãtur prædicti versus, vt in postilla, excepto cùm dicitur,* In toto corde exquirunt eum, *quod referendum est ad hoc, quod quis vitã suam ad Dei seruitium ordinat: & per cõsequẽs omnia, quæ propter seipsum agit, virtualiter ordinãtur in Deũ: quod pertinet ad deuotionẽ; vnde cùm dicit in quarto versu,* Tu mandasti mandata tua custodiri nimis, *reddit rationem prædictorũ, acsi Psalmista dicat Deo: meritò exquirendus est in toto corde,* quia tu mãdasti mãdata tua custodiri nimis, *Quod intelligendũ est principaliter de duobus mandatis charitatis, in quibus tota lex pẽdet & prophetæ, Matth. xxij. d. Mandauit enim Deus Deut. vj. a.* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde. *In quo manifestè ostendit, quod ad perfectam dilectionem non sufficit Deum diligere, nisi ex toto corde diligatur. Similiter circa charitatem proximi dicit Matth. xxij. d.* Diliges proximum tuum sicut teipsum, *vnde non sufficit solum proximũ diligere, nisi quis diligat eum sicut seipsum. Ex quibus sequitur, quod in vtraque vita requiritur deuotio, vt sit perfecta. Cũ enim quis diligit Deũ ex* toto corde & ex tota substãtia, *&c. promptè & deuotè eum diligit. Similiter qui proximũ* sicut seipsũ *diligit, prompta voluntate eum diligit. Tali enim voluntate. s. prompta, quilibet seipsum diligit vt cõmuniter; & sic cũ dicitur,* Custodiri nimis, *li* nimis *nõ significat plus quã oportet, sed modũ imponit. s. vt non solùm mãdata prædicta custodiantur quantùm ad materiam actus, sed etiã* nimis. *i. cum promptitudine affectus, prout Deus mandauit mandata sua & dicta custodiri, vt dictum est; & sic in hoc quarto versu Psalmi fundat intentionem suã in lege diuina, scilicet quod ad perfectionem vitæ spiritualis tam actiuæ quam contemplatiuæ requiritur deuotio, quod est principale intentum huius psal. Et quia talis custodia diuinorum mandatorum. s. per deuotionem est difficilis (quia vt dicit Philosophus in li. Ethic. Operari iusta, s. ea quæ iustus operatur, non est difficile: sed eo modo quo iustus operatur, difficile est. s. quantũ ad iniustos) idcirco dicit in 5. versu,* Vtinã dirigantur viæ meæ, &c. *q. d. difficile est mihi vt taliter cogitationes & opera mea dirigantur ad custodiendas iustificationes tuas. s. modo prædicto: sed hoc opto seu desidero, & de hoc dicit,* Vtinam dirigãtur &c. *Consequenter, quia est alia difficultas ex parte mandatorum, eo quod sunt plurima, præsertim in lege veteri, in qua mandata diuina post duo principalia prædicta in magno numero fuerũt, vt patet ex decursu pentateuchi, ideo dicit in sexto versu,* Tũc non cõfundar, cùm prospexero in omnibus mandatis tuis. *s. & non solũ sim diligens in operando seu contemplando deuotè, sed etiam in prospiciendo omnia mandata nullo prætermisso. Et quia ista duæ difficultates, quarũ vna est circa directionem viarum, & alia circa prospectionem mandatorum, spectabat Psalmista, vt per Deũ tollerentur, idcirco in septimo versu ex certitudine spei reddit gratias de vtroque. De primo. s. cũ dicit,* Cõfitebor tibi in directione cordis. *s. quod tu dirigis cor meũ à quo viæ meæ procedunt; De secũdo verò cum dicit:* In eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ: *hoc est:* Cõfitebor tibi quòd à te adiutus didici iudicia iustitiæ tuę: *& sic possum prospicere omnia mandata tua. Cõsequenter Psalm. quasi ita à Deo adiutus in prædictis in viij. versu dicit :* Iustificationes tuas custo-

diam, *offerendo, seu confidẽs de Dei adiutorio, ad custodiẽdas iustificationes Dei seu mãdata: de quibus in exordio dixerat,* Tu mandasti mandata tua domine: *Sed quia vt in eodem versu dictum fuit, ad perfectionem custodiæ mãdatorum Dei requiritur deuotio, quæ intelligitur in hoc quod dicit,* Custodiri nimis; *idcirco subdit in hoc octauo versu,* Non me derelinques vsquequaque. *Circa quod sciendũ quòd vbi nos habemus,* Nõ me derelinquas vsquequaq;. *litera Hebraica habet,* Non me derelinquas vsque nimis. *Eadem enim dictio ponitur hic in Hebræo, quæ etiã in illo loco,* custodiri nimis, *suprà dicto: & est sensus, Ego iustificationes tuas custodiam à te adiutus, vt dictum est, & peto quod non me derelinquas. i. quod me adiuues, donec illas custodiam* vsque nimis. *i. vsque ad custodiam deuotam, vt dictum est. Et sic optimè cõcordat hoc, quod subdit in fine huius octonarij, cùm dicit,* Nõ me derelinquas vsq; nimis: *huic, quod dixerat in exordio allocutionis ad Deum,* Tu mandasti mandata tua Domine custodiri nimis.

ADDITIO II.

In eo. psal. vbi dicitur in postil. In quo corrigit.

Distinctio postil. circa hunc psalmum per octonarios, & octonariorũ per versus, licet artificialis sit secundũ se, non tamẽ correspondet literæ quo ad maiorẽ partẽ, eo quod membra distinctionis iam generalis quam particularis coincidunt inuicẽ. Et ideo melius videtur, vt requiratur continuatio cuiuslibet octonarij ad præcedens: similiter & versuũ cuiuslibet octonarij inter se, non exorbitãdo à principali materia quam intendit Psalmista: quæ est deuotio quæ ad perfectionem vitæ spiritualis pertinet, vt dictum est. In hoc secũdo octonario Psal. agit de quibusdam ad deuotionem pertinentibus, quorum aliqua consistunt in actibus exterioribus, vt pertinent ad deuotionẽ dispositiuè, quorum vnum est custodire sermones diuinos. s. mandata, & de hoc dicit in primo versu, In quo corrigit adolescentior viam suam, &c. *q. d. qualiter homo disponit se ad custodienda mandata diuina nimis, de quo dixerat in primo octonario quod optabat vt difficile; de quo dixit,* Vtinam dirigãtur viæ meæ &c. *ad quod respondet,* In custodiendo sermones tuos. *& dixit adolescentior. i. incipiens tendere ad vitam spiritualẽ, quæ est sicut adolescens in vita corporali, qui nondũ habet membra seu vires perfectas. Requiritur etiam dispositiuè ad prædictã perfectionem deuotionis habenda intentio affectus ad exquirenda mandata, & de hoc dicit in secundo,* In toto corde meo exquisiui te. *Quod dicitur* ex toto corde *intelligitur ex intentione affectus, qui cõsistit in corde. Et quia tali affectui Deus non subtrahit effectum, ideo dixit,* Ne repellas me &c *i. indecens est, vt me repellas. Et quia quandoque aliqua diligenter exquiruntur, & tamen incautè seruantur: ideo dicit in tertio versu,* In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccẽ tibi. *hoc est dicere: Illa quæ* exquisiui ex toto corde meo, *circa doctrinã mandatorum tuorũ, in ipso corde sunt abscondita seu recondita apud me, non tantùm in libro, vt inde possim repellere tentationes: ideo subdit,* Vt non peccem tibi. *Consequenter quia ad perfectionem vitæ spiritualis prædictam non sufficit dispositio humana: sed requiritur autoritas diuina, ideo dicit in quarto versu,* Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas, *id est, per infusionẽ tuæ benedictionis doce me iustificationes tuas, id est, da mihi doctrinam fidei, per quam iustificer, de qua Abac. 2. a.* Iustus in fide sua viuit. *Nec obstat, quod in præcedenti octonario dixerat,* didici iudicia iustificationis tuæ, *quia in hoc psalmo sæpe petit quod habet: quod pertinet ad feruorem mẽtis. Et quia ad maiorẽ cõfirmationem seu habituationem diuinæ doctrinæ, in mente requiritur repetitio eiusdem, & prolatio per verba, vt menti tenacius infigatur; idcirco in quinto versu dicit;* In labijs meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui. *Et quia per talẽ frequentationem & confirmationem habitualem sequitur delectatio in opere, quæ perficit operationem secundum Philosophum: idcirco in sexto versu dicit,* In via testimoniorum tuorum delectatus sum, &c. *Ex qua quidem delectatione sequitur, quòd homo continuat talia, in quibus delectatur, idcirco subdit, quod in vtraq; vita iam delectatus frequentat operationes ad eam pertinentes, vnde de actiua dicit,* In mandatis tuis exercebor &c. *Exercitium enim mandatorum ad actiuam pertinet: sicut & meditatio eorum ad contemplatiuam, & ideo subdit,* In iustificationibus tuis meditabor. *Ex dictis in additionibus horũ duorũ octonariorũ & etiam ex contentis vlterius in postilla, potest lector reducere cætera in hoc psal. contẽta ad propositum prædictũ. s. ad excitandum deuotionem mentis in vtraque vita prædictarum: & ideo discurrere per singula, quantùm ad hoc omitto ad vitandam prolixitatem.*

ADDITIO III.

In eodem psalm. cxviij. vbi dicitur in postilla, Retribue, &c.

Non potest homo ex sola virtute naturali aliquod opus facere, per quod mereatur de condigno, nec de cõgruo, quod Deus det sibi gratiam: quia ipsa præparatio ad gratiam habitualem nõ est ex sola virtute naturali. Præsupponit enim aliquod auxilium gratuitum ex parte Dei interius animam mouentis, siue bonum propositum inspirantis, licet tale

auxilium non ſit per donum habituale, vt in prima ſecunda, q. cix. arti. vj. in corpore, q. vnde Glo. ſuper iſtud verbum pſalmi, Retribue ſeruo tuo, *dicit:* Nõ vtique pro meritis bonis redde: ſed retribue, id eſt, iterum & iterum da; vel, pro malis meis retribue bonum: quoniã ante fidem nõ debentur homini, niſi mala pro malis; retribuit autem Deus per gratiam bona pro malis; *hac in gl. Ex quo patet, quod* Retribue, *in hoc loco non intelligitur per modũ meriti cuiuſque, ſed ſicut dicitur retributio, cùm mala redduntur pro bonis, ſecundum illud pſal.* Retribuentes mala pro bonis, detrahebant mihi. *Eadẽ ratione poſſet dici* retributio, *cùm bonum datur pro malo, prout etiam in gloſ. habetur: & ſic intelligitur in propoſito, cum dicitur,* Retribue ſeruo, *id eſt homini, qui ſeruus Dei eſt ſecundum recreationem, retribue ei etiam nihil boni merenti gratiam tuam per quam viuificetur.*

ADDITIO IV.

In eodem pſal. vbi dicitur in poſtilla. Increpaſti. Hîc tãgitur, *&c. Nec humilitas, nec aliqua diſpoſitio, ſeu virtus purè humana, eſt prima gratia meritoria, prout dictum fuit in præcedenti additione; nec eadem ratione* Deus ſuperbis reſiſtit, qua humilibus dat gratiam. *Nã ſuperbis reſiſtit ex iuſtitia; humilibus dat gratiam per miſericordiam.*

ADDITIO V.

In eodem pſalm. Memor eſto: *vbi dicitur in poſtilla,* Horror tenuit me, &c.

Melius videtur iſte verſus exponendus ſecundũ gl. ſcilicet, vt in hoc oſtendatur virtus pietatis, quę in ſancto viro quandoq; tanta eſt, vt magis doleat alienam culpam, quam ſuam cõtumeliam: & de hoc Apoſtolus 2. Cor. 11. g. Quis infirmatur, & ego non infirmor? *Et ſecundum hanc ſententiam iſte verſus continuatur cum præcedenti ſic: Dixerat enim:* Memor fui iudiciorum tuorum, & conſolatus ſum. *In quo apparet quod iuſtus in pœna inflicta reprobis ſecundum iudicium diuinum eſt conſolatus, eo modo quo dicitur in pſal.* Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam: *vnde ne intelligeretur, quod iuſto de culpa peccatorum placeat, ideo ſubditur,* Defectio tenuit me. *ſcilicet de hoc quod peccatores derelinquũt legem diuinam, quod pertinet ad culpã. Et quia quandoque huiuſmodi peccatores derelinquentes legem diuinam, tolerantur in hac vita, & eorum punitio reſeruatur in futura, in qua iuſtificationes Dei magis relucent; ideo ſubdit:* Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ, in loco peregrinationes meæ. *Cuius ſenſus eſt: Licet culpa derelinquentium doleam vt dictum eſt, gaudeo tamen* in loco peregrinationis meæ, *i. in hoc ſeculo, conſideras iuſtificationes tuas in alia vita: & ideo* Cantabiles mihi ſunt, *id eſt, delectabiles.*

ADDITIO VI.

In eodem pſal. vbi dicitur in poſtilla: Hæc facta eſt mihi.

Hoc pronomẽ hæc, *cùm dicitur,* Hæc facta eſt mihi; *nõ eſt pluralis neutrius generis, quia ſi ſic, debuiſſet dicere,* Hæc facta ſunt mihi: *vnde oportet dicere, quod* hæc *pronomẽ, ſit fœminini generis in ſingulari: vnde ſecundũ gloſia refertur ad hoc, quod dixerat in præcedenti verſu,* Memor fui nocte nominis tui Domine: *vbi pro* nocte *intelligitur locus peregrinationis, de quo in præcedenti verſu dixerat, in quo cõtingũt multæ aduerſitates, & miſeriæ in quibus vir ſanctus debet eſſe memor nominis Dei, & cuſtodire legẽ eius: vnde pſal. quaſi reddens Deo gratias de aduerſitatibus & miſeriis huius peregrinationis, per quas iuſtus reprimitur à ſuperbiẽdo dicit:* Hæc facta eſt mihi. *id eſt. hæc nox tribulationis facta eſt mihi à te Deus. Quia iuſtificationes tuas exquiſiui, id eſt, vt iuſtificationes tuas exquirã: eo modo quo dicitur in ſequentibus,* Bonũ mihi, quia humiliaſti me, vt diſcã iuſtificationes tuas, &c.

ADDITIO VII.

In eodem pſal. In æternum: *vbi dicitur in poſtil.* Ordinatione tua perſeuerat dies.

Vbi tranſlatio noſtra habet, Ordinatione tua perſeuerat dies; *Hebraica litera habet,* Ordinationi tuæ perſeuerant hodie &c. *& continuatur cum præcedentibus & ſequentibus ſecundũ quoſdam Hebræorum expoſitores ſic: Dixit enim Pſalm.* In æternum Domine verbũ tuum permanet in cælo; *In quo intelligitur, quòd cæleſtia corpora, quę verbo Domini firmata ſunt, manent in æternum, ſcilicet à parte poſt ſecundum ſuam ſubſtantiam. Similiter & cùm dicit,* In generatione & generationẽ veritas tua, *intelligitur quod in iſtis inferioribus remanet veritas Domini, per quam ſubſiſtunt per ſucceſſionem generationũ ad inuicẽ, ſub quibus generationibus ſibi ſuccedẽtibus terra, quæ eſt quaſi centrum vniuerſi, fundata permanet: & de hoc dixit:* Fundaſti terrã & permanet: *& quia tam cæleſtia corpora, quòd ad indiuidua; quàm inferiora, quòd ad ſpecies, habẽt perpetuitatẽ durationis iuxta diuinam ordinationem, idcirco dicit,* Ordinationi tuæ perſeuerant hodie; quaſi *dicat, cæleſtia ſimul & terreſtria vſq; hodie ſeruant ordinationẽ tuã, eo quod omnia ſeruiunt tibi. Et quia ex huiuſmodi perſeuerantia perpetuitate aliqui poſſent errare, æſtimãtes quod talia entia fuiſſent ab æterno, ſicut multi Gentiles philoſophantes æſtimauerant, eo quod mundum incepiſſe non poteſt demõſtratiuè probari, idcirco ſubdit,* Niſi quòd lex tua meditatio mea eſt, *tũc forte periſſem in humilitate mea. q. ex perſeuerãtia durationis creaturarum ſub vno ordine potuiſſem in humilitate mea, ſcilicet in fragilitate intellectus mei, perire, ſcilicet errare:* Niſi quòd lex tua meditatio mea eſt. *In lege enim diuina, ſcilicet Moſaica, Moyſes prophetando de præteritis (prout dicit Greg. in homi.) dixit,* In principio creauit Deus cælum & terram: *in quo nouitas mundi apertè traditur. Vnde licet* in æternum *ſ. in perpetuum cælum duret, ſicut & terra fundata permaneat, non tamen ab æterno fuerunt, teſtante lege diuina oppoſitum, vt dictum eſt.*

ADDITIO VIII.

In eodem. Quomodo dilexi, *vbi dicitur in poſtilla.* Quia in æternum mihi eſt.

De lege communi nemini imprimitur mãdatum diuinum inſeparabiliter, cùm quilibet viator per peccatũ poſſit ſeparari à Deo & à mãdatis eius: vnde cũ dicitur, Quia in æternum mihi eſt; *melius exponitur vt intelligatur, quod fidelis interpretatur mandatũ diuinum, vt ad æternitatem ſibi valeat: Iudæus autem ſeu hæreticus interpretatur mandata Dei referendo ea ad præmia tẽporalia; vnde in hoc fidelis efficitur magis prudens, & in eius perſona propriè dicitur,* Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: *quia in æternũ mihi eſt, ratione prædicta. Conſequenter, quod dicitur,* Super omnes docẽtes me intellexi; *non videtur intelligendũ de hoc, quod diſcipulus aliquando tranſcendit magiſtrum per perſpicuitatem ingenij, ſeu aſſiduitatem ſtudij, vt poſtil. dicit. quia hoc commune eſt tam fidelibus quã infidelibus, ſed hoc conuenienter poſſet referri ad ſcribas & Phariſæos, qui* ſuper cathedrã Moyſi ſedentes *vt Matth. 23. a. legem Dei videbãtur docere: & tamen ſuper tales fideles intelligit, qui non in litera, ſed in ſpiritu quieſcit; vnde dicit,* Quia mandata tua meditatio mea eſt: *Meditatio enim propriè eſt illorũ, quæ intrinſecus ſunt, & ſpiritualia. Quod autem ſequitur:* Super ſenes intellexi, *intelligendum eſt in perſona fidelium qui per temporum ſucceſſionem plura explicitè cognoſcũt de his, quæ ad fidem pertinent, quàm antiqui; licet implicitè talia continebantur in fide antiquorũ. Poteſt etiam intelligi de populo nouæ legis, qui iunior eſt reſpectu Iudaici ſenioris: vnde poſſet dicere populus nouus, quod ſuper ſeniores, ſcilicet antiquitate tẽporis intellexit, quia mandata Dei quæſiuit, non mandata hominum ſicut ille de quibus Eſai. dicit:* Erat timor Dei, &c.

ADDITIO IX.

In eodem. Feci iudicium: *vbi dicitur in poſtil.* Non tradas me. *id eſt,* tradi permittas.

Hoc quod dicit, Non tradas me calumniantibus me: *plenius poſſet intelligi de prauis hominibus, qui calumniantur cõmuniter eos, qui iudiciũ ſeu iuſtitiã proſequuntur. ſeu iudicialiter exercent, vt frequenter per experientiã habetur, vnde Matth. v. a.* Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: *vnde in perſona talium Pſal. orat ne tradantur huiuſmodi hominibus calumniantibus, protegendo eos in hac vita, vel eos ad aliam perducendo à talibus calumnijs immunes.*

REPLICA. In pſ. Beati immaculati, *nõ variantur multùm poſtillator & Bur. niſi in applicatione, quę non variat veritatem. Sed circa illã partẽ:* Retribue. *dicit poſtil. quod homo ex naturali virtute poteſt mereri de cõgruo: quo facto quod in ſe eſt petit Deum, vt retribuat gratiam qua mereri valeat de cõdigno; Burg. contradicit ex opinione. S. Th. prima ſecũdæ, q. d. cix. Hic dico, quod de merito cõgrui & cõdigni grãdus reſtat diſputatio Sco. cõtra Tho. Nõ enim minus reſpõdet Deus homini per virtutẽ naturalem habẽti bonum vſum liberi arbitrij, quã angelo: Sed angelo in prima morula exiſtenti in beatitudine naturali, qua nihil eſt niſi bonus vſus rationis, reſpondet Deus per collationẽ gratiæ in ſecunda morula; igitur & homini. Nec oportet huiuſmodi vſum præcedere aliquod donum gratuitum, vel diſpoſitionem gratuitam, ſed ſolũ gratis datam, quæ continetur ſub naturali facultate; quæ patẽt per magiſtrum, lib. 2. diſt. 3. & 4. vide ibi Sco. quia hic diſputare de hoc non pertinet ad ſenſum literalem in propoſito quæſitum, &c.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Canticum graduum.* Cas. Beatitudinem, quam superior psalmus vnita varietate cantauit; isti sequentes psalmi, ordinatis quindecim gradibus tam psalmorum, quàm meritorum in sacramentum veteris & noui testamenti explicant. Septenarius ad vetus propter sabbathum; Octonarius ad nouum: Patres namque veteris testamenti hebdomadi.i. septenario seruiebãt, Obseruabant enim septimum diem.i. sabbathum, Septimam septimanam, septimum mensem, Septimum annum; & septimum annum septimæ decadis, qui Iubileus dicitur. Patres verò noui testamenti ogdoadi seruiunt.i. octonario, quia seruant octauam diem, quæ Dominica dicitur; & octauas martyrum, & octauam resurrectionis expectant. Ideoque per octonarium & septenarium, duo testamenta designantur: vnde Salomon, *Da partes septem, necnon & octo.* Quindecim ergo graduum fuit distinctio, vt per hoc significetur duorum testamentorum doctrina in his gradibus contineri. Et sunt hîc quindecim gradus, sicut in templo Salomonis totidem erant gradus, quibus ascendebatur in templum: quod est figura cælestis templi, ad quod his gradibus ascenditur: Hæc est scala Iacob. Avg. In scalis enim vidit Iacob angelos ascendentes & descendentes. Hi sunt spirituales doctores, qui per hos meritorum gradus, quasi per quædam interscalaria ascendendo proficiunt vsque ad intellectum spiritualium. Et quasi descendentes paruulis se contemperant. Non cadentes. Cadit enim qui deficit; descendit qui se contemperant paruulis. Cecidit Adam per superbiam intumescens; descendit Christus per misericordiam paruulis condescendens. Sic & sui per humilitatem descendunt, non per superbiam cadunt: vnde Apostolus, *Sive enim mente excedimus, Deo; sive sobrij sumus, vobis, &c.* His ergo gradibus inoffenso pede mentis ascenditur atque descenditur.

Septenarius octonariusque numeri per quos vsurpentur,

¶ Quia spirituales gradus sunt.

Canticum graduum.

Ecclc. 11, a

B

Gen. 28, c

1 Cor. 5, c

Avg. *Canticum gra.* Graduum nomen ambiguum apud nos: quia gradus dicimus ascendentium & descendentium. Apud Græcos certum, quòd ascendentium tantum sunt gradus. Ascēdēs ergo iustus loquitur, Ascensus fit in corde, vnde alibi: *Ascensiones in corde suo disposuit*, à conualle plorationis in illud quod oculus non vidit, & in cor hominis non ascendit, per verbũ caro factum, quod descendit, vt per ipsum nos ascēderemus. Verbum enim caro factum, bibens calicem passionis, factum est nobis vallis plorationis; Manens apud Deũ est mons ascensionis. Sic enim descēdit ad te, vt maneret apud se: *Descendit ad te*, vt fieret tibi vallis plorationis; Mansit in se, vt esset tibi mons ad quẽ ascēderes. Ab exemplo ergo humiliationis eius ascendatur ad voluntatem, & altitudinem deitatis ipsius.

C

Psal. 83, b

Ioan. 1. a

Avg. Primus gradus, à malis seculi exire, & vniuersæ vanitati renuntiare.

Cas. Initium profectus est, carnalia vitia relinquere, & Domino supplicare; Vnde in veteri lege, quãdo emebatur mancipiũ Gentile, radebantur vngues eius, & capilli tondebantur: quia oportet vanitatem quãque exuere, vt Dei obsequio mancipetur.

Deut. 12, c

Cas. Hîc abrenuntiatione seculi quibusdam gradibus meritorum ad perfectam & æternam peruenitur charitatem, quæ in summo locata est.

D

✠ Beda. Legitur, quod ad templum illud, quod Salomon ad honorem Domini ædificauerat, quindecim gradibus ascendebatur; quod non vacat à mysterio: Tẽplum enim illud præfigurabat tẽplum illud, quod in cælesti Hierusalem ædificat Dominus ex viuis lapidibus, ad quod quasi quindecim gradibus ascenditur: Quindecim enim numerus est, & cõstat ex septenario & octonario. Septenarius verò, hæc terrena significat, quæ voluuntur septenario numero; quibus spretis & contẽptis ascenditur ad templum Domini, per octonarium numerum, id est, per cælestia, quæ per octo beatitudines acquiruntur. Vel quia sunt septem criminalia vitia, possunt intelligi per Septenarium numerum, quæ quisque debet contemnere, qui ad templũ Domini vult ascendere. Quomodo ergo debet ascendere? Per octo beatitudines, quæ intelligũtur per octonarium numerum. Et quia hi quindecim psalmi, qui sequuntur ad ascensionem, nos inuitãt, ideo omnes quos sub eodẽ titulo prænotauit sunt *Canticum*, scilicet *graduum*, quod Græcè significantius dicitur ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν quod interpretantur cãtus ascẽsus, sicut καταβαθμῶν descensus. Gradus sunt ascendentium & descendentium. Gradus isti qui in istis psalmis notantur ascendentes significant. Intelligamus ergo psalmum istum tanquam ascensum, & non quæramus ascendere corporalibus passibus, sed spiritualibus affectionibus.

E

✠ Evthym. Quindecim hæc cantica prorsus eandem inscriptionem habent, videlicet *Canticum ascensuum*, vel iuxta alũ interpretem, *Canticum ascensionum*, huiusmodi autem inscriptionem sortita sunt, quia captiuos in Babylone Iudæos ascensuros esse prædicunt in Hierusalem; cõtinent namque huiusmodi materiam, & tradunt quomodo illi in captiuitate tunc constituti Deum rogauerint, ac tandem ab eo exauditi patriam suam receperint; & incipiunt quidem à clamore atque precibus, quas ad Deum fundebant, cum ea calamitate premerentur: finem verò habent, qui ad illud tempus pertinet, quo integri in patriam restituti fuerunt & hoc secundum historiam. Iuxta anagogen verò huiusmodi inscriptionem habent hæc cantica, quia inter cæteros psalmos huiusmodi præcipue, Dei populum à Babylone, (hoc est à seculi huius confusione, vbi in passionum atque affectuum seruitute, captiuus detinebatur), ad supernam deducunt Hierusalem: quicunque enim legerit atque intellexerit, quanto antiquus ille populus terrestris Hierusalem teneretur desiderio, & quomodo lamentabatur, & quales ad Deum emittebat voces, quænam etiam diceret verba, cùm illuc reduceretur, atq; ea denique omnia, quę in his canticis continentur; ardentior profecto & ipse reddetur, & vehementiori amore & ipse flagrabit supernæ ac cælestis Hierusalem.

F

✠ Basil. Vnicuique psalmo propria & peculiaris quædam præfixa est Epigraphe, hic verò multi coniuncti, vnã sortiti sunt appel-

---

NICOLAVS DE LIRA.

Ad Do. cum tri. *Huic psal. præmittitur talis tit. in Hebr.* Canticum graduum, *& similiter in alijs xiij. sequẽtibus. sed in aliquibus eorum fit aliqua additio, vt videtur. Dicuntur aut ẽ isti quindecim psal. cantica graduũ, secundum doctores Hebræos & Latinos, eo quod in ascensu tẽpli (qui erat per quindecim gradus) cantabãtur à sacerdotibus & Leuitis, primus psal. in primo gradu, & secundus in secundo, & sic de alijs. Sed vtrum isti psal. ad hoc fuerint facti variè dicitur. Dicit enim aliqui, quod Dauid, qui præcepit Salomoni ædificare templum, & tradidit ei descriptionem templi & porticuum, & per consequens graduum (vt habetur j. Paral. xxvij.) fecit psalmos istos ad decantadum in gradibus modo prædicto. Dicunt etiam, quod per ascensum graduum corporaliũ intelligitur ascensus in gradibus virtutũ, qui tanguntur in psalmis istis gradatim ascẽdendo. Sed contra primum videtur esse: quia tertius psa. quintus, duodecimus, & quartus decimus intitulãtur à Dauid sic:* Canticum graduum Dauid; *similiter octauus à Salomone sic* Canticũ graduũ Salomonis *vel Salomoni. Cæteri autem omnes intitulantur sine tali additione. sic:* Canticum graduũ. *Et ex tali variatione intitulationis videtur, quod non omnes facti sunt à Dauid. sed solum illi, qui ab eo sunt intitulati, nisi appareat aliũde quod Dauid fecerit. sicut dicetur infrà de aliquibus psal. & quod octauus factus sit à Salomone. Cæteri verò ab aliquibus alijs ſpiritũ prophetia habẽtibus, quorũ nomina sunt ignota. Et ex hoc sequitur, quod nõ fuerunt facti à Dauid vt decantarentur modo suprà dicto. Contra secundum dictum videtur esse, quod ita altus gradus virtutis ponitur in primo psal. sicut in aliquo sequentium secundum expositionem eorum, qui exponunt illud,* Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est; *Quod exponunt de homine sic perfecto, quod ex desiderio vitę cælestis vita præsens ei efficitur tædiosa: quod est maximæ perfectionis in vita præsenti, secundũ quod dicebat Paulus de seipso Philip. j. d.* Desiderium habens dissolui & esse cum Christo. *Nec ordo istorum psalmorum ostendit talem ordinẽ graduum virtutum literam ipsorum considerãti. Igitur propter prædicta & similia saluo meliori iudicio, videtur mihi dicẽdum, quod omnes isti psal. non fuerunt facti ab eodẽ autore, nec ad hoc vt decantarentur in gradibus modo prædicto: sed aliquis vel aliqui de sacerdotibus seu cãtoribus deuotis psalmos istos ab alijs factos ordinauerunt decãtari in solennibus diebus modo prædicto, ascendãdo gradus templi: Sicut beatus Gre. qui ordinauit officium ecclesiasticum psal. à Dauid factos, & alijs antiquis, applicauit ad diuersa festa: quia aliqui decãtãtur in festis apost. alij in festis virginum, & sic de alijs: & aliquãdo ex modica conuenientia, sicut* Benedic. ij. *Et appropriatur angelis ex illo versu,* Qui facit angelos suos spiritus, &c. *& ideo intendo primo exponere psalmos istos literaliter secundum modicitatem intellectus mei; postea in fine aliquid addere breuiter de mystica expositione.*

Psa. graduũ quare nuncupantur,

Psalmi ecclesiasticis officijs per beatũ Gregor. applicantur,

Ad Dominum cùm tribu. *Ex titulo huius psal. suprà posito nõ apparet eius autor. De materia verò eius dicit R. Salomõ, quod est oratio pro liberatione populi Israel à tribulatione captiuitatis, in qua nũc sunt per orbẽ dispersi, a qua expectãt Iudei, per Messiam futurũ liberari. Cuius aut ẽ oratio sit, non dicit: sed supponit, quod sit facta ab aliquo sanctospiritũ Dei habente; quod verũ est. Sed primum eius dictum est falsum, quia aduentus Christi iam transijt in præteritum, sicut frequenter dictũ est: propter quod videtur mihi melius dicẽdũ, quod fuit oratio alicuius sancti viri, quicũque fuerit, pro liberatione populi Israel de captiuitate Babylonica: pro qua multi illius tẽporis psalmos & orationes fecerũt, vt patet de Dan. ix. a. & in hoc libro psalmorum in pluribus locis. Et secũdum hoc psal. iste in tres partes diuiditur; quia primo petitur dicta libe-*

appellationem, nempe *Cantica graduum* dicti. Quapropter iuxta A historiam quidem, de ascensu è Babylone loquuntur; secundum Anagogen verò, eos de ascensu ad virtutem protulerũt. Via namque ad virtutem tendens, paulatimque philosophum virum ad cælum subducens, gradibus quibusdam similis est.

✠ THEODORETVS Theodotiõ *cármen ascensiuum*, sed Symmachus & Aquila, *In ascensus* verterunt. Indicant ascensus, siue gradus, captiui populi è Babylone reditum: quandoquidem gratia Spiritus sancti seruitutem, & futuram libertatem prænoscebat, & hanc & illam prædixit, illorum vtilitatem procurans; & nobis hinc lucrum afferens. Verum non eadem quilibet è psalmis graduum vaticinatur: sed vnus quidem calamitates, quæ Babylone ipsis acciderant; & hic reditus lætum nuncium; alius in itinere lætitiam; & alius bella, quæ post resurrectionem gesta fuere; alius templi instaurationem; & varietas vaticinationis, latietatem hymnorum cantilenæ exigit. Cæterùm vnusquisque horum psalmorum formatus est in sanctorum chorum, qui ea tẽpestate erat: quãdoquidem propheticus sermo, illos quæ hic proposita sunt, dicentes inducit: Atqui primus graduum & calamitates, & diuinam beneuolentiam narrat.

†exaudisti b

†Quid cõferet tibi, & quid addet tibi lingua fraudulenta c d B

PSALMVS CXIX.

a *Ad Do. cùm tri.* CAS. Primò, ascendere incipiens, quia multos inuenit obsidentes, à linguis eorum petit liberari: Secundò, de permistione malorum conquæritur, ibi, *Hei mihi.*

✠ BASILIVS. Vides quàm parata sit Dei benignitas, quòd se innocentibus confestim annuit, sicut & in Ægypto fecit. Aliter verò si ad cælestem conuersationem occurrere velis, fuge vitæ huius voluptates, & omninò audiet te. Si voles igitur gradus istos ascendere, conuerte te laboriosæ conuersationi, desiste à terrenis rebus; hic enim primus est ascensus.

C b *Do. lib.* Cùm incipit homo ascendere. i. cùm cogitat proficere contempto sæculo soli hærens Deo, incipit pati linguas aduersantium i. detrahentium; & (quod grauius) quasi consulendo à salute auertentium: has qui non patitur, nondum proficere conatur. Asconsurus ergo primò contra eas precatur, *Domine libera animam meam à labijs iniquis.*

✠ EVTHYMIVS. Hoc est, quod à Deo petijt, cùm clamaret: vel, hoc vnà cum alijs, quæ inferius postulasse eum videbimus. Per *labia* autem *iniusta*, ea intelligit, quæ iniustitiam in alto loquuntur, &c. *linguam* etiam *dolosam* eorundem linguam appellat; vel specialiter, insidiatorum linguam.

✠ BASIL. Vide hic illustre illud Apostolicum mandatum: Non enim malum aliquod isti simile est, si in dolosum quisquam hominem incidat. Quapropter hoc Deum assiduè, sursum ac deorsum versans, orat: Si verò dolosi, & insidiatores fugiendi sunt: multò magis seductores, ea peruersa dogmata, quæ virtutis studium lædant, inducentes; hoc est quod Apostolus dicit, *Colloquia*

Psalmus CXIX.

a ¶ Peccatis. b ¶ Vt me educeret.

D †Dominum cùm tribulárer clamaui: 1

a ¶ Constituẽdo ad gradus ascendendi, vbi orat contra linguas detrahentium, dicens. b ¶ Iam ergo O.

& †exaudiuit me. Dómine libera animã 2

a ¶ Hæc conuerso mox occurrunt: vnde primus homo corruit.
b ¶ Quę iniqua suadent. c ¶ Quæ specie consulendi nocet.

meã à lábijs †iniquis, & â lingua dolosa. 3

a ¶ Sed quasi exercens istum, dicit ei Dominus.
b ¶ Quo scilicet te munias. c ¶ Id est, contra.
d ¶ Quæ iniqua suadet. e ¶ Verba Dei.
¶ Subiecit suæ interrogationi Ipse vel Dominus, dicens.

†Quid detur tibi, aut quid apponãtur tibi, â lingua dolosa? Sa- 4 5

quia praua corrumpunt bonos mores. Adhærẽdum nobis itaque est D & conuersandum cum illis, qui virtutem exercent.

c *Quid detur tibi &c.* CAS. More nimis cogitantis hæsitat, & quærit remedium. Quid tibi *detur*, aut quid *apponatur*? Duo verba posuit *dari* & *apponi*; Sagittæ dantur in arma, carbones apponuntur quasi in cõsolationem.

✠ EVTHYMIVS. Alius interpres reddidit, *quid dabitur tibi. & quid apponetur?* ad ipsum enim supplicantem, sermonẽ propheta conuertit; interrogans, quænam ei defenso, seu quænam dabitur vindicta, aduersus dolosam linguam illam. Et significare nobis videtur hoc

†Ad te Dómine

† mendacibus

sermone, vel quod huiusmodi lingua ob summam suã malignitatem difficillimè poterit superari; vel quod nulla ei defensione aut vindicta aduersus talem linguam opus est, cùm doloso homini dolus ipse sit ampla pœna. E

✠ BASIL. Quodnam supplicium, inquit, hac dignum malitia inuenietur? Quod & Iudæis Esaias dixit, *Quà in re adhuc percutiemini?* Aliter vero: Quænam fuerit iusta pœna inquit? Hic quidem nulla, coram Deo verè plaga erit. Homo quidem te nullus pro meritis punierit: Deus verò plagam inferet.

d *Sagittæ.* AVG. Verbis Dei sagittatur cor ad amorem Dei, vt fiat in eo vulnus amoris, non liuoris, vnde, *Vulnerasti cor meum charitate.* Carbones verò sunt exempla iniquorum conuersorum ad Deum: Qui bene dicuntur carbones, qui de mortuis reuiuiscũt igne charitatis calefacti; & suo exemplo alios accendunt vt viuant; Hi bene post sagittas apponuntur. quia post exhortationem verborum, exemplis agendum est; vt quod verbis accepit, credat se posse: cùm multi delicati, etiam fœminæ iam impleuerunt; & si multum peccauerunt, eo amplius amauerunt. Hæc exẽpla vastando ad desolationem ducunt carnales cogitationes & seculares amores, vt sit purus locus ædificio Dei. F

Can. 4.

✠ BEDA. *Acutæ sagittæ* sunt verba euangelica corda hominum transfigentia, vetustatem perimentia, amorem innouationis generantia. Hæ sagittæ sunt potentis sagittarij: Domini scilicet, longe mittentis sagittas suas, quia *in omnem terram exiuit sonus eorum*: his sagittis scit Dominus pulchrè sagittare, quia interficit quod malè fuit ædificatum, & reparat nouum templum; Sed quia dura sunt, quæ præcipiunt verba euangelica: Dicunt enim, *Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus*; Necesse est vt sagittæ dentur cùm carbonibus desolatoriis, id est cum exemplis sanctorum patrum, qui ea compleuerunt, qui prius etiam fuerunt carbones desolatorij, in vetustate extincti viuentes, sed reuixerunt nouitatem vitæ induentes.

✠ EVTHYM. Hoc etiam à Prophetа ad supplicantis populi consolationem dictum est, cui his verbis suadere nituntur, tristandum ei minimè esse, cùm potentis Dei sagittæ acutæ factæ sint aduersus iniquos & dolosos, cum desolatorijs pariter carbonibus paratæ: ita vt iniqui ferro cædendi, atque igne exurendi, &

☞ penitus

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *ratio: Secũdo prædicitur Babyloniorum punitio, ibi,* Quid detur tibi. *Tertio plangitur liberationis dilatio ibi,* Hei mihi. *Circa primũ sciendum, quod gratitudo de beneficio præterito, est dispositio ad impetrãdũ futurum: propter quod psalmista in persona populi Israel, tanquã gratus, recognoscit præteritum beneficium; dicens,*

PSALMVS CXIX.

1 Ad Dominum cùm tribularer clamaui, &c. *quod conuenienter intelligitur de tribulatione, quã passus fuit populus per Sennacherib ante captiuitatem Babylonicam, pro quã Ezechias rex, & Esaias propheta, & populus clamauerũt ad Dominũ, & exauditi fuerũt: quia dominus misit angelũ suũ, & percussit in castris Sennacherib centũ octoginta quinque milia bellatorũ, propter quod compulsus fuit fugere ad terram suam, vbi interfectus fuit à filijs suis, vt habetur iiij. Reg. xxix. g. Consequenter*

sequenter Psal. petit liberationem de captiuitate Babylonica in persona populi captiui, dicens, 2 Do. libe. ani. me. à la. ini. *Babyloniorum, qui inquit blasphemabãt Deũ, dicentes Iudæis, quod Deus eorũ erat impotens ad liberandũ eos de manibus suis: & tales diuinæ iniuriæ magis grauabant deuotos quàm propriæ.* 3 Et à lingua dolo. &c. *quia Babylonij frequenter imponebãt eis falsa, vt sic dolosè extorquerent eorum bona.* 4 Quid detur. *Hic prædicitur Babyloniorum punitio, quæ facta fuit postea per Cyrum & Darium destruentes ciuitatem Babylonicam, & occidentes populum: vt habetur Dan. 5. & hoc est quod dicit Psalmista cõuertens verbũ suum ad populum Babyloni:* Quid detur tibi aut quid appona. ti. ad linguam dolo. *id est, quæ pœna inferetur tibi ad puniendum peccata linguæ tuæ prædicta? & respondet,*

5 Sagittæ potentis acutę. *id est, populi Persarũ & Mœdorũ, qui sagittis interfecerunt populum Babylonicũ secundum quod dicitur Esa.* xiy. d.

MORALITER.

† 1 *Ad Dominum cùm tri.* Psal. iste secundùm sensum literalẽ est oratio viri sancti, cuius nomen ignoratur, pro liberatione populi de captiuitate Babylonica: pro qua multi sancti tempore illius fecerunt psalmos, vt dictum est suprà. Sed moraliter potest esse oratio alicuius fidelis, relapsi tamen per peccatum in seruitutem dæmonis, in qua petit iterum liberari, dicens.

Ad Domi. cùm tribula. priùs,

† *Clama. & exau. me.* liberando de peccati seruitute: sed quia sum relapsus, iterum clamo ad Deum dicens, O,

2 *Domine libera ani. meam à lab. ini.* scilicet dæmonum, sub specie boni malum suggerẽtium. Et quoniam ex sua malitia crescit eorum pœna, subditur,

4 *Quid de. ti.* s. pro tali dolositate? & subditur responsio,

5 *Sagit. po. acu[illegible]* tiæ Dei contra te.

Ad

† *Cum*

☞ penitus delendi sint. Per sagittas autem & carbones varia supA pliciorum ac pœnarum genera intelligit. Quidam verò per *potentem* hoc loco diabolum significari dixerunt, tanquam inualescentem aduersus negligentes, atque inertes; & per *sagittas cum carbonibus desolatorijs*, cogitationes quascunque passionum, atque affectuum plenas. Nam & citò sagittarum instar penetrant: & carbonum, hoc est ardentium instar prunarum, incendunt; & virtutem delent; quásque ipse etiam Apostolus carbones ignis appellauit.

a *Hei mihi*. Cas. Secundò de incolatu, & permistione malorum conqueritur.

Cassiod. Acceptis sagittis & carbonibus, factus triticũ, nondum est in horreo, sed in area: vbi multa palea premitur; videns ergo multa mala, quæ antè non viderat, clamat, *Hei mihi*, Nulli homini apparent mali, nisi factus sit bonus, *Cùm enim creuit herba, & fructum fecit, apparuerunt zizania.*

C b *Prolongatus*. Cas. Et si breue tempus, desiderio nimis longum videtur.

✠ Beda. Ecce iam data consolatione ad linguam dolo am reuincendam; ingemiscendum est adhuc, quia quamdiu in corpore ingemiscimus, *peregrinamur à Domino*: quia inter filios Babyloniæ versamur, quod dicit *hei mihi quia &c.* id est, peregrinatio mea prolongata est: incola enim, qui alienam terram incolit, quasi peregrinatur; velut omnes, qui hìc non habent manentem ciuitatem, sed futuram inquirunt.

✠ Theod. *Incolatum* vocat in aliena terra stationem. Septuaginta quippe annorum tempus diuturnum iure nominatur, tantam enim perfectam hominum vitam propheta dicit esse. *Dies enim*, inquit, *annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.* D Psal. 89.

c *Cedar*. Cas. Filius Ismahelis, vnde Saraceni descenderũt, qui verius ab Agar dicerentur Agareni: sed à Sara digniori & libera sibi nomen vendicauerunt, quorum vterque in tabernaculis legitur habitasse.

a ¶ Exemplis conuersorum ad Deum. b ¶ Aliàs vastatorijs, quod est idem. c ¶ Quid accepi sagittas & car sed adhuc inter malos sum. & ideo

a gittæ potẽtis acutę, cũ cărbonib⁹ †desolătoriis. Hei mihi: quia

a ¶ Aug. Peregrinatio huius seculi. b ¶ Aug. Cur inde gemis? quia non cum bonis. c ¶ Aliàs, tabernaculis.

b †incolătus meus prolongatus est, † hăbitaui cum hăbitătibus

a ¶ Tenebræ. b ¶ Cum malis, & diu. ¶ Cur cum illis doles esse? ¶ Quia mul. incola, &c. c ¶ Habi. vel cum taber. Ce. & te. d ¶ Qui consciendunt vnitatem catholicam.

c Cẽdar: mũltum † incola fuit anima mea. Cũm his qui odẽrũt

d a ¶ Cas. Seruans vnitatem, non iratus, non turbulentus: & cùm prohiberem à malis, bona loquens, obstinati impugnabant.

pacẽ, erã păcificus: cũ loquebar illis, † impugnabãt me gratis.

Cas. Tabernacula Ismahel rectè Cedar dicta sunt: Cedar ad Ismahel pertinet. Aug. Isaac ergo, cũ Ismahel est. i. spirituales cum carnalibus filijs ancillæ, à quibus & patiuntur. Aug. Vel secundum interpretationem nominis: *Cedar* enim interpretatur tenebræ. Et est, *cũ habitantibus Cedar*. i. cum habitantibus tenebras: sed non est obscuratus ab eis, & est idem sensus. Per hoc notatur, quia non est dimittenda vnitas, si nunc mali à bonis non possunt separari, sed rendi sunt.

1 2 †iuniperorum — 3 4 5 6 7 8 †inhabitaui — E — †debellabant

✠ Theod. Cedar secundus Ismahelis filius fuit, posteri autem non longè ab vrbe Babylonis vsque in hodiernum diem habitant. Quoniam igitur à principio inuicem infestam vitam agebãt, *Eyce enim*, inquit, *ancillam, & filium eius: non erit enim hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac*: Merito seipsos deplorant, quippe qui ex pristina quidem libertate elapsi sunt, & prope seruos vitã traducebant. Genes. 21. F

✠ Beda. *Cedar* est locus vbi Agar cũ filio suo Ismahele fixit tẽtorium: & interpretatur *Cedar* tenebræ: quia omnes imitatores Ismahelis, mundi videlicet amatores, in tenebris conuersantur.

d *Anima*. Aug. Ne putes corporalem peregrinationem: à Deo anima peregrinatur, si terram amat.

Mul. inco. fuit ani. mea. Cas. Non solum longus, sed & grauis incolatus, quia, *Cum his qui oderunt pacem*.

☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *xiij. d.* Suscitabo super eos Mœdos, qui argentum non quærant, & aurum non velint, sed sagittis interficient paruulos, &c. *Vel aliter*, Sagittæ potentis. *i. ipsius Dei omnipotẽtis, cuius Persa & Mœdi fuerunt instrumenta ad puniendum Babylonis peccata.*

1 Cum carbo. deso. *Quia incenderunt Babylonem, & facta est ita desolata, quod non habitatur ab hominibus. sed à feris & venenosis animalibus. secundùm quod prædixit Esa. xiij. de Babylone*, Non habitabitur vsque in finem, *& sequitur*, Sed habitabunt ibi bestiæ, & domus eorum replebuntur draconibus. *In transla. Hier. & in Hebræo habetur*: Cum carbonibus iuniperorum, *qui diu cõseruãt ignẽ. s. per annum, vt dicitur in libro qui vocatur Catholicon; quãdo carbones isti suis cineribus sunt operti: vnde dicitur iuniperus à gigno gignis, & pyr quod est ignis, quasi gignens ignẽ. Et vt dicit Ra. Sa. per hoc intelligitur ignis gehennæ inextinguibilis, in quo puniuntur Babylonij, qui fuerunt idololatræ pessimi.*

2 Hei mi. *Hic consequenter plangitur prædicta liberationis dilatio, cùm dicitur in persona populi in Babylonia detenti*, Hei mihi, quia incola. me. *id est, mora mea in terra aliena: vnde in Heb. & in transla. Hier. habetur*, Peregrinatio mea prolongata est, *Valde enim tristabile est populo fideli, cum idololatris diu morari, & maximè in eorum seruitute*.

3 Habita. cum habi. Ce. *i. cum habitantibus in terra Cedar: qui fuit filius Ismahel, Gen. 25. d. De quo Ismahele, prosè, & sua posteritate dicitur, Gen. 16.* Hic erit ferus homo; manus eius contra omnes &c. *& per illos intelliguntur Babylonij, qui contra filios Israel fuerunt crudeles & duri: ideo replicatur planctus de mora cum ipsis, cũ subditur: Multũ incola fuit anima mea, cuius etiã causa replicatur, cũ subditur.*

4 Cum his qui oderunt pa. *i. cum Babylonijs rationibus dictis.*

5 Eram pacifi. *Non reddendo eis iniurias pro iniurijs.*

6 Cùm loque. il &c. *Modestè rationabiliter.*

7 Impugnabant me, *Calumnijs.*

8 Gratis. *i. sine causa. Moraliter potest exponi psal. istè de quolibet fideli existente in tribulatione corporali seu spirituali ex dæmonũ tentatione: à qua petit deuotè liberari, & quod dæmones arceantur ab impugnatione fideliũ in gehẽnã retrusi, & suspirat pro dilatione sui remedy.*

✠ Psal.

MORALITER.

‡ 1 *Cum carbo.* gehennæ. Et quoniam insultus dæmonum est valde grauis ad sustinendum, subditur,

2 *Hei mihi, quia inco. meus*, In hoc mundo,

† *Prolonga. est*. Cum tali bello. Et quoniam non solum dæmones, sed etiam homines mali, qui sunt eorum ministri, impellunt ad peccatum: ideo subditur,

3 *Habitaui cum habitantibus Cedar*, Qui interpretatur tenebræ, & sic significat homines malos peccatis obtenebratos, de quibus adhuc subditur,

4 *Cum his qui ode. pacem, eram pacificus*, Eorum molestias in patientia tolerando.

6 *Cùm loque. il.* Modestè.

7 *Impugnabant me gratis.* id est, sine causa.

ADDITIO I.

In psal. cxix. Ad Dominum cũ tribularer, &c. *vbi dicitur in postilla.* Et ex tali variatione intitulationis.

De autoritate horũ canticorum, scilicet graduum, idem videtur dicendũ sicut de cæteris psal. quorum autor est Dauid, licet aliqui ei non intitulantur, imo videantur intitulari aliis; vt frequenter supra dictum est, & nõnullis rationibus persuasum: vnde nõ oportet amplius super his immorari. De significatione autẽ huius tituli, cùm dicit, Canticum graduum, *quida de antiquis expositoribus Hebræorũ dicunt, & fortè probabiliter, quod hoc designat quandã speciem cantus, qui eleuando vocem gradatim decantabatur: & inde fuerunt ista cantica appropriata ad ascensum templi, qui erat per quindecim gradus, ita quod sicut corporaliter sacerdotes & Leuitæ ascendebant de gradu in gradum ad ingressum templi: ita voces eorum gradatim eleuabantur. Et quicquid sit de hac materia horum canticorum, licet prima facie nõ videatur totaliter ad literam cõtinuari: tamẽ diligenter cõsideranti reperiri potest aliqualis cõtinuatio horũ canticorũ ad inuicẽ, prout videbitur prosequendo, &c.*

AD-

ADDITIO II.

In eodem psal. cxix. vbi dicitur in postilla: Propter quod videbitur mihi melius dicendum.

Istud canticũ non videtur pertinere ad captiuitatem Babylonicam.

Primo, quia in illa captiuitate non fuit oppressus populus Israeliticus per fraudem seu dolositatem, sed per puram violentiam & armorũ potentiam, obsidendo ciuitatem Ierusalem: quam cũ machinis & alijs bellicis artificijs acquisiuerũt Babylonici & totaliter deuastauerũt. Similiter & regem eorũ Sedechiam fugientem violenter captiuauerunt, vt ista & alia pertinentia ad hoc patent 4. Regum vltimo, & 2. Paralip. 36. Inconuenienter igitur conqueretur quis in persona populi Israeliticũ illa captiuitate existẽtis de lingua dolosa, *cũ dicit*: Libera animã meam à lingua dolosa. Quid tibi apponatur tibi ad ling. dolos.

Secundo quia Babylonij descẽdebant à Cham *filio* Noe *vt habetur Gen. x.* Cedar *autẽ descendit ab* Ismahel *filio* Abrahę, *vt legitur Gen. xxv. qui quidem Abraham descendit de Sem. Non enim verè diceretur, quod populus Israeliticus in captiuitate Babylonicã existens habi-*

tasset cum habitantibus Cedar, cũ valde remotę essent istæ nationes, non solũ quoad originẽ, vt dictũ est; sed etiam quoad locum. Babylonia enim est in parte orietali terræ. s. in Asia: Arabes vero qui sunt in Cedar, sunt in Africa. Tertio quia hoc, quod dicitur: Cũ his qui oderunt pacem erã pacificus: & cùm loquebar illis impugnabant me gratis; valde improprie applicaretur Israelitico in Babylonia captiuis. Captiui enim improprie dicerẽtur esse pacifici dominis suis, sed subiecti & subditi & huiusmodi; Nec cũ Dominus percutit, vel aliquod dãnũ vel lasionẽ infert seruo suo, nisi valde improprie diceretur impugnare eũ; sed eũ affligere, vel opprimere ex huiusmodi: vnde proprie videretur iste ps. exponi de statu ecclesiæ tribulatæ à paganis & hæret. & specialiter a Saracenis, à quibus ecclesia diu fuit tribulata, & etiã hodie tribulatur in diuersis regionibus, vt patet per experientiã; in quã tribulatione ecclesia põ dicitur captiuata ab eis nec debellata, sed potest dici turbata per eos, seu tribulata: de qua tribulatione iste ps. videtur tractare. circa quod sex facit: quia primo orat Deũ, dicens, Ad Dom. cùm trib. *Nõ enim facit mentionẽ de captiuitate: quia Deus nunquã permisit ecclesiã vniuersalẽ ab illis supprimi in captiuitate, sed bene tribulari; Et quia expectat diuino adiutorio ab eorã tribulationibus liberari, idcirco dicit,* Clamaui & exaudiuit me, *intelligẽdo prateritũ pro futuro, vt moris est in talibus*

Alchoranus iactanter & legem & euangeliũ obseruari tradit.

Cõsequenter secundo declarat quæ sit hæc tribulatio, à qua petit liberari, dicẽs, O dom. libera anim. meã à labijs iniquis. & à lingua dolosa. *Pro quo sciendũ, quod licet Saraceni sæpe impugnant ecclesiam per viã potẽtiæ, & manu armata: tamen in hoc psalmo potius intendit Psalmist. de eorũ impugnatione spirituali. quæ est duplex: Vno modo blasphemando Christũ nostrũ, & doctrinã eius; & hoc intelligitur quod dicit,* Libera me à labijs iniquis; *Alio modo fraudulenter tactãdo se seruare legem & euangeliũ; & in hoc seducũt multos fideles, præsertim in exordio sui erroris. Nam in eorum Alchorano nefandissimo sæpe præcipitur seruare legem & euangelium, & tamen vtrumque despiciunt, vt patet ad sensum: vnde de hoc proprie intelligitur quod dicitur,* Et à lingua dolosa, *quia mendaciter & dolose pseudopropheta suus Mahumetus loquitur, & præcipit ea quæ non vult fieri, vt dictum est.*

Consequenter tertio Psalmista quærit, quod remediũ sit adhibendum tali linguæ dolosæ: vnde dicit; Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? *Ad quod respondet,* Sagittæ potẽtis acu. *i. scientia sacræ scripturæ, quæ sagittę potentis. s. Christi sunt, & acutissimæ: vt ad Hebr. iij. c.* Sermo Dei penetrabilior omni gladio acuto. *Et quia huiusmodi sententiæ sacræ scripturæ non solùm penetrant ad modum sagittæ seu gladij, sed etiã vt ignis, iuxtà illud Iere. xxiij. f.* Nõne verbum meũ sicut ignis dicit Dominus? *ideo subdit,* Cum carbonibus desolatoriis. *Vel potest referri hæc responsio cũ dicitur:* Sagittæ potentis, *ad destructionem eorum futurã ante aduentũ Christi: secundum quam quarta bestia à Daniele visa cum cornibus suis penitus destruetur; inter quæ cornua potestas tyrannica Saracenorũ includitur, prout declaratur in additione super Danielem vij.*

Consequẽter præuidens propheta hanc turbationẽ esse valde diuturnã (Excedit enim in temporis duratione cæteras turbationes, quas passi sunt fideles tã in antiquo testamẽto quàm in nouo: A tempore enim ortus sui vsque hodie fluxerunt plus quã dccc. anni, & adhuc est in magna valetudine) vnde merito Psalmist. de tam longissima diuturnitate huius turbationis plãgendo dicit; Heu me, quoniã inco. meus prolõgatus est. *Et nota, quod non dixit captiuatio mea, nec suppressio, & huiusmodi, sed* incolatus, *seu* peregrinatio, *secundũ translationem Hier. in quo denotatur, quod populus fidelis non erat ab eis totaliter supprimendus nec captiuandus: sed quod cum eis habebat conuersari audiendo eorum dolositates circa ea quæ sunt fidei: prout sæpe contingit Christianis in terris eorũ ditioni subiectis cõmorantibus; quod est maximè molestũ veris fidelibus. Et si quæratur, qui sunt illi, cum quibus erat iste incolatus seu peregrinatio: hoc exprimit dicens,* Habitaui cum habitantibus Cedar. *Isti enim proprie sunt Agareni descendentes ab Ismahel per Agar, vt dictum est: qui postea falso nominantur Saraceni, quasi per Saram liberam ab Abraham descendisse nt. Ex istis enim sunt Arabes habitantes in tabernaculis Cedar, scilicet in tentorijs denigratis, de quibus Canticorum j. b.* Nigra sum sicut tabernacula Cedar.

Mahumeti secta quo tempore incepit.

Consequenter quinto vt amplius declararet, qualiter se habet ecclesia cũ huiusmodi habitantibus Cedar, subdit : Multũ incola fuit anima mea cum his qui oderunt pacẽ. *Hic finitur versus in Hebraico, & est sensus, quod ecclesia se habet cum istis, tanquam cum aduersarijs, cum quibus non habet pacem: sed tamen nec totaliter ab eis deuincitur, nec totaliter eos deuincit. Et ista est propria comparatio fideliũ ad Saracenos, quoad potentiam mundanam, quia vt communiter cum eis cõuersantur tanquam cum his, qui oderunt pacem, modo prędicto.*

Consequẽter sexto vt ostẽderet, quod defectus huius pacis nõ procedit ab ecclesia, sed potius ab huiusmodi habitatibus Cedar, nolentibus recipere verbum veritatis, idcirco subdit, Eram pacificus. *Cuius sensus est, quia ecclesia non dedit eis aliquam occasionem impugnationis, nisi inquantum proponebat eis verbum fidei & veritatis: quod ipsinõ possunt pacificè sustinere, & ideo subdit,* Cum loquebar illis, *scilicet verba salutis & pacis:* impugnabãt me, *scilicet non solũ per linguam iniquam seu dolosam; sed etiã per potentiam innasiuam, quæ proprie dicitur impugnatio; & quia talis innasio est penitus irrationabilis, ideo cum dicit:* Impugnabant me, *subdit,* Gratis, *id est, absque causa rationabili.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Canticum graduum.* Cas. Secundus gradus petere diuinam defensionem, cui nihil posse obuiare monstratur.

Aug. Cui enim de mundo exeunti pericula occurrunt, exposcere debet diuinum auxilium. Congruè ergo, qui suprà gemebat intra malorum insidias, hîc contra eas orat iuuari. Non est enim imparatus, & imprudens, sicut ille paterfamilias, qui in euangelio nescit, quando fur venturus sit, & dormit: Et ideo ipsum subitò occupat hora furis; per quem significantur illi, qui præsumentes de cupiditatibus suis & delitijs huius sæculi, diffluentes tumẽt, & eriguntur aduersus humiles. Hi sunt qui in diebus Noe nubunt, vxores ducunt, & ædificant. i. qui de his præsumunt, qui hæc Deo præferunt. Et ideo eos comprehendit hora furis. Sed filios lucis non comprehendit, quia semper vigilant, expectantes Dominum suum quando reuertatur. Talis est iste, qui oculos ad Deum leuat.

Luc. 12. c.

Luc. 12. c.

Cas. Primò leuat oculos & orat: secundò quod orauit affirmat, ostendens virtutem auxilij impetrati, Ibi, *Dominus custodit.*

✠ Beda. Primò in tribulatione positus propheta, ad exemplum Publicani illius, qui tunso pectore oculos eleuare non audebat ad cælum, liberari se petit à labiis iniquis, & à lingua dolosa; nunc autem respirans ad secundum gradum, oculos leuauit ad montes, ad intercessores vtique sanctos, quorũ suffragio munera mererentur. Hoc ex persona sua loquitur propheta, qui tamẽ & ipse mons erat, & patriarcha mirabilis; sed ideo per istos gradus competenter ascendisse se retulit, vt nobis ignorantibus cælestium virtutum genera, distincta narratione monstraret. Propheta vt diximus ad cælestem Hierusalem conscendens primo membro ad sanctorum merita eleuasse se dicit oculos, vt eorum precibus iuuaretur, ne mens illius hostili impugnatione succumberet. Secundo ordine indubitanter sibi promittit, quod se integrè nouerat postulasse.

D

E

† ad

✠ Idem. Prædicatio vel institutio supplicationis, quę in Babylone posito conueniat. Aliter, psalmi graduum dicuntur, quia in ascensu templi canebantur singuli psalmi per singulos gradus. Aliter, vox Ecclesiæ ad Apostolos.

F

PSALMVS CXX.

a Leuaui ocu. Cas. Qui quasi inclinatus clamauit, iam respirans, oculos ad intercessores sanctos leuat.

✠ Evthymivs. Hoc cantico & verba prædicuntur, quę dicturi erant Iudæorum captiui, cùm ex Babylone discessuri essent & ascensuri in Hierusalem. Per *montes* autem cælos intelligit, ob summam scilicet eorum altitudinem, illinc enim sperabant

☞

a ¶ Id est, canticum ascensionis: Ascendere est in Deum proficere, profectus ergo gradus est.

Canticum graduum. CXX.

a ¶ Augustin. Qui prius illuminati sole iustitiæ, per quos apertę scripturæ. ¶ Spirituales, id est, sanctos.

b ¶ Quia de scripturis in hac vita habemus auxilium.

¶ Interiores.

† 1 Leuaui oculos meos † in mõtes, vnde veniet auxilium mihi.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXX.

✠ Leuaui ocu. meos. *Titulus huius psalmi est,* Canticum graduum. *de quo dicendum est, sicut in psalmo præcedenti. De materia vero psalmi videtur mihi, saluo meliori iudicio, quod sicut præcedens est oratio alicuius sancti spiritum Dei habẽtis, pro reditu populi Israel de Babylonica captiuitate, sic psalmus iste est oratio pro bono statu populi de captiuitate reuersi, de quo habetur j. Esdræ. Dicit igitur Psalm. in populi persona.* 1 Leuaui ocu. meos ad montes. *hoc est ad Deum, & cives cælestes, qui dicuntur montes, infrà psalm. cxxxiij.* Montes in circuitu eius, *id est, angeli, vt exponit Augustinus.*

2 Vnde veniet auxilium mihi &c. *Diuina enim adiutoria hominibus præstita communiter per angelos administrantur: principaliter tamen sunt à Deo, propter quod subditur,*

✠ Auxi-

MORALITER.

† 1 *Leuaui oculos meos &c.* Iste psalmus est oratio alicuius viri sancti pro bono statu populi de peccato per pœnitentiam reuersi, dicendo: *Leuaui oculos meos, &c.* scilicet cordis & corporis.

† *In montes, &c.* id est, ad Deum & ciues cælestes.

2 *Vnde veniet auxilium &c.* me præseruans, & populum, à reciduo peccati: ideo subditur, *Auxilium meum à Do.*

bant aduenturum sibi esse consuetum Dei auxilium, quo ducen-
A te illæsi in patriam peruenirent.

✠ Beda. Iterum spiritus iste admonet nos, vt ascendamus; quia qui incipit velle ascendendo proficere, eius opus est vt proponat sibi exemplum sanctos patres, vt eorum exemplo magis proficiat ascendendo; velut ille, qui dicit, *Leuaui oculos meos in montes, &c.* id-a
est, sanctos prophetas & patriarchas, attendendo excellentiã b
vitæ eorum, *vnde*, id- c
est à quibus *veniat* d
auxilium mihi: quia e
eorum exẽplo com- f
mouebor ascendere. g
a *Auxilium meum à Domino.* ✠ Evthymivs. Proprium enim Dei est, vt omnium creator dicatur, cùm ipse solus sit, qui possit creare; & nos igitur, si animi o-
B culos in cælum leuauerimus, eósque à terrenis rebus omnibus dimouerimus, diuinum simili modo consequemur auxilium.

✠ Basilivs. Si enim cælum, inquit, & terram ipse fecit, & inter alienos & Barbaros opem ferre, ac manum porrigere potest: Etenim si omnia elementa solo verbo produxit, multo magis nos è Barbaris liberare potest.

b *Non det, &c.* Lætus iste, s. vir iustus, de tali auxilio sibi-ipsi loquitur.

c *In commotionem.* Ad proficiendum non mouet pedem, nisi charitas; Ad cadendum, superbia.

✠ Evthymivs. Hoc ad fraternum amorem pertinet, vt vnusquisque pro altero effundere ad Deum preces addiscat, *ne des*, inquit, *pedem tuum in commotionem*, hoc est in fluctuationem, neque à recta virtutum via auertaris. Ne idcirco ipse etiã Deus, qui te custodire solebat, dormitet. Hoc est, ne ipse etiã negligens videri possit in ijs, quæ ad custodiam pertinent; vel, ne des iter tuum in fluctuantia negotia, sed tutam legis ac mandatorum semitam conscende, quę rectum iter incedentibus præstat.

✠ Beda venerab. Q.d. Quandoquidem principale mihi est auxilium à Domino postulandum, ergo non det pedes tuos, id-
C est, affectiones tuas (ô anima) in commotionem, illam videlicet, qua cõmotus primus cecidit homo in paradiso positus, & qua commotus de cælo cecidit angelus, & factus est diabolus.

✠ Theodoretvs. Hanc clausulam humano more posuit, ex translatione eorum, qui greges, & exercitus, & ciuitates diligenter custodiunt. Nam diuinam naturam affectu carentem esse, per ea quæ sequuntur declarauit.

d *Neque dormit.* Avg. Si dormit in te fides, dormit in te Christus.

Cas. *Neque dormi.* Dicitur hoc humana cõsuetudine; vt, quãdo fessus custos dormitat, furtum patitur.

e *Ecce non dor.* Ad hoc enim quod dixit: *Non dormitet*, refert *non dormitabit*; Ad aliud verò quod dixit: *Nõ det in commotionem*: refert, *neque dormiet.*

Avg. *Ecce non dormitabit.* Dormitat Christus, quando in fide tepescimus: talis nobis, quales nos ei; dormitat mortalis, dormiuit moriens, quod non iam Christus. Ipse est ergo qui vigilat, & nunquam dormit: vnde dicitur ad Ieremiã, *Quid vides? Et ait virgam vigiliarum ego video: quia vigilo ego super populum meum, dicit Dominus.* Et dicitur hoc à similitudine virgæ, quam tenet fur, vt poma vel vestimenta alterius rapiat. Si dormierit ille, fur cũ virga vigilat. Si autem vigilat ille, fur dormit, non rapit. Similiter

Ierem. 1. c.

a ¶ Sed non de illis præsumendum, imò de Domino: & quia & hi de plenitudine eius accipiunt. In quos tamen nisi leues oculos, per scripturas non admoueberis, vt ab illo illumineris. Illi ministri. Deus autem auctor illuminationis. Qui est lux vera quæ illuminat omnem hominem, &c.

xilium mihi. Auxilium meum à Domino, qui fecit cælum 1
a ¶ Vt ergo firmus sis in gradibus. b ¶ Vt cadas per superbiam.
¶ Vt non moueatur, elige custodem qui non dormit. c ¶ Cogitationem.

& terram. Nõ † det in commõtionem pedẽm tuum, neque 2
a ¶ Aug Non sinat pigritari. b ¶ Quis est custos qui non dormit? Ecce.
c ¶ Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.

† dormitet qui custodit te. Eccè nõn dormitabit neque dor- 3
a ¶ Christus, qui custodit, primò per fidem; post videntes per speciem. b ¶ Quomodo?

miet, qui cũstodit Israel. Dñs custodit te, Dominus †protectio 4 5
a ¶ Id est, fidem, qua fiunt filij, vt non sinat tentari supra quam possunt.
b ¶ Et sic. Non errabis in diuinitate, siue in Dei sapientia.
¶ Vel æ. ¶ Vel æ. c ¶ Id est, non scandalizaberis in ecclesia, vel in carne Christi.

tua, super mãnũ dexterã tuam. Per diẽ sol non vret te, neq; lũ- 6 7

si homo custodit vestimenta sua. i. bona opera, ne nudus ambulet in via, Christus dormit. i. non punit: Si verò dormit homo, Christus vigilat. i. corripit. Hic est custos, de quo in Esaia: *Ad me clamat ex Seir. Custos quid de noc.? & dixit custos: Venit mane & nox. Si quæritis, quærite, conuertimini & venite.* Hic ergo *non dormi, neque dor.* Sed ne adhuc putes hoc de aliquo hominum, subdit, *Dominus custodit.* Esa. 21. g

✠ Theod. Natura quidem est peruigil custos: te autem fluctuante & ipse incuriam, de te veluti quẽdam somnum accipit, quandoquidem non amplius de te curam geret. Sed insidias tibi nectere volentibus permittet. †tegumentum tuum vmbra

✠ Beda. Q. dicat. Quære custodem Israel: ipse non dormitabit neque dormiet. Dormitat quisque, quoniam carnem mortalem portat: dormit quando moritur. Sed iustus Israel neque dormitabit neque dormiet: quia *Christus resurgens iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Nota quia Israel est vir videns Dominum, nunc in spe, quandoque in re visurus. Sis ergo tu Israel, & *Dominus custodiet te, & Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.* B

f *Qui custo. Israel.* Avg. Qui non potest videre faciem, videat posteriora, cùm transierit: Pertransiuit autem Christus per passionem à morte ad vitam; Qui transitus Hebraicè dicitur pascha. *Pascha* putatur Græcũ, quasi passio; sed verè Hebræum est, i. transitus. In hoc voluit Christus videri. i. credi, non modò in eo quod mortuus, vt iniqui credunt, sed quod surrexit. Primùm est, *In principio erat verbum*; posterius, *Verbũ caro factum est.* Qui ergo credit quod passus est, & quod resurrexit, Israel est: & huic non dormit Christus. Exod. 33. Ioh. 1. a.

g *Dominus custodit.* Cas. Secunda pars, vbi quod orauerat affirmat. Et quasi quis quæreret, Quis est ille custos? subdit, *Dominus custodit*, &c.

Avg. Non sine causa est, quod non simpliciter dicit, protegit te, vel dexteram tuam, vel manũ dexterã tuam: sed transitiuè ait *manum dexteræ.* Et non ait, sinistræ. Sinistra est quicquid temporaliter habemus, quod & à Deo; dextera est æternum. Illa est cõsolatio, hæc beatitudo, secundum illud, *Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexa.me.* Et in Prouer. *Longitudo dierũ & anni vitæ in dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ & honor.* Dextera ergo Dei, æterna fælicitas: Sinistra, mundana, quæ & à Deo; Ideoque ad dexteram locandi, qui æterna quæsierunt: ad sinistram qui terrena. Sed quidam errantes hoc alternant: Sicut illi, qui dixerunt, *Beatum populum, cui hæc* temporalia *sunt.* Contra quos Dominus dicit, *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua*, id est pro terrenis bona ne facias: sed pro æternis, nesciat ne saltem se admisceat. *Super manum dexteræ*, id est, super potestatem, quam tibi Deus dedit, vt sis ad dexteram, vt sis filius; secundum illud, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, &c.* quæ potestas est per fidem. Sed non valet, nisi Deus protegat; Sed quare oportet vt protegat? propter scandala, quæ sunt de duobus: quia & duo sunt præcepta, in quibus lex & prophetæ: Dilectio Dei scilicet, & proximi. Cant. 2. b. Prou. 3. a. Ioh. 1. b. Matt. 6. a Mar. 22. d.

h *Per diem sol non vret te; neque luna per noctem, &c.* Avgvst.

☞ Deus

NICOLAVS DE LIRA.

1 Auxilium meum à Domino &c. *& non ab idolis, quæ nullã habent virtutem, nec ab angelis sanctis, nisi ministerialiter tantùm, vt dictum est: quia non sunt creatores cæli & terræ. Consequenter Psalmista conuertit sermonem ad populum Israel, dicens,*

2 Non det in com. *i. non permittat amplius te duci in captiuitatem extra terram tuam.*

3 Neque dormitet qui custodit te. *s. Deus & angeli sancti, quibus committit custodiam fidelium; qui dicũtur ab omnibus dormire, quãdo subtrahunt suffragium: verumtamen secundum veritatẽ in eis non cadit somnus, qui est passio sensitiuæ partis, propter quod dicuntur vigiles, Daniel. iiij. c.* In sententia vigilum decretum est &c. *ideo subdit:* Ecce non dormiet, neque dormi. &c.

4 Dom. custodit te· *Ab omni malo in bono.*

5 Domi. prote. tua. *Contra malum tibi inferendum.*

6 Super manum. *i plus quã manus tua dextera posset te protegere & custodire: & per* man. dexterã *intelligitur omnis potestas humana.*

7 Per diem sol non vret te. *id est, non vrat te, quia Hebræi non habent*

MORALITER.

†2 *Non det in commotionem pedem tuum.* i. non permittat affectionem tuam mutari de bono in malum.

5 *Neque dormitet qui custodit te. &c.* id est, non cesset te custodire. Deus enim & angeli nunquam dormiunt: sed dormire dicuntur, quando non auxiliantur: sicut dixit Elias derisoriè sacerdotibus tibus Baal. iij. Reg. xviij. c. *Clamate voce maiore: Deus enim vester dormit.* ideo subditur.

† *Ecce nõ dormitabit neq; dormiet &c.* i. ab auxilio non cessabit.

7 *Per diem sol non vret te, &c.* id est æstus cupiditatis non nocebit tibi tempore prosperitatis, Psalmo lxj. b. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.*

† Moral.

☞ Deus est sol: Dies, sapiẽtia; Luna, ecclesia; Nox, caro Christi. Qui
A ergo errat in Deo, à sole vritur, & per diem, quia in ipsa sapientia
erat, de qua dicitur, *Dies diei eructat verbũ, id est* perfecti, sapien-
Psal.18.a, tiam perfectis; *Nox vero nocti indicat sciẽtiam*, id est, paruulis prædicatur humilitas Christi. Et non relinquitur *in nocte*, i. carnis humilitate: sed ad altiora diuinitatis prouehuntur; quia lucet & *luna* in nocte, i. per carnem Christi prædicatur veritas ecclesiæ, quia caro ipsa Christi caput est ecclesiæ. Qui ergo in
B ecclesia, & in carne Christi scandalizatur, à *luna vritur*. Vel, Dominus est protector super manum dexteram, id est bonam operationem proteget. Et non solùm operationem proteget, sed & te intus vt sol. i. Christus non scandalizet te in cognitione deitatis suæ, vel humilitatis suæ, siue vnitatis ecclesiæ. Vel *luna*. i. ecclesia non permittet vri nocte tribulationis.

a ¶ Quare non vret? vel, vt breuiter concludam.
b ¶ A scandalis in sole & luna & à persecutoribus.

a na per noctem. Dominus custodit te ab omni malo, custo-
a ¶ Ne cedat. b ¶ Aug. Si corpus occidatur, quia martyres occidi queunt, flecti nequeunt.
c ¶ Et. ¶ Aug. quando tentamur intramus: quando vincimus eximus. ¶ Vnde. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.
b diãt animãm tuam Dominus. Dominus custodiat introitum
a ¶ Instanti, quia & nunc facit cum tentatione prouentum.
tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & vsque in seculum.

HIERO. Vel *per diem* accipiuntur prospera: per *solem* elatio quæ ex prosperis venit per noctem, aduersa; per lunam depressio, quæ ex aduersis aliquando prouenit. Et est: *Sol non vret te per diẽ*, i. non vreris elatione prosperitatis; *Neque luna per noctem*, id est
C non depressione aduersitatis succumbes. Et hoc est dictum à similitudine beneficij collati antiquo populo: Quia vt olim in co-
Exod.13.d, lumna nubis & ignis præcedebat Iudæos: ita nunc in prosperis & in aduersis nos seruat.

✠ BASILIVS. Hoc etiam, cùm ex Ægypto ascenderent, & in solitudine agerent, factum est. Multam verò hic securitatẽ dicit. Verisimile autem eos, etiam cum è Babylone redirent, huiusmodi admirabili potitos esse beneficio, idq; alio quodam, quàm illic modo. Ex abundanti igitur prouidentiam suam ostendere voluit, quod non solùm à grauioribus malis liberat, sed ne humana quidem pati permittit.

✠ BEDA. *Sol* diuinitatem notat; cuius radio quasi sole illu- D
minatur mens cuiusque, & quia *dies* sapientiam notat, per quam ad diuinitatem ascenditur; vnde illud *dies diei eructat verbum*; maximè opus est vnicuique vt protegatur, ne eum vrat sol per diem. id est, ne permittat eum diuinitas hæc scandalizare in sapientia; scandalizatur quisque in sapientia, quando
1 filium, quem per sapientiã æqualem patri intelligere deberet, minorem esse dubitat, quod dicit, *Sol*
2 *per diem non vret te.*
a *Neque luna per no-* E
3 *ctem.* ✠ BEDA vener. Per lunam, vel Christi caro, propter defectum mortalitatis & passibilitatis; vel ecclesia, quæ est corpus suum denotatur. Per *noctem* verò scientia intelligitur. Per quam intelliguntur ea, quę de carne Christi, vel de corpore, quæ est ecclesia intelliguntur; vrit luna quemque per noctem, quando per sciẽtiam quisque de carne Christi, vel de corpore eius intelligit ea, quæ non essent intelligenda; & ideo opus est vt Dominus protegat quemque, quia si ipse est protector, *per diem sol non vret te, nec luna per noctem.*

b *Dominus custodiat introitum tuum*. CASS. Cuncta concludit, bonis initiis bonos exitus adiungat.

AVG. *Dominus custodiat introitum tuum.* Intrantes custodit, vt F
sana fide intremus, & humiles, ne vento superbiæ crepemus, & dum non finit tentari supra vires. *Exitum* verò custodit ex hoc nunc & vsque in seculum: quia cùm exierimus ab omni tentatione, iam in æternum nihil nocebit.

Dominus custodiat &c. ✠ BASILIVS. Per *introitum & exitũ* totam vitam significat: In his enim illa consistit, & vt hoc clarius exprimat subiungit, *A modo & vsque in seculum.* Non vno tantum, inquit, aut altero, aut tribus, vel viginti, vel centum diebus, sed perpetuo, quod inter homines fieri non potest.

☞ 2 *Canticum*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *habent optatiuum modum, sed loco eius vtuntur futuro indicatiui modi: q.d. ardor solis non exurat te per diem sicut fecit in Babylonia, vbi cogebaris operari in agris in feruore diei, sicut coguntur serui.*
1 Neque luna. *i gelu in hyeme, quod maxime intenditur de nocte, quando aër est depuratus à nebulis, & luna lucet clarè: propter quod dicebat Iacob Gen.xxj.b.* Die noctúque æstu vrgebar & gelu.
2 Domi. custodit te. *i. potens est te custodire à malo culpæ & pœnæ.*
3 Custodiat ani. tuam Dominus. *id est vitam tuam corporalẽ & spiritualem.* 4 Dominus custodiat introitum tu. & exi. *i. dirigat te in omnibus operibus tuis à principio vsque in finem.*
5 Ex hoc nunc & vsque in seculum. *Id est semper.*

MORALITER.

† 1 *Neque luna per noctem, &c.* id est mutabilitas à bono tempore aduersitatis. 4 *Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuũ &c.* scilicet in boni inchoatione, & eius consummatione.

ADDITIO

In Psal.cxx. Leuaui oculos meos.

Sicut psalmus præcedens proprie posset exponi in persona ecclesiæ tribulatæ ab habitantibus Cedar, vt suprà dictũ est: In cuius fine cõcluditur, quod ipsi aduersarij ecclesiam impugnant gratis, *scilicet sine causa rationabili; sic psalmus præsens videtur exponendus in persona ecclesiæ sic impugnatæ, petentis à Deo, & non ab aliqua creatura quantumcũque excelsa adiutoriũ. Circa quod sex facit: Nam primo dirigẽs oculos mentis ad superiora ad quærendum auxilium, seu protectionẽ ab huiusmodi impugnantibus, dicit,* Leuaui oculos meos in montes, *id est, ad sublimes potestates, in quibus diuina potestas maximè relucet. Quid autem quærat in huiusmodi leuatione oculorũ subdit dicẽs,* Vnde veniet auxilium mihi. *Et quia hoc auxiliũ est expectandum à solo Deo principaliter, ideo subdit,* Auxiliũ meũ à domino. *Et quia multæ sũt creaturæ quæ dicuntur, seu possunt dici Domini, ad exclusionẽ talium dicit,* Qui fecit cælum & terram, *quod pertinet ad solum Deum.*

Consequenter secundo Psalmista prauidens, quod ecclesia prædicto modo tribulata, quantũcunque à prædictis aduersarijs turbaretur, nunquam tamen pateretur lapsum periculosum, saltẽ in vniuersali: idcirco subdit per modum propheticæ orationis, populo alloquens, Non det in commotionem pedem tuum. *Casus enim ruinosus populi assimilatur in scriptura lapsui pedis. vnde Deuter.xxxij.e. dicitur,* In tempore, vt labatur pes eorum. *Et causam huius protectionis dicit esse diuinã prouidentiã incessabiliter populum protegentem, ad similitudinem alicuius potentis viri, qui vigilanter custodit atrium suũ. Et de hoc dicit:* Nec dormiet qui custodit te. *& etiam addit dicens,* Ecce non dormitabit neque dormiet &c. *quia homines quandoque, etsi non dormiunt per somnum profundum: dormitãt tamen leuiter, sic vt per talẽ dormitationem cessẽt eorum prouidentia: quod excludit à custodia diuina circa populum fidelium, in hoc casu, dicens,* Ecce non dormitabit, &c.

Consequenter tertiò, quia ista custodia diuina se extendit etiam ad illa, in quibus prouidentia humana non consueuit sufficienter prouidere, ideo subdit: Dominus protectio tua super manum dexteram tuã; *Pro quo sciendum quod impugnantes, cõmuniter partem sinistram protegunt plusquam dexteram: vt putà cum scuto insuper protegente, & similibus, quæ communiter semper ponuntur ad partẽ sinistrã & non ad dexteram, eo quod manus dextera non potest cooperiri scuto, vt sit expeditior ad inuadendum, & sic dextera manus indiget vlteriori protectione: propter quod dicit,* Dominus protectio tua super manũ dexteram tuam *scilicet quod manus dextera, licet non cooperiatur scuto, sicut sinistra, erit tamen à Deo protecta: Et ista dicuntur metaphoricè, ad designandum excellentiam & diligentiam diuinæ custodiæ.*

Consequenter quarto dicit. Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. *Quod exponitur communiter ad literam de custodia diuina, ab æstu solis, & humectatione lunæ, quæ nocent sanitati corporis, cùm in aliquo excessu contingunt. Sed vlterius hęc verba possunt intelligi de alijs influentijs cælestium corporum. Ad quod sciendũ, quod Gentiles, & maximè Saraceni, contra quos hic agitur, secundum expositionem prædictam, in principio ortus suæ sectæ consueuerunt aspicere in iudicijs astrorum, & secundum ea dirigere bella sua, & alia facta publica, vt patet in gestis eorum, quod etiam plures Gentiles facere consueuerunt: vnde Esa.xlvij.d.* Saluent te augures tui, qui contemplantur sydera, & supputabant menses &c. *Vnde ad remouendum hunc errorem Deuteronomij quarto legitur,* Ne fortè oculis eleuatis ad cælum videas solem, & lunam, & omnia astra

astra cęli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit Deus tuus in ministerium cunctis gentibus. *Et ad hanc intentionem reducēda videtur verba psalmista in hoc loco, quasi diceret: taliter Dominus custodit te, quod nullę influentiæ cęlestium corporum tibi nocebūt, inter quæ corpora cęlestia sol habet plenioręm potestatę de die, & luna de nocte, vnde infrà psal. cxxxv. b.* Solē in potestatem diei, &c.

Consequenter quinto, vt omnia pericula particularia quasi sub clausula generali comprehenderet, subdit, Dominus custodit te ab omni malo, *scilicet corporali, & sequitur,* Custodiat animam tuam Dominus, *scilicet à malo spirituali, quod proprię est anima.*

Consequenter sextò ne ex dictis intelligeretur, quod Deus custodiret populum huiusmodi ab omni malo, sic quod nunquā alicui eorū contingeret in particulari aliquod malū pœna, seu culpæ; idcirco subdit, Dominus custodit introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & vsque in seculum. *Cuius sensus est, quod principalia ad populū Dei pertinentia semper à Deo custodirentur.* Introitus *enim quod est principium viæ, vel motus rei, est plus quam dimidium totius itineris, secundum Philosophum in primo Ethicorum.* Exitus *etiam, qui finis est, habet rationē optimi, & sic ecclesia propheticè dicitur custodiri à Deo.* Ex hoc nunc & vsque in seculum, *eo modo quo dicitur Mat. vlt. d.* Ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Canticum graduum.* Cas. Tertius gradus. Magnū gaudium, in ecclesia, pura mente versari, atque dignè Deo in hac peregrinatione militare: vnde suspiramus ad cælestem Ierusalem, ad quam duabus alis dilectionis leuamur.

Amor otiosus est.

Ambro. Amor namq; qualiscunque sit, vacare non potest. Nam si terrenus est, animā ad concupiscēda terrena inclinat. Si verò cælestis est, ad cælestia subleuat, vel vehit, & ad æterna inflammat. Oblita anima terreno

B amore viscum habet in pennis, volare non potest: sed amor sanctus ad superna leuat ad cælestem, scilicet Ierusalem.

†portis

Theodoretvs. Supradictos quidem mœrentibus vates accommodauit: Hunc autem ijs, qui cum gaudio reditus lætum nuncium iam acceperunt, & iucundissimū iter arripuerunt.

Beda. Ecce iam subleuatur propheta tertio gradu secundis altior factus, & de ipsa lætitia principium psalmi sumpsisse declaratur; in prima parte gaudet se propheta commonitum ad supernam Hierusalem esse venturum, vbi iam sancti secura prosperitate consistūt, & cum Domino misericordia ipsius largien-

C te iudicabunt. Secunda loquitur ad ciues Hierusalem, optans eis abundantiam pacis, quam se dicit charitate fratrum, & Domini amore prædicasse.

Idem. Nunc propterea lætatum se esse dicit, quod sibi in domo Dei introitus sit promissus. Aliter, vox ecclesiæ ad Apostolos.

PSALMVS CXXI.

b Lætá. *sum in.* Primò gaudet se monitum ire ad Ierusalem, vbi sancti securi, & cum Domino iudicabunt. Secundò, ascensurus optat abundantiam pacis, ibi, *Rogate quæ ad pacem*, &c.

Basilivs. Vnde sunt isti emendati, qui iam antea relicto templo Dei, montibus, ac locis syluosis sese dediderant, à captiuitate

Canticum graduum CXXI.

a ¶ Spem habui & gaudium. b ¶ A Spiritu sancto.
¶ Cass. A prophetis apostolis, qui priores viderunt patriam & inuitant vt curramus ad eam.

† Ætatus sum in his quæ † dicta sunt 1
a ¶ Quæ sunt illa? quod tcilicet. ¶ Non manu factam.
b ¶ Et cùm hæc dicerentur.
¶ Augul. Qui currit, ita cogitet, quasi iam ibi stet.

mihi: in domū Domini ibimus. Stantes 2
a ¶ Hæc est domus Domini. b ¶ Cuius?
¶ Non illius, quæ seruit cum filijs suis, quæ corporeis pa-
rietibus erigitur. sed. ¶ Aug. Cuius Ierusalem non?
quæ prophetas occidit.
c ¶ Hiero. Sed quæ ædificatur de viuis lapidibus.

d ¶ Non saxorum molibus, sed quæ virtutum soliditate consurgit, & sanctorum societate nusquam dissoluenda extruitur.

e erant pedes nostri, in † atriis tuis Ierusalē. Ierusalē cūm ædi- 4 5

captiuitate videlicet, & molestijs, quæ ex illa acciderunt. Quoniam enim in famem audiendi verbi Domini coniecti fuerant, maiore cum desiderio ea iam exquirūt, quibus antea exciderant. D

Theod. Religionis est hęc vox: nam exultant & gaudent, non tanquam donum recepturi, sed veluti diuinum templum visuri.

Beda Vener. Sicuti amor animam ad hæc terrena concupiscenda inflāmat, & quasi in ima præcipitat: sic amor sanctus ad superna leuat, & ad æterna desideranda inflammat, ad ea videlicet, quæ non transeunt, sed semper permanent, ad quorū amorem hortatur nos psalmus iste, qui intitulatur, E

†dixerunt

Canticum graduum. Gradus verò sunt ascendentiū non descendentium. Ascendat ergo quisque, qui hunc psalmum cantat; & quo ascēdat, nisi in cælum? Vbi angeli sunt ciues nostri, à quibus ciuibus peregrinatur in terra. In peregrinationibus autem suspiramus, in ciuitate gaudebimus. Inuenimus autem & socios in hac peregrinatione, qui iam ignouerunt ipsam ciuitatem & inuitant, vt curramus ad illam: ad hos gaudet iste venire, qui dicit *lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, &c.* Quod autem dicit *in domū Dei ibimus:* Domus Domini est, non manufacta, sed æterna in cælis. Et quasi quæreret, quę est illa domus? Dicit Hierusalem, vbi Dominus, qui condidit ipsam ciuitatem, est deliciæ omniū in ea habitantium: hic spes, ibi res, ad quam affectione suspirare debemus, vt dū ad eā tendimus, ex nimia affectione ibi esse putemus. F

c *Hierusalem quæ ædificatur.* ✠ Theod. Symmachus autem sic explanauit, *Hierosolyma quæ ædificatur vt ciuitas quæ propinquitatem habet.* Quæ enim nūc deserta est, domosque deiectas habet, rursus floresćet, & frequentabitur, pristináque mœnia habebit.

c *Stantes.* Aug. quia omnia ibi stant, nihil transit, vel cadit. Ibi non pertransit Belial, ibi non est macula in luna: Ibi Rachel non dolet, vel timet: vnde alibi, *qui posuit fines tuos pacem.* Matt. 4. c Psal. 147.

d *In atriis tuis Ierusalem, &c.* Cas. A parte totum: Atria introitus: hîc de penetralibus accipiuntur.

☞ a *Idipsum*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXXI.

✠ Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi. *Titulus Canticū graduum. Et patet sententia ex supradictis. De materia autem huius psa. videtur mihi saluo meliori iudicio, quod sit oratio Dauid exultātis in Domino de ædificatione ciuitatis & templi, quam præuidit fiēdam per Salomonem filium suum, sicut dixit ei Nathā propheta de mādato Domini 2. Reg. 7. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur exultatio pro huiusmodi ædificatione: secundo subditur deprecatio pro ædificij cōseruatione, ibi,* Rogate. *Circa primum dicitur,*

1 Lætatus sum in his quæ dicta. *Per diuinam reuelationē factam Nathan propheta. Et qua sint illa, subditur, cùm dicitur,*

2 In domum Domini ibimus, *vbi exprimitur templi ædificatio; quo ædificato populus ibat illuc in diebus solenibus. Propter quod subditur,*

3 Stantes erant pedes nostri, *loquitur de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ. Et licet Dauid ante illud tempus mortuus fuerit: tamē cōnumerat se futuris hominibus, eo quod erat pars populi, & princeps. Sequitur,*

4 In atriis tuis Ierusalem. *Erant enim ibi tria atria per Salomonē ædificata: scilicet atriū sacerdotū, vbi erat altare holocaustij; & atrium mundorum, vbi orabant homines mundi; & atrium immundorū, vbi erant immundi.* 5 Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas. *S. valde notabilis, sicut de aliquo notabili clerico dicitur: Hic est clericus; scilicet per excellentiam. Et eodem modo dicitur hic.*

✠ 1 Vt

MORALITER.

† 1 *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, &c.* Psalmum istum fecit Dauid exultans in spiritu, de hoc quod ædificium ciuitatis & templi per Salomonem filium suum fiendum præuidit. Moraliter autem potest exponi de quolibet fideli in domino exultante de ecclesiæ ædificio spirituali. Sciendum autem quòd vna est ecclesia duplicem habens statum, scilicet militantem & triumphantem. Et primò agitur de triumphante, tanquam de nobiliore, cùm dicitur in persona deuoti, *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, &c.* Et quæ sint ista subditur,

2 *In domum Domini ibimus.* Hoc enim dictum fuit beatis Petro & Paulo per reuelationem, vt habetur ex eorum epistolis, & etiam aliis pluribus sanctis. Dicitur etiam per sacram scripturam omnibus bonis Christianis.

3 *Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem:* id est, affectiones nostrę in appetitu Ierusalem supernæ.

5 *Ierusalē, quę ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsū.* Sicut enim ciuitas materialis constituitur ex diuersis statibus hominum, sic superna Ierusalem ex distinctis ordinibus angelorum & hominum ad eosdem ordines assumptorum.

2 *In*

† Mora-

☞ a *Idipsum.* Aug. Quòd semper eodem modo est, non potuit A expressius dicere. Stabilitatis ergo particeps est illa ciuitas, quòd non est hîc in aliqua creatura: Deus verò est in idipsum, Exod. 3. d qui ait: *Ego sum qui sum.*

✻ Euthymius. Vel iuxta alium interpretem, *cuius contiguitas simul est*, hoc est cuius participationes atque habitationes ob inhabitãtium a multitudinem contigui sunt, atque in vnũ connexæ. Nam quod †quæ coniũcta est sibi ipsi simul i. apprime vnita ait *in idipsum*, idem est b quod vnà, aut simul.

b *Illuc enim ascenderunt tribus tribus, &c.* d

✻ Theodoretvs. Roboam tempestate diuisæ fuerunt B tribus, & Dauidici regni decem separatæ e †ad iudiciũ fuere. Verùm post reuersionem vnum imperium euasit, & omnes in Hierosolymam concurrerunt, vsitatum honorem secundum legem Deo offerentem. Hoc igitur vates vaticinatur. Tribus pristinam concordiam fore vt accipiant, vtque in Hierosolymam concurrant, Deum vsitato more laudantes.

✻ Euthimius. Hoc ad maximam Hierusalem laudem dictum est. Neque enim adeo magnitudine sua, aut ædificiorum structuris ornata erat quantum vna hac re, quod vniuersæ tribus populi Israël ter in anno illuc congregabantur, quando totus populus in vnum conueniebat: in paschate nimirum, in pen- C tecoste, atque in scenopegiis. Illuc igitur olim ante captiuitatem ascenderunt tribus Israel, illuc congregabuntur: domini autem tribus eas appellauit, tanquam peculiarem Dei populum, vel tanquam tribus à deo ordinatas.

c *Testi. Is.* Aug. i. in quibus cognoscitur, quòd verè sunt Israel. Quando enim grana sunt cum paleis, totum palea putatur: sed cùm separabuntur, tunc erit testimonium Israel.

✻ Theodo. *Testimonium*, diuinam nuncupauit legem, palam iubentem vt Israel in locum concurrat, quem selegit dominus Deus.

✻ Euthymius. Quod ait, *Testimonium ipsi Israel*, defectiuus est sermo, subintelligenda est enim dictio *iuxta*, vt sit sensus, quod illuc ascenderunt iuxta contestationem, & diuinum mandatum à Deo olim factum ipsi populo.

Sap. 9. a. secundum LXX. Luc. 20. c d *Sedes.* Aug. id est iusti, in quibus Deus sedet: & inde iudicat quicquid iudicat; vnde in libro Sapientiæ, *Anima iusti thronus est sapientiæ*: & hi sedebunt cum Christo super. xij. sedes, vt iudicẽt. Iudicabunt autem, qui omnia reliquerunt, Christum sequentes, qui sunt amici de mammona iniquitatis, vt recipiant dantes in æterna tabernacula. Et hæc est pax Ierusalem dando, & Luc. 16. c accipiendo, vt opera misericordiæ corporea iungantur operibus prædicationis: vnde: *Si nos vobis spiritualia seminauimus,* 1 Cor. 9. b *magnum est, si nos carnalia vestra metamus?* Et hæc est æqualitas, quam Paulus dicit, 2 Cor. 8. quia qui multum habuerit, non abundauit: & qui modicum, non minorauit. Vnde conuertit verba ad iudices: O sedes Domini, qui sedetis, vt †Quoniam iudicetis, interrogate. Iudicum est interrogare iudicãdos, quæ ad pacem sunt E Ierusalem, id est, opera misericordiæ, Iacob. 2. e quæ qui fecerunt, assumũtur ad Ierusalẽ, †his qui diligunt te alij non: quia iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam. Caueant ergo sibi omnes interrogandi.

✻ Theod. Cum diuina vaticinatus esset, & humana prædicit. Quoniam enim Hierosolymæ non modo diuinum erectum erat templum, verum etiam regiæ domus, & eo omnes confluebant, qui controuersias decidere volebant, necessario hoc etiam prædixit vates.

e *Rogate.* Cas. Secunda pars, vbi loquitur ad iudices, optans eis abundantiam pacis, quam amore fratrum prædicauit.

f *Diligentibus.* Aug. Qui amat in alio bonum, quòd ipse non F potest habere, imputatur ei quasi haberet: vnde, Si charitas non Mat. 10. d habet, quòd det, det calicem aquæ, & tãtùm imputatur ei, quã- Lucæ 19. b tum Zachæo multa. Impar facultas, sed non impar charitas.

✻ Theodoretvs. Porrò Symmachus sic dixit, *Amplectimini Hierosolymam, otiabuntur qui diligunt te*, hoc est, cum profunda pace perfruiti essetis, Hierosolymæ habitationem amplectimini, quandoquidem in omni lætitia, qui hanc diligunt, erunt.

✻ Euthimius. Ad ipsam inquit Hierusalem pacifica loquimini verba, pax scilicet sit tibi, pax populo. Deinceps etenim immensam, atque (vt ita dicam) profundam pacem habebit & gaudium. Alius verò interpres *salutare eam* dixit.

g *Fiat pax.* Aug. Charitas est virtus fortis vt mors, cui nihil resistit cùm venit, cum regibus & ignibus & alis possit resistì: Quæ charitas & occidit quod fuimus, vel aliud fimus: *Occidit* Galat. 2. d *vt & viuificet.* vnde Apostolus, *viuo ego iam nõ ego, &c.* Per hãc ☞ reguntur

---

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Vt ciui. *scilicet valde excellens. In hoc exprimitur ædificatio ciuitatis, quam fecit Salomon valde notabilem, claudens eam triplici muro, & ædificia valde solemnia faciens in ea, vt patet. iij. Regum iij. & iiij. Regum. xxij.*

2 Cuius participatio eius in idipsum, *id est, cum ipso templo*: De *cuius ædificatione præmissum est, quod fecit Salomon valde notabile, vnde dicit secundi Paral. ij. b.* Domus, quã ædificare cupio, magna est nimis & inclyta, *& ad correspondentiam nobilitatis templi ædificauit ciuitatem Ierusalem valde notabilem: ideo de ea dicitur*, Cuius participatio eius in idipsum, *vnde in Hebræo habetur: Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, quæ associatur ei simul, id est, quæ associatur templo prius ædificato, in nobilitate & fama ædificij.*

3 Illic enim asc. tribus. *scilicet duodecim.*

4 Tribus domini. *quia in populo Israel, in duodecim tribubus diuiso, erat verus cultus domini, cæteris gẽtibus ad idolol. declinantibus.*

5 Testimoni. Israel. *i secundum testimonium ipsius Israel, qui alio nomine vocatus est Iacob. qui testificando prædixit ædificationem templi futuram. Gen. xxviij.*

6 Ad confitendum no. domi. *confessione laudis & oblationis.*

7 Quia illic sederunt sedes, *id est, super sedes.*

8 In iudicio, *ad determinandum casus dubios in aliis ciuitatibus, & locis contingentes, qui determinabantur per sacerdotes & reges, secundum quòd dicitur Deuteron. xvij. ideo subditur.*

9 Sedes super domum Dauid. *Per domum Dauid intelliguntur reges ab eo descendentes.*

10 Rogate. *Hic consequenter ponitur deprecatio pro ciuitatis & templi conseruatione, pro qua Psalmista non solùm orat, sed ad orandum alios inuitat, dicens*, Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem. *hoc est ad tranquillum statum in ea habitantium.*

11 Et abundantia, *supple sit, bonorum temporaliũ & spiritualium*

12 Diligentibus te. *quia est ciuitas ad Dei cultum electa, ita quod Psalmista verbum suum dirigit ad ciuitatem Ierusalem.*

13 Fiat pax in virtute tua. *id est fortitudo murorũ & ædificiorum* ☞ *tuorum*

MORALITER.

† 2 *Cuius participatio eius in idipsum* id est in idem & vnum: Deus enim est omnibus beatitudinis obiectum: plus tamen & minus participatum secundum diuersitates meritorum.

3 *Illuc enim ascenderunt tribus*, non omnes, sed

4 *Tribus domini*, id est sancti patres veteris & noui testamẽti.

† *Testi. Israel ad confi. nomini domi.* Deus enim per miracula eorum gloriam testificatur, vt fidelis populus eos in ecclesia veneretur. 7 *Quia illic sederunt sedes* i. sedentes, sicut ciuitas aliquãdo ponitur pro ciuibus, vt cùm dicitur, Tota ciuitas currit ad tale spectaculum. 8. *In iudicio*, de agendis in mundo, Daniel. iiij. c. *In sententia vigilum decretum est, & sermo sanctorum. &c.*

10 *Rogate.* Hîc agitur de statu militantis ecclesiæ, in cuius persona dicitur ciuibus ecclesiæ triumphantis, *Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem*, id est, vos, qui estis in Ierusalem superna, rogate dominũ pro pace Ierusalem inferioris, quæ stat adhuc in pugna.

11 *Et abundantia diligentibus te.* id est rogate etiam dominum, vt abundantia bonorum spiritualium detur nobis appetentibus esse vobiscum. 13 *Fiat pax in virtute tua*, id est, ex precum vestrarum virtute, fiat pax in ecclesia militante.

† Moral.

a ¶ Id est, in similitudinem ciuitatis. Aug. Non est corporalis ciuitas, sed ei similis.
b ¶ Bonum quod fuerit singulorum, erit omnium.
c ¶ Hic habent homines diuersa bona, & deficientia.
d ¶ Vnde scis, quod ibimus? ¶ Quia.

ficatur vt ciuitas, † cuius participatio eius in idipsum. Illuc 1 2

a ¶ Id est ascendentibus. b ¶ Non omnes: sed quæ Domini.
c ¶ Quæ sunt Domini? in quibus est te. 3
¶ Id est, qui se testantur Israel per bona opera. 4 5

enim ascenderunt tribus tribus Domini, testimonium Israel,

a ¶ Quare ascenderunt. ¶ Vt superbia de se præsumit, ita humilitas confitetur Deo.
b ¶ Verè ibimus in domum Domini. c ¶ Id est sedebunt.

ad cõfitendum nomini Domini. † Quia illic sederunt sedes 6 7

¶ Quæ? a ¶ Familiam Christi, cui dederunt cibum in tempore.
b ¶ Ergo. ¶ O sedes, qui sedebitis, vt iudicetis. 8
¶ Iudicans debet omnia rimari. ¶ Interrogare iudicandos.

† in iudicio, sedes super domum Dauid. Rogate quæ ad pa- 9 10

a ¶ Quæ sunt ad pacem? ¶ Ea per quæ. ¶ In æternum. Hic omnes pauperes, & ibi diuites, qui hic dederunt sua. ¶ Sed quibus est abundantia. 11
b ¶ Et ô Ierusalem. ¶ Id est charitas. 12

cem sunt Ierusalem, & abundãtia † diligentibus te. Fiãt pax 13

☞ reguntur infirma à firmis, ideo, *Fiat pax in virtute tua*, Charitatis
A autem est, non nostra, sed quæ aliorum sunt quærere: ideo cùm
1.Cor.13.b. de charitate diceret, subdit: *Propter fratres meos.*

✻ Evthymivs. Alius autem interpres in futuro dixit, *fiet.* Per *virtutem* autem ipsos Iudaici populi milites intelligit, qui-
B bus certissima erit pax, si bellum aut hostem nullum habuerint.

† in antemurali tuo, prosperitas in domibus tuis † propinquos † mei

✻ Theod. Symmachus autē sic vertit: *Pax in mœnibus sit, robur in regijs domibus.* Sanè precatur ipsi Hierosolymæ
C diuinus Dauid bona, vt & mœnia, & domus regiæ, & habitationes, quæ in ipsa sunt, pace fruantur.

a *In tu. ribus.* Aug. id est in excelsis tuis. Pauci sunt iudices, sed multi ad singulos pertinebunt, quos recipient in æterna tabernacula

a ¶ Per hanc virtutem & pacem fiat. b ¶ In numero & præmio.
c ¶ Et Cass. Non propter me, sed vt fratres & proximi vinculo vnitatis astringantur.

a † in virtute tua, ēt abundantia in turribus tuis. Propter̄ fra-
a ¶ Id est hic prædicabam. b ¶ O Ierusalem.
tres meos & † proximos meos, † loquēbar pacem dē te. Pro-
a ¶ Et. ¶ Scilicet. ¶ Non propter me, sed propter ecclesiam, propter peregrinos, vt ascendant. b ¶ Id est prædicauit de te bona.
b c ptēr domum Domini Dei † nostri, † quæsiui bona tibi.

nacula, & tunc erit abundantia in turribus; Deus autem est tota D eorum abundantia, tam recipientium, quàm receptorum.

✻ Evthymivs. Alius etiam interpres *in regijs tuis*, dixit, & alius *in septis tuis*. Illud etiam sciēdum est, quod in Græca lectione non in turribus simpliciter legimus, περιβαρίοις, qua dictione hoc in loco mœnia turribus cir- E cumsepta ac munita intelligimus.

1 2 3 4 5 6

b *Propter domum domini Dei.* Vel sic legas, vt hic versus sit expositio præcedentis. Quasi, *loquebar pacem de te, propter* † loquar nunc pacē ibi †quæram F *proximos & fratres*, scilicet: *Quæsiui bona tibi propter domum Domini Dei nostri*. Sententia horum verborum non mutatur.

c *Tibi.* O tu cælestis Ierusalem, quia domus Dei es, & ita in hoc, quod te diligo, Deum diligo.

☞ Glossa

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *tuorum tanta sit, quod aduersarij non possint perturbare pacem ciuitatis: vnde in translatione Hieron. habetur,* Fiat pax in muris tuis. *Et quia pax ciuitatis non conseruatur ex muris tantùm, sed cum hoc ex abundantia victualium, & armorum; ideo subditur,*

1 Et abundantia in turribus tuis, *in quibus solent arma & victualia reponi.*

2 Propter fratres meos. *i. propter Iudæos natione, quos Psalmista vocat fratres, secundum modum consuetum scripturæ.*

3 Et proximos me. *i. conuersos de Gentilitate ad Iudaismum, qui plures tales erant inter Iudæos in Iudaismo.*

4 Loquebar pacem de te. *orando Deum pro tua pace. Tempore enim orationis homo fidelis cum Deo loquitur: & quia Psalmista nō solummodo desiderabat pacem propter conuersos & Iudæos, sed principaliter cultum Dei, qui vigebat in Ierusalem; ideo subditur,*

5 Propter domum Domini Dei no. *id est propter templum diuino cultui deputatum.*

6 Quæsiui bona tibi, *à Deo tibi impendenda per orationem meam.*

☞ Psal:

MORALITER.

† 1 *Et abundantia in turribus tuis*, id est abundantia bonorum spiritualium procuretur nobis per angelos custodes. Qui dicuntur turres vestræ & nostræ, inquantum à vobis datæ sunt ad defensionem ecclesiæ. Et subditur responsio triumphantis ecclesiæ, cùm dicitur,

2 *Propter patres meos & proximos meos.* id est propter sanctos, qui sunt adhuc in via.

4 *Loquebar pacem de te, &c.* Deum rogando pro tota ecclesia, cui datur pax pro sanctis, qui sunt in ea, & vt diuinus cultus vigeat ibi: propter quod subditur, *Propter domum Domini Dei nostri, quæsiui.*

2 *Pro-*

† Mora-

ADDITIO

In psalmo cxxj. Lætatus sum.

Ad declarationem huius psalmi, & eius continuationem cum præcedentibus, considerandum est, quod sicut habetur 2. Regum 7. postquam Dauid habuit quietem, & aliqualem securitatē ab hostibus exterioribus, cōsiderauit de templo Dei ædificando, de quo locutus est Nathan propheta: vt ibi latius habetur; vnde pari forma, postquam Dauid in psalmo præcedenti fuit à Deo in persona ecclesiæ prophetice ab hostibus finaliter securatus, in hoc psalmo agit de domo Domini, & eius ciuitate; vnde hic psalmus duplicem sensum literalē videtur habere. Vnū scilicet minus principalem, & imperfectum, in quo agit de ecclesia militante per Ierusalem materialem figurata; & alium magis principalem & perfectum, in quo agit de Ierusalem, quæ sursum est, mater nostra, Galat. 4. d. Quiquidem sensus duplex literalis quomodo intelligatur, habetur à postillatore in tertia regula exponendi sacram scripturam, in secundo prologo super Genesim. Et sic quodammodo intellexerunt hunc psalmum præcipui, & antiqui Hebræorum, exponentes illum versum, scilicet, Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio, &c. *de correspondentia vtriusque Ierusalem prædicta. Vnde Psalmista in hac psalmo septem facit.*

Primo enim in persona ecclesiæ, quasi securitus de custodia diuina: (vt in fine psalmi præcedentis) ad vlteriora se extendit, scilicet ad cōsiderandum de lætitia spirituali, quę in ecclesia cælesti, iam sedatis tribu-
Psal.22.b. *lationibus, habetur: & hoc dicit,* Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, *scilicet per reuelationem diuinam in scripturis contentam, Et quæ sint illa dicta, subdit dicens,* In domum Domini ibimus, *scilicet in ecclesia superiori, vbi æternaliter erimus: iuxta illud,* Vt inhabitem in domo Domini in longitudine dierum.

Consequenter secundo: vt ostendat, quod non solùm lætabitur ex hoc, quod tendebat seu ibat in domum Domini, sed quia quodammodo ibidē ia existebat saltē in spe, ideo subdit, Stātes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem: *vbi notanter dixit,* Stantes erant, *per modum præteriti imperfecti, & non dixit,* Stantes fuerunt, neq; sunt, *ad designandum, quod in hac vita habetur inchoatio tantùm existentiæ in illa domo Domini, non tamen perfecta statio, nec omnimoda carentia illius.*

Consequenter tertio declarat quæ sit ista Ierusalem inuisibilis, & immaterialis, quam vocat domum Domini, de qua hic loquitur; & hoc per modum cuiusdam similitudinariæ proportionis, dicens, Ierusalē, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. *Ad quod sciendum, quod antiqui Hebræorū, & etiam multi moderni, vt Ra. Sa. & alij ex hoc versu intelligunt, quod Ierusalem cum tēplo suo materialiter sumpta, correspōdet Ierusalem cælesti in situ, ita quod in loco summi cæli, supra apposito cenith capitis Ierusalē materialis, illic est cælestis Ierusalem, vbi Deus videtur à sanctis suis. Et licet ista sit corporaliter & materialiter intellecta, aliena sint à veritate, cùm cælum empyreū, vbi sancti angeli & animæ sanctorum gloriosè existunt, non restringitur ad certum locum illius empyrei, vniuersos orbes corporales continētis, cū in principio creationis rerum totum fuit repletū angelis, vt habetur in secundo sententiarum dist. 2. Est tamen verum, quod Ierusalem materialis, cū cultus diuinus ibi vigeret, fuit figura ecclesiæ militātis: & ipsa ecclesia militans, secundū Dionysium de ecclesiastica hierarchia, est figura cælestis ecclesiæ, & hoc est quod dicit Psalmista,* Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, &c. *Cuius sensus est, Hæc Ierusalem materialis & visibilis, scilicet* quę ędificatur, *est supple,* vt ciuitas, *ad similitudinē ciuitatis,* Cuius participatio est in idipsum, *scilicet in Deū, cuius est domus, inquantū ibidem plenè participatur. Quæ quidem Ierusalem secundo loco hic intellecta, potest intelligi de ecclesia militante, in qua Deus participatur per gratiam, licet imperfectè: vel altius de ecclesia triumphante, in qua Deus participatur plenè per gloriam. Et vterque sensus verus, & cōsonus literæ: licet secundus sensus est potior, inquantum perfectiorem participationem includit.*

Consequenter quarto ostendit, in quibus Ierusalē illa materialis correspōdet proportionabiliter militanti, & etiā ecclesia militans cælesti. Et sunt duo principaliter: Quorū primum pertinet ad cultum Dei, Secundū vero ad directionem proximi. De primo autem dicit. Illic enim ascenderunt tribus tribus Domini. *Illud enim propriè pertinet ad cultum Dei, quod ad protestationem verę fidei, & confessionem diuinæ laudis pertinet: Quæ quidem testificabantur, seu protestabantur tribus Israel, ascendentes ter in anno ad Ierusalē materialem, vt Exodi 24. vt ibidem offerrent sacrificia laudis in testimonium diuinæ excellētiæ, quod erat singulare in illa ciuitate Ierusalem materiali, cum aliæ ciuitates gentiū, pro tunc idololatrarent; & hoc est quod dicit,* Illic ascenderūt tribus tribus, &c. Testimoniū Israel ad confitendū nomini Domini. *Qui quidē cultus præcipuè viget in ecclesia militanti, vbi tribus Domini, scilicet fideles, quotidie ascendunt per gradus virtutum ad testimonium fidei expressius exhibendum & offerendum confessionem laudis. Perfectius autem iste cultus viget in Ierusalem cælesti, ad quā ascendunt soli electi, qui sunt verè tribus Domini, & testificantur Deū excellentiam perfectè per claram eius visionem. vnde Iohan. iij. b.* Quod vidimus, testamur. *Similiter & confitentur nomini Domini, per plenam & assiduam confessionem laudis, vt suprà in psalmo,* Beati qui habitant in domo tua Domine: in secula seculorum laudabunt te. *De secundo autem dicit,* Quia illic sederunt sedes in iudicio, *in Ierusalem enim materiali determinabantur quæcun-*

quę

que quæstiones, & dubia in lege diuina exorta, prout dicitur in postilla: quod maximè pertinet ad directionem proximi: & de hoc subdit, Illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid. *Quod præcipuè viget in ecclesia militante, vbi causæ pertinentes ad fidem, & operationem fidelium determinatur vniuersaliter, & principaliter per summos pontifices, vt in canonibus, cuius summi pontificis autoritas fundatur* super domũ Dauid, *scilicet supra Christũ, dicẽtem Petro,* Pasce oues meas, *Iohan. vltimo. Dicitur tamen in plurali* sedes; *cùm sit tantùm vna principalis: quia per successionem sunt multi sedẽtes in prima sede Petri. Vel etiam propter sedes particulares cathedralium ecclesiarum, quæ etiam sunt in iudicio ecclesiastico posita & fundata super domum Dauid, scilicet per authoritatẽ Christi, cui sedes Dauid pertinet; vnde Luc. primo,* Dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eius, &c. *à quo omnis potestas ecclesiastica deriuatur. Ad ecclesiam autem triumphantem hoc maximè pertinet, & præcipuè in iudicio finali: vnde saluator Matthæi xix. d. ait apostolis,* Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. *Vbi per duodecim sedes, intelligitur perfectio tribunalis, scilicet vniuersitas iudicantiũ, qui sunt omnes perfecti; sicut per duodecim tribus vniuersitas iudicandorũ, vt in iij. distinct. xlvij. Et sic manifestum est, quod hæc secunda præeminẽtia Ierusalem materialis circa iudicanda perfectius pertinet ad ecclesiam militantem: per amplius etiam & perfectius ad Ierusalem superiorem, cuius participatio plena est in idipsum, vt dictum est.*

Consequenter quinto considerans Psalmista, quod ad Ierusalẽ illam, de qua lætabatur in eundo ad illam, vt in primo versu, Et in cuius atrijs iam quodammodo erant stantes pedes sui & fratrum per spem, vt in secundo versu dictum fuit; non poterat habere accessum nisi per verã charitatẽ, ex qua pax perfecta cælestis attingitur; idcirco hortatur fratres ad orandum, seu petẽdum charitatem illam, quæ à solo Deo infunditur seu datur, iuxta illud ad Romanos v. a. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. *Et de hoc dicit,* Rogate quę ad pacẽ sunt Ierusalẽ, *ideſt, petite vt illa, quæ ad pacẽ verã, quæ ad eũdum ad Ierusalẽ pertinet, habeatis. Et quæ sint illa subdit, dicens:* Et abundantia diligentibus te. *Abundantia enim in hoc loco secundum literam Hebraicam, cui cõcordat glossa nostra, est abundantia pacis, quæ in solis habentibus charitatẽ habetur.* Impijs enim non est pax, *Esaiæ xlviij. d. Abundantia igitur pacis est diligentibus te, scilicet te Deum.*

Consequenter sextò ipse Psalmista petit à Deo illa quæ hortabatur alios, vt ea peterent, & de hoc dicit: Fiat pax in virtute tua, *scilicet in charitate, quæ est virtus diuina per excellentiam, cùm sit maior cæteris virtutibus Theologicis, vt prima Corinth. xiij. & in hoc distinguitur pax vera, quæ est circa appetitum veri boni; à pace apparente, quæ est circa appetitum boni apparentis tantùm: quia prima pax procedit à charitate, quæ est virtus diuina, tanquam effectus eius. Secunda verò procedit ab appetitu boni simulati tantùm; quod quidem bonũ appetendo, seu consequendo non habetur pax, sed potius bellum: vnde Sapientiæ xiij. c.* In magno viuentes inscitiæ bello, tot & tanta mala pacem arbitrati sunt. *Et quia pax vera non æqualiter requiritur in omnibus ascendentibus in Ierusalem, de quibus dixerat in quarto versu,* Illic enim ascenderunt tribus &c. *sed abundantius requiritur in his, qui alijs præsident, de quibus dixerat in quario versu,* Illic sederũt sedes in iudicio; *idcirco subdit,* Et abundantia in turribus tuis. *scilicet abundantiam istius veræ pacis sit* in turribus tuis. *scilicet in his, qui sunt aliorum præpositi, sicut turres præponuntur in custodia muri.*

Consequenter septimò conuertitur ad Ierusalem cælestem, de qua principaliter agit, declarans duo bona pertinentia ad ipsam Ierusalem: Quæ bona per prædictam orationem à Deo intendit impetrare; Quorum primum est, augmentum numeri ciuium cælestium: & de hoc dicit, Propter fratres meos & proximos meos *multiplicando,* Loquebar pacem de te. *Secundum est, integritas domus Dei, quæ per assistentiam omnium electorum in ea perficitur, & de hoc dicit,* Propter domum Domini Dei nostri. *scilicet integrandam, quæsiui prædicta bona tibi.*

☞ Glossa ordinaria.

A a *Canticum graduum.* Cas. Quartus gradus, inter quaslibet angustias constanter de Domino b esse præsumendũ, donec misertus exaudiat.

† cælo. Cas. qui suprà ad montes, c nunc ad Deum oculos leuat.

✻ Theod. Et hic psalmus pietatem iustorum illius tẽporis ostendit.

B ✻ Beda. Ex communi omnium persona, qui in captiuitatem ducti sunt, canitur. Libertatem reuersionis à Domino postulantium. Aliter, vox Christi ad patrem.

PSALMVS CXXII.

b *Ad te leuaui.* Cas. Primò vox tribulatorum Deum respicientium, non ad alia patrocinia; Secundò precatur misericordiam contra insultantes.

Avg. *Ad te leuaui.* Quò leuaret, nisi quò ascendens tendebat? Non se attendit iste, vt superbus, qui sibi placet: Nam qui C sibi displicet, hîc talis Deo placet; Et cui Deus placet, ipse sibi displicet.

Avg. *Leuaui.* Ascensus ergo est in affectu: Cælum in iustitia, Desiderio ergo bono leuamur ad cælum, sicut desiderio malo ad ima præcipitamur. Non pluraliter, sed singulariter, quasi vnus homo loquitur, dicens: *Ad te leuaui;* per charitatem nãque multi vnus homo sunt, qui à finibus terræ clamat. Et per eãdem Christo vnimur, vt cum ipso, quasi vnus Christus sumus, secundum Ioh. 3. c. quòd ipse dicit in euangelio, *Nemo ascẽdit in cælum, nisi qui descendit*

Canticum graduum.

a ¶ Aug. Fidei & claritatis: vnde se mundat, vt cælum fiat.

AD te leuaui oculos meos, qui habi- 1
a ¶ Iustis. b ¶ Quomodo seruasti. c ¶ Qui iubentur cædi.
tas in †cælis, Eccè sicut oculi seruo- 3

dit de cælo, filius hominis, qui est in D *cælo.* Descendit quidem caput, ascendit idem cum corpore. s. 1 ecclesia vestitus, quam sibi exhibuit 2 sine macula, & ruga. Solus ergo ascendit, qui nobiscum vnus est, & solus: vnitas, ergo nos compaginat vni. Cum illo ergo ascendit, qui cum illo vnus esse voluit. Per charitatem nobiscum est in terra, per charitatem cum illo sumus in cælo: Ille E deorsum est compassione charitatis: Omnes ergo in Christo sumus vnus homo, qui non angitur de terrenis vt mali, sed qui peregrinatur & desiderat patriam.

✻ Theodoretvs. Deum in cælis habitare dicit, non veluti loco circumscriptum, sed veluti lætantem cęlestibus potentijs, quæ cælos incolunt.

✻ Basilivs. Vide captiuitatis vtilitatem, vbique relucentem. Qui namque murorum munitione, & pecuniarum copia confidentes fuerant, ab omnibus illis auulsi, ad Deũ confugiunt. Et quoniam templum ipsorum hostes subuerterant, è cælo iam F Deum aduocant. Dicitur autem in cælo habitare, non quod illo sit inclusus (absit ipse enim omnia adimplet) sed quod in cælestibus virtutibus potius inquiescit. Alioqui & in hominibus habitare dicitur, secundum illud, *habitabo in illis, & inambulabo, &c.*

c *Ecce sicut oculi, &c.* Cassiod. Seruus leuat oculos, in manus Domini, quando eget; vel quando vapulat, quia vtrumque in Domini potestate.

☞ a *Sicut*

NICOLAVS DE LIRA.

AD te leuaui oculos meos. *Titulus huius psal. est.* Canticũ graduum. *Cuius patet sententia ex supradictis. Et videtur psal. iste esse oratio alicuius sancti prophetę pro liberatione populi Israel ab afflictione inducta per Antiochum illustrem, in qua populus mirabiliter fuit afflictus & despectus: vt habetur primi Machab. & secundi, quod prauidens propheta dixit in persona populi in illa afflictione futuri.*

1 Ad te leuaui oculos meos, *cordis & corporis.*

2 Qui habitas in cælis, *Licet enim Deus sit vbique per essentiam, præsentiam & potentiam: tamen speciali modo dicitur habitare in cælis vbi facie ad faciem videtur à sanctis. Populus enim positus in illa afflictione sub Antiocho, pro sua liberatione pluries orauit Deum deuotè, vt habetur primi Machab. & ij.*

3 Ecce sicut oculi seruorum, *Seruus enim & ancilla nihil habẽt nisi à domino & domina: & per consequens filij seruorum tuorũ totum auxilium suum expectant à domino patrũ, & similiter ancilla à domina sua: & hoc modo populus in dicta tribulatione cõstitutus nõ videbat se posse liberari via humana; propter quod à Deo erat tota expectatio & spes sua, ideo subditur.*

1 Ita

MORALITER.

† 1 *Ad te leuaui, &c.* Iste Psalmus est oratio pro liberatione populi de persecutione sub Antiocho nobili, qui sicut dixi, Daniel. xj. figura fuit Antichristi: propter quod mysticè est oratio sanctorum pro liberatione fidelium ab Antichristi persecutione, qui potentissimus erit in terra, & superbissimus: & tunc ecclesia erit in magna despectione; & ex dictis patet litera.

† Moraliter

☞ a *Sicut oculi ancil.* Aug. *Seruus*, est populus, *Dominus*, Christus; *Ancilla*, ecclesia; Domina, Dei virtus, & Dei sapientia. Et si iam filij & amici per gratiã, serui tamen sumus per creaturam: quia omnis creatura Deo seruit.

A 2. Cor. 1. d.

Cas. Dat similitudinem de seruo & ancilla, domino & domina, ne fœmineus & debilior sexus se exceptum putet.

¶ Aug. Vt iubeant parcere: Per manum, potestatem accipe. Boni attendunt & sentiunt se cædi. Qui enim apponit scientiam, apponit dolorem: mali perdiderunt sensum doloris, & eo ipso grauius vapulant, atque cæduntur.

† ad manus s. respiciunt & infra.

✠ Evthymivs. Hac seruorum atque ancillarum comparatione, seu exemplo, illud significare volũt, quod ad Deum assiduè & constanter aspiciũt, quodque nullam aliunde habent auxilij spem; quinimmò & quod nũquam desistent, donec misericordiã consequẽtur. Verbum autem *misereatur*, tametsi optãtis modum teneat, futuri tamen significationem habet, pro, miserebitur. Quidam etiam dicunt ancillæ comparationem ideo appositam fuisse, vt maiorem affectionis intensionem in Deum ostenderent. Magis enim id fieri solet ab ancillis, vtpote infirmiori sexu, quàm à seruis.

B

a rum, † in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancillæ

a ¶ Aug. Omnium, etiam in prosperis: quia tota vita super terram tentatio, tota plagæ. Clamandum est ergo: Miserere nobis.

in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum 1

a ¶ Quare? ¶ Etiam liberet ab omni tentatione & opprobrio. b ¶ Aug. Hæ sunt voces vapulantis.

Ioh. 3. d

b nostrum donec misereatur nostri. Miserẽre nostri Domine, 2

a ¶ Geminat, quia corpus passionibus, anima opprobriis laborat.

b ¶ Abundant passiones in quibus despecti. ¶ Aug. Irridetur à tenente quod amat, qui sperat non visa.

† saturati

c miserẽre nostri: quia multũm † repleti sumus despectione. 3

a ¶ Exaggerando subdit. b ¶ Despectione. ¶ Nulla pars immunis.

c ¶ Cass. Quia pauperes diuitibus.

† in plurimum saturata

d Quia † multum repleta est anima nostra: opprobrium † abun- 4 5

a ¶ Aug. Pecunia putata iustitia, est nequitia. Iustus autem dicit: egenus & pauper ego sum. Pauper enim corpore infirmo, pauper in iustitia, dum tentationi subest.

b ¶ Cass. Quia humiles sumus.

dãtibus, & despectio superbis.

C

Basilivs. His verbis significant, quod haudquaquam aliundè spem sibi adiutorij & auxilij, quàm à Deo conceperint, nec ad alium quemquam respexerint. Et ancilla quippe & seruus vnam hanc occasionem per alimentum & amictum ac reliquam conuersationem habent, vt ad dominos suos respiciant, nec cessent, donec quod petunt accipiant: Etsi accipiant gratias agant. Atque etiãsi non accipiant, nihilominus perseuerãt. Quapropter non dixit, donec mercedem reddat, sed *donec misereatur nostri.*

D

b *Miserere.* Cas. Secunda pars, vbi precatur misericordiam contra insultantes.

Cas. Seruus qui vapulat, leuatis oculis ad Deum, erumpit in necessariam vocem: *Miserere.*

c *Repleti sumus.* vt cùm dicitur. Quid credis insane, vides quòd credis? Reuersus estne aliquis ab inferis, & retulit tibi, quid ibi agitur? Ecce, quod ego amo, video & fruor.

E

d *Opprobrium abundantibus.* ✠ Theodoretvs. Symmachus hoc pacto interpretatus est, *anima nostra satiata est obloquentibus his qui abundant despicientibus superbis.* Ef-

† eis qui abundant

ferentibus enim se Babyloniis, nobisque insultantibus, & exprobrantibus, nos tristitia afficimur. Secundum Lxx. sic considerandum est, *opprobrium abundantibus, & despectio superbis.* Conuerte inquit Domine res; & iis qui nunc efferuntur propter felicitatem, qua circumfluunt, nostras calamitates irroga.

F

✠ Evthymivs. Subaudi verbum, *obueniat.* Obueniat igitur opprobrium & despectio ad humiliationem scilicet, atque eruditionem eorum; ne dum prosperè eis omnia succedunt, & superbi sunt, extollantur inde, atque eleuentur aduersus humiliores atque infortunatos homines.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Ita ocu.no, ad Do. &c. do. mi. no. *liberando nos de persecutione Antiochi.*

2 Miserere no. Domine, miserere nostri. *Ad hoc enim replicatur petitio, vt ostendatur afflictionis intentio, per quam fit magis exaudibilis: Et ad hoc subditur ratio, cùm dicitur,*

3 Quia multum repleti sumus despectione: *quia Antiochus in templo posuit abominandum idolum, vt habetur 1. Machab. 1. Populũ etiam Iudaicum compellebat multum afflictiue, & contẽptiue transire ad Gentilem ritum; ideo subditur,*

4 Quia multũ repleta est anima nostra *i. vita nostra, & supplendum est*, afflictione & contemptu. *Et est modus loquẽdi dolentis, qui ex vehementia doloris truncat verba sua: propter quod est aliquid supplendum, ad habendum intellectum.*

5 Opprobrium abundantibus. *i. Antiocho & eius exercitui, qui abundabant diuitijs, eo quod spoliauerant regnum Ægypti, & templũ Domini in Ierusalem, & etiam ciuitatem, vt habetur 1. Mach. 1.*

6 Et despectio superbis. *quia propter ista erant valde elati in superbia, in tantum quod de Antiocho dicitur 2. Macha. 5. quod erat ita elatus*, ac si haberet pelagus ad ambulandũ, & terram ad nauigandũ.

ADDITIO.

In psalm. cxxiij. Ad te leuaui ocu. *vbi dicitur in postil.* Et videtur psal. iste.

In afflictione inducta per Antiochum, non solùm opprobrium & despectionẽ passi sunt Israelitici, sed occisiones & magnas prædas & strages similiter, & tẽpli multiplicem prophanationẽ, vt patet in lib. Machabæorũ: vnde non proprie applicatur litera huius psa. illi historiæ. Sed cõuenientius & magis proprie potest intelligi in cõtinuatione cũ præcedẽti in persona ecclesiæ Christi, quæ etiam tempore tranquillitatis & pacis, de qua pace loquutus fuerat in præcedẽti psal. vt dictũ est, sustinet multa opprobria & despectionem ab his etiã fidelibus, qui abundant in seculo, & in multitudine diuitiarũ suarum gloriantur. Similiter in potestatibus mundanis, tales enim cõmuniter despiciunt bonos & deuotos. vnde in glos. super hunc ps. dicitur: Irridetur enim à tenente quod amat, qui sperat non visa, & ei dicitur, Quid credis insane, quid credis? reuersus est aliquis ab inferis, & retulit tibi quid ibi agatur? Ecce quod ego emo video & fruor. *Hac in glo. de hac igitur despectione & de huiusmodi opprobrio, quod tempore trãquillitatis sæpe in ecclesia contingit. Psal. conqueritur in persona iustorũ ecclesiæ, dicẽs:* Miserere nostri Dom. quia multũ repleti sumus despectione; *vnde si quæratur, a quibus despiciatur, subdit,* Multũ repleta est anima nostra opprobriũ abundantibus. *id est, ab abundantibus. Ad quem sensum litera faciliter applicatur. Nec requiritur, quod aliqua dictio de cõtentis in hoc psalm. intelligatur, nisi in sensu literali, vt patet intuenti. Et nota quod supra in Cantico graduum, quod incipit,* Leuaui oculos meos in mon. *Psal. petit in persona ecclesiæ auxiliũ à Domino: In hoc vero psalmo petit misericordiã. Cuius ratio totaliter potest assignari, quia in illo psal. eccl. sia innititur iustitiæ diuinæ, eo quod tribulantes ea, & habitantes Cedar, de quibus ibi loquitur, manifestè sunt contra Deũ. Sed in hoc psa. ecclesia potius innititur misericordiæ diuinæ, quia patitur ab his, qui de gremio sunt, s. Christianis abundantibus & superbis; vnde de rigore iustitiæ potius esset punienda eccl. sia, saltem in tẽporalibus pro talibus eius conciuibus, sicut frequenter etiam iusti puniuntur temporaliter cũ suis conciuibus, sicut patet in captiuitate Babyloniæ, in qua nõnulli iusti fuerũt puniti, sicut Ieremias, Daniel & huiusmodi: & ideo pluries petit misericordiam dicẽs,* Miserere nostri Domine, miserere nostri &c. *q. d. non puram iustitiam, sed misericordiam petimus.*

Clossa ordinaria.

† a *Canticum graduum.* Cas. Quintus gradus, vt a liberati à periculis non sibi, sed domino tribuãt.

Canticum graduum.

Avg. Cantant hoc fideles, exultantes, quia euaserunt; quòd est in spe cantare; vel in re, si iam corpore exierunt: omnium tamen simul vnus est cantus.

Cas. Aliquando vnum, aliquando plures inducit, vna tamen est ecclesia: quia in omnibus membris est vnitas, per quam multi homines, vnus homo.

Avg. Hi, non dicto vnde euaserunt, sic cœperunt cantare, Tanta Tãta est exultatio, vt antequã exponãt pericula, dicãt se liberos. Et per quẽ, sic. *Nisi quia, &c.*

✠ Beda. Quia gradus istos & vna tãtũ ecclesia, & innumerabilia eius membra viritim ascẽdunt; modò in eis psalmista singulari, modò numero loquitur plurali. Memores sancti confessores, quot pericula domino miserante, velut impetum torrentis, euaserint: Primo capite fatentur se de tot erũnis sola Dei misericordia liberatos; Secũdo gratias agunt, quia non sunt decepti à persecutoribus, sed versa vice contritis ipsorum insidiis erepti.

☞ Theo-

☞ ✻ THEODORETVS. Post reditum à Babylone omnes finitimi Iudæorum libertatem ægrè ferētes, communiter in ipsos bellum susceperunt, & barbaras gentes colligentes eodē tempore cum eis bellarunt, sperantes eorum memoriam fore vt delerent: Sed rursus vniuersitatis Deus suis opem tulit, ac omnes hostes confixit. Cæterùm hoc asserunt plurimi vatum, & Ioël, & Ezechiel, & Micheas, & Zacharias, & præter hos insuper multi; hęc etiam hoc in loco vaticinatus est beatus Dauid.

✻ BEDA Venera. Etiā sub persona populi iam liberati cantatur, agentis gratias cū enumeratione malorum, quæ à Babylone pertulerant. Aliter, vox Apostolorum.

PSALM. CXXIII.

a NISI quia. CAS. Primò sancti martyres memores quanta euaserunt, soli misericordiæ asscribunt. Secundò gratias agunt, quod liberati, ibi, *Benedictus.*

✻ EVTHYMIVS. Hoc figurato sermone propheta summam imminentis ruinæ celeritatem denotauit. Quidam etiam aiunt dictionem *quia*, hoc in loco abundare.

b *Fortè vi.* Viuunt qui sciunt idolum nihil esse. Mortui sunt, qui illud putant aliquid esse. Ergo mortui absorbentur, qui putant malum faciendum, quod faciunt; Viui autem, qui quidem sciunt malum esse, quod faciunt, sed persecutione superati in societatem transeunt impiorum, & Deo huius vitæ dulcedinem præferūt, sicut quidam qui timore mortis idolis sacrificauerūt.

AVG Attende etiam, quod Petrus. i. ecclesia absorbet multos, Act.10.b. sed non viuos. Cui dicitur: *Macta & manduca.* Nullū enim manducat, id est, membris inserit, nisi mactatum. i. renuntiantem diabolo. Mactatur ergo in malo, sed viuificatur in bono, qui manducatur à Petro. Econtra accidit illi, quem deglutit diabolus.

✻ EVTHYMIVS. Per aquam vehementem hostium vim intelligit, qui idcirco ira ac furore perciti, quòd Iudæorum populus fuisset in patriam restitutus. Dictionem *sanè* posuit pro cæterum, seu etiam pro verè.

c *Aqua.* AVG. Peccator, populus, (& est à similitudine Ægyptiorum) quæ aqua torrens fluit cum impetu, sed citò transit. vnde subdit: *Torrentem.*

d *Torrentem pertransiuit, &c.* BASILIVS. *Torrentem* hic, & aquam, ad indicendam hostium iram dicit: Non autem calamitatem modò hîc dicit, sed & transitum illius: itaque ne deijciamur animo, si mala ingruant. Quodcunque namque malum dixeris, finē habet, nisi enim finem habuisset, natura ad ferendum non suffecisset.

e *Forsitan.* AVG. Ponunt Latini, vt possunt pro Geæco ἄρα dubitationis loco, quod intelligibilius dicitur, *putas, pertransiit anima nostra?* id-est, magnitudo periculi vix finit hoc credi.

f *Aquam intolerabilem.* Aliàs. AVG. *sine substantia*, vt sunt vitia, & peccata, & dulcedo huius vitæ, quæ inopiā habēt, nō substantiā: Ægestatē habēt non subsistentiā, quia hæc non verè sunt, sed trāseunt omnia sine fructu. Nam & qui peccando lucratur aurum, vel huiusmodi, sine substantia est: quia & hic fidem amittit, & in infernum descēdens, hæc secum non portat. Maius ergo amisit, vt minus lucraretur: pecuniā auxit, fidem neglexit, vel minuit, vel extinxit. Abundat nescio quid in arca tua, sed multò magis quiddam diminutū est in corde tuo. De arca gaudes, de corde nō plangis; In hac aqua sine substantia perdidit prodigus ille filius iunior substātiā, quā accepit à patre, *Et adhæsit vni ciuium regionis illius.* i. diabolo, pascens porcos. i. terrenis & immundis actibus delectatus; desiderans manducare siliquas porcorum, quæ implent ventrem & nō satiant. Ita & peccata, etsi ad horam delectant, veram tamen satietatem non præstant. Hæc est ouis errabunda, quam pius pastor in euangelio legitur quæsisse relictis nonaginta nouem in deserto. Sed antequā reduceret, à longè est comminatus baculo Mosaicæ legis, vt ouicula se erasse cognosceret, & vltrà errare pertimesceret: atque per se redire non valens, reductorē humiliter expectaret, & desideraret, qui eam viuifica baptismi aqua lotam, siccata aqua sine substantia, consortio angelico redderet, prodigumque filiū longa necessitate confectum ad patrem reduceret.

g *Benedictus Dom.* CAS. Secunda pars vbi sancti gratias agunt quod liberati, & quod laqueus contritus.

☞ BASI-

PSALMVS CXXIII.

a ¶ Hoc sdicat. ¶ Iam securi hoc dicunt, respicientes quæ passi sunt, quot transierunt, & quo veneruut.
b ¶ Quia iam euasit.

NIsi quia dominꝰ erat in nobis, dicat nūc
Israel: nisi quia Dominus erat in nobis.

a ¶ Persequendo. ¶ Aliàs, insurgerent.
b ¶ Quid ergo possunt contra Dominum in nobis?
c ¶ In quibus Deus erat.

Cùm exurgērent hominēs in nōs, †for-

a ¶ Aug Scientes malum & tamen facientes, vt qui thurificat, sciens nihil esse idolum. b ¶ Et. ¶ Vt suprà vicit linguas dolosas, per verba Dei & exempla de morte viuificatorum, sic si dominus adest, vincit iam minantes de quibus ait.
c ¶ Sine ratione. ¶ Cass. Ira & vindicta iudicio carent. vnde Stultum occidit iracundia, & paruulum inuidia.

tè viuos † deglutissent nos: Cùm irasceretur furor eorum in

a ¶ Nisi quia Dominus erat in nobis. b ¶ Id est more Ægyptiorum moreremur, non transiremus exemplo Israelitarum. c ¶ Sed per Dominum. ¶ De quo & caput in via bibit.
d ¶ Non hæsit, quia passus est: sed resurrexit & ascendit: per quod & nobis transire dedit.

nos, forsitān aqua † absorbuisset nos. † Torrēntem pertrānsi-

a ¶ Sed forsi. pertran. & si Dominus non in nobis: quod non est. ¶ Vel sit.

uit anima nostra: † forsitān pertransisset anima nostra aquam

a ¶ Aliàs, sine substantia, quia hæc non verè sunt, sed transeunt omnia, & in eis perdit prodigus substantiam, quam à patre accepit. b ¶ Quia transiui.

intolerābilem. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXXIII.

1 NIsi quia Do. *Huic psalm. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Canticum graduum Dauid. *& sic apparet autor psalm. De materia autem eius mihi videtur, quod Dauid fecerit hunc psal. gratias agens de sua liberatione, & populi sui à Philisthæis ascendentibus contra eū, quando eum audierunt esse inunctum in regem super Israël ij. Reg. v. vt sic Dauid occiderent, & regnum eius destruerent: sed fuerunt debellati virtute diuini auxilij, vt ibidem habetur*, Et dixit Dominus ad Dauid: Dabo tibi Philisthijm in manu. *Secundum hoc igitur Dauid inuitat populum ad Deum laudandum, dicens,*

2 Dicat nunc Isr. *populus Israel, habita victoria de Philisthæis.*

3 Nisi quia Dom. erat in nobis, *per adiutorium speciale, & replicatur hoc dicendo:* Nisi quia, *&c. ad ostendendum maiorem gratitudinem de auxilio diuino.*

4 Cùm exurgerent homines. *i. Philisthæi, vt prædictum est.*

5 Fortè vi deglu. nos. *i. non potuissemus resistere eorum impetui, sicut nec illud quod deglutitur deglutienti.*

6 Cùm irasce. *Quia Philisthæi venerunt contra Dauid, & populum eius cum magno furore & desiderio eos destruendi, ideo subditur,*

7 Forsi aqua. *s. tribulationis, quæ per impetum aquæ designatur. Esa. viij. b.* Adducet Dominus super eos aquas fortes & multas, regē Assyriorum, *&c.*

8 Absorbuisset nos. *Includendo nos vndique, sicut ille qui absorbetur aqua, vndiq; circundatur ea. q. d. non potuissemus aliqualiter euasisse.*

9 Torrentem pertran. ani. no. *In Hebræo & in transla. Hiero. habetur*, Torrens transisset super animam nostram: *& per torrentem intelligitur impetus Philisthinorum, quo Dauid & populus fuissent obruti, nisi fuissent diuinitus saluati, & ideo cùm dicitur hic,*

Torrentem pertran. ani. no. *Locutio est figurativa, sicut illud poëticum: Perflauit fistula buccam. & similiter cùm subditur.*

10 Forsitan per. ani. no. into. *Quia in Hebræo & in transla. Hieron. habetur:* Forsitan pertran. su. animam nostram aquę superbię *vel fortes. ideo subditur, pro gratiarum actione.*

11 Benedictus Do. *Minus dicit, & plus signat: quia non solum eos à Philistæis capi nō permisit, sed etiā Philistæos eis subiecit; ideo subditur,*

☞ 1 Anima

MORALITER.

† 1 *Nisi quia Do. erat in no* Psalmum istum fecit Dauid pro liberatione sua, & sui exercitus à Philisthæis eum quærentibus occidere, cùm audissent eum vnctum esse regem super Israel ij. Reg. v. d. Mysticè verò potest exponi de Christo, & eius fidelibus, quorum nomen quæsierunt extinguere Iudæi, post eius assumptionem à dextris Dei, vt habetur Actu. viij. & ix. Et sic in persona ecclesiæ dicitur,

3 *Nisi quia Do. erat in nobis. s.* per custodiam specialem.

4 *Cùm exur. ho. i.* Iudæi, qui dicuntur hîc *homines*, sicut 1. Cor. iij. b. *Cùm in vobis sit zelus & contentio, nonne homines estis?*

5 *Fortè vi.* In persecutione quæ facta est beati Stephani tempore, de quo dicitur Act. viij. *quod stridebant dentibus in eum.*

6 *Cùm irascere. furor eorum*, Irrationabilis,

7 *Forsitan aqua*, scilicet tribulationis.

8 *Absorbuisset nos*, Et eadem sententia repetitur ad maiorem exaggerationem; cùm dicitur,

9 *Torrentem pertransiuit, &c.* Et quoniam ex hoc debetur Deo

† gratiarum

☞ ✻ Basil. Ob eam causam angeri mala (Deus) permisit nō vt illa nos submergerent sed vt nos probatiores redderent, & ampliorem nobis ipse virtutis suæ demonstrationem exhiberet. Superbos autem hic hostes fuisse dicit.

a *Anima nostra.* Aug. Vel, sicut aliquo faciente strepitū magnū, passer volat de muscipula venātium, Sic anima nostra, quę antè vitæ dulcedine tenebatur, domino faciente strepitum maximum gehēnarum, erupta est de muscipula. Vel sicut passer vitat laqueum, sic sancti dulcedinem præsentis aquæ, quæ est quasi laqueus.

✻ Theodoretvs. Grato animo propriam imbecillitatem confitentur, *passeris* seipsos comparantes, & Dei prædicant potentiam, hostium demonstrantes robur. *Venatores* namque illos appellant, edocet verò salutis modum.

b *Venantiū.* Aug. Venantes sunt persequentes, esca in muscipula; dulcedo huius vitæ.

c *Laqueus cōtritus* Cas. Occisis martyribus, nō restat dulcedo vitę, qua possint iterum capi: sed ipsi non simul contriti sunt, imo liberati.

d *Contritus.* Cas. Q. Quia ferreus erat; non ruptus, vt stupa, tanta fortitudo passionis, rāta potentia liberantis.

a ¶ Vel venationem. b ¶ quasi more ferarum sitientium sanguinem nostrum.
c ¶ Non dedit, sed potius. ¶ Etsi corpus passum. d ¶ Aug. quia incaute instabilis ceciderat.
e ¶ Non capitur dulcedine præsentis vitæ. vnde sequitur occisio.

a ¶ Vel venationem. 1
a captionem dentibus eorum. Animā nostra sicut passer ere-
¶ Et iste.
b pta est, de laqueo venantium: Laqueus contritus est, & 2 †
a ¶ qui ante heseramus in muscipula. b ¶ Quare contritus laqueus: & nos liberati? quia.
c ¶ Contra quem nullus prævalet.
c d nos † liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine do- 3
¶ Omnia cœlestia & terrestria.
mini, qui fecit cœlum & terram.

† eruti

NICOLAVS DE LIRA.

1 Anima nostra. pas. de la. *id est, de insidiis Philisthinorum, & per quem modum subditur,*

2 Laqueus contritus est, *quia exercitus Philisthinorum à Dauid & populo suo fuit debellatus. Et quia hoc fuit virtute diuina, subditur:*

3 Adiutorium nostrum in nomine do. *quasi dicat, non in nomine idolorum, qui nullam habent virtutem: quod ideo dicitur, quia Philisthæi tunc fugientes reliquerūt idola sua ad salutē populi Philisthinorū, & etiā sui impotentia: quia Dauid & viri eius tulerunt ea, vt habetur. 1. Reg. v.*

MORALITER.

gratiarum actio, subditur, *Benedictus dominus, &c.*

2 *Laqueus contritus est.* s. per Romanos, qui destruxerūt Iudęos.

† *Et nos libe. su.* nam ante aduentum Romanorum in Iudæam, Christiani, qui erant ibi, monitu angelico, transierunt in regnū Agrippæ, & ibi saluati fuerunt: ideo subditur, *Adiutorium no. in no.*

ADDITIO.

In psal. cxxiij. Nisi quia dominus, *vbi dicitur in postilla.* De materia autem eius.

Non videtur propriè materia huius psalmi assignari à postillatore: Tum quia de istis persecutionibus corporalibus, quæ tempore Dauid contigerunt, iam plures psal. fuerunt facti in particulari, & etiam generaliter, vt patet in illo psal. Diligam te Domine. *In cuius titulo fit mētio de liberatione ipsius Dauid ab omnibus inimicis suis, Tū quia impropriè applicaretur illi historiæ hoc, quod dicitur,* Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: *quia vt ibidem patet, Philisthæi non insidiose insurrexerunt contra Dauid, & populum suum, sed palam & manu armata, vt habetur 1. Regum v. vnde melius videtur dicendū quod hic psal. continuatur ad prædictos, sic, quod postquam Psa. in persona ecclesiæ petiuit auxilium ab aduersarijs exterioribus, vt primo & secundo cantico, & consequenter introduxit lætitiam de pace, & tranquillitate ecclesiæ, vt in tertio cantico: Consequenter etiam petiuit, vt misericorditer liberaretur ab intrinsecis eam turbantibus, vt in psal. præcedēti. In hoc vero Psal. vult ostendere, quod quandocunque, & à quibuscunque persecutionibus ecclesia liberatur, ascribendum est solis pietati diuinæ: vnde dicit,* nisi quia dominus erat in nobis, *&c. quasi dicat, Non potentia, nec viribus humanis attribuenda est, sed soli Deo in nobis existēti per suam prouidentiam & protectionem, & ideo in hoc psal. tāgit multa genera persecutionum, Quarum quædam procedunt à ferocitate, seu inhumanitate persequentium, & de hoc dicit,* Fortè viuos deglutissent nos, cum irasce. fu. eorum in nos, *Quædam autem procedunt ex insipientia persequentium, sicut cum vulgares indocti, non ex passione iræ, sed potius ex quadam insipientia persequuntur fideles, & de hoc dicit,* Forsitan aqua absorbuisset nos, *Aqua enim sæpe populos significat, vt Apo. xxv. Et quia tales vt plurimum tanquam indisciplinati impetuose persequuntur, ideo subdit:* Torrentem pertransiuit anima nostra. *Vel secundum Hebraicam literam,* torrens pertrāsiit animam nostram: *torreus enim fuit cum impetu. Quædam autem persecutiones procedūt ex deceptione diabolica, vel humana, vel etiam mundana, quibus homo quādoque capitur sicut passer in laqueo; Qui quidem laqueus diuina virtute conteritur, vt iustis liberentur: Et de hoc dicit,* Anima nostra sicut passer, &c. *& laqueus contritus est, &c. & sic de omnibus concludit,* Adiutorium nostrum in nomine domini (*correspondens ad primcipium psalmi in sententia*) *id est, liberatio nostra de omnibus prædictis, & similibus ascribenda est diuino adiutorio tantum: ad quam sententiam faciliter litera applicatur.*

C GLOS. ORDI. a

a *Canticum.* Cassi. Sextus gradus, Confidētia fidelissimi Christiani, solidissimis mōtibus comparatur, quā habet in domino, ne zelet felices in hoc seculo.

✻ Beda. Sexto gradu clamat propheta, nobis in dominum confidendum, ne laboremus in cassum: prima commotione propter populum fidelem confirmat, dicens, nullatenus commoueri posse, qui in domino sunt confisi, reddens causam quare peccatores supra sortem iustorum non permittat excrescere. Secundo precatur, vt rectis prosperitas, prauis, vindicta, proueniat.

✻ Theod. Qui illam victoriam adepti sunt, triumphalem canunt hymnum, & spei in Deo collocatæ vim prædicant.

✻ Beda.

Canticū graduū. PSAL. CXXIIII.

a ¶ Aug. Qui confidit in domino, est sicut mons Sion & non mouebitur sicut passer, qui instabilis est & cito volat hinc inde.

b VI cōfidunt in domino sicut mons 1
Sion, non commouebitur † in æter- 2
a ¶ Spirituali, id est, in ecclesia. 3
¶ Terrenę ciues sæpe captiuati. ¶ Quia.
num, qui † habitat in Ierusalem.

✻ Beda. Ex persona eorum canitur, qui, de captiuitate redeuntes, impugnatores suos, hoc est, finitimas gētes Deo adiuuante presserūt. Aliter, vox Ecclesiæ.

† in æternū manebit. Ie rusalē habet in circumitu mōtes.

† habitauę.

PSAL. CXXIV.

b VI cōfidūt. Aug. Hic psal. docet non intendere in prosperantes in seculo, vnde superbia, vt se præferant omnibus hominibus; & cor durum, contra imbrē Dei ne fructum ferat: quos attendentes; & infirmi nutant, qualiter suprà infirmi cuiusdā pedes pacem peccatorū vidētis, moti ferè leguntur; sed credendum est sapientię Dei, qui omnia bene facit, etsi non videamus quomodo: & ita erit rectum cor, vt confidamus in domino, & non mouebuntur pedes nostri. Ostendens ergo fidentem in Deo non posse moueri, ait, *Qui confidunt in domino.*

☞ Qui

NICOLAVS DE LIRA.

PSAL. CXXIV.

QVi confidunt. *Titulus huius psal. est,* Canticum graduū: *cuius sententia patet ex supradictis. De materia vero huius psalmi, non videtur quod intelligatur de Ierusalem materiali: cuius nunquam fuit tanta pax, & sublimitas, quanta describitur in hoc psalmo, vt videbitur, quia multoties fuit impugnata, & pluries destructa: Bis totaliter, scilicet semel per Nabuchodonosor, & semel per Romanos: & pluries partialiter quantum ad aliquam partem murorum, & ædificiorum, vt patet ex libris Reg. Paral. Machabæo. Et ideo exponitur de Ierusalē spirituali. s. ecclesia. De qua dicitur Apoc. xxj. a.* Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cælo, &c. *in qua per fidem Christi habitāt Christiani: quod prauidens Psalmista in spiritu prophetico dixit,*

1 Qui confidunt in do. *non in idolis vanis, nec in rebus mundanis.*

2 Sicut mons Sion, *quia sicut mons Sion est immobilis: ita qui vere confidunt in domino, à stabilitate fidei non mouentur; ideo subditur,*

3 Non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem, *spirituali, per fidem charitate formatam. Et causam huius stabilitatis subdit, dicens,*

✻ Mon-

MORALITER.

1 *Qui confidunt.* Sicut ostensum fuit in expositione literali, psal. iste secundum literalem sensum est de spirituali Ierusalem, quæ est militans ecclesia, in qua habitantes per fidem charitate formatam sunt securi de gloria futura: Nec occurrit mihi alia spiritualis expositio hic.

☞ Qui sunt isti? qui habitant in Ierusalem, ipsi non commouebuntur in æternum. Qualis est ista Ierusalem, breuiter describit,

a *Montes in circu.* id est, angeli, prophetæ, apostoli sunt murus eius: vnde Esaias, *Et erit in ea murus, & antemurale*; Sed nę in montibus remaneas, addit, & dominus in circumitu. *Ne ergo sit spes in montibus*, sed in vertice montium: vnde Esaias, *erit in nouissimis diebus mõs in vertice, &c.*

Esa. 26. a. Esa. 2. a.

Qui confidunt. Cas. Primo asserit, nõ posse moueri eum, qui confidentiam in Dei virtute ponit; Secundò precatur, vt bonis prosperitas, malis veniat vindicta, ibi *Benefac domine.* Confidunt: cõmouebitur. Prius dicit, *Confidunt*, pluraliter; post, *non commouebitur*, singulariter: quia numerosa est vnitas huius populi, quia & multi sunt, & vnum sunt.

B

Mons Sion. Hieron. Christus, in quo fundata est ecclesia: Mons ille ad literam, in fine seculi commouebitur.

C

b *Virgam pec.* Avg. Dominantur enim aliquando propter disciplinam bonorum, sed hoc non semper erit, vt hic apertè dicit propheta: & ideo non deficiunt iusti, quia sciunt tempus futurum, quo Christus in claritate sua apparens, congregabit ante se omnes gentes, & diuidet eas sicut pastor diuidit hædos ab ouibus, ouésque ponet à dextris, hædos à sinistris.

Matt. 25. a.

✻ Evthymivs. Per *peccatores*, impios, atque iniquos omnes intelligit, quales etiam ipsi sunt Dæmones. Per *virgam* vero eorumdem regnum, aut potentiam intelligit: *Iustos* vero eos appellat, qui secundum legem viuunt.

✻ Theodoretvs. Et Assyrios virgam furoris per Esaiam vatem dominus appellauit. *Væ enim* inquit, *Assur, virga furoris mei & iræ meæ, &c.* Dicit igitur vates etiam hic, Dominus vniuersitatis iusta vtens sententia, non sinet iniustorum virgam iustorum cætui infligi.

Esa. 10.

D

c *Sortem.* Cas. id est, iustos sorte electos, vel qui sunt sors & hæreditas Dei.

d *Benefac domine.* Cas. Secunda pars, vbi confirmato populo, precatur quod scit futurum vt bonis prosperitas, malis vindicta veniat.

✻ Theod. & Evthy. Cum Dei iusticiam ostendisset, iustas preces fundit: orat enim vt æqualia præmia boni consequantur; hoc etiam Dominus ait, *qua mẽsura metimini, remetietur vobis.* & Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur.

E

Matth. 7. Matth. 5.

e *Declinantes autem.* Cas. Pari etiam sententia pereunt, qui declinant iussa principis, & qui opera mala velle contendunt; deficientes, cum cogentibus deficere.

✻ Theodoretvs. Obligationes Aquila quidem *simultates* explanauit, *Obliquitates* Symmachus; & Theodotion *peruersa.* Atque vates nihil iniusti petijt, verùm vt boni bona consequantur, qui verò rectam viam declinarunt, & obligationibus vt simultatibus vsi sunt, respondentem finem inueniant.

F

f *Pax super Israel.* Avgvst. Vno nomine patria hæreditas dicitur quæ est Christus. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, qui pacem supra pacem dabit nobis.

Ephe. 2. c.

✻ Theodoretvs. Sciendum est hoc nomen Iacob adeptum esse, cum diuino conspectu dignus effectus esset, cognomen igitur habeant omnes, qui eosdem mores, & animam fidemque puram habeant: *Non enim omnes qui ex Israel Israelitæ sunt, sed qui Israelis pietatem amplectuntur.*

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Montes in circumitu eius, *id est, angeli ad custodiam ecclesiæ deputati.*

2 Et dominus in circumitu populi sui, *propter quod dicit Matth. vlti. d.* Ecce vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

3 Quia non relinquet dominus vir. pec. *id est, potestatem eorum,*

4 Super sortem iustorum, *id est, prævalere inibi intantum, vt moueantur à statu fidei, & virtutis: quia* facit cum tentatione prouentum, vt possint sustinere, *vt dicit Apostolus. j. Cor. x. c. ideo subditur,*

5 Vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. *Et quia boni merentur præmiari, & mali puniri subdit Psal.*

6 Benefac domine. bo. & re. *conferendo eis bonum gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro.*

7 Declinantes autem, *a rectitudine fidei & virtutis,*

8 In obligationes, *id est, ad peccata, quæ obligãt ad pœnã: ideo in trãsla. Hiero. habetur sic:* Qui autem declinant ad prauitates suas, *&c.*

9 Adducet dominus, *Ad pœnam æternam,*

10 Cum operantibus iniquitatem. *i. cum dæmonibus obstinatis in iniquitate, propter quod dicitur Mat. xxv. a.* Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius.

11 Pax super Israel, *non super Israel secundum carnem, sed secundũ spiritum, scilicet super populum catholicum: propter quod in natiuitate Christi cantauerunt angeli, Lu. ij. b.* Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Per* bonam *enim* voluntatem *habent pacem cordis internam, secundum quod dicitur Pro. xij. c.* Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit: *& per illam disponuntur ad pacem supernam.*

ADDITIO.

In Psal. cxxiiij. Qui confidunt: *vbi dicitur in postilla.* De materia huius psal.

Iste psal. continuatur ad præcedentem sic, Nam cum dixisset Psal. in præcedenti, Adiutorium nostrum in nomine domini, &c. *In hoc Psal. declarat, qui sunt illi, quibus adest tale adiutorium, scilicet*, Qui confidunt in domino, *immobiliter, & habitant in Ierusalem per veram charitatem: & de hoc dicit*, Sicut mons Sion non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem, &c. *Cætera exponãtur prout in postilla.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Canticum graduum.* Cas. Septimus gradus in figura veteris testamenti per venturum Christum, reuersionem de captiuitate, quasi de Babylonia prophetat: vnde iam consolatio, & seminatio vt plus metatur.

Canticum graduum.

Domino captiuitatem Sion, hoc est Hierosolymorum, quæ prima domum redierat, *facti sumus sicut desolati*: non dicit consolati, non est enim plena lætitia cæteris in captiuitate positis. Aliter vox Apostolorum de impiis Iudæis.

✻ Theodoretvs. Cyrus Rex, vt omnes redirent Iudæi, iussit: plurimi verò prauam habentes mentem, in omnibus diuinis legibus repugnantes, regredi noluerunt; qui autem auitæ pietatis curam gerebant, legisque cultum desiderabant, libentissime redierunt: hoc igitur psalmo propriam cernentes libertatem, exultant; & precantur vt hanc & sui ciues consequantur.

Avgvst. Redempti sanguine Christi & conuersi à captiuitate, hæc cantant, dum peregrini, gementes in via. Sion est Ierusalem in angelis æterna, in hominibus captiua.

✻ Beda. In captiuorum persona canitur supplicantium pro libertate, atque dicentium, quanta bona, & quanta clara laudatio absolutionem talem secutura sit Aliter. Conuertente Domi-

PSALMVS CXXV.

☞ A IN *conuertendo*. CAS. Primum magnitudo facti, cum magnitudine gaudij ostenditur: Secundo precatur conuersionem à captiuitate adhuc futura, ibi, *Conuerte domine*.

a *In cõuertendo*. AVG. Vel, Cum conuerterit: quasi vel de præterito loquens, futura pronuntiat, & vt figura præteriti futura se cogitare ostẽdat, ait, *Tũc dicent*. Quod iam de futuro est, vnde & post, vt hęc fiat, orat, *Conuerte domine ca. nostram*.

✻ BASILIVS. Captiuitas, nomẽ quidem simplex est, habet vero multos sẽsus. Est enim bona captiuitas, vt quãdo Paulus, dicit, *Captiuantes omnem intellectum in Christum*. Est mala, vt cum dicit, *Captiuantes mulierculas oneratas peccatis*. Est etiam sensibilis captiuitas. Rursus, est spiritalis, de qua præco dicit captiuis dimissionem. Sensibilis est apud hostes, qua prior est grauior, quæ Iudam captiuum nacta, proditorem etiam reddidit.

✻ EVTHIMIVS. Per conuersionem propheta reditum ac restitutionem intelligit in patriam, cuius patriæ filios, hoc est, cuius populum in captiuitate olim constitutum, captiuitatem Sion appellauit. Per consolationem vero, refrigerium intelligit. Reuersi inquit in patriam valde refrigerati sumus. Nam Græca dictio ὡσεὶ pro qua interpres reddidit, *sicut*, Non solum hanc significationem habet, sed interdum ponitur pro *quam*, id est, pro *valde*, quemadmodum & alibi, *Quàm bonus Deus Israel*.

b *Sicut* AVGVST. Non semper ad similitudinem ponitur, sed ad proprietatem, vt hic: vnde etiam dicitur, Fecit vt iustus, quod verè est; ita facti fiunt isti *sicut consolati*, id est, gauisi sunt, vt consolationem accipientes in resurrectione Christi, qui præcessit vt consequamur.

c *Os nostrum*. CAS. Cordis arcanum, vbi primum gaudia, quæ pòst officio linguæ erumpunt.

AVGVST. *Os nostrum*. Cordis, inde procedit malum bonum, quod nos mundat, vel inquinat; vnde non *Quod procedit de ore, inquinat*. Non de ore carnis, sed cordis. Non enim si nominas furta & alia mala, immundus es: sed dum cogitas, & si fileas. Mar. 7. c.

✻ THEO.

✻ THEODORETVS. E vestigio voluptate perfusi linguas in hymnorum cantilenam impulimus. Exultationem enim Aquila, *laudem*, Symmachus, *gloriam* interpretati sunt.

d *Tunc dicent inter gentes*. ✻ BASIL. Non est timere adiecta ingeminatio, sed multæ emphasis demonstrationem habet, *Tunc dicent illi quia magnificauit dominus, &c.* hoc Gentium est verbum; Alterum vero quod subiungitur, ipsius Prophetæ. Non dixit seruauit, sed *magnificauit*, vt magnificandi verbo, insolentiam ac nouitatem miraculi ostenderet.

e *Inter gentes*. AVG. Non gentes, quia non omnes credunt. *Magnificauit*, quia vident eos etiã virtutes operari; firmum testimonium ab aduersario.

CAS. & vere magnificauit, ne dubites de verbis gentium.

f *Conuerte domine*. CAS. Secunda pars. Precatur conuersionem, quæ futura est, in qua fiet seminatio spe gaudij.

CAS. Aduentus domini redemptione prædicta precantur iterum peccata sua dimitti. In generali remissione gaudent, & sibi veniam precantur. *Conuerte domine*.

g *Captiuitatem nostram*. CAS. Nulla ad literam in diebus Dauid sed sub diabolo mundus captiuus.

h *Sicut torrens in austro*. AVG. Scriptura monens de bonis ait: *Sicut glacies in sole, ita soluentur peccata tua*. Peccata enim eligant nos, vt frigus aquam, vt non currat: quando autem flat calidus ventus auster, liquescit glacies, implentur torrentes: sic flante spiritu sãcto soluimur à peccatis, & currimus ad patriã, in quo cursu labor: Sed non ideo desistendum, quia *qui seminat in lachrymis*. Eccle. 3. B.

THEOD. Austrum Hierosolymam vocat: appellationem à situ posuit. Sic etiam ipsam Ezechiel & Abacuk appellant. Verum aliud sermo demonstrat. Cum enim auster humidus ventus sit nebulis aerem implet & vehementes pluuias reducit, atque etiam niuem dissoluere solet & aquis torrentes implet: sic igitur inquit nostros ciues, vndique dissipatos iube, vt cogantur, & torrentis instar iter faciant.

i *In lachrymis*. AVG. Spiritualis seminatio semper in lachrymis, vnde: *Beati qui lugent*. Qui vero seminant in carne, cum lætitia seminant: sed pòst fletus: quia *extrema gaudij luctus occupat*.

☞ IDEM.

PSAL. CXXV.

a ¶ Alias cum conuerterit ¶ Vt redeuntium de Babylonis, quam conuersionem dominus fecit.

† N conuẽrtendo dominus captiuita- 1

a ¶ Augu. Consolatio non est nisi miserorum: gemimus in re, consolamur in spe. ¶ Et si nondum securi.

tem Sion, facti sumus sicut † cõsolati. 2

a ¶ Et dominus conuertit. ¶ In illa conuersione.
b ¶ In spe gaudet. Non mundi, sed redemptionis.

Tũc repletum est gãudio os nostrum, 3

a ¶ Corporis. ¶ Vel quæ intus clamat ad eum.
b ¶ Aug. Hoc fit cum de toto corde ad ecclesiam curritur.

& linguã nostra exultatione. Tũc † 4

a ¶ Et vere.

dicent inter gentes: magnificauit dñs facere cũ eis. Mãgni- 5

a ¶ Augu. Non nobis fecimus, qui sub peccato nos vendidimus. b ¶ Vnde. c ¶ August. Qui prius captiui.

ficauit dominus fãcere nobiscum: facti sumus † lætãtes. Cõ- 6

a ¶ Vnde. ¶ Dominus soluit captiuitatem. ¶ Missoredemptore.
b ¶ Qua sub diabolo captiui tenemur. c ¶ Conuertitur. 7

uertẽ domine cãptiuitatem nostram, sicut torrens in aũ- †

a ¶ Operi misericordiæ, ad quæ sufficit voluntas, si deest facultas: inde meritur pax. Num ergo dicitur pax in terra diuitibus? non, sed hominibus bonæ voluntatis.
b ¶ In hac vita plena lachrymis. c ¶ Fructum æternæ beatitudinis. 8

stro. Qui seminant in lãchrymis, in † exultatione mẽtent. 9

+ Cum redire fecit a b c d B e f g h i † somniantes † dicebãs E † iucundati † gaudio

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXXV.

1 IN conuertendo. *Titulus huius psal. est*, Canticum graduum, *sine aliqua additione: & patet sententia ex supradictis. De materia vero huius psalmi patet ex circumstantia literæ, quod loquitur de reditu populi Israel à Babylonica captiuitate: quia de captiuitate facta per Romanos non est reuersus populus Iudaicus, nec reuertetur, vt frequenter suprà dictum est. Dicit igitur Psal.*

In conuertendo, *Reducendo populum de Babylone in Ierusalem, in qua est mons Sion, vbi fuerat templum, & domus regia.*

2 Facti sumus sicut consolati *Magna enim consolatio fuit eis redire ad locum cultus diuini.*

3 Tunc repletum est gaudio os no. *quia statim cum venerunt in Ierusalem, erexerunt altare, & obtulerunt hostias cum diuinis laudibus, vt habetur. j. Esdræ. iij.*

4 Tũc dicẽt inter gẽtes *Cyrus enim rex Persarũ per totũ regnũ suũ fecit publicari edictum, in quo habitabant Gentiles, de reditu Iudæorũ in terram suam: in quo edicto continebatur præceptum domini de hoc sibi factum, Esdræ j. propter quod Gentiles hoc audientes dicebant: Deũ cæli magnificasse populum Israel: & aliqui eorum conuertebantur ad Iudaismum, de quo etiam Iudæi lætabantur, ideo subditur,* 5 Magnificauit dom. facere nos *De reditu nostro & conuersione Gentilium.*

6 Facti sumus lætantes. *Verumtamen quia adhuc non erat ædificatum templum nec ciuitas reparata, ideo subditur,*

7 Conuerte do. ca. no. sicut torr. in austro. *Vetus australis est pluuiosus: & ideo facit fluere torrẽtes prius desiccatos: & sic petit Psal. quod gratia diuina effluat in populo de captiuitate reducto, sicut tẽpore Salomonis, per reædificationẽ ciuitatis & templi, vbi dabãtur diuina respõsa. Et ad hoc impetrandũ allegat Psal. populi pœnitẽtia, quæ est dispositio ad gratiã impetrandam di.* 8 Qui seminat in lachymis, *Per veram contritionem de peccatis:* 9 In exultatione metent *Ex consecutione gratiæ diuinæ. Et consequenter applicat ad populum Israel dicens.*

☞ Euntes

MORALITER.

† 1 *In conuertendo*. Psal. iste secundum literalem sensum loquitur de reditu populi Iudaici de Babylonica seruitute. Moraliter autem potest exponi de reditu populi Christiani per pœnitentiam de peccato mortali. Et sic in eius persona dicitur,

In conuertendo dominus captiui. Sion id est, ecclesiæ, quæ licet nõ secundum se totam, tamen secundum aliquas sui partes sic aliquando captiuatur. 2 *Facti sũ. sicut consol.* Et dicitur *sicut*, quia perfecta consolatio non habetur in præsenti. 3 *Tunc repletum est gaudio* In laude diuina.

4 *Tunc dicent in gen.* Videntes enim talem emendationem, excitantur ad laudem diuinã, & emẽdati sunt, spiritualiter consolati. 7 *Conuerte do.* Nã à peccatis liberati per pœnitentiã, indigẽt adhuc liberari à sequela peccati quæ est pronitas ad recidiuationẽ.

† *Sicut torrens*, Sicut enim auster torrentem siccatum replet aquis: sic Deus homines prius deficcatos ex defectu gratiæ, replet humore deuotionis, de quibus subditur,

8 *Qui seminat in lachrymis*, Contritionis & deuotionis:

9 *In exultatione metent*, scilicet in præsenti consolationem interna & æternam in futuro.

IDEM. Zachęus, *Ecce dimidium bonorum meorum domine do.pauperibus. Et si quem defrau.&c.* Ad hoc enim retinuit dimidium, nō vt haberet, quod posset, sed vnde redderet debita. Magna voluntas, multum dedit, multum seminauit. In hac etiam voluntate illa vidua, quæ duo minuta misit, non parum seminauit: imo tantum quantum Zachęus; minores ferebat facultates, sed parem habebat voluntatē. Si attendis, quid dederunt, diuersa inuenies: Si attendis, vnde dederunt, paria inuenies. Sed est & aliud vilius quo seminato metitur illa messis, scilicet calix aquæ frigidæ, dicente domino, *Qui dederit calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem.*

Matt 5.a. Luc.19.b. Matt.12.d. Matt.10.d.

a ¶ Et ideo si cum fletu seminant, tamen exul. & hoc est. b ¶ Quia miseri inter miseros. d ¶ Misericordiam, hinc asceditur. e ¶ Ad iudicium.

a † Eūntes ibant & flebant, mittētes semina sua. Veniētes autem veniant cum exultatione, portantes manipulos suos.

a ¶ Aug. Tunc erit triumphus lætantium, & ipsi morti insultantium, in qua gemebatur. b ¶ Fructum seminis, id est, coronam gaudiorum & exultationis.

a *Euntes.* CAS. prouectu melioris vitæ. *Mittentes*, ante se præmittentes in illo seculo. *Sua*, non de rapina, sed de proprio labore; *venientes*, ad iudicium. Hoc commune omnium, sed ad gaudium non nisi boni veniunt.

b *Et flebāt.* AVG. Quia miseri erant & inter miseros. Melius est, vt nullus sit miser, quam vt tu facias misericordiam. Qui enim vt faciat misericordiam optat esse miseros, crudelem habet misericordiam. Sicut crudelis est medicus, qui vt exerceat artem suam, optat multos esse ægros.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Euntes *in captiuitatem Babylonicam.*

2 Ibant & flebant, *ex contritione de peccatis, propter qua captiuitatem meruerant:*

3 Mittentes semina sua, *Sicut enim fructus producitur ex semine, sic ex vera & perfecta pœnitentia suo modo reportatur beneficium diuine gratie; ideo subditur,*

4 Venientes autem veniant, *& patet litera ex dictis.*

Moraliter autem potest exponi psal. iste de quolibet redeunte de peccato mortali, tanquam de Babylone, qua confusio interpretatur: & per veram pœnitentiam consequitur donum gratie in presenti, & gloria in futuro.

MORALITER.

† 1 *Euntes ibant*, per viam præsentis vitæ,

4 *Venientes autem veniant*, in futura resurrectione.

ADDITIO.

In psal cxxv. In conuertendo dominus. *vbi dicitur in postilla:* De materia vero huius psal.

Iste psal. non loquitur de reditu populi Israel à Babylonica captiuitate: quia in illo reditu nunquam fuerunt tam repleti gaudio, quod de ipsis conueniēter verificaretur, Tunc repletū est gaudio os nostrum. *vt patet ex h storijs Esdræ & Nehemie. Similiter nec proprie de eis posset dici*, Tūc dixerunt inter gē. magni. do. face. cū eis. *Licet enim Cyr⁹ dedisset eis licentiam reedificandi, gentes & tamē circumstātes multipliciter impediebant, & eos fatuos reputabant, vt habetur j. Esdræ. iij. & Nehemie. j. Similiter nec de eis proprie posset dici*, Venien. au.ve. cum exul. *cum nunquam legūtur pro maiori parte fuisse in vera pœnitentia. Vnde expositores Hebræi specialiter Ra. Abēhazra, istū psal. exponunt de tēpore Messię, quē falso expectāt: quare nos verius de tēpore Christi veri, in quo sumus, debemus exponere illū; in quo s. tēpore proprie cōuertit De⁹* captiuitatē Siō Et *continuatur psal. iste cum precedenti sic. Nā cū dixisset, quod De⁹ est* in circumitu populi sui *ad custodiā, & quod* nō relinquet virgā peccatorū super sortē iusto. *ne forte quis ex hoc crederet, quod in tēpore Christi pro tūc vēturi cessassent omnes persecutiones, ideo dicit*, In cōuertēdo do.ca. &c. facti sumus sicut cōsolati: *quasi dicat nō ex toto erimus cōsolati, sed* sicut cōsolati, *eo modo quo Apostolus, ij. Cor. vj. b. dicit:* quasi tristes, semper autem gaudentes. *Quod quidē gaudiū statim declarat di.* Tūc reple. est gau. os no. &c. *quia apostoli & primitiuæ ecclesia non solum gaudentes prænuntiabant Christum esse in bonis circa quod ipsorū os & lingua assidue versabatur: sed etiam opprobria & contumelias cum gaudio susc.ipiebant, Act. v. g.* Ibāt apostoli gaudentes, quia digni habiti sunt pro nomine Christi contumelias pati. *Et quia multi de Gentilibus hoc cognoscebant prædicatibus apostolis, ideo subdit*, Tūc dicēt inter gē. &c. *Consequenter Psal. declarat modum istius conuersionis, de qua dixerat*, In conuertēdo do. captiuitatē Siō *per modū orationis prophetice dicit.* Cōuerte domine captiuitatē nostrā sicut torrēs in austro. *Pro quo sciēdū, quod plaga seu regio australis est ficca naturaliter plus quam alia regiones: & ideo cum in terra aliqua australi superuenit torrens, quo irrigatur, tunc talis terra conuertitur à sterilitate ad fertilitatem: cui assimilatur conuersio captiuitatis Sion scilicet ecclesia, per aduentum Christi: quia pri⁹ erat quasi sitiēs, & ideo Christus adsimilatur* radici de terra sitienti, *Esa. liij. & post fuit irrigua, sicut lere. xxxj. c.* Erit anima eorum sicut hortus irriguus, &c. *Consequenter Psal. declarat processum illorū, quorum os & lingua replebitur gaudio, scilicet apostolorum, & primitiuorum ecclesiæ: & de hoc dicit*, Qui seminant in lachrymis, *quia prædicti cū maximis laboribus & persecutionibus seminabāt verbū Dei: vnde*, Euntes ibāt & flebāt, mittē. se. sua. *postea tamen* cum exultatione portabant manipulos suos, *scilicet fructum suæ sanctæ prædicationis.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Canticum graduum Salomonis* CAS. Octauus gradus in figura noui testamenti, quod octonario numero signatur, vbi agitur de ædificatione domus Dei, id est, ecclesiæ per verum Salomonem facta, id est, per Christum, qui est verus pacificus, qui fecit vtraque vnum, & in se lapide angulari ecclesiam de duobus parietibus Iudæorum & gentium construxit.

AVG. Hic additur *Salomonis*, quia is ædificauit templum, in figura pacifici Christi, qui ædificauit ecclesiam de duobus parietibus. Ne ergo acciperes illum Salomonem, ait, *Nisi do. ædi.* In hoc spes ponenda, sed in nullo hominum: quia & ille Salomon cecidit, qui templum ædificauit.

CAS. Primò, monet quomodo ascendentes se habere debeāt, scilicet vt discant quòd ædificatio & custodia non nisi à Deo est. Et exaltatio in futuro non est nisi post humiliationem. Secundò, dicit quæ sit hæreditas, & quomodo collecta, ibi, *Ecce hæreditas.*

a ¶ Id est, lætitia de ascensu, scilicet de ædificatione & prouectu ecclesiæ, quam Christus ædificauit.

a Canticum graduum, Salomonis.

PSAL. CXXVI.

a ¶ Aug. Dominus Christus ædificat sine quo operante interius, frustra laborant prædicatores foris loquentes, ministri ædificationis, & custodes ædificatorum: Domus est populus Dei, templum Dei, & ciuitas Dei.

b Nisi dominus ædificauerit

1 tibus ob inuidiam pariter & tumorem, ne eorum res prosperè ac feliciter succederent. Et multum quidem temporis fuit annorum ferme quadraginta, quo & Iudæi ædificare, & illi contra modis omnibus impedire eos nitebantur. Hoc igitur erudiens propheta noster, docet, vt ad Deum confugiant, & coadiutorem incepto operi inuocent, atque in hanc prorumpit sententiam, nisi Dominus cooperatione sua adfuerit, & domum ipse construendam ædificauerit, frustra omnes ædificantes laborant.

✠ AVG. Ideo quosdam videntes ruere Apostoli, & proprie Paulus, ait, *Dies obseruatis, & annos, & mēses, & tēpora, timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis:* quia nouerat se intus à Domino ædificari, plangebat istos, quia sine causa laborauerat in eis. Nos ergo loquimur foris, ille ædificat intus. Quomodo audiatis, nos aduertimus; quid cogitetis, ille solus nouit, qui cogitationes vestras videt; ipse ædificat, ipse mouet, ipse terret, ipse intellectum aperit, ipse ad fidem applicat sensum vestrum: & tamen labo-

☞ ramus

PSAL. CXXVI.

b *Nisi dominus.* CAS. Q. Iam venit Iesus, de captiuitate reduxit: iam ciuitas ædificatur Ierusalem; sed discant ascendentes, quod ædificatio & custodia non nisi à Deo, & exaltatio non nisi post

si post humiliationem in futuro; etsi enim læti de gratia noui testamenti, tamen in tanto munere non est præsumendum alicui.

✠ EVTHYMIVS. Cum reuersi essent Iudæi ex captiuitate, templúmque & ciuitatem rursum ædificare cæpissent, prohibebantur à vicinis gen-

NICOLAVS DE LIRA.

PSAL. CXXVI.

1 Nisi dominus. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo & in translatione Hierony.* Canticum graduum Salomonis. *Et secundum quod dicit Rab. Salo. iste psalmus intitulatur à Salomone, non sicut abautore: sed quia factus fuit ab ipso Dauid qui sicut præuidit eum ædificaturum domum domini, ita præuidit eum accepturum in vxorem filiam Pharaonis contra legem diuinam, qua prohibet Iudæis accipere*

✠ *mulieres*

MORALITER.

1 *Nisi dominus.* Psalmum istū fecit Salomon, videns se non posse ædificare domum domini, sine eius adiutorio speciali: propter quod dixit. ij. Para. ij. b. *Quis enim prænalere poterit, vt ædificet ei domum*

mum dignam? quasi dicat nullus. Mystice vero potest exponi de spirituali ædificio ecclesiæ per rectores eius & prædicatores: de quibus dicit saluator Iohan. xv. a *Sine me nihil potestis facere.* Ideo dicitur, *Nisi dominus ædificauerit domum, &c.* Et qui non solum re-

Mystice.

† quiritur

☞ ramus nos tanquam operarii, *Sed nisi dominus ædificauerit domum,* A *in vanum laborauerunt &c.*

a *Domum.* Avg. Ad hanc ascendit omnis, qui proficit: Cadit ab hac omnis, qui deficit; amando Deum ascendis, amando seculum cadis. Sunt enim ista cantica amantium, & quodam desiderio sancto flagrantium.

b *Labora.* Avg. Omnes in hac ædificatione laborant, qui in B ecclesia prædicant verbum Dei.

† in vanum laborât qui custodiunt †quod maturatis surgere tardatis sedere, & editis panem molestiarum

c *Nisi Dominus custodierit.* ✻ Evthy. Sed quid dico, inquit de ciuitatis ædificatione, cum neque cõstructam, ac iam perfectam ciuitatem custodire, aut conseruare quis possit absque illius auxilio?

a ¶ Cas. Quia neque qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat Deus.

domum, in vãnum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi do- 1
a ¶ Idem quod domus. 2
minus custodierit ciuitãtẽ, † frustra vigilat, qui custodit eã.
a ¶ Et q.d. vanus est labor & custodia ciuitatis, nisi dominus operetur. b ¶ Christum.
c ¶ Confidere in se. ¶ Surgere, est exaltari, securos esse. d ¶ Autem. e ¶ i. post humiliationem.
f ¶ Peracta sessione. 3
Vãnũ est nobis † ante lũcẽ ſurgere, ſurgite põſtquã ſederĭtis 4 5
a ¶ Non dico sedere ad manducandum, vel gaudendum, sed ad humiliandum: vnde subdit, qui man. pa. do. 6
b ¶ Aug. quando hoc erit? post mortem surgent dilecti: Dominus post mortem exaltatus est, ergo & tuam exaltationem post mortem spera.
qũi mãducatis panẽ doloris. Cũm dederit dilectis ſuis ſõnũ. 7

Avg. Laboramus in custodiendo, sed vanus est labor noster, nisi ille custodit, qui videt cogitationes vestras. Custodit ille cum vigilatis, custodit & cum dormitis. Ille enim dormiuit in cruce semel & surrexit, iam non dormit. Estote Israel: quia non dormis, neque dormitabit qui custodit Israel.

libr. 8. Moral. c. 19. ✻ Gregor. Per nos namque cecidimus, sed nostris resurgere viribus non valemus. Culpa nos voluntatis propriæ non semel C strauit: Sed pœna culpæ deterius, quotidie deprimit. Ad amissam rectitudinem resurgere studiorum conatibus nitimur, sed meritorum pondere grauamur.

d *Ciuitatem.* Cassiod. de domo ad ciuitatem transit, vt nec in singulis, nec in minuta collectione fit præsumptio. Et quamuis domus & ciuitas secundum metaphoram, quę de diuersis inducitur, sint diuersa: vna tamen est ecclesia, quam vtraque significat.

e *Ante lu.* Avg. Si surgitis antequam lux surgat; Lux est Christus, post quem surgendum est, non ante; vt ille facit, qui se ei præponit: volens hic esse altus, vbi ille humilis fuit: vt & filij Zebedæi: sed resurrectio, id est, exaltatio sequitur sessionem, i. humiliationem, vt lux nostra Christus post mortem surrexit altus. D Matt. 20. c.

✻ Evthymivs. Cæterum, inquit, vos ô Iudæi, qui doloris panem manducatis, hoc est, qui nec panẽ ipsũ absque dolore cõeditis, qui in afflictionibus vitam ducitis: admoneo, frustra id à vobis fieri, vt ante lucem summo mane, operi atque ædificationi incũbatis: frustrà etiam à vobis sit, vt postquam sediſtis, statim ad accelerandũ ipsum opus surgatis: hoc est quod & noctu somno nõ vacatis, & interdiu nulla fruimini quiete: quibus verbis dolore illos atque angustiis plenos esse ostendit: ea nimirum ratione, quia non solum fatigabantur laborando, sed etiam aduersus hostes eis pugnandum erat; armati etenim mœnia construebant, & aduersus impedientes pariter bellum gerebant, duplicem hoc pacto ærumnam sustinentes. E F

f *Sede.* Sessio aliquando significat honorem iudicandi, hic autem humiliationem.

g *Mandu. pa. do.* Avg. Manducat panem doloris, qui gemit in hac peregrinatione, id est, in valle plorationis de afflictione se reficit di. *Facta sunt mihi lachryma mea panes die ac nocte.* Psal. 41. c.

h *Somnum.* Cas. Mortem temporalem, in qua secura pausatio.

i *Cum dederit dilectis suis* ✻ Evthy. Cum dilectis suis Deus suauem somnum dederit, somnum dico curis ac solicitudinibus vacuum, hoc est cũ quietem ac libertatem à perturbationibus præstiterit. Dabit autem hanc quietem tunc, cum vtile ac bonũ fuerit eam dari. Tunc non tẽplũ tantũ, aut ciuitatis mœnia ædificari vo- ☞ bis con-

---

NICOLAVS DE LIRA.

✻ *mulieres alienigenas: & secundum hoc dixit,* Nisi dominus ędificauerit do. in va. la. qui ędi. eã. *q.d. frustra ædificat domũ domino, qui trãsgreditur eius mandatũ: quia* melior est obediẽtia quã victimæ. j. *Reg. xv. Et ad hãc sententiã applicat literã sequentẽ. Sed illud dictũ videtur esse manifestè cõtra sacrã scripturã, quæ dicit. iij. Reg. viij. & ij. Para. v. quod ædificata domo nebula impleuit eam, in signum diuinæ acceptionis, & ij. Para vij. quod ignis descendit tũc de cælo, & deuorauit holocausta & victimas, & maiestas domini impleuit domũ. Itẽ iij. Reg. ix. dicitur, quod dominus apparuit Salomon, sicut apparuit ei in Gabaon, dixitque dominus ad eũ,* Exaudiui orationẽ tuã, &c. *& subditur,* Et sanctificauĭ domum hanc, quã ædificasti. *Et per omnia ista ostenditur, quod illa ædificatio fuit Deo accepta. Itẽ Salomon non videtur in aliquo peccasse, accipiẽdo filiã Pharaonis in vxorẽ sicut dictũ fuit dissuẽ. iij. Reg. iij. Et ideo dicendum, quod Salomon fecit psal. istum, quia tamẽ reputabat se & totũ populũ suũ non sufficere ad ædificationẽ domus domini, secundũ quod ipse dixit. ij. Para. ij. b.* Quis enim præualere poterit, vt ædificet ei domum dignam, *quasi dicat nullus, nisi ipsemet Deus apponat manũ suam: ideo secundũ hoc dixit,* Nisi do. ædif. do. in va. la. &c. *Circa quod sciẽdũ, quod domus domini dupliciter ædificatur, Uno modo corporaliter ex lignis & lapidibus, Alio modo spiritualiter per doctrinã in fide & moribus: & in vtraque ædificatione requiritur diuinum auxiliũ. Igitur in hoc psal. agitur primo de ædificatione corporali, secundo de spirituali, ibi,* Cũ dederit dilectis suis. *Circa primum dicit Salomon,* Nisi domi. ædifi. do *dirigendo & confortando artifices:*

1 In vanum labo. *vnde lapis angularis consummans ædificium parietũ pluries fuit reiectus ab artificibus sicut inutilis: & tamen in consummatione ædificij fuit aptissimus, quod à domino factum fuit, secundum quod dictum est supra psal. cxvij.* Lapidem quem reprobauerunt ædificãtes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud *&c. Et ad hoc adducitur exemplum de custodia ciuitatis humana, quæ non valet sine diuina, cum dicitur,*

2 Nisi dominus custodierit. *& secundum sententiam prædictam alloquitur Psal. artifices di.*

3 Vanum

3 Vanũ est vobis ante lucem &c. *id est, de mane, vt habet translatio Hiero. & hoc est ante solis ortũ, nisi supple, adsit diuinũ adiutorium, vt præmissum est,* 4 Surgite postquam. *In Hebr. sic habetur.* Retardãtes sessionem, & manducantes panem laborantium. *& est sensus: Sicut vanum est vobis mane surgere ad incipiẽdum opus, nisi adsit diuinum adiutorium: ita sine tali adiutorio, vanum est retardare sessionem id est, quietem ab opere, opus multum continuando, & manducantes panem laborantium: isti sunt artifices manualiter operantes. Translatio autem communis potest sic exponi,* Surgite post. *se. q.d. nõ oportet vos nimis citò surgere ad opus: quia si vobis adsit diuinũ adiutorium, plus faciet, quam solicitudo vestra nimia: & ideo,* Surgite post. se. *i. postquam cõuenienter quieueritis.* 5 Qui man. pa. do. *id est, vos operarij, qui habetis victũ ex labore corporali acquisitum, qui labor est causa doloris in corporibus vestris.* 6 Cum de. *Hic consequenter agitur de ædificio spirituali per doctrinam sanã fidei & morum. Circa quod sciendum, quod hæc est vera litera Hebraica, vt dicunt Hebræi, saltem moderni,* Sic dabit excitanti se à somno. *& est finis versus præcedẽtis in Heb. & in translatione Hier. & continuatur sententiæ præcedenti, quia dixerat operarios habere victum per magnũ laborem corporalem, subdens,* Si dabit. *s. dominus victum conuenientem sine tali labore* excitanti se à somno *propter amorem studij legis diuinæ, sic vt facit doctor studiosus, & subditur,* Ecce hæreditas. do. *quam magis approbat Deus, quã domũ materialẽ,* Filij, *id est, discipuli edocti à doctore prædicto. Circa quod sciẽdũ, quod ly* filij, *prout scribitur in Heb. non potest esse genitiuum singularis numeri, sed nominatiuus pluralis. Et quid sit illud bonum, quod acquiritur dictis discipulis, ostenditur cum subditur,* Merces fructus ventris. *id est, bonum quod reportat discipuli, est fructus legis, qui est sapientia. Et dicitur* fructus vẽtris. *eo quod latet in corde, quod hic vocatur venter, eo modo loquẽdi, quo dicitur Prouer. xxij. c.* Appone cor tuũ ad doctrinã meã, quæ pulchra erit tibi, cum seruaueris eam in ventre tuo: *sic exponit R. a. Sa. Ad hunc autem intellectum potest aliquo modo reduci translatio communis quæ sic habet,* Cum dederit dilectis suis, *id est, studiosis doctoribus in doctrina fidei & morum, qui sunt à Deo dilecti,*

7 Sõnũ. *i. requiẽ per mortẽ, qua dicitur somnus in scriptura, Iob. xj. b.*

✻ Lazarus

MORALITER.

quiritur eius auxilium ad ædificandum, sed etiam ad ædificium conseruandum; ideo subditur,

1 *Nisi dominus custodierit &c.* propter quod subditur:

2 *Vanum est vobis ante lucem.* Id est ante Deum, qui est lux ad opus bonum: quia gratia Dei præuenit liberum hominis arbitriũ. Quia tamen sequi debet eius instinctum, subditur,

4 *Surgite postquam se.* scilicet ad ædificium spirituale, postquam quietem quietem necessariam habueritis.

5 *Qui manducatis pa. do.* id est vos ecclesiæ ministri, qui sustentamini de eleemosynis dolentium de suis peccatis. Osee 4. b. *Peccata populi mei comedent.*

6 *Cum de.* Hic consequenter describitur merces fideliter ædificantium, cum dicitur: *Cum de. di. suis,* id est, ædificantibus ecclesiã verbo & exemplo,

7 *Somnum,* scilicet mortis.

bis concedetur, sed dabũtur etiã & filij, qui ita Deo grati erunt, vt illius hæreditas, atque illius populus appellari mereantur. Hoc autem dixit tanquam bonorum omnium caput. Liberorum enim procreationi studebant Iudæi, quam maxime, &c. Vt autem magis in vniuersum dictum, *Cum Deus dederit dilectis suis somnum*, vt prædiximus, tunc non tantũ ea perficientur, quæ cum studio acta fuerint: sed addẽtur etiã perpetui, vt ita dixerim, quidam filij, *filij*, inquã, *hæreditas Domini*: ac si diceret, hęredes studiorum, hęredes virtutum, hæredes dati à Domino.

a ¶ q.d. qui sunt dilecti filii, qui sunt fructus ventris, his tunc erit hæreditas merces, id est, vita æterna. ¶ Scilicet. ¶ Ecce.

Ecce hæreditas domini, filij: merces, fructus ventris. Sicut sagittę in mãnu potẽntis: ita filij excussorum. Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: nõn cõfundetur, cum loquetur inimicis suis in põrta.

a ¶ q.d. Quomodo collecti sũt filij. ¶ Celeriter omnia transeuntes, & sine errore ferientes. b ¶ Alicuius. c ¶ Hominis. d ¶ Apostoli filij prophetarum sunt missi à manu Dei. e ¶ Est ille.

a ¶ Sagittis. ¶ Aug. ¶ qui enim plenus est sęculi desiderio, non est quo intret, quod illi prædicauerunt. b ¶ Non erubescet, qui in Christo loquitur, & eius honorem quærit, non suum.

a ¶ Hæreticis. ¶ In Christo. ¶ In communi. ¶ Vt omnes nouerint, quid loquatur.

a *Ecce hæreditas.* CAS. Secundo, quæ hæreditas & quomodo collecta. Q. dilecti post somnum surgent.

b *Merces fructus ventris.* ✠ EVTHYMIVS. Merces illa, quæ de ventris prouenit fœcunditate, pietatis est merces. Retributio siquidem illa, quæ in liberorum ac prolis datur copia, retributio plerumque solet esse virtutũ. Iuxtà anagogen vero ij, qui à Deo in filios per regenerationis lauacrum adoptantur, merces sunt incarnationis Christi, Christi inquam, qui verè ac propriè est *fructus ventris* Beatæ virginis, veluti qui ex ea absque vllo viri semine natus est.

c *Fructus ventris.* AVG. Venter ecclesiæ, vt Eua, in dolore parturit filios bonos & malos. Vt Rebecca geminos: Boni verò sunt fructus ventris, vt Iacob dilectus matris. Eorum est merces resurgere post sessionem, lætari post panem doloris. Modo ergo dolor & gemitus, sed in resurrectione hæreditas. Tunc apparebit partus ecclesiæ, tunc qui fuit, videbitur. Vel *filij* nati ex aqua & spiritu, sunt *hæreditas*, qui sunt *merces* reddita Christo homini, qui est *fructus ueri virginalis*: quia omnes acquisiuit per obedientiam passionis, *vnde postula à me, & dabo tibi gen. ha. tu.*

d *Sicut sagittæ.* AVG. Sed vnde facta est tanta hæreditas, quia potens dominus, dum fortiter sagittas, apostolos, de arcu sacræ scripturæ excussit, vsque ad fines terræ peruenerunt illæ excussæ, sic sunt autem *filij excussorum*, quomodo illi excussi.

e *Filij excussorum.* AVG. Filij apostolorum; quibus dictum est, *Excutite puluerẽ de pa. ve.* Sed ita videntur dicendi excutientes, non excussi, verum & quod excutitur, vt puluis, excussum dicitur, & vnde excutitur, vt vestis. Vel excuti dicitur aliquid vt faccus, vt exeat quod intus latebat: Prophetæ ergo clausa continentes sacramenta, excussi sunt à prædicatoribus, accedente eorum diligentia, & domino aperiente abscondita, prodierunt aperta. Sicut illud, *Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognouit.* Hoc inuolutum predicatorũ aliquis excutiens dixit, Venit bos triturans de gente Indæorum, quia inde triturantes apostoli. Omnis enim, qui prædicat verbum Dei, monet, obiurgat, terret, triturat aream, & bouis implet officium. Asinus verò est populus veniens de gentibus, vt insideat ei Christus, significatus in euangelio per pullum asinæ, cui nullus insederat, quia ad eum nec lex missa nec propheta, vtrique autem populo Christus appositus est in præsepio, id est, vtrique cibus est in altari. Ecce qualiter illud inuolutum excussum est. Ideoque prophetæ dicuntur excussi, quibus excussis generati sunt apostoli, & ita apostoli *excussorum sunt filij*, qui manu Dei missi sunt vsque ad fines terræ.

Esa 1.a.

Ioh. 12.c.

f *Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex eis.* ✠ EVTHYMIVS. Sed quibusnam eis, ex eis dico, bonis quę superius commemoraumus, ex hoc videlicet, quod perficiatur tẽpli & ciuitatis cõstructio, quod detur & liberatio ab omnibus perturbationibus, quod multam ac pulchram prolem suscipiant, quodque alia huiusmodi Dei dona suscipiant.

g *Non confundentur.* ✠ AVGVST. Et quis est qui prædicat in porta, qui prædicat in Christo, quia Christus est *porta* qua intramus ad illam ciuitatem. Mentior, si non ipse dixit: *Ego sum ianua.* Si ianua est & porta est, ianua enim dicitur domus, & ianua ciuitatis porta est, porta domus ianua est.

Iohan. 10.

✠ EVTHYMIVS. Ii qui desiderium suum impleuerint, vt dictum est, non confundentur, quasi imbecilles, cum in portis ciuitatis hostes suos allocuti fuerint. Omnes etenim eorum res ac negotia bene se habebunt, Vel, *non confundentur* quasi infirmum ac debilem habeant Deum, quemadmodum ante ciuitatis restaurationem hostes eis exprobrabant, sed multa loquentur cum libertate. Antiquis autem mos fuit vt hostium nunciis ac legatis, ante portas ciuitatis loquerentur.

☞ PSAL.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitẽ eum.

1 Ecce hæreditas domini, *id est, fideles, edocti ab ipsis in fide & moribus (qui dicuntur eorum filij in scriptura) sunt hæreditas domini magis dilecta, quam domus materialis. Et quod sit bonum, quod reportant finaliter, ostenditur, cum dicitur,*

2 Merces fructus ventris. *id est, Christus, qua est* fructus ventris *virginalis, est* merces *eorum, quia est beatitudo obiectiue. In aspectu enim sua diuinitatis reficiuntur beati interius, & in aspectu sua humanitatis exterius, secundum quod dicit Aug. super Iohan.*

3 Sicut sagittæ in manu potentis. *quæ sunt parata ad aduersariorum destructionem.*

4 Ita filij excusso. *id est, de numero expeditorũ ad pugnam, tanquam excussi ab impedimentis. In Heb. autem habetur,* Ita filij iuuentutum, *& est eadem sententia: quia iuuenes sunt magis expediti ad pugnãdum. Et isti sunt illi filij, de quibus prædictũ est, qui sunt edocti in fide & moribus à sanctis doctoribus, & sic sunt parati debellare aduersarios veritatis, secundum quod dicitur ad Titum. j. b.* Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, *vt potens sit exhortare in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere.*

5 Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis. *In Heb. & in translatione Hiero. habetur:* Pharetram suam ex ipsis, *per quã intelligitur schola doctoris, vel ecclesia boni pastoris, vbi congregãtur tales filij sic edocti. Et ad eundem sensum reducitur litera cõmunis, cũ dicitur,* Desiderium suum ex ip. *quia bonus doctor desiderat habere tales filios, & similiter bonus pastor. Et quia bonitas eorum redundat ad meritum doctoris, vel pastoris, propter quod talis doctor vel pastor est* beatus vir: *ideo subditur,* Beatus vir q. imp. def. ex ipsis *scilicet ex cõgregatione eorum.* 6 Non cõfundetur, *talis doctor vel pastor. Vel, hoc refertur ad quemlibet discipulorum edoctorum,*

7 Cum loquetur inimicis suis *id est, aduersarijs veritatis eos potenter arguendo.* 8 In porta, *hoc est in loco patenti. vel,* In porta, *id est, in iudicio, quia iudices antiquitus in portis sedebant, & ibi coram eis aliquando facta sunt disputationes fidelium cum infidelibus.*

✠ PSAL.

MORALITER.

✠ 1 *Ecce hæreditas domini,* parata eis: & quæ sit illa, subditur,

2 *Filij merces fructus ventris,* id est, fructus gloriosæ virginis, qui est eius & Dei patris filius, merces, est dictis ædificantibus: de quibus adhuc subditur,

3 *Sicut sagittæ in manu potentis.* paratæ sũt, supple, ad aduersarios debellandum.

4 *Ita filij excusso.* id est, sic prædicatores excussi à cupiditate terrenorum, apti sunt ad hæreticos & malignos spiritus repellendũ.

5 *Beatus vir qui impleuit.* Id est, beatus ille doctor, vel prælatus, cuius dicti prædicatores fuerunt discipuli: nam in eis impletum fuit suum desiderium.

6 *Non confundetur cum loquetur ini. s. in porta* scilicet mortis, in qua non confunditur à spiritibus malignis.

✠ MORAL.

ADDITIO I.

In psal. cxxvj. Nisi dominus. *vbi dicitur in postilla:* Huic psalmo præmittitur talis titulus.

Psal. iste totus potest exponi de ædificatione corporali sine aliqua distinctione: verius tamen & magis correspondenter ad psal. præceden. exponitur totus de ædificio spirituali. Pro quo nota, quod quatuor tãguntur hic à Psalmista, pertinentia ad bonum ciuitatis, seu domus in quorũ quolibet Psal. asserit quod habet à Deo efficaciam principaliter. Primũ, est ipsa ædificatio, de quo dicit, Nisi do. ædifi. domũ, &c. *Secũdũ est custodia eius, de quo dicit,* Nisi dominus custodierit ciui. *Tertiũ est industria ciuium ad quærenda ea, quæ requiruntur ad sustentationem seu conseruationem eorum: & quia hoc nonnulli credunt depẽdere à solicitudine humana tantum, ideo dicit,* Vanum est vobis ante lucem surgere, &c. *quasi dicat non confidatis de nimia solicitudine vestra, surgẽdo mane ad operationes exercendas, & retardando sessionem, prout in Heb.*

in Hebr. habetur: scilicet nimiũ moram faciẽdo circa eas: & quare hoc sit vanum declarat, cum dicit, Cum dederit dilectis suis somnum, *hoc est dicere, quod Dilecti Deo, qui ab eo in agendis diriguntur ista omnia habent, licet habeant somnũ quietum, sine huiusmodi sollicitudinibus magnis, eo modo quo dicitur in psal.* Inquirentes autem dominum, Psal.33.b. non minuentur omni bono. *Quartũ autem, quod pertinet ad bonum ciuitatis seu domus, est pluralitas ciuium, seu domesticorũ, de quo dicit,* Ecce hæreditas domini filij: *quasi dicat habere filios non dependet totaliter ex humana industria, sed requiritur auxiliũ diuinum fœcundãs coniuges, & dans eis mercedem fructus ventris. Qui quidem filij sũt quasi arma parẽtum ad eorum defensionem, & ideo subdit,* Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum, *vbi in Hebraeo habetur, vt postillator ait,* Filij iuuentutis. *Et est ratio, quia filij senectutis communiter non attingunt perfectam ætatem in vita parentũ, vt eos possint adiuuare. Et quia de talibus filijs, scilicet adiuuantibus parentes, melius est habere plures: ideo subdit,* Beatus vir qui impleuit pharetram suam ex eis *secundum Hebraeos. Cum dixisset enim, quòd filij sunt sicut sagittæ, ideo congregatio eorum correspondenter dicit esse in* pharetra: *in qua sagittæ consueuerũt congregari. Et quia cum talibus bene congregatis potest homo resistere aduersarijs, ideo dicit,* Non confundetur. *Pro secundo scilicet de ædificatione spirituali sciendum, quod quatuor prædicta propriè possunt applicari ad ciuitatem spiritualem, quæ est ecclesia Dei, de cuius ædificatione fuerat locutus in cantico supradicto: vbi dicitur* Ierusalẽ quæ ædificatur vt ciuitas: *& de cus⁹ custodia similiter dixerat in alio cantico di. Ieruſalem,* Montes in circuitu eius: *& in hoc cantico adiungit tertiò de sollicitudine humana de qua in huiusmodi ciuitate non est confidendum, & hoc cum dicit;* Vanum est vobis ante lucem surgere *vsque ibi,* Cum dederit dilectis suis somnum. *Addidit etiam quarto, quòd in hac ciuitate spirituali maximè est appetenda procreatio filiorum spiritualium, de quo dicit,* Ecce hæreditas domini filij, &c. *Qui quidẽ filij multũ valẽt in defensione spirituali huiusmodi ciuitatis, & de hac di.* Beatus vir, qui impleuit, &c. *vsq; in finẽ.*

☞ GLOS. ORDI. a

A a *Canticum graduum.* CAS. Nonus gradus est, vt pacificus castè timeatur, qui solus exaltat, cũstodit, ædificat. b c

PSAL. CXXVII.

B *Eati omnes qui ti.* d ✠ EVTHY. Recte consequitur hic Psalmus ad præcedẽtem: Nam cum illic beatum eum dixerit propheta, qui impleuerit *desiderium suum ex eis,* vt declaratum e

Canticum graduum.

PSAL. CXXVII.

a ¶ Miseri qui mundana. ¶ Casto timore.

Beati omnes qui timẽt dominum, qui 1

a ¶ Cas. Hoc sit: vt non modo à malis separemur, sed in fide ambulemus. b ¶ Ita beati sunt qui timent, quia, vel sine quia. ¶ Et o vos, vel o tu, quia omnes vnus.

ambulãt in vijs eius. Labores † manuũ 2 3

a ¶ In præsenti de labore. b ¶ In futuro de fructu.

tuarum, quia manducabis: beatus † es, †

a ¶ Ecclesia, vxor Christi, quæ est fertilis vinea, non in omnibus vt paleis, sed in lateribus, id est qui inhærent Christo.

† & bene tibi erit. Vxor tua sicut † vi- † 4

a ¶ Opera. ¶ Qui & vxor, ecclesia scilicet.

b ¶ Quia pacifici: oleum autem pacem figurat per charitatem: sine qua nulla est pax.

tis † abundans, in lateribus domus tuæ. Filij tui sicut † no- 5 6

d *Labores manuum.* D CAS. Et nota, quòd à pluribus cœpit dicens, *Beati*: Sed quia omnes vnum sunt in Christo singulariter, sequitur, *Labores manuum tuarum.*

AVG. Labores fructuum dicit, cum deberet dicere, Fructum laborum: sed quia & labores cum gaudio sumũtur propter spẽ, & ipsi iucundant, & modo sunt cibus: sed iucundior eorum fructus erit, quando sancti venient *cum exultatione portantes manipulos.* E

† fructuum tuorum

† eris

† vinea

† plantulæ

✠ EVTHYMIVS. Cum docuit, quisnam verè sit beatus: & ostenderit illum verè beatum dici, qui Deum timet; atque ex hoc adhortatus fuerit populum ad ambulandum in vijs Dei: Deinceps ad hunc timentem Deum sermonem dirigit, futura ei bona prædicens. Quidam verò *palmas* dici intellexerunt pro *manibus*, velut à parte totum: Est etenim *palma* pars manus, & sensum huiusmodi esse dicunt, quod timens Deum manuum suarum labores percipiet, & nullo impediente lucrum componet: Atque hoc pacto Aquilas & Symmachus reddidere, Aliqui verò figuram hic contineri dixerunt, quam Græci ἀντονομασίαν vocant, hoc est significationem contrariam. Ad cuius declarationem aduertendum est primò, quod Græca, dictio χαρπὸς non solum *palmam*, seu potius iuncturam manus significat, sed etiam *fructum*; iuxta quem sensum præsentis versiculi litera legenda esset; F *labores fructuum tuorum manducabis*; Exponunt igitur hoc pacto vt *labores fructuum* dictum esse affirment, pro fructu laborum, & sensus sit, quod manducabit fructus suorum laborum, quisquis timuerit dominum.

✠ THEOD. Symmachus, *Labores manuum tuarum manducans beatus es*: vt planum sit septuaginta interpretes χαρπὸς fructuum perceptionem vocasse, sed manuum partem. Dicit autem bonorum, quę à te seminata sunt fructus vindemiabis. Hoc etiam beatus inquit Apostolus, *Qui parce seminat parce metet*: &: *Qui seminat in benedictionibus in benedictionibus metet.* 2. Corinth. 9.

B Beatus omnes qui timent dominum. CAS. Sciendum quatuor esse timores præter naturalem (qui omnibus ineſt,) scilicet mundanum, siue humanum, seruilem, initialem, castum vel filialem. Humanus timor est, quando timemus pati pericula carnis, vel perdere bona mundi. Hic in primo gradu cum mundo deseritur, sed timor diuinus comes est per omnes gradus. Seruilis, cum per timorem gehennæ continet se homo à peccato, quò præsentiam iudicis & pœnas metuit, & timore facit quicquid boni facit: non timore amittendi æternum bonum, quod non amat; sed timore patiendi malum, quod formidat. Bonus est iste timor & vtilis, per quem paulatim fit consuetudo iustitiæ. Et succedit initialis timor, quando incipit quod durum erat, amari; & sic incipit excludi timor à charitate, & succedit timor castus, de quo hic dicit; quò timemus, ne tardet, ne discedat, ne eo careamus; ille vtilis, sed non permanens in æternum vt iste, de quo hic dicit propheta; *Beati omnes qui timent dominum.* Timor qua druplex.

c *Qui ambulant in vijs eius.* EVTHYM. In vijs ab eo statutis, & per diuina præcepta demonstratis.

c *Labores manuum.* CAS. Et nota, quòd à pluribus cœpit dicens, *Beati*: Sed quia omnes vnum sunt in Christo singulariter, sequitur, *Labores manuum tuarum.* Sup. 125. a.

☞ omni

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXXVII.

B Eati omnes qui ti. *Titulus huius Psal.* est Canticum graduum, *cuius sententia patet ex supradictis. De materia vero huius psal. videtur quod sit quædam inuitatio ad timorem Dei, promittendo Deum timentibus prosperitatem temporalem secundum modum vetꝰ testa. in quo pro talibus bona temporalia promittebantur, secũdum quod dicitur Esa. j c.* Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis: *secundum hoc dicitur,*

1 Beati omnes qui timent dominum. *Et dicitur* omnes *indifferenter, quia* non est personarum acceptio apud Deum. *Act. x.*

2 Qui ambulant in vijs eius, *mandatis suis obediendo, qua sunt via deueniendi ad salutem.*

3 Labores manuum, &c. *id est, si timueris Deum, habebis abundantiam bonorum temporalium, ita quod non oportebit te de alieno viuere. Secundò promittitur abundantia in prole, quæ est magis reputanda quã diuitiarũ abundãtia, cũ dicitur,* 4 Vxor tua si. *quia pariet tibi filios multos.* 5 In late. do. *quia habebis abundanter, vnde poterunt nutriri in domo tua. Et non solum nutriri, sed etiã, ad augmentum perduci, ideo subditur,* 6 Fi. tu. sicut nouellæ oliuarum *gratiosè crescentium.*

MORALITER.

✠ 1 *Beati omnes.* Iste psal. cuius autor ignoratur, est quædam inuitatio ad Dei timorem, bona tẽporalia promittendo, secundum modum veteris testamenti. Esa. j. e. *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.* Moraliter autem est inuitatio ad idem, promittendo bona spiritualia, secundum modum testamenti noui: & sic dicitur, *Beati omnes qui timent do.* timore filiali.

2 *Qui ambulãt in viis eiꝰ.* s. morũ & fidei, isti enim in spẽ sũt beati.

3 *Labores manuum tuarum,* id est, fructus operum tuorum percipies in visione & fruitione diuina.

† *Beatus es,* iam in spe,

† *Et bene tibi erit,* in re:

4 *Vxor tua sicut,* id est, sapientia tua, secundum illud Sap. viij. a. *Hanc quæsiui mihi sponsam accipere.*

† *Sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.* id est, spirituales lios faciens in habitaculo scholæ tuæ.

6 *Filii tui sicut no.* id est, discipuli tui boni intenti lectioni vel prædicationi sacræ scripturæ.

☞ omni timenti Deum conuenit, nec soli. Sed mysticè bene accipitur, & omni timenti generaliter conuenit; quasi dicat, Ita beatus es ô tu timens, quia vxor, id est, sensualitas bene est subdita rationi, & sic manens in paradiso, id est, in quiete, abundat in bonis operibus. Vel: *Vxor, sapientia viri*, de qua Salo. *Ama sapientiam tanquam sponsam, & ipsa amplexabitur te*: Quæ vt vitis, vuas, iucundos fructus bo. ope. dedit. *Domus*, cogitatio, cuius *parietes* sũt duo testamenta, in quibus mens, vt in *lateribus domus* consolidatur. Et de sapientia, vxore *filij* nati non filiæ, pro infirmitate. Hi circundant *mensam*, id est, altare, quando pane cælesti satiantur. Comparãtur nouellis oliuis, quæ viridiores & fortiores, & in fructu vberiores: vnde & lumen, & fessorum leuamen. Hic vitis & oliua memorantur, sicut vulnerato à latronibus infunditur vinum & oleum: In vino, austeritas est iustitiæ; in oleo lenitas misericordiæ; illud ad vetus, hoc, ad nouum testamentum pertinet.

Sap. 8 a.

A

B

AVG. Vel per *vxorem* intelligitur ecclesia: Et dirigitur sermo ad Christum, cum dicitur *tua* & *tui*, nec tamen mutatur vox, vel persona propter vnitatem capitis & corporis. Vnus enim homo Christus, caput est, & corpus, & in capite quisque fidelium hoc habet.

1. Cor. 12. d.

C

✻ THEOD. Quoniam illa tempestate hæc fœlicitas censebatur, pollicetur ipsis propheticus sermo etiam mulierum fœcunditatem, vt florentibus vitibus, & botris onustis sint similes.

✻ EVTHYMIVS. Abundantem autem eam filijs dixit, hoc est ornatam ac stipatam: *Latera* autem, seu potius vt in Græca lectione habetur κρύπτη pars quædam domus sunt; quo sermone idem sibi vult, ac si diceret, *in circumitu domus tuæ*: alius vero interpres reddidit, *in penetralibus domus*, hoc est, in thalamis vbi recumbere, ac requiescere solemus.

a *Bene.* CAS. vbi benedictio est, omnia bona confluunt ad gaudium suauitatis.

D

Bene. CAS. Secunda pars, vbi ex pietate postulat benedici timentes, optat hic bona timenti, quæ, scilicet non sunt malis communia.

b Vel. *dominus*, AVGVST. Iudæorum, Ex Sion, progressius, Benedicat tibi, ira, *Vt videas bona*, nõ quæ trãseunt, sed *bona Ierusalem, omnibus diebus*. i. æterna, quæ videbuntur semper, quòd non ita possunt.

c *Et videas*. ✻ AVG. Quid est filios tuos? opera tua, quæ hic agis. Qui sunt filij filiorũ? fructus operũ tuorum. Facis Eleemosinas? filij tui sunt: propter eleemosinas accipis vitam æternam: filij filiorum tuorum sunt.

E

✻ EVTHYMIVS. Iuxta historiam quidem generis tui successores: Iuxta anagogen vero per filios filiorum hæredes ac successores in religione, ac pietate intelligit, te nimirum eos docente, & spiritualiter regenerante.

d *Pax super Israel*. ✻ THEODORETVS. Vera autem pax, pax est cum Deo: carnalis vero Israel, cum ex illa excidisset etiam alia orbatus est.

F

✻ EVTHYMIVS. Per Israelem non solum antiquum populum, sed nouum etiam intelligimus: quod si pax intercisa est aliquando, id illorum gratia effectum est, qui se indignos præstiterunt; neque enim comminante Deo desperandum nobis est, sed per pœnitentiam confitendum, vt illius à nobis iram auertamus. Nec rursus eodem Deo bona pollicente nobis pigrescendum est, quinimo maiore studio nobis est contendendum, vt promissiones illius ad finem perducamus. Siquidem & Iudæ Dominum promisisse nouimus, quod simul cum alijs Apostolis confessurus esset super thronum, & iudicaturus duodecim tribus Israel: verum tamen promissionem huiusmodi tandem repulit, & se ea indignum esse omnibus probauit.

---

a ¶ Sed quare hoc? ex timore Dei. ¶ Conclusio beati.

uellæ oliuarum: in circumitu mensæ tuæ. Eccè sic benedicetur † homo, qui timet dominum. Benedicãt tibi dominus

a ¶ Aug. Sed ne quæras benedictiones has, quæ non sunt ex Sion, quæ etiam malis sunt: sed potius. ¶ Benedictione.

a ¶ Quæ est. ¶ Id est, æterna benedictione. b ¶ Ibi positus nunc in spe, tunc in re. ¶ Cas. Cumulus bonorum, æternitas.

ex Sion: & videãs † bona Ierusalem † omnibus diebus vitæ

a ¶ Fructum bonorum operum. ¶ Cas. vel eos, qui doctrina tua generantur. b ¶ Omnia illa bona vocantur pax.

tuæ. Et videas filiõs filiorum tuorum † pãcem super Israel.

† omnis

† bonum

† oẽs dies

† pax

NICOLAVS DE LIRA.

1 In circumitu mensæ tuæ, *parati ad ministrandum tibi honorifice. Tertio promittitur celebritas famæ: cum dicitur,*

2 Ecce sic benedicetur homo, *id est commendabitur, & ei bona imprecabuntur, quia quilibet dicet de eo:*

3 Bene. ti. do. ex Sion, *id est, in tẽplo, quod erat in monte Siõ. vbi fiebãt oblationes pro salute timentium Deum, & dabantur diuina respõsa.*

4 Et vi. bo. Ieru. *Magna enim erat consolatio populo deuoto, quando ciuitas Ierusalem, in qua vigebat cultus diuinus, erat in bono statu.*

5 Et videas filios. *id est, longam vitam habeas.*

6 Pacẽ su. Isra. *Resumatur ly videas, s. pacẽ super totũ populũ, magna enim erat consolatio timentibus Deum, videre populi pacificũ statum.*

MORALITER.

2 *Ecce sic bene.* Et subditur benedictionis modus, cum subditur,

3 *Bene. tibi domi. ex Sion*, id est, ex ecclesia triumphante,

4 *Et videas bona Ierusalem*, scilicet supernæ.

5 *Et videas filios*, id est discipulos discipulorum tuorum in æterna beatitudine.

6 *Pacem super Israel.* Resumatur ly *videas pacem*, super totum populum Christianum.

ADDITIO.

In psal. cxxvij. Beati omnes: *vbi dicitur in postil.* De materia verò huius psal.

Iste psal. videtur continuari ad præcedentẽ sic: In præcedenti enim improbauit nimiam solicitudinem humanã circa ea, quibus homo indiget: & hoc cum dixit, Vanum est vobis ante lucem surgere. *In hoc autẽ cantico dicit, quod talia non deficiunt timentes Deũ, eo modo quo suprà in alio psal. dictum est*, Inquirentes autem dominum non minuentur omni bono; *& de hoc dicit*, Beati omnes qui timẽt do. &c. *vsque ibi*, Et bene tibi erit. *Similiter in præcedenti psal. dixerat, quod procreatio filiorum erat valde appetenda dicens*, Ecce hæreditas domini filij. *In hoc autem cantico dicit, quod hanc abundantiam filiorũ habet timens dominum, & de hoc dicit*, Vxor tua sicut vitis abun. &c. *Ista autem intelligi debent ad literam spiritualiter: nam si temporaliter intelligerentur de filijs carnalibus & huiusmodi, manifestam caperent instantiam. Constat enim, quòd multi timentes Deum non habent filios carnales, nec occupantur in manuum laboribus.*

Psal 33. b.

GLOS. ORDI.

a *Canticum gra.* CAS. Decimus gradus, vt qui castè timet, pro eo omnia ferat, quod nunc expedit ecclesiæ inter malos.

Canticum graduum. PSAL. CXXVIII.

a ¶ Pro frequentia passionum. b ¶ Matrem. c ¶ A primo tempore ætatis Abel, in quo solo aliquando erat ecclesia, & expugnata est à perfido fratre Cain. d ¶ Istud, & non timeat istud, cum senectus expugnatur, consoletur se de præteritis. ¶ Dum licet, vt alij instruantur.

b † Æpè expugnauerunt mè à iũuentute mea, dicãt

† Multum tribulauerunt me.

1 2

✻ THEOD. Etiam hic psalmus gentium prædictionem continet, quæ in Iudæos post reditum irruerunt.

PSAL. CXXVIII.

Sæpe expugnauerunt. AVGV. Mali, etsi audiunt verbum Dei, tamen quotidie turbant ecclesiam scandalis & tribulationibus quasi respondeat querelis infirmorum, quòd tot malos ferant. CAS. Ostendens primò, quæ tulerit, consolatur infirmos. Secundò agit de reprobatione persequentium, ibi, *Dominus iustus.*

b *A Iuuentu.* & EVTHY. ✻ Per *Iuuentutẽ* hoc in loco propheta primum ☞

NICOLAVS DE LIRA.

PSAL. CXXVIII.

Sæpe expu. *Titu. huius psal. est* canticum graduum: *& patet sententia ex supradictis. De materia vero huius videtur saluo meliori iudico, quod sit gratiarum actio pro liberatione populi Israel à persecutionibus suis, quæ frequenter legitur facta à Deo. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur dicta liberatio: secundo persequentium punitio ibi*, dominus iustus. *Circa primum dicitur.*

2 Dicat nunc Isra. *gratanter recognoscendo liberationem sui à periculis.*

Sæpe

A primum illud tempus intelligit, quo populus à Babylone in patriam reuersus est: quod si hæc verba de Dæmonum impugnatione intelligenda esse dicas, per *iuuentutem* expones primam ætatem, in ea enim à Dæmonibus statim nobis bellum infertur.

✠ THEODORETVS. *Iuuentutem* vocat in Aegypto vitam, & illius liberationis & beneficij auctorē celebrans, diuinas gratias enumerat, quoniam ab initio & à principio multi inimici in me irruerunt, & vniuersis malis me cingere conati sunt: verum per diuinum auxilium eorum declinaui insidias. Verius igitur hæc nouo

B populo congruūt, qui multos quidem hostium impetus sustinuit, omnes verò superauit, hostésq; supplices reddidit.

a *Sæpe expugnauer.* CAS. Q. O filij nolite mirari ad ista, quasi noua, quę iam diu sustinui, & ne turbemini: quia, &c.

CAS. Vel, *Sæpe expug.* Q.d. expugnauerunt me, sed mihi non nocuerunt. *Etenim.* id est, quia *non potuerunt mihi* prævalere, Vt me finirent & consumerent: quia etsi quidam sanctorum ad cælum missi, tamen non potuit ecclesia finiri; ideo ait, *non potuer. mihi.* quia crescit ecclesia in aduersis.

b *Etenim non po.mi.* AVGVST. scilicet prævalere, vt me traherent

C in consensum peccati.

Crescit in aduersis virtus probitasque niteſcit

c *Supra dorsum.* CAS. Quod mali nequeunt publice omnibus, occultè singulis tentant suadere, vt qui à facie venientes viderentur à tergo non sentiantur.

✠ THEODORETVS. Aquila & Theodotion, *Arauerunt*, explanarunt, Indicat autē sermo flagella, & verberationes triumphatoribus martyribus ab impiis inflictus.

d *Prolongauerunt iniquit.* Alias, *longè à me fecerunt iniustitiam suam.* AVG. qui etsi mali cum bonis in seculo, si etiam in ecclesia sint: ne quis tamen putet iniquitatem iuxta iustitiam, etsi eos porro, tamen longe est à me eorum iniquitas, ne quis ergo timeat mistos sibi malos, qui longè sunt.

✠ THEODORETVS. Aquila autem *produxerunt*, sed Symmachus *protraxerunt malo afficientes*, hoc est, diutius mihi bellum inferre perseuerarunt, & suam iniquitatem augere.

e *Domi. iu.* CAS. Secunda pars, vbi agit de reprobatione persequentium.

f *Concidet ceruices* ✠ THEODORETVS. *Ceruices*, *laqueos* Aquila & Symmachus dixerunt, Sed Theodotion *torques* interpretatus est, sanè omnia sunt vera. Etenim quos *laqueos* sanctis viris parauerunt, horum Deus contudit, & torques ipsis circundatos contriuit, & ipsas peccatorum ceruices concidit.

g *Qui oderunt Sion.* CAS. Quā non tantū manifesti persecutores, sed etiā qui ficte intrant, oderūt. Qui enim nolunt obseruare verbum Dei, oderunt ecclesiam.

h *Fiant sicut fœ. te.* CAS. Fœno tectorum mali comparantur, quia in culmine superbiæ nascuntur: vbi non solidè stant, qui sæpè dispereunt, antequam de vita tollantur. De quo Aug. quia nullus in talibus fructus.

CAS. Qui manu vel sinu ab angelis portetur: Manus ad opera, sinus ad conscientiam, sed in neutro fructus est malis.

GREGORIVS. Ante omnes herbas arescere scirpus dicitur, quia iustis in bono suo permanentibus à viriditate assumptæ rectitudinis hypocritarum vita siccatur. Arescunt etiam herbæ reliquæ, quia iustorum opera cum carnis vita deficiunt. Sed herbarum viriditatem scirpus præuenit; quia priusquam de carne hypocrita transeat, ea, quæ in se ostenderat, virtutum facta derelinquit, de quibus etiam bene per Psalmistam dicitur, *Fiant sicut fœnum ædificiorum.* Fœnum quippe ædificiorum in alto nascitur, sed nequaquam pingui radice solidatur: quia & hypocrita summa quidem agere cernitur, sed non in eis ex cordis puritate roboratur. Quod nimirum fœnum, & non euulsum citius aresci: quia videlicet hypocrita, & in præsenti adhuc vita subsistit, & iam sanctitatis opera, quasi viriditatis speciem amittit, &c. lib. 8. Moral. c. 24.

i *Quod prius euel.* AVGVST. Nondum finiti sunt in iudicio Dei: & iam non habent succum viriditatis.

k *Et non dix.* CASSIOD. Mos inter Hebræos erat, vt viator, operantibus benediceret: vnde hic dicitur econtrario, quia inaniter operantibus benedictio nulla datur.

Et non dixerunt. Quos non colligent angeli, quibus non prædicauerunt apostoli. Et hoc est quod ait.

☞ AVG.

¶ Quid dicat?

a nunc Israel: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, et-
a ¶ quare expugnauerunt? quia non consensi eis, quod ita ait.
b ¶ Quia non potuerunt facere vt consentiam: fecerunt vt portem ipsos fere vsque in finem. c ¶ Mentem Fortem humilem.

b enim non potuerunt † mihi. Suprà dorsum meum † fabrica-
a ¶ Et sicut sæpe expugnauerunt vita & diu, quod ita ait.
¶ Cas. Non sunt momentaneæ eorum insidiæ, sed longæ. b ¶ Alias iniustitiam.

d uerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. Do-
a ¶ Sæpe expugnauerunt me peccatores, sed non hic, semper. quia,
b ¶ In hoc superbos & ceruicosos peccatores notat. c ¶ Cum viderint se damnari.

f minus iustus concidet † ceruices peccatorum: confundan-
a ¶ Inefficaces appareant.. b ¶ Et qui ficte intrant oderunt. c ¶ Ecclesiam.

g tur & † conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.
a ¶ Herba, quæ in alto nascitur, sed sine radice.
b ¶ Quia mali ante sicci sunt, quam de vita abeant.

h
i Fiant sicut fœnum † tectorum, quod priusquam euel-
a ¶ Interius. b ¶ Fœno. i. aridis.

latur, † exaruit. De quo † non impleuit manum suam
a ¶ Angeli sunt messores, qui bonos fructus colligent, vt offerant Deo, qui grana separabunt à paleis: sed hi de malis non implebunt manum, vel sinum, id est, non colligent ex eis bonam operationem, vel bonam cogitationem.
b ¶ Isti non colligentur, quibus.

k † qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit. Et non

1 Sæpe expug. me à iuuen. me. *Iuuentus autem Israel dicitur, quādo fuit in Ægypto. vnde dicit dominus Iere. 3. a.* Recordatus sum adolescentiam tuam, quando secuta es me in deserto, *Et loquitur de congregatione populi Israel: tunc enim liberauit eos dominus ab Ægyptijs eos persequentibus, in mari eos submergendo. Exo. xiiij. & postea ab Amalechitis eos inuadentibus. Exo. xvij. & ideo replicatur:* Sæpe expugna. me.

2 Et enim non potue. mihi. *ſ. prævalere, quia Ægyptij fuerunt submersi, & Amalechitæ debellati.*

3 Sup. dor. me. fabri. pec. *Id est, Ægyptij filiis Israel grauia onera imponentes, vt habetur in Exo.*

4 Prolon. iniquitatem suam, *nolentes dimittere populum ad Dei mandatum: & sic non solum fuerunt filij Israel crudeles, sed cum hoc Deo rebelles.*

5 Do. iustus. *Hic consequenter ponitur dictorum punitio, cum dicitur* Do. iustus con. cer. pecca. *eos malis gratibus suis humiliando.*

6 Confundantur & con. retro. *tanquam debellati à Deo.*

7 Omnes qui ode. Sion, *quæ tunc erat locus diuini cultus. Et per hoc intelliguntur filij Israel, qui locum istum causa deuotionis frequentabāt.*

8 Fiant sicut fœ. *quod post modicum virorem citò deliccatur & deficit. Et in hoc petit Psal. quod prosperitas persequentium populum Israel citò transeat & deficiat.*

9 De quo, *Id est de fœno tectorum.*

10 Non imple. manum. *reputat ipsum inutile. Et in hoc designat Psalmista, quod prosperitas temporalis malorum non est vtilis sed magis nociua.*

11 Et non dixerunt qui præteribant benedictio &c. *Modus est homi-*

NICOLAVS DE LIRA.

MORALITER.

✠ 1 *Sæpe expug.* Iste Psal. est oratio pro liberatione populi Israel à persecutoribus suis, quæ frequenter in libris Iudicum & Regum legitur esse facta. Mysticè verò est oratio pro liberatione Christianorum à persecutione facta frequenter tēpore Iudæorum, & imperatorum Romanorū. Et sic dicitur in ecclesiæ persona: *Sæpe expug. me à iu. mea.* Id est ab initio ecclesiæ, vt patet Act. 8. & 9. qui liber videtur ecclesiæ nascentis infantiam texere, vt dicit Hieron. in epist. ad Paulinum.

2 *Etenim non potue. mi.* nam ecclesia magis creuit persecutionis tempore, quam pacis.

3 *Supra dor. me. fab. pecca.* id est, persecutores.

4 *Prolong. iniq. suam.* & per consequens debitam sibi pœnam, ideo subditur,

5 *Domi. iu. concid.* nam plures interfecit corporaliter, ſ. Herodē, Domitianū, & Iulianū apostatā, & alios plures, & cū hoc eos interfecit morte secunda, quæ est mors inferni, ideo subditur,

6 *Confun. &c. Fiant sicut fœn. tect.* quod est inutile: ideo subditur,

9 *De quo non imple. ma. ſu qui me.* scilicet Christus, ad reponendum in horreum suum.

† *Et ſinum ſuum*, id est, locum suæ misericordiæ.

11 *Et non dixe. qui præteri.* viam huius mundi.

A †transeuntes viam

AVGVST. *Et non dixerunt* &c. Maxime Iudæis mos erat, quibuscunq; operantibus dicere, *Benedictio domini super vos.*

a ¶ Cas. Qui per istam viam transeunt ad patriam, vbi prophetæ, Apostoli, qui radicâtos charitate benedicunt, superbis quid futuri sunt dicunt.

dixerunt † qui præteribant: benedictio domini super vos: †

a ¶ Non dixerunt.

a benedicimus vobis in nomine domini.

a *Benediximus vobis in no. &c.* CAS. Bonis benedicunt, non in suo, sed *in nomine domini*: à quo omnia, non ab eis. D

NICOLAVS DE LIRA.

est hominum transeuntium iuxta terram ascētia bonum fructum faciētia, imprecari benedictionem domini super ipsa: & non super terram ascentia, nullum bonum fructum faciētia, & per hoc petit Psal. quod persecutoribus populi Israel non imprecentur prospera, sed magis aduersa, secundum ordinem diuinæ iustitiæ mala eorum punientis.

MORALITER. † *Benedict. do. super vos.* Quia pro damnatis non debet orari.

ADDITIO.

In Psal. cxxviij. Sæpe expugnauerunt me. *vbi dicitur in postil.* De materia verò huius Psal.

Continuatur hic Psal. cum præcedenti sic, Dixerat enim in Psa. præterito, quod timens Deū haberet multa bona, & specialiter videret pacē super Israel. *s. super totum populum fidelem. Et ne quis putaret, quod illa* B *pax esset temporaliter intelligenda, ideo subdit,* Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. *q. d. non intelligas, quod populus Dei semper habeat pacem temporalem, nam frequenter contingit oppositum, quia,* Sæpe enim expugnauerunt me à iuuentute mea. *i. a principio exordij fidelium. Quod satis patet in processu vtriusque testamenti. Et vt ostendat, quod ex talibus impugnationibus non sequitur subuersio fidelium finaliter, ideo dicit,* Sæpe expugnauerūt me, etenim non potuerunt mihi. *Cætera autem exponantur prout in postil. reducendo tamen illa nō solum ad populum antiquum vete. testam. sed etiam ad populum nouum* E *fidelium, vtrisque enim contigerunt ea, quæ in hoc Psal. continentur, vt patet intuenti.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Canticum graduum.* CAS. Vndecimus gradus, pœnitentialis supplicatio, quia nec timens, nec omnia ferens dignum se sentit Christo: quia in corpore nullus sine peccato, & vna securitas est precibus inclinari.

CAS. Psal. iste sextus est in ordine pœnitentialium Psalmorum, & vndecimus in ordine canticorum. Per senarium notatur perfectio: quia sex diebus perfecit Deus mundum, per vndenarium transgressio, quia & denarium excedit, & ad duodenarium non peruenit. vnde & vndecim erant vela capillacea in tabernaculo domini: & vndecim sunt Psalmi Asaph, & in vndenario fuerunt apostoli semoto infœlicissimo Iuda, sed ad duodenarium redierunt substituto Matthia. In his ergo datur intelligi, quod quantæcunque perfectionis sit aliquis, non tamen sine peccato est pro quo necessaria pœnitentia est, quia & hic senarius cum vndenario.

a Canticum graduum. Palmus CXXIX.

a ¶ Vt Ionas de ventre ceti, iste de hac mortali vita.

E † profundis clamaui ad te domine, 1

a ¶ quid? hæc scilicet. b ¶ Et. 2

dominē exaudi vocem meam. Fiant 3

¶ Precibus placatus, vt clementer audiat. ¶ Auditus clementiæ.

aures tuæ intendentes in † vocem de-

a ¶ Aug. Sub molibus namque & fluctibus suarum iniquitatum clamant. ¶ Aug. hoc est profundum: circumspectis omnibus, nullum bonum videns, sed vndique mala, quasi expauescat, clamat: Si iniq. obser. domine.

b ¶ Ad vindictam seruaueris.

precationis meæ. Si iniquitātes obseruaueris domine, do- 4

a ¶ Quasi nullus. ¶ Non tantum ego. ¶ Iudicem.

b ¶ Sed. ¶ In hoc est spes.

mine quis sustinēbit? Quia apud te propitiatio est, † & 5 6

PSALMVS. CXXIX.

DE *profundis.* ✠ THEODOR. Iustorum chorus hanc Deo offert precationem, testatur autē & hoc Psalmi exordium.

✠ EVTHYM. Hunc Psalmum conscripsit Propheta, modum narrans quem ipse seruarit, quando in tentationibus atque in calamitatibus constitutus ad Deum orabat, & docet eos pariter, quia ex Babylonica captiuitate in patriā reuersuri erant, se imitari, & sperare in domino.

CAS. Primo pœnitens captat à sua persona misera, & à misericordia iudicis, vnde sperat magna. Secundò, ponitur læta conclusio cum certitudine veniæ, ibi, *Speret Israel in domino.*

b *De profundis.* AVG. Qui sentit se in profundo, vbi fluctibus interioris & exterioris miseriæ atteritur, imago Dei gemit, clamat, donec eum liberet Deus, ita vt renouetur; clamor nō multum finit esse in imo. Valde enim in profundo sunt, qui nec clamant, cum viderint se quotidianis peccatis obrutos, & aceruis quibusdam & molibus iniquitatum pressos: sed potius illos irrident, qui eos F Deum rogare monent; Hoc est profundum, in quo peccator conten̄it, sicut dicit scriptura, *Peccator, cum venerit in profundum vitiorum, contemnit.*

† De pœ. dist. c. voluisset. in fine

† oratione serui tui.

† Quoniā ideo timeberis. Prou 18. a.

✠ THEODORETVS. Licet humano more verbis vsi sint, tamen diuinitatem incorpoream esse norunt, & audiendi vim aures appellant, & videndi potentiam oculos, quandoquidem nostri oculi videndi vim habent, & auribus audiendi vis commissa est. Deus autem, qua potentia audit, hac etiam videt, & qua videt hac etiam audit.

c *Quis sustinebit.* AVG. Quia propè omnis humana vita peccatis circumlatratur, omnisque conscientia suis cogitationibus accusatur. Non est castum cor, quod præsumit de iustitia sua. Præsumat ergo de Dei misericordia, *Quia apud eum propitiatio*, vnde subdit,

d *Quia apud te propitiatio est.* Q. Qua spe clamas? Quia est in te

☞ Miser

NICOLAVS DE LIRA.

PSAL. CXXIX.

DE profundis. *Titulus.* Canticum graduum. *& patet sententia per prædicta. De materia verò huius psal. dicunt aliqui, quod est oratio ipsius Dauid pro sua liberatione à peccatis adulterij cū Bethsabee & homicidij Vriæ: sed finis psal. videtur magis pretendere, quòd sit oratio pro liberatione populi Israel à Babylonica captiuitate facta ab aliquo spiritum Dei habente, qui loquens in persona populi dicit,*

1 De profundis. *id est de terra Babylonis, qua est demissa respectu Iudææ: & etiam quia in Babylone aliqui de Iudæis erant positi in carceribus subterraneis.*

2 Clamaui ad te domi. *orando corde & ore.*

3 Fiant aures. *Loquitur de Deo ad modum hominis, cultus aures sunt attentæ ad petitionem, quam vult exaudire.* Si est auribus attendere ad vocem deprecantis.

4 *Si iniquitates ob. do. volendo eas vsque ad vltionem punire.*

5 Do. quis susti. *q. d. nullus: quia peccata, propter quæ populus fuit captiuatus, fuerūt multa & grauia valde, vt patet ex iij. Reg. & ij. Par.*

6 Quia apud te propitiatio est, & propter legem tu. su. te do. *In Hebræo habetur:* Quia tecū est propitiatio, propter hoc timeberis. *Quod exponit Ra. Sa. sic.* Quia tecū est propitiatio. *i. quia tu solus potes peccata dimittere vel remittere*, Propter hoc timeberis, *id est, es timēdus. Si enim alius posset: quia ad illū posset esse recursus. Et ad idē videtur tendere translatio Hieron. quæ sic habet:* Quia tecum est propitiatio, cum sis terribilis. *Secundum verò translationem communem hic allegatur ratio, quod Deus non puniat peccata ad plenum ex allegatione suæ misericordiæ, cum dicitur,* Quia apud te propitiatio est, *q. d. Quia proprium tibi est misereri & parcere, non decet te iniquitates prædicto modo obseruare.* ✠ Et

MORALITER.

1 *De profundis* Iste psal. est oratio pro liberatione populi Israel de captiuitate Babylonica. Moraliter autem est oratio peccatoris, pro liberatione de seruitute diabolica. Et sic dicitur in eius persona: *De profundis. s.* peccatorum,

2 *Clamaui ad te do.* qui solus potes me liberare.

3 *Fiant aures tuæ intendentes.* Modus enim exaudire volentis,

4 *Si iniquitates obser. domi.* ad puniendum eas secundum quantitatem culpæ,

5 *Do. quis sustine.* q. d. nullus: quia tanta est offensa, quantus ille qui offenditur, ideo remedium subditur,

6 *Quia apud te propi. est.* supple pœna peccatori debita minuetur.

✠ Et

misericordia quod ita ait: Vel ita iunge,

☞ A Avgvst. Nullus potest sustinere, si obseruaueris iniquitatem; sed tamen non despero, *Quia apud te propitiatio, &c.* In hoc ergo mihi spes est. Nã si iudex solum esse velles, & misericors esse nolles, si omnes iniquitates obseruaueris, & quis ante te staret? quis staret in iudicio tuo?

Vna ergo est spes: *Quia apud te propitiatio, &c.*

a ¶ Misericordiæ, cum premerer sub lege reos faciente.

b ¶ Couuersio ad auditores.

¶ Estne, quod propter legem tuam sustinuerit? vtique.

a propter lẽgem tuã sustinui te domine. Sustinuit anima mea 1

a ¶ Quod non fallit, quod reguum promisit post veniam. ¶ Alias, vigilia. b

c in †verbo eius: sperauit anima mea in †domino. † A custodia 2 3

a ¶ Similiter à custodia matutina vsque ad noctem. 4

b ¶ Sed quomodo sperat peccator, quod habuit qui sine peccato? 5

d matutina vsque ad noctem, spĕret Israel in domino. † Quiã 6

e a ¶ quia ille, qui sine peccato præcessit, delet peccata sequentium. ¶ Alias multa.

apud dominum misericordia †, & copiosa apud † eum re- † 7

a ¶ Sanguis, qui totius mundi peccata redemit. b ¶ Israel se vendere potuit, sed non redimere. ¶ Ille, qui sine peccato, potest redimere.

f demptio. Et ipsẽ redimet Israẽl ex omnibus iniquitatibus 8 eius.

B a *Propter leg. tuam.* Avg. *legem* misericordiæ sustinui, quæ peccata donat, & de cętero monet, ne offendat homo. Etsi titubauit, remedium donet orãdi: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*: & C hanc legem dedisti in ipsa necessitate.

✻ Theodoret. *Nomen* Aquila & Theodotion *timorem* explanarunt, Symmachus autem *legem*. Verumtamen sermonis sensus patet: dicit enim, hãc tuam bonitatem sciens (veluti enim quadam lege, misericordia veteris) meliores spes non abiicio, bonorum promissionem expectans, nã *verbum* hoc in loco, bonam promissionem vocauit: sane benignitatem pœnitentibus pollicitus est.

b *Sustinui te.* Avg. expectans quando venias & liberes ab omni necessitate. Sine hac ergo lege misericordiæ & charitatis qua alter alterius onera portat, nullus sustinet, vel frustra sustinet.

c *A custodia matu.* ✻ Evthymivs. *Custodias* antiqui certas noctis partes appellabant, eo quod milites in exercitibus noctes in quatuor solent partes diuidere, quibus alternatim vigilantes, reliquum exercitum ab hostium insidiis seruant. Quartam igitur noctis vigiliam matutinam custodiam appellabant, veluti quæ mane ipsum iamiam adfore significabat. Admonet igitur propheta vniuersum populum Israel vt toto vitæ tẽpore in domino spem vitæ suæ collocet, per *diem enim & noctem* omnẽ prorsus vitam significauit. d *Matutina.* Avg. Speret Vigilia matutina, qui non aliud à Deo quàm immortalitatem sperat.

D E † Ante custodes matutinos, † Quoniã † est † illum, F

A custodia matutina vsque ad noctem speret Israel in domino. Avgvstinvs. quia dominus tunc surrexit: quod & in nobis sperandum, & extunc cœpit hæc anima nostra sperare, & sperat *vsque ad noctem*, id est quousque moriamur, aliter non valet, quia qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit tantum. Inde in lege caput & cauda hostiæ domino offerebantur. Matt. 10. c. Le. 12. c.

e *Speret Israel in domino.* Cassiodorvs. Secunda pars vbi læta conclusio: Securus de se, prædicat, vt semper sperent in domino. Q. sicut anima mea sperauit, similiter speret Israel.

f *Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.* Cassiod. Hic dicit iam quid sit facturus ille, quem dixit misericordem & copiosum.

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et propter leg. tu. *quæ promittit veré pœnitentibus misericordiã.*

2 Sustinui te do. *expectando beneficium tuæ misericordiæ.*

3 Sustinuit anima mea in verbo eius. *quod promittit misericordiam pœnitentibus, & sic est repetitio eiusdem sententiæ sub aliis verbis ad maiorem expressionem affectus, sicut communiter fit in deuotis orationibus.*

4 Sperauit anima mea in domino. *Hic est principium versus, qui talis est in Hebræo & in trãslatione Hieron.* Anima mea ad dominũ à vigilia matutina vsque ad vigiliã matutinam. *& sic exponitur:* Anima mea ad dominũ *intenta per deuotionem expectando suã misericordiã*, A vigilia matutina vsque ad vigiliã matutinam. *i. à principio diei naturalis vsque in finem includenda diem & noctẽ, & per hoc insinuat psal. quod anima iusti semper debet esse ad dominum intenta, nõ solum tempore prosperitatis, significato per diem, sed etiam aduersitatis significato per noctem. Et sic cum in translatione communi dicitur,*

5 A custodia matutina, *Ly* vsque ad noctem, *intelligitur inclusiuè.*

6 Speret Israel in domino. *Hic est principium versus sequentis in Heb. & in transla. Hier. Dicit igitur,* Speret Israel in do. *misericordiã eius patiẽter expectãdo. Cuius rationẽ assignat dicẽs, quia ap. do. mis.*

7 Et co. apud eum re. *Quasi diceret. Potens est multis modis redimere populum Israel de captiuitate, & non solum de captiuitate corporali, sed etiam spirituali, ideo subditur,*

8 Et ip. re. Isra. *Quod semper verificatur de verè pœnitentibus: & sic ex fine huius psal. apparet, quod est oratio pro toto populo Israel, sicut prædictum est in principio eius.*

☞ PSAL.

MORALITER.

† 1 *Et propter legem.* S. euangelicam, quæ est lex amoris & gratiæ.

2 *Sustinui te do.* i. punitionem tuam sustinui patienter in spe misericordiæ.

3 *Sustinuit anima mea in verbo eius, &c.* id est in filio, qui mediator est patri reconcilians peccatores, ideo subditur.

4 *Spera. ani. mea in do.* & qualis debeat esse spes ista, subditur,

5 *A custodia matutina vsque ad no.* i. à mane iuuentutis vsque ad noctem mortis. Et subditur ratio, cum dicitur,

† *Quia apud domi.* Et ex dictis patet sententia.

✠ Mora

ADDITIO II.

In psal. cxxix. De profundis. *vbi dicitur in postilla*: De materia vero huius psal. *&c.*

Continuatur iste psal. cum præcedenti sic: Nam in præcedenti tractauerat de impugnatione humana contra populum Dei, in qua dixit, quod Deus est vltor talium aduersariorum, dicens, Dominus iustus concicer. pec. *In hoc autem psal. intendit de impugnatione intrinseca ecclesiæ, qua fit per multa & varia peccata in ipsa ecclesia perpetrata. Licet enim ecclesia præsens quantum ad iustos est sine macula & ruga, ad Eph. v. f semper tamen in ea sunt mixti mali cũ bonis. Et quia isti peccatores sunt multi, & sæpe in profundũ submersi, ideo ecclesia in persona aliũ orans dicit,* De profundis cla. ad te do. *i. de profundis peccatorũ, Sicut enim Deus in aliis dicitur habitare, sic eadem ratione dicitur longe esse*

Psal. 118. a. *à peccatoribus, iuxta illud,* Longe à peccatoribus salus. *Et cum alium & profundum sunt opposita, & valde remota, ideo petit*: Exaudi orationem meam. *q. d. more humano, longe ad te clamo: & ideo requiritur, vt* Fiãt aures tuæ intẽdentes ad vo. depre. meę. *Ille enim, qui vult audire aliquem existentem in valde remotis, oportet quod habeat aures attentas ad audiendum. Cætera autem patent ex his, quæ dicuntur in postil. applicando ad hoc propositum. In eodem psal.* De profundis. *vbi dicitur in postil.* Quia apud te propitiatio est.

ADDITIO III.

Litera Hebraica in hoc loco verius sonat, vt timearis: *& potest exponi sicut in postil. & est etiam alius sensus, vt intelligatur sic:* quia tecũ est propitiatio: *hoc est, quia tu potes remittere peccata, ideo timendus es. Si enim Deus non posset peccata remittere, effrenatè & intrepidè qui lapsi essent in vno peccato, continuè & incessanter vlterius peccarent, quasi de venia desperantes: & hic sensus magis cõcordat cum litera. Nõ enim dicit, quia apud te solum est propitiatio, vt timor sequeretur ex exclusione alterius propitiationis, sed simpliciter sine exclusione dicit:* Tcũ est propitiatio, *quod consonat secundo sensui.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Canticum graduum.* Cas. Duodecimus gradus est humilitas, quam intus & extra hic se habere ostendit. Ad humilitatem ergo monet.

Psal. Cxxx.

D *Omine non est.* ✻ Evthym. Hunc psalmum etiam conscripsit in seipsum beatus Dauid, narrans qualem animi moderationē haberet quando à tentationibus atque à calamitatibus liberatus, quietam B vitam agebat. Instruit tamen & populum, è Babylonica reuersum captiuitate eandem secum humilitatem atque animi moderationem sectari.

✻ Theodoretvs. Propheticus sermo humilitatem edocet, & illorum, qui hanc diligunt, personam inducit, precantium, demum oblectantium.

Cassio. Primo proponens se humilem: pœnam inducit non humili; secundo, suo exemplo ad spem monet.

✻ Theodoretvs. Cordis altitudo, non modo impios, sed etiam sanctissimos lædit viros, vt edocet Paralipomenon historia de pio rege Ezechia dicēs, *Quoniam humiliatus est ab altitudine cordis eius.* Propterea etiam dominus sacros suos discipulos adhortatur, inquiens, *Omnis, qui se humiliauerit, exaltabitur, & omnis qui se exaltat humiliabitur.*

C Cas. Ostendens ergo se humilem intus & extra, ait.

b *Neque am.* Avgv. Non fui superbus, nolui quasi in mirabilibus innotescere humanus. Non quęsiui aliquid super vires meas, vnde me apud imperitos iactarem, vt qui miracula sibi optant. Potius quærendum est, ne quis discordet in corpore Christi, ne Eccl.3.c. maiori inuideat, sed in alterius bono, vt in suo gaudeat: vt qui in gratiis abundat, magis se humiliet, secundum illud, *Quanto maior es, humiliate in omnibus.*

✻ Evthymivs. Non ambulaui inquit cum hominibus maioribus, & suprà me admirandis, cum huiusmodi enim viris conuersatus non sum, indignum me illorum conuersatione esse reputans, nisi illi fortassis me inuitum coegissent; vel per magnos & admirandos, eos fortè intelligit, qui sibi ipsis magni atque admirabiles esse videbantur, hoc est qui animo elati essent & superbi; acsi diceret, non tantum ego superbiam euitaui, sed cum hominibus eo vitio laborantibus, etiam non conuersabar.

Ioha. 1.b. c *Si non hu. sen.* Avgvstinvs. Nutritus in lacte (quod est verbum caro factum) vt sic crescerem ad panem angelorum, ad verbum

verbum, quod apud Deum, sed non, D

d *Exalt.a.* vt hæretici. Qui si vtcunque aliquid cœperint, vel visi sunt capere, inde superbiunt: & cum adhuc teneri super matrem sint, & portentur manibus, vt crescant, qui portati fuerunt in vtero vt nascerentur: à lacte ante tempus separantur, vnde extinguuntur

e *Ita re.* Avgv. Obstringit se maledicto: ita mihi, vt illi, qui supra matrē incumbens, & nō dum grandiusculus ablactatur. Vel, humilis debet esse homo propter superbiam, non secundū E scientiā; Alius propter sapiētiam vnde Apostolus: *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parunli estote, sensibus autem perfecti estote.* Sed quidam ne sint superbi, dimittunt se, nihil volunt dicere, & remanent in lacte, quos reprehendit Apostolus, *Facti estis quibus opus est lacte, non solido cibo.* Lactare ergo vt nutriaris, & crescas, & ablactatus panem comedas. Dicit ergo, *Si non humiliter ser.* id est si non mente sed malitia paruus fui, retribuitur mihi quod puero: qui ablactatur à Heb.5.d. matre, vt iam sit idoneus panem comedere. Sana sentētia, sed discordat quod addit, *super matrem:* Non dicit à matre, vel à lacte matris. Quod si diceret, planus fieret sensus, sed ait, *super. matrem,* quod non bene conuenit. Infirmus enim super matrem, si ablactatur, extinguitur: bonum est adulto ablactari, sed ei qui super matrem est, pernitiosum est. Ne ergo ablacteris, quousque super matrem eris: sed & si adultus errat, redeat ad lac matris, & F sic reuelabit Deus, quod aliter sapit, *quia superbis resistit, humilibus dat gratiam.*

Sicut abla. Sicut enim quinque tempora narrantur in carnali Iaco.4.b. procreatione & alitione, ita in spirituali. Prius enim concipimur Quinque tēpora carnalis procreationis. in vtero: deinde ibidem alimur, donec ad lucem edamur: deinde manibus maternis gestamur, & lacte nutrimur, quousque ablactati ad mensam patris accedamus. Primum ergo tempus, est tēpus conceptionis, Secundum, in vtero alitionis, Tertium, emissionis, Quartum, portationis & lactationis, Quintum ablactationis: Ita in vtero matris ecclesiæ, Primo concipimur, dum fidei rudimentis instruimur: Inde quasi in vtero eiusdē primordiis proficientes; deinde in lucem edimur, dū per baptismū regeneramur: deinde quasi manibus ecclesię portamur & lacte nutrimur dum post baptismū in bonis operib. informamur & lacte simplicis doctrinæ proficiendo nutrimur: donec iā grandiusculi à lacte matris accedamus ad mensā patris. i. à simplici doctrina, vbi prædicatur *verbū caro factū*: accedamus ad *verbū in principio apud Deū* inde est ☞ Abraham

Canticum graduum. CXXX.

a ¶ Intus. ¶ Per hoc nota contrarium. ¶ Aug. Humiliatum cor sacrificium est. b ¶ Deo.

Dominē non est exaltatum cor meū, nē- 1
a ¶ Iam extra. ¶ quia signum superbiæ exterius non ostendi. b 2
que ✝elāti sunt oculi mei. Neque ✝am- 3
a ¶ Superbiendo. b ¶ Quæ sunt supra me.
c ¶ Vt Simon Magus in mirabilibus supra se voluit ire: delectatus potentia apostolorum, non iustitia, talia voluit agere qualia apostoli, sed non talis esse.
bulāui in māgnis, nēque in mirabilib⁹ 4 5
¶ Beneficia mihi data. a ¶ In superbiendo. 6
✝ super me. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui aniz.Cor.5.4 d
a ¶ Si non humiliter sentiebam, sed exal. animam meam, ita fiat retribu. sicut ablactatus. &c. id est, indigens foueri sinu matris perit, si sit ablactatus.
b ¶ Id est, à lacte matris separatus.
c ¶ Incumbens. d ¶ Hoc solemus dicere, quando de causa confidimus.
mam meā: ✝sicūt ablactatus est super mātre sua, ità retribu- 7 8

NICOLAVS DE LIRA.

PSAL. CXXX.

DO. non est ex. *Huic psal. præmittitur talis ti. in Hebræ.* Canticū graduum ipsi Dauid *Ex quo patet, quod Dauid fecit psal. istum. Circa quod sciendum, quod sicut in corpore naturali bona & mala dispositio capitis redūdat in membris, sic meritum & demeritum principis redundat in subditis, vnde & populus Israel fuit percussus propter peccatū Dauid in populi numeratione, vt habetur ij. Reg. xxiiij. Ideo Dauid hoc considerans, in hoc psal. proponit coram Deo meritum vitæ suæ, non ad iactantiā, sed in se recognoscens diuinam misericordiam, & gratiam ad populi sibi subditi conseruationem, sicut iij. Reg. xx. a. Ezechias dixit:* Obsecro domi. mem. quon. am. in verita. coram te, ad *impetrandum prolongationem vitæ suæ. Et quia humilitas est fundamentum aliarum virtutum. ideo in hoc psal. magis facit mētionem de sua humilitate, per hoc insinuans alia bona superadificata à Deo. Dicit igitur,*

Domine

1 Do. non est exal, *motu superbiæ interiori.*

2 Neque elati sunt. *in signo exteriori. Dispositio enim cordis magis apparet in oculis, quam aliis partibus.*

3 Neque am. in ma. *ostendendo superbiam, in facto.*

4 Neque in mi. su. me. *i. in transcendentibus statum meū, vt per hoc essem in admiratione hominum, quod maxime quærunt superbi,*

5 Si non humiliter sentiebam *de meipso.*

6 Sed exal. a. me. *i. meipsum (à parte denominando totum) me per superbiam eleuando, fiat supple de me punitio in modum, qui sequitur,*

7 Si. abl. *à quo mater subtrahit mamillam, sic à Deo subtrahatur mihi omnis consolationis dulcedo, Sed quia nolebat populum puniri propter ipsum, ideo subditur,*

8 Ita retribu. *fiat punitio in propria persona. Sic enim loquebatur ij. Reg. 24. c.* Ego sū qui peccaui, ego q iniquè egi, isti qui oues sunt, quid fecerūt, vertatur, obsecro, ira tua cōtra me, *ideo subditur.*

Speret Israel

MORALITER.

1 *Domine non est exaltatum cor meum.* Iste psal. declarat ipsius Dauid humilitatem in bonum populi redundantem. Per hoc autem moraliter ostenditur, quod bonitas prælati cedit ad bonum populi sibi subiecti: & sic non se iactando, sed Dei bonitatem recognoscendo, dicit, *Domine non est exaltatum cor meum,* per superbiam.

Neque

2 *Neque elati sunt oculi. m.* per elationis apparentiam, quæ maxime relucet in oculis.

3 *Neque am. in ma.* per præsumptionem.

5 *Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui, animam meam. i.* si non humilis corde, puniar, supple, modo, qui sequitur,

7 *Sicut ablactatus super matre sua, ita retributio.* à quo subtrahitur consolatio diuina. Et quia meritum prælati cedit in bonum populi subditur: *Speret Israel in domino. &c.*

☞ Abraham non in natiuitate Isaac, non in circuncisione, sed in A ablactatione magnum conuiuium legitur fecisse. Hæc quinque tempora sancta seruat ecclesia: Dum enim in quarta feria quartæ hebdomadæ militiæ Christianæ, agonistæ Christi vocantur, quasi ecclesiæ infantia concipitur. Tunc enim per exorcismum & catechismum rudimentis Christianitatis imbuuntur; deinde in a vtero ecclesiæ aluntur vsque ad sabbathum sanctum, in quo per baptismum ad lucem generantur: deinde quasi manibus ecclesiæ gestantur, & lacte nutriuntur vsque ad Pentecosten, quo tempore nulla difficilia indicuntur: Non media nocte surgitur, non ieiunatur: Soror namque nostra parua est, & vbera non habet, ideoque paulatim nutrienda: vnde tunc illud Petri in ecclesia cantatur, *Quasi modo geniti, &c.* Postea spiritu paracleto confirmati, quasi ablactati incipiunt ieiunare, & alia difficilia seruare. Multi vero hunc ordinem peruertunt, vt hæretici & schismatici, se ante tempus à lacte separantes: vnde extinguunrur. Vnde hunc ordinem seruasse se dicit Augustinus. Prius nutritus in lacte, quod est *verbum caro factum* vt sic cresceret ad panem angelorum scilicet ad *verbum quod est in principio apud Deum.* Nam ipse est panis, de quo infans pascitur, Panis enim de mensa traijcitur per matris mammillam, vt sic perueniat idem alimentum ad paruum infantem. Sic Christus cum esset verbum in principio apud patrem, qualem pro modo suo angeli cupiebant, vt panem angelorũ mãducaret homo, ipsum verbum factum est caro, vt per carnem, panis cælestis transiret ad infantes. Et secundum hoc ipsum verbum crucifixum est, sed non mutatum in hominem: Homo mutatus est in illo, vt melior fieret quam erat, non vt ipsa substantia verbi conuerteretur. Per id ergo, quod homo mortuus erat, homo excitatus est & resurrexit. Quicquid passus Deus, quia Deus erat homo; sed non mutatus in hominem.

a *Spe.If.* Cas. Secunda pars, vbi concludit suo exemplo cæteros monens.

a ¶ Ita ego. ¶ Ergo. ¶ quia sic mala seculi tolerare poterit. b ¶ Id est semper sine fine.

† animam meam. † Expecta Israel domi num.

tio in †anima mea. † Sperẽt Israel in domino, ex hoc nunc 1 b 2

a ¶ Quia post non erit spes, sed res.

& vsqũe in seculum.

Cãtici 8.c. 1.Pe.2.a.

B NICOLAVS DE LIRA.

1 Speret Israel in domino. *consequi bona ab ipso, ita quod occasione mei non punitur in aliquo.*

2 Et hoc nunc & vsque in seculum. *id est per totũ tempus futurũ. Moralitas autem huius psal. est, vt principes mundi exemplo Dauid zelent pro salute populi sui.* B

ADDITIO.

In psal. cxxx. Domine non est exaltatum. *vbi dicitur in postil.* Circa quod sciendum.

Quia in psalmis prateritis multa ponuntur ad dignitatem ecclesiæ pertinentia, ne ex hoc forte aliqua tactantia oriretur in singularibus personis, idcirco in hoc psal. Dauid agit de humilitate sua, non tactanter, sed Deo regratians, & vt ab eo alij discant. Humilitas enim in magnis viris & virtuosis est precipue commendanda: vnde Bern. super Missus est. *homil.* Nõ est magnũ, esse humilẽ in abiectione, Rara prorsus & pretiosa virtus est humilitas honorata: *vnde dicit,* Nõ est exaltatũ cor meum, neque elati sunt, &c. *Exponatur prout in postilla. Sed vbi translatio nostra dicit,* Sed exaltaui animam meam: *In Hebraico habetur verbum, quod significat subiectionẽ, vnde litera sic habet,* Si nõ humiliter sentiebam, & subiecci animam meam. *Et qualis sit ista subiectio, subdit, dicens,* Sicut ablactatus *enim nõ præsumit neque tẽtat ambulare in magnis, sed semper nititur directioni matris. Ad cuius cõfirmationem per modum orationis vel iuramenti dicit:* Ita retributio in anima mea. *s. sicut ego me humilio & subijcio, ita sit retributio in anima mea. s. à Deo, qui retribuendo, eum, qui se humiliat, exaltat. Et econtra: Luc. xiij. c. Finaliter autem inuitans fideles ad hunc modum viuẽdi in vera humilitate, concludit,* Speret Israel in domino &c. *id est non in viribus nec meritis propriis confidæ, ex quo præsumptio superba oritur; sed in Deum semper speret. Qua quidem spes vera non ex meritis seu viribus propriis tantum provenit, sed principaliter etiam ex gratia.*

C GLOSSA ORDINARIA.

a *Canti. gra.* Cassiodo. In xiii. gradu iam humilis & mansuetus satagit de ædificatione spiritualis domus, vt & Dauid ad literam fecit, qui domum Deo ædificare voluit. Et congrue post gradum humilitatis agit de ædificatione domus, quia humilitate efficitur aliquis domus Dei: vnde in Esa. *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos?*

Esa. 69. secũdum LXX. † afflictionis. † Qui † forti

Cassio. Primo ostendens votum ædificandi domum, precatur vt impleat. Secundo, ostendit domum ædificatam, ibi, *Ecce audi.* Tertio dicit promissiones Dei factas ædificatæ Sion ibi, *Iurauit dominus.* Volens ergo ædificare domum domino, ait in persona totius Christi capitis: *O do. me, &c.* F

a Canticum graduum. CXXXI.

a ¶ Pater. b ¶ Spiritualis. ¶ Manu fortis, quia in mansuetudine diabolum vicit.

b c d Memento dõmine Dauid, & omnis † mansuetudi- 1

a ¶ Firmiter promisit. & ex voto voluntatis.

nis eius. † Sicut iurauit domino, votũ vouit †Deo 2 3

PSAL. CXXXI.

b *Memento domine Dauid & omnis.* ✠ Theodoretvs. Multam hic psalmus cum octuagesimo octauo cognationem habet: etenim hic & ibi captiui, qui Babyloni erant, vniuersorum Deum oblecrant, promissiones magno Dauidi ab ipso factas, pro precibus offerentes, vt veniam consequantur precantes. Cæterum vaticinationem totius orbis Saluatoris, qui secundum carnem ex Dauidis genere oriturus erat continet.

Cas.

c *Dauid.* Avg. Ad literam, mansuetus, vt Sauli malum pro malo non redderet.

Typice. Vnus homo caput & corpus, cuius humilitas & mãsuetudo commendatur, ad hoc, *Memento.*

d *Si. tu. & vo. vo.* id est, vt impleat quod promisit: nemo præsumat viribus suis reddere, quod vouit. Vouit autem ecclesia in mãsuetudine, vt sit domus Dei, quo nihil gratius potest Deo offerri. Domus autem est, si sua non quærit, sed de communi gaudet: de propriis fiunt mala, vnde ait, *Si introie.* Sciebat se proprio impediri, ne fiat locus Dei.

✠ Avgvstinvs. Nemo præsumat de viribus suis se reddere. quod vouerat, qui te hortatur vt voueas, ipse adiuuat vt reddas

☞ Quid

NICOLAVS DE LIRA.

PSAL. CXXXI.

Memento domine Dauid & omnis. *Titu. huius psal.* Canticum graduum. *Licet in hoc titulo non ponatur nomen Dauid, tamen fuit autor huius psal. vt dictum fuit supra psal. xxiij. & apparebit in processu huius ps. In quo Dauid fecit mentionẽ principaliter de duobus, videlicet de deuotione, quam habuit de ædificatione templi, & de promissione sibi facta à Deo, quantum ad successionem regni in filios suos. De quibus duobus habetur. ij. Regum. vij. Primo ergo ponitur primum, secundo secundum, ibi:* Iurauit dominus. *Prima in duas: Quia primo ponitur deuotio Dauid erga templi ædificationem, Secundo, circa arcæ translationem, ibi:* Ecce audiuimus. *Circa primum dicit,*

Memento

1 Memento domine Dauid, &c. *conferendo ei bona gratia & gloriæ.*

2 Et omnis mansuetudinis eius; *qua manifestè patuit in hoc, quod Sauli ipsum ad mortem persequenti, bis à morte pepercit, cum posset eum occidere, & quod plus est, de manibus virorum suorum Saulem occidere volentium liberauit ipsum vt habetur. s. Reg. xxiij. & xxvi. Et quia non solum fuit mansuetus, sed etiam valdè deuotus, ideo subditur,*

3 Sicut iura. do. votum vo. Deo Iacob. *Licet enim sit Deus omnium generaliter, tamen dicitur Deus Iacob specialiter, quia vouit ei exhibere specialem cultum, Gen. 27. d. dicens:* Erit mihi dominus in Deũ & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, *&c. Et quale fuerit votum Dauid, subditur,*

✠ Si

MORALITER.

1 *Memento domine. &c.* In hoc Psal. declaratur desiderium Dauid de templi ædificatione, & regni sui successione. Moraliter autem per Dauid intelligitur bonus prælatus, qui desiderat ædificationem ecclesiæ in moribus & fide, & bonum successorem habere. Quantum ad primum dicitur, *Memento do. Da.* id est, boni prælati prælati, ipsum in bono conseruando.

2 *Et om. man. e.* ipsum remunerando.

3 *Sicut iura. do.* scilicet, ex deuotione. Et quid sit illud iuramentum & votum subditur,

Si intro. &c. Hic accipitur *si*, pro *non*, id est, de negotiis domus meæ, non ero notabiliter solicitus, nec in lecto perfecto somno quietus.

✠ Donec

Quid ergo vouit videamus, & hic intelligemus quemadmodum sit accipiendus in figura Dauid: Dauid autem interpretatur manu fortis, erat enim magnus belligeratot, præsumens quidem de domino Deo suo, confecit bella omnia, prostrauit omnes inimicos suos Deo se adiuuante, quemadmodum se habebat illius imperij dispensatio: præfigurans tamen forte manu quendam ad debellandos inimicos diabolum & angelos eius.

a *Si intro.* Vsque *donec inue. lo. do.* Litera suspenditur; Et est aposiopesis, acsi diceret, Si hoc vel illud fecero, nũquam de cætero mihi credatur. Q. Iurauit Dauid domino, *Si introie. in tab. do. me. &c.*

Cas. vel ex persona Christi ab illo loco: *Si introi. in tab. do. meę.* scilicèt, cælestis habitationis. Tabernaculum est cælestis habitatio.

✻ Evthymivs. Dictio, Si, hoc in loco idem significat quod *non*. Tabernaculum vero & domus Dei dicebatur locus ille, vbi responsa atque oracula dabantur à Deo, vbi etiam ad probos & ad virtute præditos homines loquebatur. Nam alioqui Deus nulla habitatione, seu domo indiget, aut tabernaculo.

b *Si ascendero, &c.* Cass. ad dexteram patris, vbi lectus, id est requies & finis laborum.

c *Somnum*, requies mortis triduanæ. Deinde aliis verbis idem repetit. *Et palpebris meis dormitą. Et requiem temporibus meis*, donec ecclesia sancta prædicatione sit fundata. Aposiopesis est quasi, nõ amplius credatur mihi.

d *Et palpe.* Avgvstinvs. est qui non dormit, sed dormitat: modò retrahitur à terrenis, modò illo reuoluitur, crebrò inclinat caput.

e *Et re.* A requie temporum somnus venit ad oculos quia dormituris tempora grauari incipiunt. Cum ergo incipit delectare ad peccatum aliquid temporale, grauantur tempora, sed ne des te illi delectationi, & somnus non venit ad oculos, ista cogitatione, si quasi confricans frontem excutis somnum.

f *Inueniam.* Avgvs. dicit, quia diu quæsiuit.

g *Locum domino.* in se quærebat, qui super humilem & quietum requiescit. Locus autem Dei est, si sua deserit re; vel saltem, si se non amat, sed Deum.

h *Tabernaculum.* Avgvstinvs. Adhuc gemimus, In domo laudabimus, quia gemitus est peregrinantium; laudatio iam in patria commorantium.

i *Deo Iacob.* Avgvstin. Dicit soluisse, sicut supra dixit promisisse.

k *Ecce audiuimus.* Cassiodorvs. Secunda pars vbi ostenditur ædificata domus, & vbi & precatur vt exaltẽtur, & ne Iudæi sint penitus alieni.

✻ Theodore. *Effrata* illa, quæ nũc appellatur Bethlehem, nominabatur: ibi enim dominus Christus ortus est, qui Iudæis suum corpus tacitè ostendens, dixit: *soluite templum hoc, Campos verò syluæ* nuncupat locum templi, qui Hierosolymæ erat, qui desertus erat & ædificia minimè habebat, quando quidem ibi magnus Dauid exterminatorem Angelum, per preces Deo fusas cohibens, & aram erexit & sacrificium attulit, & in templi ædificatione consecrauit. Quoniam autem duo sunt tabernacula, vnum ex lignis lapidibusque, aliud verò ex corpore & anima: & hoc Hierosolymæ à Salomone editum est, illud vero in Bethleem sancti spiritus gratia contexuit: qui autem ea tempestate erant pij hoc quidem cernebant, & illud expectabant: Iure propheticus sermo inquit, *Ecce audiuimus ipsum in Effrata*, hoc à spiritu sancto faciendum; Inuenimus ipsum in campis syluæ, secundum promissionem spiritus à Salomone ædificatum.

l *Eam in Ephrata.* Avgvstinvs. vel *eam*; quam eam? sedem domini, quod est in Ephrata, speculum, Domus ergo Dei futura in prophetis prædicta est, in quibus imago & vmbra futurorum. Inuenta autem est in gentibus. vnde subdit, *Inuenimus eam* (alias) *eam in campis syluæ.* i. in gentibus incultis, vbi erant vepres idololatriæ. Vel ad literam.

☞ a Cassiod.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si introiero. *i. non introibo.*

2 In tabernaculum domus meæ, *ibi habitando in mentis quiete,*

3 Si ascendero &c. *id est, non ascendam.*

4 Si dedero *i. non dabo.*

5 Som. ocu. me *perfectum & quietum,*

6 Do. in. lo. do. *i. aptum pro templi ædificatione, ideo subditur,*

7 Taber. d. Ia. *i. vt ædificem ei templum, quod aliquando vocatur tabernaculum. Sic enim proposuit Dauid firmiter facere, suppositа tamen Dei voluntate. Nec est per hoc intelligendum, quod nullo modo intraret domum suam, vel lectum, seu dormiret: sed quod talia non faceret cum bona & perfecta quiete mentis, donec domum domini compleret. Et in hoc exprimitur magnum eius desiderium ad domus domini complementum. Et hoc dicitur secundum communem modum loquendi de homine multum desiderante finem alicuius negotij, Quod non dormiat bonum somnum, donec compleuerit tale negotium. Et quia dominus noluit quod ipse ædificaret, sed expectaretur tempus filij sui Salomonis, fuit liber à voto dominus tamen habuit acceptum eius bonum propositum, secundũ quod dicitur. ij. Reg. viij. b.* Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, benefecisti hoc ipsum mente pertractans: veruntamen tu non ædificabis mihi domum, sed filius tuus, &c.

8 Ecce au. *Hic consequenter ostenditur deuotio Dauid in arcæ translatione. Et primo quantum ad translationem factam tempore Dauid: Secũdo quantum ad translationem factam tempore Salomonis, ibi,* Surge d. *Circa primum sciendum, quod arca primò habuit stabilem mansionem in Silo, vbi posita fuit tempore Iosue, qui erat de tribu Ephraim, secundum quod habetur Ios. xviij. a.* Cõgregati sunt omnes filij Israel in Silo, ibique fixerant tabernaculũ testimonii, *& ibi fuit arca circiter annis ccc. & .x. s. vsque ad illud tempus quo capta fuit à Philistheis & portata in terram eorum, vt habetur. j. Reg. v. Et extunc non habuit stabilem mansionem, quo vsque fuit posita in templo per Salomonẽ ædificato: sed in terra Philisthinorum fuit translata de ciuitate in ciuitatem, vt habetur. j. Reg. v. Et inde remissa in terram Israel, vt habetur. s. Re. vi. Et tũc fuit posita in Cariathiarim, vt habetur. i. Reg. vij. & inde trãslata fuit in Maspha, & inde in Galgala, vt dicitur li. de Hebraicis quæstionibus, & postea fuit translata in Nobe, vbi erat tempore Saulis, secundum quod habetur. i. Reg. xxi. Et inde translata est postea in Gabaa in domũ Aminadab, & inde translulit eam Dauid in domum Obededõ & inde in ciuitatem Dauid, vt habetur. ij. Reg. vi. Igitur Dauid in trãslatione arcæ de omnibus istis locis non facit mentionem, sed tamen de Silo, vbi primò fuit posita, & de Gabaa, vnde accepit eam, & de loco vbi eam posuit, cum dicit,* Ecce audiuimus eam. *scilicet arcam fuisse positam primo.*

9 In Ephrata. *i. in Silo, quæ est in sorte Ephraim. & ideo nõ accipitur hic* Ephrata *pro ciuitate Bethleem, quæ alio nomine vocata est* Ephrata, *vt habetur Gene. xxxv. quia arca nunquam legitur fuisse in Bethleem.*

10 Inuenimus eam in camp. syl. *id est, in Gabaa, quæ est in territorio Cariathiarim, quæ ciuitas syluarũ interpretatur. Gabaa enim prout accipitur, & Cariathiarim sunt loca propinqua, vt dictum fuit plenius ij. Reg. 6.*

☞ Introi.

MORALITER.

†6 *Donec inueniam locum.* id est, ecclesiam meam bene dispositam ad exercendum cultum diuinum.

8 *Ecce audiuimus eam in Ephrata.* Quæ interpretatur fructifera.

10 *Inuenimus eam in camp. syl.* id est, ecclesiæ bona dispositio consistit in fructibus actiuæ vitæ, & in solitudine contemplatiuæ, quæ per campos syluæ designatur. Et de ecclesia sic dispositа subditur,

☞ *Introib.*

☞ A Cas. Ecce audi. s. dominum nasciturum in Ephrata Bethlehē vbi natus est dominus: auditum est nasci in Bethlehem, sed propter fidem gentium *in campis syluæ* compertus est.

a *Intro.* Avgvst. Nos quoqne perseuerando in militia nostra tamen introiuimus (vel introibimus) in taber. eius, Dei Iacob: Ad hāc domū pertinet, qui aliis tanquā viuis lapidibus charitate compaginatus est. Intrat ergo qui diligit, & qui intrat, domus Dei efficitur.

† Exurge B ✠Evthymivs. Hæc verba ex Sanctorum persona dicta sunt, qui in populo ex captiuitate in patriam restituto aderant: prædicitur autē his verbis, quē admodū templum denuo erigēdum erat, & quemadmodū ipsi illud ingressuri erant, & adoraturi ibi Deum vt antea · Tabernacula autem, templi aulas vocauit, vel ipsum templum plurali vsus numero, Hebræorum more. Præterea Dei tabernacula, ac pedes Dei & sterisse Deum, humano more dixit, vt auditorum hebetudini condescenderet.

C b *In lo.* Avgvs. Domus Dei est, vbi debet adorari: præter quam non audit Deus ad vitam æternam. Ille ad domum pertinet, qui est charitate compaginatus alijs. Vel locus in quo stant pedes domus domini, Christus est, in quo perseuerant.

Quæst. 14. ✠Athanasivs. Atqui Iudæis quidē respondemus, quod eam ob causam, qui fideles sumus, adoramus ad orientem, quod spiritus sanctus per Dauidem prophetam præcepit, qui dicit: *Adoremus ad locum, vbi steterc pedes domini.* Quod si Iudæus obiiciat: vbinam steterc domini pedes: Zacharias propheta docet, Cum inquit, in oriente pedes Domini stabunt in monte Zach. 14. *oliuarum e regione Hierusalem*, vnde & Iudæi, qui sunt Hierosolymis adorantes, versus orientalem mundi plagam adorant.

Surge

a ¶ Vt amplius confirmet dicit se introisse. ¶ Qui intrat vt habitet, ipse à Deo habitatur.
b ¶ Dei Iacob. c ¶ Etiam. ¶ Aug. id est, de eis erimus, in quibus stant pedes eius, hi sunt qui perseuerant vsque ad finem.

a in campis syluæ † Introibimus in tabernaculū b eius: † adora-

a ¶ Domini. ¶ Et o domine prius exaltabo, exaltetur postea ecclesia. b ¶ Surge vt.

b bimus in loco vbi steterunt pedes eius. † Surge domine in

c a ¶ Id est, ecclesia surgat, quam sanctificasti. Aug. Hæc sibi resurrectionem non promitteret, nisi prius resurgeret caput. b ¶ Non Noe, vel testamenti quæ figura fuit, sed san.
c ¶ Et. ¶ Te eunte ad patrem ¶ Aug. regale sacerdotium, induatur fide, quia iustus ex fide viuit: vnde Petrus, Vos estis genus electum, regale sacerdotium &c.

d requiē tuā, tū & arca † sanctificationis tuæ. Sacerdotes tui in-

a ¶ Accepto pignore spiritus, lętentur membra spe resurrectionis.
b ¶ Id est, minores, subditi.

e duantur † iustitia, et sancti tui † exultēt. Propter Dauid seruū

a ¶ Iudæis o Deus pater. b ¶ Illi, vel Christo.

f tuum, nōn auertas faciē Christi tui. † Iurauit domin⁹ Dauid

D Psal 56. a. Rom. 9. b. Hom. 19. in Ezech.

1 Ossa arida audite verbum
2 Domini. Hæc dicit dominus Deus ossibus his: ecce
3 ego intromittam in vos spi-
4 ritum, & viuetis, & dabo
super vos nervos, & succrescere faciam super vos
carnes, & superextendam
5 in vos cutem, & dabo vo-
6 bis spiritum & viuetis.
7 d *Sacerdo.* Avgvst.
8 Accipit eosdem sacer-
9 dotes & sanctos. s. omnes fideles. Vel, per *sa-*
10 *cerdotes*, significat præ-
11 latos ecclesiæ, per *san-*
12 *ctos*, subiectos fideles. Arcam ergo, quam surgere precatus erat, per partes ecclesiæ distinguit.

† Intrauimus in tabernaculū. † inueniemus eum in campis syluæ. † adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. † Surge domine in requiem tuam tu & arca sanctificationis tuæ. † Sacerdotes tui induantur iustitia, & sancti tui exultent propter Dauid seruum tuum.

Sacerdotes. vt in veteri testam. sacerdotes diuersis ornamentis: ita euangelici sacerdotes diuersis virtutibus adornantur: hæc sunt ornamenta, quæ Deus exigit. Quæ enim legales pontifices in vestibus gestabant, illa euangelici sacerdotes in cordibus habere debent. F

e *Propter Dauid ser.* Cassio. *Memento:* Et bene dico *propter Dauid*: quia *iurauit dominus Da.*

Propter. deinde ex persona ipsius Dauid rogantis Deum patrē.

Avgv. Quia enim Christus à Iudæis faciem auertit ad gentes, rogatur pater propter reliquias, vt saluæ fiant: quod in apostolis & in aliis multis impletum est. Et ait: *propter Dauid.* acsi diceret, Mei etiam memento, vt propter me Iudæos funditus nō repellas. Rom. 9. f.

f *Iurauit.* Cas. Tertia pars, vbi dicit promissiones Dei, factas ędificatæ Sion. id est ecclesię. Et loquitur Dauid in sua vel in totius Christi persona.

† Iustitiam † De iureiu. c. & si Christus.

☞ *Et non*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Introi. *& loquitur de tabernaculo, quod tetendit ei Dauid in Ierusalem, vt habetur ibidem.*

2 Adora. in. l. i. *versus locum.*

3 Vbi ste. pe. e. *Propitiatorium enim, quod dicebatur sedes Dei, erat super arcam: ita quod operculum arcæ erat quasi scabellum Dei sedentis super propitiatorium, vt dictum fuit plenius Exod. xxv. Homines autē venientes ad tabernaculum orationis, eam adorabant versa facie ad locum arcæ.*

4 Surge do. *Hic consequenter describitur translatio arcæ ad templū ędificatum à Salomone, vbi habuit stabilem mansionem, & quietē, quā translationem præuidit Dauid fieri post mortem suam: ideo dicit* Surge do. in re. tu. *hoc est in domum à Salomone filio meo ędificandam, vbi elegisti stabilem mansionem & quietem.*

5 Tu & ar. san. tuæ. *quæ sic nominatur, eo quod continebat sancta. s. tabulas digito Dei descriptas, & virgam Aaron, & vrnam mānā plenā.*

6 Sacerdo tui. *id est ad tuum obsequium deputati;*

7 Induantur iusti. *ita quod non solum ornentur exterius ornamentis corporalibus, sed etiam interius virtutibus.*

8 Et s. t. i. *sacerdotes & Leuita tuo obsequio deputati. Sanctum enim in vna significatione idem est, quod diuino cultui deputatum: vnde & etiam vestes ad hoc deputatæ, dicuntur sanctæ.*

9 Exul. *i. te laudent cum deuotione mentis in signo exteriori apparente secundum illud Psal. lxxxiij.* Cor meum & caro mea exulta. in Deū viuum.

10 Pro. Da. ser. tu. *i. propter merita eius & deprecationem.*

11 Non auertas faciem Christi tui, *Id est Salomonis de mandato tuo in regem vncti. Dicunt enim Hebræi, quod cum sacerdotes transferrent arcam ad templum Salomonis, porta clauserunt se contra eos: & cū orarent dominum & cantarent psalmum istum quādo venerūt ad versum istum, portæ aperuerunt se, & sic vidit omnis populus, quod Dauid erat Deo acceptus. Vsque enim ad illud tempus multi de populo tenebāt contrarium, propter adulterium cum Bethsabee, & homicidium Vriæ. Et ad declarandum: quod illa peccata erant sibi dimissa fuit facta illa clausio portarum & apertio, sicut dictum fuit plenius. iij. Regum viij. & ij. Paralı. vj.*

12 Iurauit. *Hic consequēter agitur de promissione successionis regni in prole Dauid. Et primo describitur dicta promissio. Secundo, promissionis ratio, ibi,* Quoniam elegit. *Circa primum dicitur,* Iurauit dominus Dauid, *Id est, ipsi Dauid,* Veritatem, *quia est veritas prima.*

☞ Et

MORALITER.

✠ 1 *Introibimus in ta. eius.* s. deuotè.

2 *Adora in lo. vbi ste. pedes eius.* Licet enim Deus sit vbique tamen est in ecclesia per specialem habitationem. Et quoniam ad orandum deuotè indigemus auxilio Christi, & matris suæ, subditur,

4 *Surge domine in requiem tuam,* in nobis habitando per gratiā.

5 *Tu & ar. san. tuæ.* i. virgo sanctissima per arcam testamenti figurata.

6 *Sacerdo. tui in. iu.* ad debitè ministrandum in ecclesia. Et quia præ-

prælatus, quantumcunque bonus, se reputat indignum, sequitur,

10 *Pro. Da. ser. t. i.* propter meam insufficientiam, vel culpam.

11 *Non auer. fa.* id est non permittas eā auerti à salute populi.

12 *Iurauit dominus.* Hic agitur de secundo. s. de bono successore in ecclesiæ regimine, cum dicitur: *Iurauit dominus.* Per iuramentum enim domini factum Dauid, quod filij sui succederent sibi, significatum fuit, quod Deus paratus est prouidere pastoribus bonis de successoribus in discipulis suis, sicut beato Petro prouidit de sancto Clemente: & beato Martino, de sancto Briccio: & sic de aliis pluribus, ideo subditur:

† De

☞ a *Et non frustrabitur* (alias) *non pœnitebit* Aug. Pœniteri dicitur Deus, non propter consilij, sed operis mutationem. Non enim pœnitentiam patitur Deus, vel in aliquo fallitur, vt vellet corrigere, in quo errauit: sed quomodo homo, quem pœnitet mutare vult quod fecit. Et sic vbi audis, quia pœnitet Deum, mutationem ipsam intellige.

Aliter dicit illã Deus aliter tu: Tu enim facis quia errauerat: ille fecit, & liberat.

b *De fructu ventris tui.* Augustin. Poterat dicere, ex fructu fœmoris tui. Quare ex fructu ventris voluit dicere? Et illud quidẽ si diceret, verum diceret: sed significantius dicere voluit, *ex fructu ventris*, quia de fœmina natus est Christus, quò vir non accessit.

c *Super se.tu.* David, scilicet, iuxta illud, *Et dabit illi Deus sedem Dauid patris sui*: quia quos Dauid temporaliter rexit, Christus spiritualiter.

Luc.1.o.

†Esçę, cibo

†in veritate & nõ pœnitebit

†præelegit

a ¶ Alias, pœnitebit. b ¶ Dauid.

a †veritatem,& †non frustrabitur eũm:† de fructu vẽtris tui 1

a ¶ Dicens. Aug. Poterat dicere, de fructu fœmoris tui, sed significantius ait, de fructu ventris tui, quia de fœmina natus est Christus, quo, id est, ad quam vir non accessit, vnde, Et eduit per clau.por. ex & decus, &c. ¶ Quos paries. Ad idem facit. b ¶ Non omnes, sed custodientes testamentum. c ¶ Pactum baptismi hoc. b 2

c ponãm super sedem tuam. Si custodierint filij tui testamẽtũ 3

a ¶ Præcepta vitæ. b ¶ Non quæ ipsi sibi constituant. ¶ Si custodierint.

meum: & testimonia mea hæc quæ docebo eos. † Et filij eo- 4

a ¶ quandiu durabit hic, vel cuius non est finis, quasi, non est temporale præmium, sed æternum. b ¶ Beatitudinis, vt sicut es regiæ potestatis, ita ipse pro modo suo. c ¶ Hoc promisit gratis, non pro meritis.

rum vsquẽ in seculum sedebũt super sedẽm tuã. Quoniam 5 6

a ¶ Ecclesiam. b ¶ Vbi spiritualiter habitet, qui vbique est c ¶ Dicens.

d elegit dominus Sion,† elegit eam in habitationẽ sibi. Hęc 7 8

¶ Verba Dei patris. a ¶ Hoc non ad literam, cum sæpe euersa sit Ierusalem. ¶ Quia durat in æternum. b ¶ In ecclesia. c ¶ Non pro merito suo. d ¶ Sed.

e requies mea in seculũ seculi: hic habitãbo, quoniam elegi eã.

¶ Dans benedictionem, vnde subdit. ¶ Et. a ¶ Iugi benedictione.

b ¶ Non præsumentes de Deo, vnde: Edent pauperes & satu. Superbi saturati sunt in se, nec saturabuntur Sed humiles quanto plus esuriunt, tanto plus manducant, & tanto plus esuriunt, quanto inanes sunt à seculo, plenus fastidit. c ¶ Sion. 9 † † †

f Viduã eius benedicẽs benedicã, paupẽres eius saturabo pa-

†præelegit, *ex fructu ventris*, quia de fœmina natus est Christus, quò vir non accessit.

†desiderauit, concupiuit

✠ Evthymivs. Vna quidem promissio hæc est, & finem habuit, non modo enim Salomon, sed qui ex Salomone originem traheret, regijs sedibus digni effecti fuere. Cæterum vaticinationis finem dominus Christus cõfirmauit, Dauidis regnum corroborans: hoc namque beatus vaticinatus est Esaias, *Quoniam puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius, & vocatur nomen eius magni consilij angelus admirabilis, &c.*

d *Si custo.* Aug. Meritum videntur facere parentes filijs suis per hoc quod dicit: *Si filij custodierint, & filij eorum sedebunt.* Sed sciendum quod homines spem suam debent filios generare & relinquere: filij spes eorum sunt, ideo nomine filiorum spem posuit, Per *filios autem filiorum* fructus spei accepit. Et est ĩrõsus, *Si custo. fi.* id est spes. Et *filij eo. in æter. se. su. se.t.* Filij, fructus eorum, id est tales fructus habebunt, vt spes eorum non fallat, sed veniat quo sperat. Vel, *filios* accipe homines, per *filios* eorum imitatores. Et est sensus, *Si custo. filij tui*, i. homines ex te nati, *testa. m. & te. mea hæc. quæ do. e.* Hoc non mutatur. *Et* etiam *filij eorum*, id est sequaces eorum *in seculum sedebunt.* Quid ergo si non custodierint, perit promissio? Non, quia si in te non impletur, impletur in alio. Et filij Dauid sunt, non stirpe sed cultu Dei, & fide. Si ergo non custodierint testam. meum, non filij: Non ergo glorieris de carne. *Si custodierint.* Vel, ita, vt per Dauid intelligatur Christus: Et agit de promissione facta Christo, hoc modo *Iurauit do.* pater, Dauidi, id est, Christo. *Veritatem & non frustrabitur*, vel *pœnitebit eum* dicens. *Defru. ventui p.su.se.tu.* id est, illos quos pariet ad fidem, ô tu Christe, faciã reges sui. Non tamen omnes, sed custodientes testamentum: vnde subdit, *Si custo, filij te.me. & te. m. hæc quæ doce. e.* Hoc non mutatur.

✠ Theodo. Talis igitur domini promissio est: sed illorum iniquitas cursum intercidit; è vestigio enim Salomon, cum impietatem incidisset, diuinam iram sibi asciuit. Quapropter solium tyrannide oppressum est, alteriusque regnum decem tribus admiserunt, postea autem duæ tribus regno Dauidico priuatæ fuere.

e *Et filij eorum.* Cass. *Si cust. testamen. Sedebunt super sedẽ tu.* id est participes erunt tuæ beatitudinis: Vt sicut es regiæ potestatis, ita & ipsi, pro modo suo, & hoc, *Vsque in seculum seculi*, id est in æternum.

f *Hæc requies mea.* Avgvstinvs. Sic amat nos Deus, vt se dicat requiescere, si nos requiescimus in illo.

g *Viduam.* Avgvstinvs. Vidua est anima, quæ se intelligit desertam omni auxilio, nisi solius Dei.

✠ Theodoretvs. Symmachus autem *Annonam eius* benedicens benedicã, hoc est omnium bonorũ affluentiam ipsis præbebo.

h *Panibus.* Avgvstinvs. Deus est panis, qui in carne se lac fecit.

✠ Gregorivs. Quia per contemplationis donum gratia spiritali satiamur, apte dixit Esaias, *Panis ei datus est*: id est, refectionem spiritalis gratiæ percipit, quia se à bonis infimis cælestia sperando suspendit. Hinc etiam de sancta Ecclesia per Dauid Dominus dicit, *Pauperes eius saturabo panibus*: quia in illa mentes humilium positæ, spiritalium replentur refectione donorum.

☞ *Sacerd.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non frustrabitur eum, *denegando promissum, & quid sit illud, subditur,*

2 De fructu ventris tui ponam su. se. tu. *hoc enim ei promisit per Nathan prophetam, ij. Reg. vij. Et hoc promissum primo fuit impletum in Salomone filio Dauid, qui in regno ei successit, & multo perfectius in Christo descendente à Dauid secundum carnem, cuius Salomon figura fuit, & in quo Dauid regni accepit perpetuitatem.*

3 Si custo. filij tui. t. *id est decem legis præcepta, quæ Deus protulit in monte Sinai, Exod. xx. f.* Et testimonia m. *quantum ad alia mandata, quæ dominus dedit populo per Moysen.*

4 Et filij eorum vs. *id est absque temporis determinatione.*

5 Sedebunt super sedem tu. *scilicet regni tui, & hoc fuisset factum si prædicta seruassent. Sed quia reges à Dauid descendentes multipliciter transgressi fuerunt legem diuinam, vt patet ex decursu iiij. Regum & ij. Paral. ideo ista successio in dignitate regni, tempore Sedechiæ fuit interrupta, vt habetur iiij. Reg. vlti.*

6 Quoniam elegit. *Hic ponitur prædicta promissionis ratio, quæ fuit deuotio ipsius Dauid ad diuinum cultum. Et ideo voluit, quod locus sui cultus esset prope Dauid palatium. Et hoc est quod dicitur*, Quoniam elegit do. *id est montem Sion, vt ibi ædificaretur templum suum: ideo subditur,*

7 Elegit eam in habi. sibi. *Licet enim Deus sit vbique, dicebatur tamen ibi specialiter habitare, eo quod dabantur ibi diuina responsa de propitiatorio, quod dicebatur sedes Dei. Electionem autem huius loci ostẽdit Deus, quando Deus præcepit ipsi Dauid per Gad prophetam, vt extrueret ibi altare, & offerret hostias: & exaudiuit eum dominus in igne de cælo descendente super altare, vt habetur. j. Para. xxi. Propter quod Dauid hoc videns dixit*, Hæc est domus Dei, & hoc altare in holocaustum in Israel, *vt habetur ibidem in principio 22. cap.*

8 Hæc requies mea, *quia arca domini inde non fuit ad aliud templum translata.*

9 Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius. *id est, personas habentes deuotionem ad hunc locum, quantumcunque sint parui ponderis in populo: in bonis spiritualibus & temporalibus multiplicabo.*

✠ Sacer-

MORALITER.

✠ 2 *De fructu ventris tui. &c.* id est, de filiis suis spiritualibus, nutritis sua doctrina: & subditur ratio,

6 *Quoniam elegit dominus*, id est, prouidebit sibi de bona custodia.

Vi-

9 *Viduam eius*, id est, sexum muliebrem in ecclesiæ fide viuentem.

† *Benedicens be.* dando eis meam gratiam.

† *Pauperes eius*, id est, simplices credentes,

† *Saturabo panibus* eucharistiæ, & sacræ scripturæ in prædicationibus. ✠ *Sacerd.*

☞ A a *Sacer.e.* Vel distingue. inter sacerdotes, & sanctos sicut suprà. Et est, *Sacerdotes eius*, id est, prælatos, *Induam salutari*, id est, Christo, id est, vt honesti sint ad docendum. *Et sancti*, id est, subditi. *Exultatione exulta.* de Christo.

b *Exultatione exultabunt.* AVGVST. Quia induti sunt salutari: Non enim in se lux, sed in domino, vnde subdit ibi, *Suscitabo cornu Dauid*, vt de Christo præsumatur; ipse est altitudo, quam scilicet, significat cornu, non carnalis, sed spiritualis. Ipse est qui baptizat potestate & autoritate; qui habitat in eo, ergo, securè exaltauit.

a ¶ Id est, cælesti pane. b ¶ Genus electum, scilicet, omnes fideles.
c ¶ Vnde. Quotquot in Christo baptizati estis, Christū induistis. d ¶ Christo. e ¶ Idem qui & sacerdotes.

†40.di.c.9. †salute

nibus.† Sacerdotes eius induam †salutari, & sancti eius †exul-

a ¶ Vel illic. ¶ Ideo exult. quia. b ¶ Alias, suscitabo. c ¶ Id est, Christum.

B tatione exultabunt. Illuc producam cornu Dauid, paraui lu-

a ¶ Christi.

cernam Christo meo. Inimicos eius induam confusione: su-

a ¶ Aug. Ipse sanctificat & nemo alius. In eo floret ad gloriam sanctificatio; in homine, qui fœnum est, non posset florere.

per ipsum autem † efflorebit † sanctificatio mea.

†florebit †diadema eius, corona eius

c *Cornu Dauid, paraui lucernam Christo.* AVG V. Ecclesiæ altitudo spiritualis (quæ carnem excedit) Christus, cui Iohan. *lucerna paratur* vnde subdit, *Paraui lucernam Christo meo.* Hæc Iohan. 5. f. *lucerna* est Iohannes, qui illum ostendendo prædicat di. *Hic est* C *qui baptizat.* Qui Ioannes præcurrens, Christum nuntiat, homines baptismo assuefaciens, viam præparat verbo. Ipse est enim præco verbi, paranymphus sponsi, lucerna Christi. Hinc est, quod in diebus priuatis vnus cereus ante euangelium defertur: hic est Iohannes qui Christum præcessit prædicando, baptizando: In festiuis diebus duo cerei procedunt, per quod signatur quod bini & bini missi sunt apostoli ad prædicandum in Iudæam ante Iohan. 5. c Christi mortem & resurrectionem.

✲ EVTHYMIVS. In ecclesia oriri fecit cornu ipsi Dauid, hoc D est gloriam atque honorem Dauidici nominis celebrari atque exaltari, dum laudatur, scilicet, & glorificatur ab omnibus tanquam primogenitor Christi; vel, oriri fecit validū & sublime cornu regni ipsi Dauidi in Sion, feriēs, scilicet, atque deiiciens quoscunque sibi aduersantes, hoc autem est regnum Christi. *Lucerna* vero, quæ Christo fuit parata, caro illa sanctissima est, quæ- 1 laudan do laudabunt
Deo fabricata, & diuinitati fuit coniuncta, quæ lucentissima fuit propter vitæ splendorem; & quia in ea requieuit septēplicis spiritus potentia. Vel per lucernam, Euangelium intellige, per omnes, qui constituti erant in tenebris, illuminati sunt, & ad clarissimam ducti virtutem: *Lucerna enim* inquit *pedibus meis verbum tuum.* Vel, ipsum etiam domini præcursorem, de quo scriptum est, *Ille erat lucerna ardens.* 2 3 4 E 6 7 8

d *Induam confusione, &c.* CASSIO. Hoc faciet filius, cui omne iudicium datum. Sed nota, patrem, qui hic loquitur, facere, quod filius facit. F

✲ THEODOR. Dedecoris igitur Iudæi sunt testes, qui inimicitias amplexi sunt & confusionem collegerunt: *Sanctificationem* verò Ecclesias per totum orbem atque mare dixit, quia Christi corpus vocantur, quæque Sanctitatis fontes ab eo reportant.

☞ GLOS.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Sacerdotes eius induam salutari, *id est, saluabo eos vndique, sicut indumentum circumdat hominem circumquaque:*
2 Et sancti eius, *id est, Leuitæ ministrantes ei deuotè.*
3 Exultabunt. *id est. exultatione mentis & corporis, et non per dissolutionem, sed per deuotionem.*
4 Illuc produ.co. Da. *id est, dignitatem regiam ipsius prolongabo in filiis suis propter ipsum; ideo subditur,*
5 Paraui lucer. Chri. *i. memoriam regni ipsi Dauid. vnde. iij. Re. xj. c. vbi agitur de translatione x. tribuum ad Ieroboam, dicitur de Roboā nepote Dauid:* Filio autem eius dabo vnam tribum, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo, &c. *Et simile verbum dicitur de pluribus regibus à Dauid ne descendētibus, qui propter peccata sua merurant destructionem regni quod non fiebat,* vt remaneret lucerna Dauid.
6 Ini. eius iu. con. *quod factum fuit tempore Dauid, & Salomonis, & plurium aliorum regum à Dauid descendentium, quando bene se habebant ad cultum diuinum, vt puta de Ezechia, cuius tempore angelus domini percussit centū octoginta quinque milia in castris Sennacherib, & fuit compulsus fugere, cum confusione, vt habetur iiij. Reg. xix.*
7 Sup. ip au. *quantum ad personam eius, & domum ipsius.*
8 Efflorebit sanctificatio mea, &c. *id est vnctio regia, quę durauit vsque ad Sedechiam. In Heb. habetur:* Lucebit corona mea. *Quod potest intelligi de corona regni materialis, qua erat de auro & gemmis fulgentibus.*

☞ PSAL.

MORALITER.

† 1 *Sacerdotes eius.* id est, gratia spiritussancti.
2 *Et sancti eius exultatione exulta. &c.* id est, in domino gaudebunt.
4 *Illuc pro. cor. Da.* id est boni prælati potestatem augendo. Et subditur modus, cum dicitur,
5 *Para. lu.* scilicet, gloriæ.
† *Chri. meo.* id est, bono pontifici consecrato.
6 *Inimi eius indu.* id est, spiritus malignos ab eo deuictos.
7 *Su. ip. au. ef.* per gratiam in præsenti, & per gloriam in futuro.

ADDITIO.

In psal. cxxxj. Memento domine Dauid. *vbi dicitur in postil.* Circa primum. d.

Psalm. iste continuatur cum præcedenti sic: In illo enim Dauid facit mentionem de humilitate sua, petens à Deo retributionem humilitatis in anima sua dicens, ita retributio in anima mea, *prout expositum est in additione psalmi præcedentis. In hoc autem cantico Dauid declarat quomodo Deus exaltauit illum in præmium prædictę humilitatis promittendo ei Christum venturum de semine suo, eo modo quo Abrahę in præmium immolationis filij sui promiserat, quod in semine suo, scilicet, Christo, benedicerentur omnes gentes, Gen. xxvj. a.*

Circa quod Psal. duodecim facit. Nam primò prophetizans per modū orationis dicit, Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. *i. reminiscaris eū remunerare pro sua humilitate & māsuetudine.*

Consequenter secundo incipit exordiri promissionem illam de Christo ab eo descensuro, digressionem faciens à proposito suo circa ędificationem templi. Cuius ratio est, Nam pro tunc fuit sibi hoc prophetatum per Nathan, vt patet. ij. Re. & de illa historia agit vsque ibi, Et sancti tui exulta. exulta. *& exponantur versus intermedij sicut in postil.*

Cōsequenter tertiò, quia etiam illa, quę sunt à Deo promissa, quādoque requirunt orationes sanctorum, vt opere impleantur, prout in secunda se cūdā: idcirco orat ne impediatur prædicta promissio, et de hoc dicit: Propter Dauid seruum tuum non auertas faciem Christi tui, *id est, veri Christi, qui antonomasicè dicitur Christus. Dei enim verba:* Non auertas fa. *Christi sui, non possunt rationabiliter intelligi de Salomone. Nam si Salomon non regnasset, valde impropriè diceretur, quod ipse Salomon auerteret faciem suam à regno, sed potius quod regnū auerteret faciem suam à Salomone. Et secundū hūc sensum debuisset dicere,* Propter seruum tuum non auertas faciem regni à Christo tuo. *Quod autem hic fabulantur Hebræi de sacerdotibus transferentibus arcā ad tēplum Salomonis, &c. fictitium est. Non enim habet fūdamentum in scriptura, nec est verū quod populus non credebat fuisse dimissum ipsi Dauid adulterium & homicidium vsque ad tempus trāslationis ipsius arcæ. Tum quia iij. Re. vl. fuerunt signa manifesta, quib. totus populus debuisset credere, quod Deus acceptauerat sacrificia & holocausta oblata ab ipso Dauid: quod non fuisset ipso non existente in gratia: Tum quia Salomō filius Bethsabee cum qua Dauid commiserat adulterium, fuit assumptus in regnum & approbatus à Deo, alijs fratribus exclusis: quod esset valde inconueniens, si peccata patris & matris nondum fuissent emissa. Nec esset verisimile quod hoc non fuisset obiectum Salomoni nouiter regnanti per populum, vel aduersarios.*

Consequenter quarto ostendit, quomodo sua oratio fuit exaudita dicens, Iurauit dominus Dauid, &c. *quod nō debet intelligi de successione Salomonis in regnū. Primò quia in illa historia, in qua agitur de missione Nathan ad Dauid, vbi fit mentio de successione filij Dauid in regnum patris, quę habetur in duobus locis, scilicet, secundi Reg. vij. et j. Paral. xvij. nunquā legitur quod Deus iurasset super talē successionem, sed solum hoc simpliciter fuisset propheticè denūtiatum, vt patet in vtroque ca. prędictorum; vnde cū hic dicitur,* Iurauit dominus, &c. *Non est referendum ad prophetiam Nathan, vbi nullum iuramentum interuenit. Secundo quia valde inconueniens videtur, quod Deus super successionē Salomonis in regno temporali caduco, tam firmiter iurasset. Tum quia plurimi reges regnant ex ordinatione vel permissione diuina sine tali iuramento, Idcirco potius dicendum est et verius, quod hoc iuramentum factum ipsi Dauid super aduentum Christi de fructu ventris sui, quod fuit inter promissa diuina: quod concordat propriè cum illa historia, Gen. xvij. d. vbi cum Deus inter quædam alia denūtiasset Abrahæ quod in semine eius benedicerentur gentes, quod intelligitur ad literam*

A *de Christo, interposuit firmum iuramẽtum di.* Per memetipsum iurauidicit, &c. *super quod Apostolus ad Heb. vj. ca. reddens rationẽ quare Deus Abrahę iurasset, sic dicit:* In quo abũdãtius volẽs Deus ostẽdere pollicitationis suę hæredibus immobilitatẽ cõsilij sui, interposuit iuramẽtũ. *Ex quo patet, quod ex maxima excellẽtia rei promissa Deus interposuit iuramẽtum, quod tamẽ nõ cõpetit regno Salomonis tẽporaliter, vt de se patet. Si autẽ dicatur, Vnde habet autoritatẽ istud iuramẽtum, cum hoc non inueniatur in capitulis supradictis, vbi de successione regni Dauid agitur? Ad hoc dicendum, quod sufficit autoritas ipsius Dauid, qui magnus & egregius psal. fuit in Israel, vt 3. Reg. xxiij. Manifestum est enim, quod sæpe euangelista de vna & eadem retractantes, quidam explicant aliqua quæ ab alijs fuerũt prætermissa. Potest etiã rationabiliter dici, quod Nathan, qui non erat tanti gradus in prophetia, fuit reuelata successio Salomonis tãtum, quę figuratiua erat successionis Christi, super quã iuramentũ interuenit propter arduitatem & magnitudinẽ rei promissæ. Cõcordat etiã cum hoc, quod legitur suprà in psal. de sacerdotio Christi,* iurauit dominus, & nõ pœnitebit eũ, tu es sacerdos in æternũ. *Quod quidẽ iuramẽtũ non legitur in alijs historijs propheticis, et tamẽ credendum est firmiter ex testimonio ipsius Dauid,*
Psal. 109. a *quod Deus hoc iurauit propter magnitudinẽ excellentiæ talis sacerdotij.*

Cõsequenter quinto interponit illa, quę fuerunt denuntiata per Nathan ipsi Dauid, quæ pertinent ad Salomonem, et etiam ad alios successo-
B *res: et hoc cum dicit,* Si custodierint filij testamentum meum, &c. *et exponatur sicut in posti. Nec est necessarium, quod ista includantur sub iuramento suprà dicto, sed solum fuit successio Christi sub iuramento, & sine aliqua conditione, prout dictum est, vallata. Illud autem, quod sequitur,* Si custodierint filij tui. *est conditionale, vt patet in litera.*

Consequenter sexto, nequis putaret, quod causa principalis huius iuratę promissionis fuisset meritũ ipsius Dauid, eo quod dixerat, Propter Dauid seruum, &c. *idcirco causam veram huiusmodi reddit, dicens,* Quoniam elegit dominus Sion, &c. *Ad quod sciendum, quod principalis causa huiusmodi promissionis factę & intratæ ipsi Dauid, non est dicenda deuotio Dauid, & huiusmodi. Sicut enim dicit Apostolus ad Ro. viij. b.* Nõ sunt cõdignæ passiones huius seculi ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis: *pari ratione dicendũ est, quod nõ sunt cõdignę orationes & merita sanctorum ad hoc, vt Deus tantũ beneficiũ iureiurando humano generi promisisset, sed hoc propriè & principaliter processit ex diuina liberalitate. et ideo dicit,* Quoniam elegit dominus Sion. *Electio enim vt dicitur iij. Ethi. libertatem importat, vnde quia Deus elegit Sion, id est, ecclesiam, cuius figura erat Sion illa materialis, quæ quidem electio non solum fuit ad diuina responsa sibi danda et huiusmodi, nec ad sacrificia legalia ibi offerenda: quia ista in quàm plurimis alijs locis fuerunt facta, vt patet in decursu scripturæ sacrę: Sed hęc electio fuit principaliter ad hoc, vt in ea Deus habitaret scilicet, per carnis assumptionem, vnde subdit,* Elegit eam in habitationem sibi, *secundum illud Iohan. j. a.* Et habitauit in nobis. *Et nota quod bis dixit* elegit, *scilicet,* elegit Sion, *&* elegit eã in habitationẽ. *forte ad denotanda duplicem electionem illius Sion: Primam, scilicet, minus prin-*
C *cipalem, quæ pertinebat ad cultum diuinum veteris testamenti ibidẽ celebratum; Secundam verò, s. principalem ad inhabitationem diuinitatis suprà dictam, quę est electio potior & dignior. Et vt amplius declararet quod hęc habitatio erat inseparabilis, & in eternum duratura, ideo subdit:* Hæc requies mea in seculum seculi, *scilicet, in æternum, Quod non potest intelligi de terrena Sion, quę sæpe fuit, & est euersa. Et sequitur:* Hic habitabo, quoniam elegi eam, *scilicet, non ex meritis principaliter, sed ex electione, vt dictum est.*

Consequenter septimò, quia habitatio Christi in ecclesia præsenti secundum naturam assumptam in propria effigie, non duranit in ecclesia militante, nisi vsque ad ascensionem, posset quis obijcere contra hoc, quod dicitur, Hęc requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam; *dicens, quod non habitauit Christus in ecclesia perpetuè secundum naturam assumptam, ideo subdit,* Viduam eius benedicens benedicam. *Circa quod notanter attendendum est, quod vbi translatio nostra habet viduam, Hebraica litera habet* צירה tsedah, *quod nullo modo significat viduam, sed propriè significat escam, et specialiter illã, quę datur viatoribus per modum viatici cibi: vnde omnino consimilis dictio habetur, Ge. xlij. e. vbi dicitur:* Datisque suprà cibarijs in via; *vbi enim nos habemus cibarijs in via: Heb. litera habet* צירה tsedah. *Similiter, Iob. xxxviij. d. vbi dicitur:* Quis parauit coruo escã suam? *vbi ly* escã suã, *significatur per similem dictionem, scilicet,* tsedah: *vnde secũdum veritatem Hebraicam sensus huius est, quod Deus promittebat se benedicturum* escam ecclesiæ viaticam, *quod propriè significat sacramentum eucharistiæ, de quo fideles Christi, scilicet pauperes spiritu saturantur, & ideo subdit,* Pauperes eius saturabo pa. *iuxta illud ps.*
Edent pauperes & saturabuntur. *Et sic constat, quod per prædictum*
Psal. 21. g. *sacramentum Christus perpetuò habitat in ecclesia. Ad quod vno modo applicatur illud,* Ego autẽ vobiscũ sum vsque ad consummationẽ seculi, *Matt. vlt. d. Et nota quod Ra. Aben. exponens illud verbũ scilicet,* tsedah eius benedicẽs benedi. *sic dicit:* tsedah significat idẽ, *quod*

quod cibaria ad viã, Et est sensus, quod benedictio inueniretur in D
cibo, quę trãseũtes per viã portarẽt de Sion: *Hac ille. In quib. verbis iste Rab. manifestè prophetauit prædictam expositionem, licet nesciens.*

Consequenter octauo declarat excellentiam ministrorum huius sacramenti cum dicit, Sacerdotes eius induam sa. *Vbi notanda est differentia inter huiusmodi sacerdotes, & illos, quibus paulo antè in hoc psal. dixerat,* Sacerdotes tui induantur iustitia. *Illi enim erant sacerdotes veteris legis, qui coram arca fœderis ministrabant, vnde cum dixisset,* Tu & arca sanctificationis tuæ, *statim subdit,* Sacerdotes tui induantur iustitia. *Qui quidem sacerdotes* indui *dicuntur* iustitia, *eo quod fide iustificabantur.* Iustus enim in sua fide viuit. *Abac. ij. a. Isti vero sacerdotes, de quibus in hoc loco loquitur, sunt noui testamenti, qui pauperibus spiritu panes ministrant, quibus saturantur. Qui quidem sacerdotes non solum* iustitia induuntur, *sed etiam* salutati: *Salus enim nunquam fuit nisi per Christum, de quo Matt. j. a.* Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum: *similiter de primis dixerat,* Et sancti tui exultabunt. *De istis vero dicit,* Exultatione exultabunt, *duplicans exultationem, vt intelligatur maior seu perfectior exultatio.*

Consequenter nono declarat duo maximè attendenda circa hoc sacramentum: et hoc cum dicit, Illuc producam cornu Dauid, paraui lu. Christo meo; *Circa quod notandum, quod inter multa ineffabilia, quæ in hoc sacramento eucharistiæ possunt cõsiderari, duo sunt maxime attẽdenda: Quorũ vnum est potestas instituẽtis, scilicet, Christi, & de hoc dicit,* Illuc producã cornu Dauid. *Cornu enim in scripturis significat e-* E
minentem potentiam, vt ibi, Exultabuntur cornua iusti. *Sed constat quod hoc sacramentum non nisi per potentiam Christi infinitam, producitur in effectu, & ideo dicit,* Illuc, *id est; in ecclesia de quo loquitur,* Producã cornu Dauid, *id est, producã potentiam Dauid infinitam in effectu, scilicet, modo prædicto. Secundum considerãdum est circa hoc sacramentum vtilitas ecclesię cui cõcessum fuit. Et de hoc dicit,* Paraui lucernam Christo meo. *Pro quo sciendum, quod vtilitas huius sacramenti in ecclesia præcipuè consistit in hoc, quod Deus, qui inuisibilis est, visibiliter à nobis cognoscatur, vt sic in eius amorẽ transformemur, quod vtique sit per lucem diuinam oculis nostris mentalibus infusam. Vnde Ecclesia in præfatione cãtat,* Per incarnati verbi mysteriũ, noua nostræ mẽtis oculis lux tuæ claritatis infulsit, vt dũ visibiliter Deum cognoscimus, per hũc in inuisibiliũ amorẽ rapiamur. *Propter quod in huius sacramẽti mysterio propriè dicitur, quod Deus* parauit lucernã Christo suo, *scilicet, lumen diuinũ infusum in mentibus dignè sumẽtibus, quo Christum inuisibilem sub visibili sacramẽto existentem cognoscimus per fidem, & per charitatem amamus. Quod autẽ allegat posiul. de hoc quod dicitur iij. Reg. xj.* Filio autem eius dabo vnam tribum, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo, &c. *in Hebraica veritate nõ dicitur in illo loco* lucerna, *sed* nouale, *vt ibidẽ fuit dictũ in addit. iij*

Et nota, quod istis verbis Psa. s. Producam cornu Dauid, *&* paraui lucernam Christo meo, *in propria forma vtũtur Hebræi in suis orationibus, vbi solemniter petũt aduẽtum sui Messiæ, inaniter exspectati, sic dicentes,* Producas cornu Dauid Christi tui, *&* para lucernam Christo tuo. *Ex quo patet manifestè, quod ista verba intelliguntur dicta fuisse de vero Messia, non de Salomone.* F

Consequenter decimo, quia multi infideles seu hęretici non capientes hoc mysterium, credunt de hoc confundere fideles, dicentes eos in hoc sacramento idolatrare: idcirco psalm. per oppositum dicit, Inimicos eius inducã confusione, *iuxta illud Iere. xvij. c.* Cõfundãtur qui me persequuntur, & non confundar ego: *& meritò sicut sacerdotes Christi induuntur salutari, ita inimici eius indui debent confusione.*

Consequenter vndecimo dicit: Super ipsum autẽ efflorebit sanctificatio mea: *vbi est attentè notandũ, quod vbi trãslatio nostra dicit,* Sãctificatio mea, *in Hebraica veritate habetur* נזרו nizro, *Pro cuius declaratione sciendũ, quod in veteri lege illi qui erant consecrati, et sanctificati per certum votũ, sic vt separarentur ab immũdis contagionibus plusquam cæteri de populo & quædam alia obseruarent, dicebãtur Nazarei, vt patet Num. vj. Quæ quidem consecratio seu sanctificatio abstractiuè sumpta Nazaræitas in lingua Latina dicenda est, in Hebræo vero talis significatio abstracta dicitur* נזר nezer. *Si autẽ referatur ad habentem illam consecrationẽ, tũc in Hebræo dicitur* נזרו nizro: *quod significat idẽ quod* cõsecratio sua, *vel* Nazaræitas sua *prout in prædicto ea. Nume. vj. pluries poniturtalis dictio, scilicet,* נזרו nizro *sub hac significatione & forma: vnde in proposito idẽ est dicere,* Super ipsum autẽ efflorebit nizro. *& dicere,* Super ipsum autẽ efflorebit. Nazaræitas sua *seu consecratio sua: quod pertinet ad Christum, qui maximè fuit à contagijs peccati immunis: & Deo singularissimè consecratus, &*
sic per excellentiã Nazaræus. Vnde ex has autoritate propriè iuxta ve- Nazaræus dicitur Christus, & ex scriptura ostenditur.
ritatẽ literę Hebraicæ acceptã, Christus fuit prophetice à Dauid. Nazaræus vocatus, tanquam habens Nazareitatẽ, vt dictũ est, vnde quod legitur Ma. ij. de Christo, vt impleretur quod dictũ est, quia Nazarẽus, vocabitur: *ad istã autoritatẽ est referendum, Nusquàm enim legitur in prophetijs scripturis quod Christus Nazarẽus vocaretur, nisi tantũ*

in hoc loco. Quod autem postillator ibidem hoc nititur fundare in dictis Esaiæ vbi dicitur, Et netser de radicibus eius ascendet, quod etiam ponitur in gl. nō videtur valere: nam netser scribitur cum litera ץ tsadi finali, nezer verò cū, ז. inter quas dictiones est magna differentia tam in proferendo quā in significando, Nō enim Christus vocatur ab euangelista, Natsaræus sed Nazareus. Iudæi verò Christum in suis scripturis mendaciter improperantes communiter vocant eū Natsareum *ad excludēdum ab eo Nazareitatem, quę significat consecrationem sanctificationem, vt dictum est, quod absit à veris catholicis. Dicitur autem secundum gl. florere sanctificatio Christi seu eius Nazareitas, inquantum in eo solum est potestas sanctificationis actiua: Ipse enim solus sanctificat seu Nazareos facit, iuxta illud quod in persona Dei legitur Amos. ij. c.* Suscitaui de iuuenibus vestris Nazaræos.

REPLICA. In psal. Memento domine Dauid. *Bur. putat incōuenienter exponi de Salomone illud Psal.* Non auertas faciem Christi tui, *ex debili motiuo. Ad quod dici potest, quod in hac expositione, intelligendū est in litera poni genitiuum pro ablatiuo more Græcorum: & sic est sensus:* Non auertas faciem à Christo tuo, *scilicet, Salomone sic est propria. Nec est illa expositio noua vel ficta, quia magister in gl. super illo psal. Purgatum terrę purgatum septuplum, dicit: ponitur genitiuus pro ablatiuo more Græcorum: & sic sensus est, purgatum terra, id est purgatū à terra. Et cum postillator dicit hic aliquos de populo habuisse opinionem de Dauid, quod non esset Deo gratus, nec peccata adulterij vel homicidij dimissa. Bur. dicit hoc non esse verum; præcipitanter dictū est per Bur. quia ipse sibi infrà circa psal.* Domine probasti me, *contradicit sic di. Dauid protūc se sciuit esse in gratia, licet apud plurimos crederetur ipse Dauid nō fuisse peccata dimissa, prout suprà in psal. ij. a. dicebat,* Multi dicunt animæ meæ; *non est salus illi in Deo eius. Hæc Bur. Vbi videtur duplex contradictio: Vna de illa hominum opinione; Alia de loci allegati expositione: quia psal. ij. de quo sumpsit allegationē suprà, exponit de Christo, volens quòd de Dauid iste psal. totaliter non possit exponi: hic eum adducit, quasi de Dauid exponendum.*

Nec valet illud quod inducit Bur. ad sic dicēdum in hoc loco, quia videlicet Dauid Deum placabat prout habetur. ij. Reg. vl. Nā illa placatio pertinebat solum ad casum numerationis populi, vt patet ibi in litera iuncta gl. vnde populus scire non potuit Deum ipsi Dauid placatum quò ad peccata priora: præsertim quia vindicta illorum non pertinebat ad solum Dauid, sed & ad omnem domum eius, prout dicitur. ij. Regum xij. c. Non recedet à domo tua gladius vsque in sempiternum. *Esto igitur quòd peccata Dauid erant abolita quo ad culpam, non tamen quò ad vindictam et pœnā: quia illa debebat manere in domo eius in sempiternum. Cum autem videret omnis populus in delatione arcæ & templi dedicatione illa magna signa clementię, de quibus. ij. Reg. dicit, tunc primò populus omnis receperit contrarium opinionis prius habitæ ex comminatione pœnę dictæ taxatę. ij. Reg. xij. Nec in placatione Dauid, de qua. ij. Re. vl. prout allegat Burg. omnis Israel fuit præsens sicut in isto facto dedicationis templi. Potuit igitur Dauid gratam oblationē Deo facere existens in gratia, nō tamen absolutus à pœna, prout suprà tactū est.*

Per idem tollitur quod Burg. post obijcit, quòd videlicet inconueniens videtur, si populus habuisset talem opinionem, quod Salomō fuisset in regnum assumptus, & illud adulterium fuisset ei obiectum. Tum quia assumptio Salomis fuit de voluntate Dei; Tum de voluntate patris adhuc viuentis, quibus non erat resistēdum. Nec iustè Salomoni fuisset obiectum adulterium, quia ipse fuit legitimus filius Dauid, frater autem eius ex adulterio natus fuit mortuus, vt patet. ij. Reg. xij. Nec sine periculo fuisset ex opinione populi aliquid fœditatis obijcere regi.

Sed et Bur. vlterius obijciendo dicit valde inconueniens Deū interponere iuramentum in re caduca, qualiter hic exponit posti. de successione Salomonis in regno. ad quod dico, Deus iurauit patribus super adoptione terrę promissionis, quod iuramento principaliter respiciebat terrā viuentium: ita dico in proposito, & illud iuramentum de Salomone ad literam principaliter respicit regnum Christi, cuius nō erit finis. Veruntamen Burg. immemor fuit scripturarum, quando voluit sic dicere: Nā iurauit Deus ad Isaac psal. ciiij. Iurauit Deus super desolatione regni Iudæ, Ierem. xxij, & xliij. & lij. Et generaliter notandum; Pro concordantia finali, quod postil. de Dauid, & Salomone tanquàm figura designante Christum. Burgen. autem de Christo tanquam figurato secundum modum dictum circa psalmum: Dixi custodiam. *& circa psalmum:* Laudate pueri.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Canticum graduum.* Cas. Quartusdecimus gradus: Charitas quæ facit fratres habitare in vnum, vnde b benedictio & vita.

PSALMVS CXXXII.

Ecce quàm bo. Cas. Et est hic psalmus atomus (, id est sine diuisione) de charitate. Vbi commendatur charitas proximi, quæ nullam admittit alienationē mentis, seu diuisionē. Hic ergo vir iustus de cohabitatione fratrum exultans ait: *Ecce quā.*

✠ Theodo. Roboam tempestate tribus diuisæ fuerunt: Et decem quidem Ieroboam secutæ sunt, Duæ vero Dauidicum regnum amplexę sunt. Post igitur à Babylone reditum, & rursus coactæ sunt, & concordiam adamarunt, & vnum habuerunt imperium, & communem cultum secundum legem perficiebant: hæc igitur psalmus præcinit.

b *Ec. quam.* Av. Iste versus toto orbe notissimus, vt tuba spiritussancti diuisos congregauit: monasteria plurima peperit.

Cas. *Ecce.* Quasi plus ostensione, quàm lingua explicetur.

✠ Athanas. Quid ita pulchrum, prout psalmographus inquit, aut quid ita delectabile, quàm *habitare fratres in vnum?* nam ita quoque fieri arbitramur, vt & Deus nobiscum habitet: cuius hæc verba sunt, *habitabo in eis, et versabor inter eos, et coloniam meam ibi habebo, quoniam elegi eam.* Ita quoque quodammodo fit vbi vna fides & religio prædicatur.

c *Habitare in vnum* Avg. Hoc de omnibus Christianis, sed propriè conuenit monasterijs, à quibus tamen ad cæteros benedictio descendit, vt etiam illis fratribus de Iudæa, de quibus dicitur, *Erat illis cor vnum, & anima vna.*

d *Sicut vnguentum.* Theodoret. Oleum sacerdotale ex varijs rebus odoriferis compositum erat; sed neque illud ipsum ex seipso tantum odorem emittebat, sed omnium mistio & temperamentum, quàm plurimum odorē reddebat: huic meritò fraternum consensum comparauit, quandoquidem collecta ex pluribus rectis officijs perfectæ virtutis odorem perficit.

e *Barbam.* Av. Ecce determinatio, ideſt, in apostolos & alios primi-

Canticum graduum CXXXII.

a ¶ Augu. Quod ostendentis est. ¶ Vtile. b ¶ Id est, delectabile. ¶ Quia sunt bona, quæ non delectant.

Ccē quàm bonum, & quàm iucūndum

a ¶ Erat illis cor vnum & anima vna in Deum. b ¶ Recte dispositis singulorum diuersis officiis c ¶ Inunctio spiritussancti quę prius in capite Christo. ¶ A similitudine regum & sacerdotum qui figura sunt Christi. ¶ Ita & bonum & iucundum est habitare fratres in vnum.

hābitare fratres in vnūm. † Sicut vnguēn-

a ¶ Christo. b ¶ A capite Christo.

tum in capite, quod descēndit in barbam

† De facere vnc. cap. 1.

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs Cxxxii.

Ecce quàm bo. *Huic Psal. præmittitur talis titulus in Hebræo,* Cāticum graduū ipsi Dauid, *ex quo patet autor huius psal. De materia verò eius dicunt expositores communiter, quod loquitur de vnitate populi Israel ad inuicem per charitatem sub vno rege, & sub cultu vnius Dei, de quibus factus fuerat sermo psal. precedenti, & secundum hoc dicit Dauid,*

1 Ec. quàm bo. & quàm iu. *ideſt, valde bonum, et valde delectabile.*

2 Ha. fr. *ideſt, filios Israel, qui dicuntur fratres propter vnitatē cultus diuini: vnde Deu. xxiij.* Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram, *id est, Iudæo,* sed alieno. *id est, Gentili.*

3 In v. *per concordiā charitatis, sub vna lege & sub vno rege. Ad hoc adducit duplex exemplum: Primum est de vnguento, vnde consecrabatur summus sacerdos, quod erat valde pretiosum, redolens & suaue, cum dicitur,*

4 Sicut vn. in cap. *scilicet summi sacerdotis. Dicit enim Rab. Sa. quod vnctio illa fiebat cum digito consecrantis intincto vnguēto. Qui digitus primò applicabatur capiti ipsius consecrandi, et trahebatur versus palpebras ex vtraque parte, & sic descendebat versus barbam: ideo subditur,*

5 Quod de. in bar. *non cuiuscunque, sed,*

Bar-

MORALITER.

† 1 *Ec. quàm bo.* Psalmum istum fecit Dauid gaudens in domino de vnione & pace. Moral. autem exprimit gaudium boni principis, vel prælati, de fraterna charitate sub regimine suo. Et sic dicit, *Ec. quàm bo.* ideſt, valde bonum,

4 *Si vn. &c. in bar. Aaron.* Per Aaron summum pontificem intelligitur dominus noster Iesus Christus, qui factus est pontifex in æternum. Col. j. c. Et ipse est caput ecclesiæ. Per vnguentum in capite, designatur in Christo plenitudo gratiæ, quæ redundat in membra per barbam & vestimentum significata: per barbam tamen sibi magis coniuncta, & per vestimentum minus; omnia tamen participant de gratia eius, Io. j. b. *De plenitudine eius om-*

primitiuos sanctos, qui primò fide certauerunt, sed vinci non potuerunt, quia iam caput passum præcesserunt.

a *Aaron.* AVG. Sacerdos, qui se ipsum obtulit; id est, Christus, qui intrauit sancta sanctorum, qui fuit victima & sacerdos; qui cum in mundo non inueniret mundum quod offerret, seipsum obtulit, qui cum ecclesia est vnus & totus Christus. In *capite* eius *vnguentum:* quia in eo habitauit *plenitudo diuinitatis corporaliter*, cui non est datus spiritus ad mẽsuram. Sed à capite Christo ascẽdente ad cælos venit spiritussanctus *in barbam*, id est, fortes, strenuos, alacres, quos barba significat, quæ est indicium virilitatis, primum in apostolos, in illos, qui primos impetus seculi, sustinuerunt, sed vinci non potuerunt. Ab illis,

b *Descendit in o. v.* Vestis Christi ecclesia sine macula & ruga. *Ora* vestis finis, in quo vestis perficitur. Hi sunt perfecti, qui in vnum habitant, qui legem Christi implent, quæ est, *alter alterius onera por.* Vel, *ora* ad quam descendit vnguentum, non in lateribus, sed in capite, tales sunt qui habitant in vnum: Sicut per istas oras intrat caput hominis, vt vestiat se: sic per fraternam concordiam Christus intrat, vt ab ecclesia vestiatur. Et significantur ijdem, qui & prius per oram vestis, sed iuxta aliam proprietatem. *Ros* de cælo, gratia, qua fratres in vnum habitant, non suis viribus vel meritis.

c *In oram.* CAS. Vel per *oram*, quę est finis, vestis, intelliguntur sancti, qui erunt in nouissimis temporibus ecclesiæ, scilicet, tempore Antichristi: Et est sensus, *Descen. in o. ve. e.* id est, vsque ad extremitates ecclesiæ, & in fine mundi, quæ est tunica indiuisibilis. Deinde alijs verbis idem notantibus, idem dicit, Sicut ros.

✠ THEODO. *Oram* vocauit, quem Torquem appellamus, hoc autem Aquila vestimentorum *os* dixit, quemadmodum igitur à capite per barbam, ad vestem vsque sacram vnguentum percurrens odoris sacerdotem implebat: sic à principe ad subditos vsque concordiæ vtilitas peruenit.

d *Sicut ros* CASSI. *Ros* tenuis aqua, vnde terra germinat, & significat gratiam, qua peccatores conuertuntur.

e *Hermon*, anathema, accipiuntur peccatores de *Sion* ecclesia. *Ros* eius, id est, Hermon, qui pecccatores nutrit in bono, descendit in Sion, quando conuertuntur ad ecclesiam, quæ eos recipit. Et est sensus: ita est illud bonum, *sicut ros Hermon*, id est, gratia nutriens peccatores, Qui *descendit in montem Sion*, id est, quo illi conuertuntur ad ecclesiam.

Hermon. AVG. Ad literã, mõ trans Iordanem. Mirum ergo quòd ab eo in Sion ros descendat; sed Hermon dicitur *lumen exaltatum*, id est, Christus prius in cruce, pòst in cęlo exaltatus à quo *ros* gratiæ *descendit in Sion*.

i. ecclesiã, non enim in vno est ecclesia, nisi eius dono & gratia. Idem *Sion*, quod *barba & ora vestimenti*: Idẽ *ros Hermon*, quod suprà *vnguentum*, scilicet, gratia, per quam fit cohabitatio. Qui enim in vno sine rore charitatis, sunt, inquietum iumentũ in iunctura, quod non trahit, sed turbat. hi etiam murmurãt, de quibus dicit, *Præcor fat. rot. car.* Fœnum portat & semper murmurat. Hi sunt qui relinquuntur in mola, in agro, in lecto: qui *in vnum* solum modo corpore: Cæteri assumuntur, qui *in vnum* corde sunt.

✠ EVTHYM. *Hermon*, mons est Libano adiacens, vbi multa niuium copia conseruatur, vnde vapores generantur, qui aerem montium Sion crassiorem atque hebetiorem reddunt, ac rorem æstatis tempore non modicum efficiunt: quem bonum quidem esse dicimus, veluti terræ arescenti necessarium; iucundum vero, eo quòd æqualiter, & cũ delectatione supernè in terram defertur; quia igitur ros iste causam atque originem habet ex monte Hermon, idcirco *rorem* eum *Hermon* appellauit.

f *Quoniam illic mandauit dominus benedictionem.* ✠ EVTHYM. *Illic*, id est, in communi habitatione, in concordia, in amore fraterno, atque in dilectione, quæ est virtutum omnium caput. Cæterum Dei benedictio erga hominem, idẽ est, quod diuina gratia: & benedictio ab hominibus in Deum, diuina laus est, seu gratiarum actio. Benedictio vero ab hominibus in homines, humana esse dicitur ad Deum oratio, quando nimirum pro alijs preces effundimus ad Deum.

GLOS.

a ¶ Determinat in cuius barbam, subdens, barbam Aaron. b ¶ Veri sacerdotis Christi c ¶ Vnguentum. d ¶ Postea. e ¶ Id est in illos perfectos, qui in vnum habitant. Comparatio inter cohabitationem fraternam & spiritualem vnctionem, tanquam in causam & effectum. f ¶ Christi.

a ¶ Aug. Mons pascualis, sicut & mons Sion. Gratia quam gentes receperunt, prius descendit in Sion, id est, super Iudæos. b ¶ Ideo bonum & in. ha. fra. in vnum.

a ¶ In fratribus, qui in vnum, præcepit benedictionem, vt concordes benedicant Deum. Concordes enim benedicant Deum, discordes non. ¶ Præmisit. b ¶ Hic c In futuro duraturam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Bar. Aar. *id est, summi sacerdotis tantum ab Aaron descendentis. Alij enim minores sacerdotes non consecrabantur per talem vnctionem, sicut dictum fuit plenius Exo. xix & Le. viij.*

2 Quod descen. in oram ve. eius. *Hebræi dicunt*, Quod descendit super os vestimẽtorũ eius. *Et est istud de versu præcedẽti, & refertur ad barbam summi sacerdotis, quę descendebat super oram superiorẽ tunicæ hiacynthinæ, & superhumeralis, quæ ora dicitur os vestimẽti. Et ideo patet, quòd cum dicitur in translatione nostra:* In oram, *&c. non intelligitur* ora inferior *vestimenti, sed* superior. *Et referenda est sententia huius versus ad præcedentem, vt sit sensus, Sicut vnguentum tale est valde redolẽs & suaue: sic habitare fratres in vnum modo pradicto est valde bonum.*

3 Sicut ros Her. *Hic est principiũ tertij versus, et vltimi huius psalmi vbi ponitur secundum exemplum. ad propositũ, de descensu roris, qui est valde suauis & bonus terræ nascentibus: ita similiter valde bonum est habitare fratres in vnum; & quantũ ad hoc dicitur*, Sicut ros Hermõ, *id est, descendens in montem Hermon, qui mons est fructuosus, & pascualis virtute roris sibi descendentis.*

4 Qui de. in m. Si. *Non est intelligendum, quòd idem ros numero de mõte Hermon descendat super montem Sion: Tũ quia vnus mons multum distat ab alio; Tũ quia mons Hermon est demissior, quàm sit mons Sion; propter hoc dicitur mons modicus suprà psal. xlj. b.* De terra Iordanis & Hermonij, à monte modico; *& idem ros specie & in qualitate suauitatis & fœcunditatis descendit super vtrumque montem: Et sic est sensus, quòd sicut ros descendens in montẽ Hermon, & ros descendẽs in montẽ Sion, sunt valde boni: sic etiam habitatio fratrũ modo supradicto est valde bona; & quod sit valde rationabile talẽ rorem in mõte Sion descendere, ostenditur, cum subditur,*

5 Quo. il. man. do. be *id est, in monte Sion, vbi erat templum, & sacerdotes ibi benedicebant populum.*

6 Et vi. *In hebræo habetur*, Benedictionem vitę, *quia sacerdotes benedicẽtes imprecabãtur populo bona temporalia, & spiritualia, quibus cõtinuatur & cõseruatur vita corporis & animę. Et eãdẽ sententiã importat translatio communis, quæ habet:* vsque in seculum. *vtpatet de se.*

MORALITER.

nes nos accipimus.

3 *Si ros Her.* qui interpretatur *anathema mœroris*, ideo significat gratiam spiritussancti infusam apostolis in signo visibili: & excludit ab eis mœrorem timoris humani.

4 *Qui de in mon.* Ibi enim erant apostoli, quando spiritum sanctum receperunt in signo visibili. Est igitur sensus, quòd sicut ista, scilicet, plenitudo gratiæ Christi, descendens in eius membra, & spiritussanctus super apostolos in signo visibili, sunt bona valde & iucunda: sic est da charitate fraterna, qua meremur Dei benedictionem & vitam æternam; ideo subditur,

5 *Quoniam illic mandauit. de. benedicit.*

ADDITIO.

In psal. cxxxij. Ecce quàm bonũ, *vbi dicitur in po.* De materia verò huius. *Quia in psal. præcedenti principaliter de regno Christi in sede Dauid positi factus fuit sermo: ideò in præsenti Psalmò, agit de vnitate populi Christiani per charitatem sub huiusmodi rege Christo, quod maxime bonũ et iucundũ est. Dicit autem*, Habitare fratres, *iuxta illud*, Omnes fratres sumus in Chri. *scilicet, per vnitatẽ fidei & charitatẽ. Ad quod inducit duo exẽpla: Primum, scilicet, de vngendo, quod descendit in capite Aaron, &c. pro quo sciendum, quod hoc exemplum inducitur non solũ propter redolentiam & suauitatem vnguenti; sed quia nominauerat Christũ, quod intelligitur vnctus, ne forte quis putaret quòd vnctio Christi esset tãtum regia sicut fuit vnctio ipsius Dauid, cuius sedes data est Christo, idcirco ostendit quod vnctio christi non solum est regia, sed etiam sacerdotalis: & hoc cum dicit*, Sicut vnguentum in capite Aaron; *Licet enim non æquiparetur sacerdotiũ Aaron momentaneum sacerdotio Christi eterno: comparatur tamẽ similitudinariè per modum exempli. In hoc autem, quod dicitur, de vnguento Aaron, quod descendit in barbam Aaron, id est, in orã vestimenti eius, datur intelligi, quòd vnctio Christi capitis, quæ est plenitudo gratię eius, derivatur in barbam, scilicet, in fortes & strenuos sibi coniunctos, id est, apostolos, qui viriliter, tanquàm barbati, pressuras sustinuerũt pro Christo. Similiter & per vestes intelligenda est ecclesia, quę significatur per tunicam incõsutilem Christi. Tota enim gratia membrorũ ecclesię, quæ per vnctionem designatur, à plenitudine gratię Christi derivatiuè descen-*

cēdit vnde: Ioh.j.b. De plenitudine eius omnes accepimus. *Secūdū vero exemplū*, Sicut ros Hermō, *inducitur etiā ad excludendū errorē, qui posset contingere ex primo exemplo: posset enim quis putare, quod vnctio Christi esset aliqualiter per humanā industriā, seu obsequiū ministrata, sicut vnctio ipsius Aarō, quæ celebrata fuit per Moysē, vt Exo. xxx. Ad quod excludendū dicit*, Sicut ros Hermō, &c. *Ros enim quo terra fœcundatur, non per opus humanum, sed celitus infunditur, vnde Michęę. v. c.* Quasi ros à domino, quasi stillæ super herbam, quæ non expectat virum, & non præstolatur filios hominū. *Catera autem exponantur, vt in postilla, reducendo ad hunc sensum propositum.*

GLOSSA ORDINARIA.

A a * *Canticum gra.* Cassiod. Quintusdecimus gradus: Charitas seculi.

PSALMVS CXXXIII.

b Ecce. ✠ Theodoret. Consonat etiam hic psalmus ijs, qui è Babylone regressi, fuerunt. Cæterum omnibus piis admonitionem proponit, vt non modo interdiu verumetiam de nocte Deum laudibus prosequantur.

Cass. Et est hic tertius psalmus de charitate Dei, de qua hic agit, sicut suprà de charitate proximi.

Cas. Non quod alia gratia sit qua diligitur Deus, & alia qua proximus. Sed quia diuersos actus habet gratia, & diuersa diliguntur eā. Monet ergo ad diligendum Deum.

Cas. Primo, inuitat pluraliter benedicere Deum: Secundo, optat benedici, ibi, *Benedicat.*

Ecce. demonstrantis est. Et quibus faciat hanc demonstrationem, determinat, vos *serui domini.*

c *Status.* Seruorū est, non sedere in domo domini, Vel, de eisdē intelligitur: Et per *domū*, intelligitur ecclesia, per *atria*, latitudo charitatis. In charitate enim, quæ extēditur vsque ad inimicos, latitudo est, in odio angustia. Q. d. vos *benedicite*; *Qui statis.* i. perseueratis, *In domo domini.* i. in ecclesiis: Et *qui statis, In atrijs domus Dei nostri.* i. in latitudine charitatis, vbi nullus angustiatur.

d *In atriis.* ✠ Avgvst. Quare addidit *in Atrijs*? Atria ampliora spatia domus intelliguntur: qui stat in Atrijs, non angustatur, non premitur, quodammodo dilatatur, in latitudine mane, &c.

Canticum graduum CXXXIII.

a ¶ In hoc tempore, in his aduersis. ¶ Tot gradibus conscensis. b ¶ Adunati in vnum.

Ccē nūc benedicite † domino, omnes

a ¶ Vos dico. b ¶ Perseueratis. c ¶ In penetralibus, scilicet maiores & perfectiores, in ecclesia.

serui domini. Qui stātis in dōmo domi

a ¶ Et vos etiam qui statis. ¶ In ingressu, scilicet, incipientes. b ¶ In aduersis, non solum in diebus prosperitatis.

ni: in ātriis domus Dei nostri. In nōcti

a ¶ Corporis & operis. b ¶ Nihil boni vobis tribuētes, sed totū Deo. ¶ Alias dominum.

e b⁹ extollite mānus vestras † in sācta, & benēdicite domino.

a ¶ Cas. Qui tot gradus conscendit, benedictionem supernam loco remunerationis accipit, quia omne munus ascendentium, benedictum est.

Benedicāt † tibi dominus ex Sion: qui fecit cælum & terrā.

† dominū. † ad sanctuarium. † te.

B C D E F

Rom. 2. Exod. 17. c. Ioh. 5. c. Psalm. 132.

Cassiodorvs. *Benedicat.* Supra hortatur plures benedicere Deum, ipse vero vnum benedicit tantū: quia etsi plures sint tamen in vnum sunt, & vnitati conuenit benedictio, Vnde vnus in piscina sanabatur, qui prior descēdebat. Esto ergo in vno, & ad te perueniet benedictio.

✠ Avgvstinvs. Plures hortatur vt benedicant, & ipse vnum benedicit, qui ex pluribus vnum fecit, quia *bonum et iucūdum est habitare fratres in vnum*, pluralis numerus *fratres*, sed singularis *habitare in vnum.* Ideo *benedicat te dominus ex Sion, qui fecit cælum & terram.* Nemo vestrum dicat, ad me non peruenit ista benedictio, Putas quis est, quem dixit, *Benedicat te Dominus ex Sion*? vnum benedixit, Esto vnum, & perueniet ad te benedictio.

☞ GLOS-

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXXXIII.

✠ Ecce nunc bene. do. *Huic psalmo prœmittitur talis titulus in Hebrœo*, Canticum graduum *& patet ex supradictis. De materia vero huius psal. satis patet, quod est quædam inuitatio sacerdotum & Leuitarum ad laudem Dei, cum dicitur,*

1 Ecce nunc be. do. *Id est, vos sacerdotes & Leuitæ, qui ad diuinū obsequium estis à Deo electi, propter hoc subditur.*

2 Qui sta. in do. do. *ad ipsam officiandam.*

3 In atriis do. Dei no. *Et quia in atrijs & prope atria, erant habitacula eorum, vt essent semper parati ad sua officia, non solum de die, sed etiam de nocte: ideo subditur.*

4 In no. extol. ma. ve. in san. *deuote orando, versa facie ad sanctum sanctorum, vbi erat arca & propitiatorium.*

5 Et be. do. *benedictione confessionis diuinę laudis quæ impenditur maiori à subditis, non benedictione consecrationis, quæ contrario modo impenditur, impenditur scilicet, inferioribus à superiori, de qua dicitur Hebrę. vij. b.* Sine vlla contradictione, quod minus est à meliori benedicitur. *Consequenter Psal. post quam seruos Dei ad Dei laudem inuitauerat, eisdem benedictionem Dei optat dicens,*

6 Be. ti. do. ex. *id est, ex tēplo, quod est in mōte Sion, in quo tēplo erat propitiatoriū, vbi dabantur diuina respōsa, & inde procedebat propitiatio & benedictio diuina, Et dicit,* Benedicat te, &c. *in singulari, quia in principio psalmi dixerat, quod deberēt esse vnū concordia charitatis.*

7 Qui fe. cæ. & ter. *Hoc dicitur ad excludendum Manichęorum errorem: qui dicunt inferiora à diabolo esse creata.*

Vltimo circa quindecim psalmos graduū prædictos ponenda est quædam breuis expositio mystica ad dandū occasionem vlterius meditandi magis deuotis. Ad cuius intellectum sciendū quod Macrobius super somniū Scipionis distinguit virtutes in politicas, purgatorias, purgati animi, & exēplares. Exemplares *vero ponit in Deo, inquantū in eo sunt exēplaria plaria omniū, & per consequens virtutū: & ideo de istis nihil ad propositum: quia hic agitur de virtutibus prout perficiunt status hominū. Virtutes autem ab hominibus habentur dupliciter, Vno modo communi et humano, & sic dicuntur virtutes* politicæ, *quia homo est animal politicū: Alio modo excellenter, quasi modo diuino, & tales virtutes à Philosopho vocātur* heroicæ, *seu diuinæ. vij. Ethicorum. Hunc autē modum habendi virtutes distinguit Macrobius in duos vnus est prout homo est tendens ad talem perfectionem diuinam, & sic dicuntur virtutes* purgatoriæ, *Alius modus est, prout homo iam assecutus est terminum dictæ tendentiæ, quantum potest haberi in præsenti vita, & secundū hoc dicuntur virtutes* purgati animi. *Hęc autem distinctio virtutum in tribus gradibus, sub alijs verbis ponitur à catholicis doctoribus secundum tres gradus hominum, vel potius in statu hominum, prout gradatim tendunt ad perfectionem: ita quod primus gradus est incipientium, secundus proficientium, tertius peruenientium, seu perfectorū. Et tangūtur in tribus quinarijs quindecim psalmorum graduum. Igitur circa primum quinariū, in quo tangitur perfectio incipientium, considerandum, quod incipiens aggredi statum virtutis patitur difficultatem et turbationem propter resistentiam passionum sensitiuę partis, ita quod eius tēperantia magis est dicenda continentia, quia cum difficultate tenet se contra passiones. Et similiter dicendum de alijs tribus virtutibus cardinalibus, quæ deficiunt secundum suum modū à perfectione virtutis: propter quod necesse habet recurrere ad diuinū auxilium implorandū, et secundum hoc dicitur in primo psalm.* Ad dominū cum tribularer clamaui, &c. *Secundo ex hoc vlterius concipit quandam fiduciam habendi cū diuino auxilio de passionibus triumphum: & quantū ad hoc dicitur in psalmo secundo,* Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi, &c. *Tertio ex hoc vlterius concipit spem deueniendi ad Deum debite colendum passionibus quietatis: ideo dicitur tertio psalmo,* Lætatus sum in his quę dicta sunt mihi: in domum domini ibimus, &c. *Quartò ex hoc vlterius concipit spem reportandi cęleste prę-*

quindecim psalmorum graduum distinctio.

☞ *mium*

MORALITER.

† 1 *Ecce nunc benedi.* Psalmus iste est quædam inuitatio Leuitarū ad Dei laudem tempore veteris testamenti. Moralit. autem ad idem inuitantur ecclesiæ ministri, cum dicitur: *Et nunc.* i. sine retardatione, quia de tempore non habemus nisi *nunc.*

2 *Qui sta. in do.* idest, stare debetis. Non enim discurrere debent ecclesiæ ministri ad venationes & aucupia, sicut milites, nec ad negotia terrena sicut mercatores.

4 *In no.* quantum ad officium nocturnum.

† *Extol. ma. ve. in san.* id est, ad Deum & ad eius sanctos mente deuota. Et quoniam alij debent orare pro ministris ecclesiæ, subditur in eorum persona.

miũ ex dicto obsequio: & secundum hoc dicitur in quarto psal. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorũ suorũ, *scilicet, ad recipiẽdũ mercedẽ ab eis*, Ita oculi nostri, &c. *Quintus gradus est, vt de inchoata perfectione secũdum prædicta homo non glorietur, sed totum attribuat diuinæ gratiæ, & sibi nihil, secundum dictum saluatoris Luc. xvij. c.* Cum omnia feceritis, quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: *& secundum hoc dicitur in quinto psal.* Nisi quia dominus, *Circa secundũ quinariũ, in quo describitur status proficientiũ, Primus gradus est quod sedatis tam passionibus per exercitium virtutis, confidat de stabilitate in bono cum Dei adiutorio: propter quod dicitur in primo psal.* Qui confidunt in domino, sicut mõs Sion, &c. *Secundus gradus est, vt liberatus à passionibus ipsum prius, vt captiuũ, detinentibus, ad percipiendũ diuinas consolationes assurgat: propter quod in secundo psal. dicitur,* In conuertendo dominus captiuitatẽ Sion facti sumus sicut consolati. *Tertius gradus est, vt perfectionẽ, in qua cum Dei adiutorio iã profecit ad alios deriuet per proximi ædificationem, in qua scit se nihil posse agere sine Dei assistentia speciali, propter quod dicitur in tertio ps.* Nisi dominus ædificauerit domum, &c. *Quartus gradus est, vt ex ædificatione proximorũ sumptus debitos non requirat, sed gratis impendat, secundum quod dicit Apostolus, ij. Thes. ij. b.* Nocte & die operãtes, ne quẽ vestrũ grauaremus. Nõ, quasi nõ habuerimus potestatẽ, sed vt nosmetipsos formã daremus vobis ad imitandũ nos: *& propter hoc in quarto ps. dicitur,* Beati omnes qui timent dominũ, qui ambulãt in vijs eius, *gratis exemplo & verbo primum ædificando ideo subdit* Labores manuũ tuarũ quia manducabis beatus es, &c. *Quintus gradus est, vt propter tribulationem insurgentem à prædictis bonis operibus non desistat: ideo subditur in quinto psal.* Sæpe expugnauerũt me à iuuentute mea, &c. *Circa primum quinarium, in quo describitur status perfectorum, considerandũ, quod sicut dicitur Ia. j. a.* Patiẽtia opus perfectũ habet, *Patiẽtia vero habetur in duplici gradu: Primus est, quod homo tribulationes patiẽter sustineat, & propter eas à bono opere non desistat: & hic est vltimus gradus præcedentis quinarij, vt dictum est secũdus qui est altior, & vbi incipit tertius quinarius, est, quoniam non solum homo persecutiones patienter tolerat, sed etiam persecutoribus bonum optat, pro eis orando, exemplo Christi in cruce dicentis, Luc. xxiij. c.* Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: *Et propter hoc dicitur in primo psalmo,* De profundis clamaui ad te domine, *id est, de profundo tribulationis, orando etiam pro inimicis, vnde subditur,* Si iniquitates obseruaueris domine, &c. *Et quia ex tanta perfectione habita de facili insurgit aliquis motus, saltem leuis proprie elationis, diabolo instigante, qui insidiatur hominibus perfectis: ideo secũdus gradus est, vt ex perfectione habita nullus motus elationis surgat interius, nec aliquod signum appareat exterius, ideo subditur psal. ij.* domine nõ est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, &c. *Tertius autem gradus est, vt homo quicquid est cordis, & operis applicet per votũ diuinis obsequiis: ideo dicitur. iij. psal.* Memẽto domine Dauid, & omnis mãsuetudinis eius, Sicut iurauit domino, votũ vouit Deo Iacob, &c. *Et quia charitas est vinculũ perfectionis, secundũ quod dicitur Col. iij. c. ideo quartus gradus est, vt homo sit in charitate perfectus, secundum modũ qui traditur Actu. iv. f.* Multitudinis credentiũ erat cor vnũ, & anima vna: *& propter hoc dicitur in iv. psal.* Ecce quã bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum, &c. *Quintus gradus est, quod homo ex perfectione charitatis, quantum possibile est, obliuiscatur huius seculi, & occupetur in diuinis laudibus, quasi mente habitans in ciuitate cœlesti, secundum illud Phi. iij. d.* Nostra cõuersatio in cœlis est: *& propter hoc dicitur ps. v.* Ecce nunc benedicite dominũ omnes serui domini. Qui statis in domo domini, &c.

ADDITIO.

In psalmo. cxxxiij. Ecce nunc benedicite dominũ: *vbi dicitur in postilla.* In noctibus extollite. *In Hebræo li,* In noctibus, *est finis primi versus. Pro quo est sciendum, quod hic Psal. loquitur sacerdotibus & Leuitis, prout postil. dicit, ad quos principaliter pertinet benedictio, scilicet laudis. Similiter benedicere populum bonum est imprecando, de quo in fine psal.* Benedicat te dominus ex Sion, *sed quia in principio dixerat,* Benedicite dominũ omnes serui domini, *quod cõprehendit omnes seruos Dei, etiã si non sint sacerdotes neq; Leuitæ, ad quos nõ pertinẽt prædicta ex officio: idcirco adiungit,* In noctibus, *per quod necessarie intelliguntur tantum sacerdotes & Leuitæ. Cæteri autem de populo non stabant in domo domini, nisi tantum de die. Continuatur tamẽ hic psal. præcedenti sic, Nã ab ecclesia iã cõgregata sub vno rege Christo & sacerdote, prout in præcedẽti, benedicẽdus est Deus ab omnibus per gratiarum actionem: de quo dicit:* Ecce nunc benedicite dominũ, &c. *et consequenter benedicendus est populus sub huiusmodi principe constitutus à sacerdotibus, quibus talis benedictio ex officio competit, &c.*

REPLICA.

In canticis. xv. graduum inter postil. & Burgens. sunt nonnulla quæ videntur contraria: Sed stant vt plurimum in diuersa applicatione ad materiam psal. quam communiter postil. per historias assignat ad literam, tanquàm figuram. Burg. autem moralitatem refert ad Christũ vel ecclesiam, tanquam ad figuratũ: reliqua non sunt multum disputabilia.

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Halleluia.* Cas. Post gradus, qui ducunt ad æternitatẽ, conponitur halleluia, vt ecclesia fruatur laudibus Dei, cui tale munus paratum est.

Psal. CXXXIV.

B *A.* Primo, demõstratiua oratione monet Deum laudare, propter eius potentiam, enumerans eius magnalia. Secundo, cultores idolorum redarguit, ibi, *Simula, &c.* Tertio, omnes ordines monet ad laudem, ibi, *Domus Israel.*

C Propheta ergo quasi intentionẽ suam aperiens, gradus statẽs in domo alloquitur: vt post beneficia laudent, dicens, *Lauda,* Quis *serui,* Addit, *Qui statis,* non titubantes vel in secretario, vel ingressu. *Laudate serui.* De inde

Halleluia. PSAL. CXXXIIII.

a ¶ Aug. Vnde vos meliores estis, non ipse: Bonus enim ille semper manet, vt est. b ¶ Quare? quia serui estis laud. alioquin offẽdunt, quia ipsi serui & ipse dominus.

Audãte nomẽ domini: laudãte seruido 1 2

a ¶ Qui? ¶ Ecce vos. ¶ Non quidam mali, sed.
b ¶ Non qui ruitis, vnde laudare debetis.

minũ. Qui stãtis in domo dni in atriis do 3

a ¶ Propter hoc lauda. b ¶ Vno verbo laudis causa explicata est. ¶ Proprie, à quo sunt omnia bona.

mo Dei nostri. Laudate dñm, †quia bõn 4

inde, qui & quare laudare debeant subdit: *laudate serui.*

D b *Laudate do. &c.* Augv. Si omnia laudantur, quia bona: præcipua causa laudis est, quia bonus est ex se, & in se, cuius bonitas, non qualitas, sed natura. Ille bono suo bonus, & non aliunde participato bono: Ille seipso bonus, non adhærendo alteri bono, qui non eguit aliquo bono, vt fieret bonus, sed egerũt illo cætera, vt fierẽt bona, Sed quia ipse à nobis non potest videri, qualiter in natura sit bonus: vel opera videamus, *quia suauis*: dum dedit se posse gustari, carnem factum, vt de pane angelorum viuat homo. Tẽperatur laus in hoc psalmo: ita vt & firmorũ sit, & infirmorum, sicut per Moysen, quando eum mitteret ad filios Israel, cum dixisset, *Ego sum qui sum, hac dices filijs Israel.* ☞ Qui

Quomodo Deus bonus.

E

F

† quoniam benignus.

Exod. 3. ca.

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXXXVI.

Laudate no. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo:* Halleluia, *ideſt, laudate Deum, ex quo titulo non apparet autor ſpal. sed satis apparet quod psal. iste est quædam inuitatio fidelium ad laudẽ Dei: & ponitur inuitatio in generali, secundo magis in speciali, secundũ diuersos status, ibi,* Domus Israel, *Prima in duas, quia primo ponitur dicta inuitatio, secundo subditur ad hoc multiplex ratio, ibi,* Laudate dominum. *Circa primum dicit Psalmista.*

1 Lauda. no. do. *ipsum laudibus extollendo.*

2 Lau. ser. do. *cum omnes tenẽtur seruire deuote pro beneficio creationis & generalis gubernationis.*

3 Qui sta. in do. do. *quia præter atrium sacerdotum, vbi offerebantur hostiæ, erant alia atria, vbi vulgares vacabant orationi, & in vno eorum recipiebantur Gentiles, qui veniebãt in Ierusalem causa orationis secundũ quod dicitur Ioh. xij. c.* Erant autem Gentiles quidam ex his qui ascendenderant, vt adorarent in die festo.

4 Lauda. &c. *Hic consequenter inducitur multiplex ratio laudis diuinæ. Et primo ex suæ deitatis veritate, secundo ex idolorũ falsitate, ibi,* Simulachra gentium. *Veritas autẽ Deitatis ex duobus allegatur, Primo ex sua bonitate, secũdo ex sua potestate, ibi,* Quia ego cognoui. *Circa primũ dicit Psal.* Laudate do. quo. bo. do. *Est enim infinitæ bonitatis, propter quod est summe laudabilis, ideo dicitur,* ☞ Psal.

MORALITER.

† 1 *Lau. no. do.* Psalm. iste est quædam inuitatio generalis ad Dei laudem pro tempore veteris testamenti. Moraliter autem ad idem inuitantur omnes Christiani tempore noui. Et sic dicitur *Lau. no. do.* omnes cacholici generaliter.

2 *Lau. ser. domi.* vos ecclesiæ ministri specialiter.

3 *Qui sta. in do. domi.* Exponatur sicut psalmo præcedenti.

4 *Lau. do. quia bo. d.* essentialiter.

† Psal.

a ¶ Rei nominis. b ¶ Gustauit. c ¶ Psallite, quia illa fecit, quę capere valetis.

a dominus psallite nomini eius, quoniam suaue est. Quoniam 1

a ¶ Iudaicum populum. b ¶ Gratia non merito. c ¶ Alijs verbis idem repetit. 2

d ¶ Vnde scis?

b Iacob elegit sibi dominus, Israel† in possessionem sibi. Quia 3

c a ¶ Raptus ad superna.
b ¶ Quod non omnes possunt scire, sed credant noscenti, qui intrauit in sanctuarium Dei, & audiuit arcana, & ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. c ¶ In se.

ego cognoui, quod magnus est dominus: & Deus noster 4

a ¶ Id est, super omnes deos, qui sunt in cęlo, & in terra, quia eos fecit.
b ¶ Redit ad opera quę capiantur. ¶ Hic breuiter concludit omnia.
c ¶ Cas. Causa omnium, quæ fecit, voluntas est: nulla necessitas, sed bonitas.

d † præ omnibus dijs. Omnia quæcunque voluit dominus fe- 5

a ¶ Quod commeatur. b ¶ Pro profunditate ignoti oceani.
¶ Fecit quæ voluit ipse dico.
¶ Quę fecit enarrat ad literam, secreta naturæ Deum dicit ministrare.

cit in cœlo, & in terra, in mari & in omnibus abyssis. 6 7

† vt sit peculiaris sibi.

† Quoniã

a *Psallite nomini eius.* i. laudate eũ, eò quod id fecit, quod pes sui nominis exigit, cum se incarnatum dedit hominibus gustari.

† super omnes deos.

B ✠ Evthym. Pulchrũ est ei psallere: ex psalmis enim & canticis diuinorum dogmatum excellentiam addiscimus; psalmi etiam & cantica psallentium mentes protendunt ad Deum, humanos affectus sedant, animam cantu delectant, & in delectatione coniunctam vtilitatem, habent.

b *Iacob.* Aug. Luctator interpretatur & significat illos, qui contra spirituales nequitias luctantur.

✠ Theodor. Symmachus autem sic, *Et Israelem in electionem sibi.* Multa, ait, cura ipsum dignatus est, proprium appellauit; & omnes homines curans, huius potissimum curam gessit. Hęc autem etiam beatus Moses dixit, *quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos gentium iuxta numerum angelorum Dei, & facta est pars domini populus eius, Iacob, funiculus hereditatis eius Israel.*

c *Israel in possessionem.* Avgvst. Ad literam. Cęteras gentes sub angelis custodiendas dominus posuit: Iacob sibi elegit, quem vt agrum coleret, seminaret, possideret, seruaret.

C ✠ Theodor. Ea, quę facta sunt, minimè potentia definiri possunt, sed voluntate: potuerat enim & plura, & multo his maiora fabricare, sed tot & talia voluit, veruntamen omnia sunt eius opera, Cœlum & cœlestia, terra & terrestria, mare & quæ in ipso sunt. Cæterum Abyssos vocat immensam aquarum multitudinem. Porro multitudinis numero maria vocauit, quoniam vnum mare in multa æquora diuiditur, quandoquidem Atlanticus sinus, & Oceanus, & Tyrrhenus, & Ionicus. &c.

d *Omnia quęcunque.* Avgvst. q.d. Magnus est in essentia, manus in operibus, quia *Omnia, &c.*

Typicè

Avgvs. Si omnia opera comprehendere non possumus, hoc de eis firmiter teneamus, quod omnia à Deo facta.

Psal. 10. b.

Avgvst. *Omnia, quęcunque voluit.* Typicè, hoc in omnibus possumus agnoscere. *Cælum*, spirituales: *terra*, carnales; ex his duobus constat ecclesia. In his quæcunque vult, & etiam in *mari* id est, in infidelibus, in quibus nihil fit nisi iussu Dei, non enim sæuiunt nisi permittantur à Deo; *Abyssi*, latentia corda, profunda corda mortalium, profundæ cogitationes hominum: & ibi fecit Deus quod vult. *Interrogat iustum & impium*, late cor bonum, latet & malum, & in vtroque est abyssus: Sed Deus hoc videt, quem nihil latet; hoc consolatur, illud torquet. Et ipse est *educens nubes*, quæ sunt prædicatores, vnde, *Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem.* Et item, *Qui sunt hi, qui vt nubes volant*, quas non tantum de Israel misit, sed & ab extremo terræ excitat: Quid de ipsis facit? *fulgura in pluuiam*; minas ad misericordiam flexit, de terroribus irrigauit; prædicatores namque & terrent, & blandiuntur. Terrent, comminando æterna supplicia; Mulcent promittendo æterna gaudia. Ideoque & de manna legitur, quòd liquescebat ad solem, & indurabatur ad ignem, Manna enim cælitus datum, figura est diuini eloquij, quod liquescit ad solem, dum mentes fidelium futuræ claritatis promissione lætificat; vt cum ait, *Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum.* Induratur autem ad ignem, dum peccantium conscientias futuræ pœnę comminatione adurit, vt illud, *Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur*, Ideo in veteri lege in veste summi pontificis erat coccus bis tinctus, qui habebat speciem ignis: Ignis enim duo facit, vrit, scilicet, & lucet. Quia prædicator peccantium corda adurere debet fulgure comminationis: & piorum mentes confouere promissione æternæ lucis. Inde etiam est, quod baculus pontificalis ex inferiori parte pungit, superius in anteriora extenditur: Quia prædicator pungere debet vitia carnis, & mētis vires in anteriora dirigere; ita tamen quod ad sui considerationem semper redeat, ne cum alijs prędicauerit, ipse reprobus efficiatur; Et in principio sermonis sui accausator sit, ne videat festucam in oculo alterius, gestans trabem in suo. Prædicatores, *nubes*, propter carnem, *venti*, propter spiritum: Nubes videntur, venti sentiuntur, non videntur. Et quia caro de terra, nubes excitant ab extremis terræ, sed spiritus hominis ignoratur, vnde, ecce dicitur,

Qui producit ventos de thesauris suis. Qui percussit primogenita. Fides vnde incipimus, qua viua proficit homo in melius, Ægyptus afflictio: Quicunque ergo affligit ecclesiam, & scandala facit, etsi Christianus dicitur, perdit fidem.

Ab homine. Homo, id est, doctus, qui & trahit post se indoctas turbas, id est, pecora. *Pharao*, dissipatio, *Ægyptus*, vt diximus, afflictio: Dissipatio ergo præcedit vt rex, & sequitur afflictio. Dissipati enim affligunt ecclesiam, vt enim affligant dissipantur. *Percussit gentes & reges*: Quas & quos? *Sehon regem* occidit. *Sehon*, tentatio oculorum; *Amorrhæi*, amaricantes. Amaricantes ergo, regem, habent tentationem oculorum; Tentatio oculorum non est nisi in mendacio oculorum, putat habere rem, veritatem non habet. Retur enim quod non est, non intuetur quod est. Tentatio ergo oculorum, id est, fallacia, vt rex, præcedit, & sequitur amaricatio. Occidit Deus in homine illum regem, quando homo damnat simulationem, & diligit veritatem,

☞ & de

D

Esa. 5. b. Ibid. 60. b.

E

Exod. 16. c.

Matth. 3. f.

Exod 28 a Prædicatoris officiũ.

1. Cor. 9. d. Prou. 16. c. Luc. 6. f.

F

NICOLAVS DE LIRA.

1 Psal. no. q. e. su. *Est enim nomẽ domini*, mel in ore, melos in aure, & iubilus in corde, *vt dicit beatus Bern. Et licet omnes teneatur Deũ laudare, vt prędictum est: tamen principaliter populus Israel, quem elegit, vt inde in humanitate assumpta nasceretur, propter quod legem dsnam ei dędit: & hoc est, quod dicitur,*

2 Quoniam Iacob elegit sibi domi.

3 Quia ego cog. *Hic accipitur ratio diuina laudis ex sua potestate, qua apparet in effectibus et beneficijs hominibus exhibitis, & primò hoc ostenditur in beneficijs exhibitis omnibus generaliter: secũdo populo Israel specialiter, ibi,* Qui percussit. *Circa primum dicit psal.* Quia ego co. *q.d. hoc debet esse ratio laudandi Deum*: quia ego cognoui, quòd magnus est dominus, *magnitudine, cuius non est finis.*

4 Et Deus nō. præ. o. diis. *Et accipitur hic* dij *participatiuè, cuiusmodi sunt angeli sancti, quibus præst Deus, tāquam ministris dominus, ideo subditur,*

5 Omnia quę. vo. do. fe. *Aliquos angelos ibi stabiliendo, & alios propter superbiam suam inde ejciendo.*

6 Et in ter. *Aliquos homines per gratiam suam vocando, et alios iusto Dei iudicio, licet occulto dimittendo.*

7 In mari. *Aliquos inde tempore tempestatis mirabiliter saluando, alijs periclitantibus propter ventorum flatus: ideo subditur,*

☞ Edu-

MORALITER.

† 1 *Psalli. no. eius. quo. suaue*, scilicet, ad audiendum, meditandum & proferendum.

2 *Quo. Iac. ele.* Per Iacob, intelliguntur actiui, per Israel, contemplatiui, ex quibus constituitur ecclesia.

3 *Quia ego. co.* magnitudine cuius non est finis: propter quod se extendit ad omnia possibilia, ideo, supple, laudabilis est plus quã possit virtus creata, Eccl. 43. d. *Laudates dominum magnificate eum quantum potestis, maior est enim omni laude.*

A & desinit amaricare. *Og*, conclusio, diabolus, qui intercludit viam ad Deū, ne credatur in eum, sicut Christus aperuit, & ipse est via. Cui ergo clauditur via ne credat in ipsum, cum venerit Christus confundetur. Sequitur ergo *Basan Og*, id est, confusio conclusionem. Chanaam, paratns humiliationi. Et intelligitur hic humiliatio, nō quę virtus, sed quæ pœna est, i. omnis superbus, qui

a ¶ Fecit, quæ voluit ipse, dico.
b ¶ Ad medium, vt ibi pluant. c ¶ Quia fulgura sine pluuia terrerent, & nihil darent.

†Suscitans in die iudicij humiliabitur: non autem nunc humiliatur, sed paratur humiliationi. Ita hæc prædicta spiritualiter sane accipiuntur, cum tamen ad literam

B factitata sint. Si ergo tunc corporaliter occidit illos Deus, modò non cessat manus eius: & ideo ne putares hęc tunc peracta cessasse, inquit, *Domine nomē tuum*, id est, operatio potentiæ tuæ, *Et in ęternum*, ideo non cessat manus tua in sæculum hæc facere, quæ tunc prænuntiasti in figura.

† seculum † memoria tui.

a *Ab extre.* AVG. Sive ab imo terræ siue à circumdatione finium terræ.

C b *Fulgu. & plu.* AVGV. Fulgur terrorem, pluuia gaudium facit. Qui ergo terruit fulgure, reficit, pluuia.

c *Qui producit ventos.* ✠ EVTHYM. Per thesauros Dei hoc in loco propheta occulta illa loca intelligit, vnde exeunt venti: occultus eius esse dicitur thesaurus, eò quod & generatio & locus eius ignoratur. Thesauri nomine præterea, non tantum pecuniæ, aut occulta alia bona intelliguntur: sed & ipsa etiam loca vbi thesauri absconditi solent. Vel, *qui educit ventos* tanquam *à thesauris suis*, vt subintelligatur dictio illa *tanquam* vel *quasi*. Ita vt ex his verbis *educendi* facilitas denotetur, & quod eos Deus semper in promptu habet, cum voluerit. Illud autem quàm maximè admirandum est, quod modo hunc, modo illum Deus ventum emittat, & aliquando vna vtrumque, persæpe etiam plures vno, & eodem tempore, persæpe etiam nullum prorsus: Atque hæc omnia ex vtilitate, & nihil sine ratione, illis scilicet interea inclusis veluti quibusdam thesauris, atque illinc quoties Deo li- D buerit maxima cum facilitate eductis.

d *Qui percussit.* AVGVST. Hoc in hominibus fecit propter poculum suum. Si dixit quæ amares, audi & quæ timeas.

e *Ab homine vsque ad pecus.* CASS I. Hoc sæpe repetit, ad indicandam Dei potētiam, vt non casu facta putentur, sed in magna futuri signi ficātia. Dum audis quæ facta in impios, caue ne in te fiāt, ideo sunt hæc vtilia, cū leguntur. *Ægyptus*, mundus: *Primogenita*, principalia vitia mundi, quę destruit in E prudentibus & idiotis.

f *Reges fort.* CAS. Mūdi spiritus: Qui sunt occisi, dum ne queunt in nobis, quod volunt.

g *Sehon regem Amorrhęorum, &c.* Hoc sub Moyse factum: de hoc in libro Numeri legitur, Quod cum prohiberent filios Israel per fines suos transire, percussi sunt ab eo, & possedit populus Israel terram eorum.

h *Chanaan.* CAS. Humiliatio, mala, scilicet, quando ab honore F sancti decidunt.

i *Et dedu terram eorum hæredit.* CASS. id est, cælestem beatitudinem, quam dæmones per superbiam deseruerunt, dedit fidelibus. Hæc est vera terra promissionis, quæ verius dicitur hæreditas, quæ in pace est, quam illa actualis, quam sæpe amiserunt filij Israel.

k *Hæreditat. Israel.* AVG. Hæreditas, sunt gentes Israel, fidelis scilicet populi, quem pascunt tribulatione, docentes patientiam, vel quas Israel excolit conformando sibi.

l *In gener. et gener.* AVG. Generatio vna est, qua renascimur per baptismum, altera qua resurgemus: non est oblitus Deus in hac vocare, in illa coronare.

☞ *Quia*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Educens nu. ab ex. ter. *id est, à mari oceano: vnde vt primum eleuantur vapores humidi, ex quibus nubes generantur. Et iste oceanus est terrę habitabilis terminus.* 2 Fulgura in plu. fe. *quia frequenter in dictis nubibus generantur tonitrua, & inde procedunt coruscationes et fulgura, quæ terminantur per hoc, quod nubes in pluuiam resoluuntur.* 3 Qui pro. vēt. de thesa. *i. de locis hominib. occultis.* 4 Qui per. *cōsequenter adducitur ratio diuina laudis ex effectibus Dei mirabilib. pro populo Israel factis, cum dicitur:* Qui per. pri. Ægy. *de qua percussione habetur Exod. xij.* 5 Et mi. sig. *pro populi Israel liberatione, sicut patet in Exod. vbi describuntur decem plagæ Ægypti.*

6 In Pharaonem, & in omnes seruos eius. *quos post multa flagella finaliter submersit in mari rubro, vt habetur Exo. xiiij.*

7 Qui percussit gentes multas, *in conspectu filiorum Israel post egressum de Ægypto, scilicet, Amalechitas, Exod. xvij.*

8 Et occidit reges fortes, *Et qui sint illi, subditur,*

9 Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan, *de quorum occisione habetur Nume. xvj.*

10 Et omnia regna Chanaan, *vbi interfecit per Iosue & filios Israel reges. xxxj. vt habetur Iosue. xij.*

11 Et dedit terram eorum hæredita. *non cuicunque, sed* populo Israel, *vt habetur in libro Iosue. Et quia ex istis est à filijs Israel specialiter laudabilis, subditur,*

12 Domine no. tuum in æter. *fit laudabile à nobis.*

13 Domine me. tu. *id est, remaneat memoria beneficiorum tuorum.*

14 In generatione & gene. *id est, in generationibus sibi succedentibus, sicut videmus impletum.* ☞ Quia

MORALITER.

† 1 *Educ.* Hic consequenter ponuntur quædam potentiæ diuinæ, (quæ nunc sunt exponenda mysticè) cum dicitur, *Educens nubes*, id est, prædicatores, Esa. lx. b. *Qui sunt isti, qui vt nubes volant.*

† *Ab extremo terra*, scilicet Bedam ab Anglia, sanctos Dominicum & Antonium ab Hispania, & sic de pluribus alijs à terræ finibus oriundis.

2 *Fulgura in plu. fe.* prædicauerunt enim terrorem iustitiæ diuinæ, per fulgura; & dulcorem suæ misericordiæ, qui per pluuiam designantur.

3 *Qui producit ventos de thesau. su. &c.* Id est, impulsus ab bonum ex occultis suæ deitatis.

4 *Qui percussit primogenita Ægypti.* Id est, initia peccati, quæ sūt superbia, Eccles. x. *Initiū omnis peccati superbia*, Et auaritia, primæ Tim. vj. b. *Radix omnium malorum cupiditas.* Per prędicationes enim sanctorum percussit dominus vitia dicta.

5 *Et misit signa etc.* Id est, miracula prædicationis sanctorum cōfirmatiua, Mar. vl. d. *Prędicauerunt vbique, domino cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis.*

6 *In Pharaonem & in omnes seruos eius*, id est, in dæmonem & ministros ipsius.

7 *Qui percussit gentes multas, & occidit reges fortes:* eos ad fidem conuertendo. Per talem modum loquendi dictum fuit beato Petro de conuersione Cornelij & amicorum eius, Act. x. b. *Surge Petre, etc.*

9 *Sehon regem Amorrhæo.* per quem significatur rex Romanorū, eò quod Amorrhæi interpretantur illuminati. Nam in cōuersione Constātini ipse & populus Romanus in fide fuerūt illuminati.

10 *Et Og regem Basan*, id est, Francorum regem. Basan enim interpretatur pinguedo. Francia vero pinguis est in diuitijs & pinguedine deuotionis.

11 *Et dedit terram eorum hæreditatem Israel populo suo.* nam istæ terræ, quæ prius erant Gentilium, factæ sunt Christianorum. Et quia ex his Deus est in perpetuum laudandus, subdit,

12 *Domine nomen tuum in ęternum, &c. Quia indicabit dominus populum suum*, iudicio approbationis.

Et

a *Quia iudi.* CAS. Causa laudis, quia vidit dominus populum cui tot fecit, prophetas misit, post & filium. Sed quia duri fuerunt, *iudicabit* eos in futuro, *& in seruis*, id est, fidelibus, *consolabitur*, cum præmia æterna restituet. Ecce gradatio laudis ad iudicium perducta est.

AVGVSTINVS. Vel, Ita, Ideo de præsenti accipiatur, *Iudicabit*. Q. laudandus, quia præter iudicium futurum, iam iudicauit Deus Iudæos, alios assumendo, alios reprobando. Hoc est iudicium discretionis, de quo ait, *In iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.*

b *Simulachra.* CASSIODORVS. Secunda pars: postquam laudibus se Dei expleuit, idolorum cultores irridēdo redarguit: quia perfecta laus veritatis est, destruere falsitatem, verecundiam augent.

✠ EVTHYM. Atqui apud nos sunt etiam sanctorum imagines, quæ aurum atque argentum sunt, & opera manuum hominum: verum enimuero idola non sunt, quoniam idolorum quidem prima species, ac prima eorum argumenta falsa sunt, fabulę nimirum, quæ nulla rei veritate subsistunt, Deos etenim sibi ascribunt gentes, qui Dei non sunt, sed dæmones falso sibi diuinitatem arrogantes: verum sanctorum nostrorum imagines primas suas species veras habent, ac prima eorum argumenta vera sunt, quoniam secundum veram rerum historiam vere id fuerunt, quod appellantur, & vera etiam, quęcunque de illorum vita ac conuersatione traduntur: vnde idola sceleſtorū ac nequissimorum hominum, aut dæmonum sunt simulachra, nostrę autem sanctorum & clarissimorum hominum imagines.

c *Os habent ex non loq.* AVG. Illa exteriora artifex potuit facere, sed non spiritum dare, nec auditum auribus, nec lucem oculis, nec vocem ori.

d *Similes illis fiant:* AVG. Hæc scientes irridēt idola: Sed quid nescientes? Similes interius, aures habēt, nec audiunt Deum oculos habent, nec fide vident, nares habent, nec sentiunt bonum odorem Christi.

e *Domus Israel benedicite.* CAS. Hæc est tertia pars, vbi post irrisa idola, laudes Dei celebrare monet omnes ordines: quasi dicat, Cultores idolorum similes illis fiant, Sed vos, qui estis *domus Israel.*

f *Domus Aaron benedic.* AVGV. Præpositi, sunt domus Aaron: ministri, domus Leui, populi omnes, qui timent, omnes generaliter, sunt domus Israel, omnes vna voce dicamus, *Benedictus.*

g *Bene. do. &c.* AVGV. Vel iuxta interpretationem nominum; *Sion* enim interpretatur speculatio, *Ierusalem*, visio pacis. Nunc ergo ex Sion, id est, à nobis benedictus est, qui quandiu spe viuimus, sumus in Sion, quia speculamur quod veniat: Finita via erimus cum illo in æterna ciuitate, quia ipse est qui habitat in cælesti Ierusalem, quæ nunquam ruitura est, vbi videbimus eum in æterna pace.

† Quoniã. † Idola. Imagines sanctorum non sunt idola. Ioh. 9. g †Nares habent, & nō odorabūt, os habent, & non loquētur, manus habent & nō operābūtur, pedes habent, & non ambulabunt.

a ¶ Aug. Non repulit dominus plebem suam, quam præscíuit: habet & seruos de omnibus gentibus, vnde conuertit se ad exprobranda idola, quæ iam à suis cultoribus irridentur, dicens, Simulachra, &c.

tionem. † Quia iudicabit dominus † populum suum, & in ser- a uis † suis deprecabitur. † Simulachra gentium argentum & b aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur, oculos habent, & non videbunt. † Aures habent, & non c audient, neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis d fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Domus e Israel benedicite † domino, domus Aaron benedicite domi- f no. Domus Leui benedicite domino, qui timetis dominum g benedicite domino. Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.

a ¶ q.d. Deus noster est magnus. ¶ Autem. b ¶ Sunt. c ¶ Quantum ad materiam.

a ¶ Concludit omnia, quod nec hominibus, nec pecoribus possunt comparari.
b ¶ Exprimitur quidem in eis similitudo quædam idolorū, non quidem in carne eorum, sed in interiori homine.

a ¶ Domus, quæ quotidie suscitatur de lapidibus, de quibus domus Israel. vnde, Potens est Deus de lapidibus istis filios Abrahę suscitare.

a ¶ Facit quod docuit, & loquitur in persona omnium fidelium, vel, in propria persona.
b ¶ Nunc ex Sion, quia speculamur quod veniet. ¶ Qui venit ex Sion homo factus.

a ¶ Ad literam, vbi prędicauit, & multa mirabilia fecit. ¶ Vbi videbimus eum in æterna pace.

† plebē suã, † seruis suis placabilis erit. † dominũ.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia iudi. do. po. su. *dando pro eo sententiam contra persecutores eius iniustè.*

2 Et in seruis suis deprecabitur. *id est deprecabilis efficietur, orationes eorum exaudiendo.*

3 Simulachra gentium. *Hic adducitur ratio diuinæ laudis ex falsitate idolorum, quæ pro diis à Gentilibus colebantur: & hoc est quod dicitur,* Simulachra gentium, id est, *à gentibus pro diis venerata.*

4 Argentum & aurum. *supple, sunt, quantum ad materiam.*

5 Opera manuum hominum. *quantum ad formam per artificium factam.*

6 Os habent. *scilicet similitudinarie, quod probatur per hoc quod subditur.*

7 Et non loquentur. *quia carent proprio oris opere. Vnumquodque enim habet proprium opus in quod dum potest, dicitur illud, cum autem non potest, nō dicitur illud, nisi aquiuoce: sicut oculus lapideus, aut deptctus, eo quod non potest videre, vt dicit Philosophus. ij. de Anima. Et eodem modo exponendum est quod subditur.*

8 Oculos habent & non. *quorum ratio redditur, cum subditur.*

9 Neque enim est spi. in ore ip. *Et ideo, ex quo non habent spiritum, non possunt habere opera vitę, quę mediantibus spiritibus exercentur, vt dicitur in libro de differentia spiritus & animę.*

10 Similes illis fiant, qui faciunt ea: *quia carent sensu discretionis, & motu bona operationis.*

11 Et omnes qui confidunt in eis. *quia confidunt in nihilo, eo quod* idolum nihil est, *secundum quod dicit Apostolus. j. Cor. viij.*

12 Domus Israel. *Postquam induxit Psal. populum ad Dei laudē in generali, hic consequenter inducit ad idem magis in speciali, distinguēdo status populi Israel, cum dicitur,* Domus Israel, *quantum ad xj. tribus.*

13 Benedicite domino. *benedictione, quę cōsistit in cōfessione laudis.*

14 Domus Aaron. *quantum ad sacerdotes: qui distinguebantur contra alios, de tribu Leui.*

15 Benedicite domino. *benedictione laudis: Isti enim tenebantur ad hoc prę cęteris ratione officij.*

16 Domus Leui. *quantum ad Leuitas, prout distinguebantur contra sacerdotes: Isti tamen & illi erant de tribu Leui.*

17 Benedicite domino. *eum laudando prę cęteris populis ex officio impositō.*

18 Qui timetis dominū. *Hoc dicitur propter cōuersos de Gentilitate ad Iudaismum, qui non erant de aliqua duodecim tribuum.*

19 Benedicite domi, *eò quòd de gratia sua iunxit vos populo suo.*

20 Benedictus dominus ex Sion. *Id est ex templo, quod erat in monte Sion, quia ibi cū magna solemnitate celebrabantur laudes diuinæ.*

21 Qui habitat in Ierusalem. *quod dicitur, eo quod elegit eam, vt ibi esset templum suo nomini dedicatum, vt habetur. ij. Paral. vj. e.* Elegi Ierusalem, vt sit nomen meum in ea. *Et in illo templo erat propitiatorium, quod sedes Dei diceb atur, vt dictum fuit diffusius, Exod. xxv*

MORALITER.

† 2 *Et in seruis suis deprecabitur.* id est, per seruos suos, dans eis spiritum deprecandi.

3 *Simulachra gentium argentum & aurum,* exponatur moraliter sicut supra Psalmo, qui incipit, *In exitu Israel, &c.*

16 *Domus Leui benedixite domino.* id est, clerici, qui succedunt Leuitis vet. testa.

18 *Qui timetis.* id est. boni Christiani.

20 *Benedictus dominus ex Sion, &c.* id est, laudetur in ecclesia militante.

21 *Qui habitas in Ierusalem.* id est, in ecclesia triumphante, eò quod ibi magis relucet gloria sua.

GLOS-

GLOSSA ORDINARIA.

A a *Halleluia.* Aug. Psalmus iste laudem Dei continet, vbi etsi multa in laude Dei dicantur, maximè tamen hic misericordia Dei commendatur.

Cassi. Diuersa initia versuum, in vnum finem conueniunt quia quicquid hic dicitur, ad misericordiam Dei refertur: sine qua non subsistitur qua omnia operatur. In misericordia ergo perseuerare monemur. Magna virtus huius psal. in Paralipomenon ostenditur, vbi legitur, quod cum cœpissent Deum laudare & dicere, *Confitemini domino quoniam in seculum: &c.* impleuit gloria Dei domum Dei, ita præsto est diuina præsentia si pure cantatur.

2. Par. 20. d

† fecit.

B

† extendit.

PSALMVS CXXXV.

C *Confitemini domino.* Cassio. Primo, magnificentiam Dei & totius orbis conditionem exponit. Secundo dicit quæ in Ægypto, & gente Iudæorum fecit in figuram nostri, ibi, *Qui percussit*, Tertio, agit de Christianis, ibi, *& dedit terram eorum hæreditatem.*

b *Confitemini do.* Aug. Modo laudemus, vt cum angelis mereamur laudare. Ipsa laus est nostra refectio, vt nulla videatur similis delectatio: Ipsa est remuneratio quæ & operatio. *Confitemini.* Nec pro hac confessione estis temporale sumpturi, *quoniam in æternum misericordia eius*, id est, beneficium, quod misericorditer præstat, æternum est, quia data per misericordiam beatitudo, æterna est.

C c *Confitemini Deo deorum.* Deos dicit homines, ad quos sermo Dei factus est in alio psalmo, vbi ait, *Ego dixi, dij estis, et filij ex. &c.* Et non ideo dicuntur dij, quod omnes sint boni: Si enim omnes boni essent, non diceret in eodem psal. *In medio autem deos dijudicat*, id est discernit, de quibus etiam subdit, *Confitemini domino dominorum.*

Sup. 18. b.

✠ Theod. *Deos* hoc in loco, non idola dicit, non enim ipsum *Deum Deorum*, qui non sunt appellasset, nam non Deus est mortuorum sed viuentium. Vocat igitur *Deos*, eos, qui sacerdotio præditi sunt, qui filij Dei vocantur: hic etiam in lege inquit, *Dijs non detrahes & principi populi tui non maledices*, & *filius primogenitus meus Israel*, & per Isaiam, *filios genui, & exaltaui*, & in psalmis, *Ego dixi Dij estis*, hos deos vocauit tanquã Dei filios appellatos. D

d *Qui facit mirabilia.* Aug. Sicut in fine vbique ponitur, *quoniam in seculum*, sic in principio, licet non sit positum, subaudiendum est, *Confitemini*: quod apertius est in Græco, vt si diceremus, *Confitemini facienti mirabilia*, vel ei, qui fecit, vbi necessario subaudiretur, *confitemini*, quod nostra locutio in his omnibus seruare non potuit, vnde obscurũ est, vt possit putari sententia sic iungi, *Qui fecit mirabilia, etc.* Quasi ideo ista fecerit, quia in æternum misericordia eius: cũ potius ad misericordiã pertineãt hi quos de miseria liberat. Dicendum ergo est, *Confitemini* ei qui fecit hęc vel illa, ideo, quia misericordia eius vobis æterna, vt finis sin- E

† exquisito ingenio.

gulorum versuum referatur ad principium, hoc modo: *Confitemini* ei qui *facit mira. ma. solus*: Ideo *confitemini, quoniam in æternum misericordia eius.*

e *Mirabilia magna so.* Aug. Quia & quædam per homines vel angelos facit, & quædã magna ipse solus, quæ & prius exequitur.

✠ Theod. Miraculorum editiones sunt etiam beneuolorum seruorũ eius, etenim diuinas vocamus res Mosis, & Iosue, & miracula Elię similiter & signa quæ à sacris Apostolis sunt facta: iure igitur ipsum vates solum dicit maximorum miraculorum opificem esse. Deinde ostendit opera eius magna, *Qui fecit cælos.*

✠ Evth. *Solum* dixit, ad Idolorum distinctionem: Nam alioqui per dominũ eum intelligit, qui in tribus personis vnus Deus est.

f *Qui fe. cæ.* Aug. Vniuersam ergo creaturã per se fecit, cuius creaturæ excellẽtiores partes ponit, ex quibus omnia cogitentur, F i. intelligibiles cælos, & visibilem terram. Sed quia sunt & visibiles cæli, per eorum luminaria totum cæleste corporeum intelligere nos admonet, subdens, *Qui fecit luminaria.* Vel, *in intellectu.* i. in sua sapientia. Quod dictum de cælis, de omnibus debet intelligi, vnde, *Omnia in sapientia fecisti Deus.* Sap. 13. b

Vel typice, *Cælos in intellectu.* i. spirituales sanctos, qui non modo credere, sed intelligere diuina dedit, Simplices autem qui solam fidem firmam tenent, quasi infrà cœlos, *terra* dicuntur, qui quia in baptismo, quem acceperunt, quasi *super aquas* firma fide consistunt, quasi *super aquas*, terram firmauit.

g *Terram super aquas*, Aug. Sed quo terra grauior ab aquis le- ☞ uiori-

a ¶ Laudes & peccata, laudes audit, peccata dimittiti, deo omnes, & semper laudare debemus.

Halleluia. CXXXV.

1 2 Confitemini domino quoniam bonus,

a ¶ Præsens. ¶ Alias in æternum. ¶ Id est hic & in futuro est misericordia eius, quia hic parcit, ibi coronat.

b ¶ Per quam à miseria peccati liberat.

3 quoniam in seculũm misericordia eius.

a ¶ Pluraliter dicit deorum & dominorum, si quidem sunt dij multi, & domini multi, vt ait Apostolus, super quos ipse est, sequitur, Qui fa mirabilia, &c

4 5 6 Confitemini Deo deorum, quoniam.

7 Confitemini domino dominorum, quoniam. Qui † facit

a ¶ Non alterius opera secutus, sed suo intellectu.

mirabilia magna solus, quoniam. Qui fecit cælos † in intel-

a ¶ Intelligibiles, vel intellectuales, scilicet empyreum, quod etsi corporeum, tamen tantæ est tenuitatis, vt à mortali videri non possit.

8 lectu, quoniam. Qui † infirmauit terram super aquas, quo-

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXXXV.

C Onfitemini domi. *Titulus huius psal. est* Halleluia. *Ex quo patet, quod psal. iste est inuitatio ad Dei laudem, sicut & precedens, facta ab aliquo sancto viro, cuius nomen secundum Hebr. et Hier. ignoratur. Et diuiditur in tres partes, Quia primo ponitur inuitatio ad laudem Dei ex beneficijs collatis omnibus generaliter, Secundo, ex collatis populo Israel specialiter, ibi,* Qui percussit Ægyptum. *Tertio, ex beneficio collato omni viuenti vita sensibili, ibi,* Qui dat escam. *Circa primum dicit Psalmista.*

1 Confite. domino. *confessione laudis:*

2 Quoniam bonus, *bonitate cuius non est finis.*

3 Quoniam in seculum misericordia eius, *quia semper paratus est parcere & misereri vere pœnitentibus. Et notandum: quod in quolibet versu huius psal. ponitur ista clausula,* Quoniã in seculũ misericordia eius *In Hebrẽo, ita quod viginti sex vicibus ponitur in hoc psal. eo quod (sicut dicit Ra. Sa.) à principio mũdi vsque ad dationẽ legis in mõte Sinai fuerunt viginti sex generationes, in quibus mũdus fuit sustẽtatus sola diuina miseratione, & nõ ex alicuius legis datę à Deo obseruatione. Iste autẽ viginti sex sic colligũtur ex scriptura, Genesis. v. a. habetur, quod Adam genuit Seth, qui Seth genuit Enos, qui Cainã, qui Malaleel, qui Iared, qui Hennoch, qui Mathusalam, qui Lamec, qui Noe, qui Sem. Itẽ Genesis vndecimo. b. habetur, quod Sem genuit Arphaxat, qui Sale, qui Heber, qui Phalech, qui Reu, qui Saruch, qui Nachor, qui Thare, qui Abrahã, Abrahã vero genuit Isaac, Genesis vicesimoprimo. Isaac genuit Iacob, Genesis vicesimoquinto, Iacob, Leui, Gene. vicesimono. Itẽ Exod. sexto habetur, quod Leui genuit Caath, qui Amrã, qui Moysen, qui genuit Gerson, Exo. vj. Et in hac generatione fuit data lex, Exod. vicesimo.*

4 Cõfitemini de. deorũ, *id est angelorũ, qui dicũtur* dij *participatiuè.*

5 Cõfitemini domino dominorum. *id est principum terrę. Prouer. octauo. b.* Per me reges regnant, &c.

6 Qui facit mirabilia. *Mirabile dicitur alicui, quod transcendit cognitionem eius: & ideo aliqua sunt mirabilia simplicibus, quę tamen sunt mirabilia sapientibus, sicut eclipsis solis vel lunæ mirabilis est laico, nõ autem astrologo. Et per hunc modum aliqua sunt mirabilia hominibus, non tamen angelis. Illa vero sunt* mirabilia simpliciter, *siue* magna, *quę transcendunt facultatem totius naturę creatæ, & hæc sunt soli Deo possibilia.*

7 Qui fecit cęlos in intellect. *id est, per intellectum & voluntatem, & non per naturę necessitatem.*

8 Qui fir. terr. super. *iuxta* aquas, *secundum communem modum loquẽdi, quo dicitur, Talis ciuitas, est super mare. & talis super Sequanã.*

☞ Qui

MORALITER.

† 1 *Confitemini domino.* Psal. iste, sicut & præcedens, est quædam inuitatio ad Dei laudem ex eius beneficijs corporalibus, quæ sunt hic spiritualiter exponenda. *Confitemini domino quoniã bonus, &c.* formaliter, & etiam effectiue, ideo subditur.

3 *Quo in se. mi. eius.* in beneficiorum collatione.

4 *Confitemini.* laudis confessione.

† *Deo d.* id est iudicum. Exo. xxij. a. *Vtriusque causa ad deos veniet.*

5 *Confitemini domino do.* id est principum, Apocal. j. b. *Princeps regum terrę. &c.*

6 *Qui facit mi.* totius naturæ virtutem excedentia.

7 *Qui fecit cę.* id est contemplatiuos cælestium.

8 *Qui firma. &c.* i. actiuos ex humore pietatis bonos dispensatores terrenorum.

† *Deo*

Qui se.

uioribus portatur; Sed siue ita, siue aliter sit, terra fundata super aquas dicitur, quod aquis circumfluentibus supereminet: Sicut dicitur illa, vel illa ciuitas super mare fundata, non quod mare sit sub ea, sed quia mari supereminet; sic dominus super puteum sedit, id est iuxta.

a *Qui fecit luminaria magna.* Av. id est dona gratiarum fidelibus suis contulit.

b *Solem in potestatem diei.* Hoc est, quod 1.Cor.11.a Apostolus ait, *Alij datur per spiritum sermo sapientiæ*, hic est sol; *alij scientia* Dei, hæc est luna; *alij fides curationum, &c.* hæc sunt †extento B stellæ. Nihil enim est horum, quod in nocte huius seculi non sit necessarium. Postea cessabunt, cum †percussit transierit nox ista, & venerit dies. Hæc autem fecit in potestatem diei, vel noctis, vt potestas sit diei lucere vel nocti. Sapientia autem est pietas, id est, cultus diuinus, quæ est in cognitione & dilectione Dei, qui semper est, & incommutabiliter manet. Scientia verò abstinere à malo, & in medio prauæ nationis, quasi in nocte seculi prudenter versari, vt abstinendo quisque ab C iniquitate, non confundatur tenebris, proprij muneris luce discretus.

✠ Basil. Vide & hoc loco benignitatem Dei. Quoniam enim mortales facti, & in multis necessitatibus constituti sumus, intermedium illud tempus in diuersorij morē dedit, ac tantis terram hanc benignitatis suæ declarationibus impleuit, vt ne sermone quidem exprimi queat.

c *Lunam & stellas in potestatem noctis.* Cas. Aliter etiam dici potest mysticè ab illo loco, *Qui fecit luminaria magna*, id est cœlestes spiritus, qui sunt ante omnia lucentia. Et fecit *solem*, id est sapientes, *In potestatem diei*, vt per eos maiores luceant; *Et lunam*, id est, ecclesiam, *Et stellas*, id est diuersos ordines, *In potestatem noctis*, vt per hæc quæ queminores luceant.

d *Qui percussit Ægyptum.* Cas. Secunda pars, vbi dicit, quæ in Ægypto fecit, & gente Iudæorum sub figura nostri. Iam incipit, quæ per homines, vel per angelos fecit.

✠ Bass. Irremisse miraculum percussæ Ægypti versat, propter multam Israelitarum ingratitudinem, & propterea quòd cū D de illo semper audierint, obliti tamen eius sunt. Deinde & aliud quiddam hic innuit, nempe quod & post eam plagam, ipsius sit potentia factum, vt molesta illa sint seruitute liberati.

✠ Theodo. Sed fortasse aliquis ambigere posset, quomodo per misericordiam mors efficitur: Consideret igitur finem præsentium verborum, iniuria affectos miserans, iniuria afficientes plectit.

e *Cum primogenitis eorum.* Cassio. Primogenita Ægypti percussit, quando gloriam seculi damnauit, quæ putabatur præcipua. Luxus enim, superbia, auaritia, sunt quæ primò generat venter, & velut charos filios †exercitū amplectitur, sed Deus à Exod.14. se excludit. E

F *In manu potenti.* Cass. Manus Dei, inuincibilis actio, quæ à brachio venit, id est ab omni potētia singulari.

g *Diuisit mare rubrum in diuis.* Cas. Ad literā, *in diuisiones* duodec. pro numero tribuum, vt singulæ tribus suas vias eundi haberent; Typicè, Sic per vias varias ad Deum de mundo transitur. Per *mare rubrum*, seculum accipitur.

h *Et excussit Pha.* Cas. Diabolum, cum ministris excussit, vt pul- F uerem, qui celeriter excutitur. In hacceleritate, & virtus Dei ostēditur, & illę terrenæ sordes indicantur, quas solemus excutere.

i *Pharaonem.* Av g. Congruè per Pharaonem diabolus intelligitur: Pharao masculos necat, fœminas seruat; ita diabolus virtutes præfocat, concupiscentiam nutrit.

k *Sehon regem Amorrhęorum.* ✠ Basil. Gemina erat beneficentia, cum quod hostes vicerant, tum quod domini eorum, quæ habuerant, facti erant; nā & hoc multæ virtutis erat, nō solū eiecisse terrę illius habitatores, sed & alienam terrā occupare potuisse.

✠ Theod. Non temerè autem alios reges præteriens, hos potissimum in medium attulit, sed populo victoriam diuinitus concessam in memoriam reuocans, quandoquidem isti ob robur & potentiam, & corporis magnitudinem gloriabantur. Cæterum ferreo lecto vtebantur ob corporis magnitudinem, cuius nouem cubitorum longitudo erat, & quinque latitudo.

☞ Et

¶ Cælestes spiritus, qui ante omnia lucentia, quasi sol. a ¶ Hæc per se solus. ¶ Quæ?

a niam. Qui fecit luminaria magna: quoniam. Sōlem in 1
b a ¶ Sapientię domini. ¶ Vel, potestas est diei, quo omnia declarantur. 2
¶ Id est, spiritualibus, vt possint lucere. ¶ Donum scientię. b ¶ Ecclesiam. c ¶ Diuersos ordines.
d ¶ Vt sint lux noctis.
¶ Alia minora dona, quę nocti dantur.
c potestatem diēi: quoniam. Lunām & stēllas in potēstatem 3
a ¶ Percussit, & seculum, cum his, quę præcipua putantur in seculo.
d noctis: quoniam. Qui percussit Ægyptum cū primogeni- 4
e a ¶ Sic & sanctos de malorum conuersatione educit. 5
tis eorum: quoniam. Qui edūxit Israel de medio eorū: quo- 6
¶ Eduxit. a ¶ Hoc est, brachium, de quo, Brachium domini cui reuelatum est.
f niam. In manu potenti, & brachiō †excelso: quoniam. Qui 7
a ¶ Baptismum, vt vnus idemque baptismus aliis sit in vitam, aliis in pœnam 8
b ¶ Sic etiam educit innouatum populum per lauacrum regenerationis.
g diuisit mare rubrū in diuisiones: quoniam. Et eduxit Israel 9
a ¶ Aug. Interemit peccata per baptismum.
h per mediū eius: quoniam. Et †excussit Pharaonem & †vir- 10
i a ¶ Aug. Ita & nos per hoc seculum, ne in eo pereamus, vel hæreamus.
tutem eius in mari rubro: quoniam. Qui trāduxit populū 11
a ¶ In suis fidelibus. 12
b ¶ Diabolicas potestates.
suum per desertū: quoniam. Qui percussit regēs magnos: 13
a ¶ Aug. Germen inutile, vel tentationem calentem.
k quoniam. Et occidit reges fortes: quoniam. Sēhon regem †
a ¶ Amaricantium. b ¶ Coaceruantem diabolum.
c ¶ Id est, confusionis. Quid coaceruat diabolus, nisi confusionem?
Amorrhæōrum: quoniam. & ōg regem Bāsan: quoniam.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Qui fecit lumi.ma. *& quæ sunt illa, subdit,*

2 Solem in potestatem diei, *quia dies est latio solis per terram.*

3 Lunam & stellas in potestat.no, *id est ad illuminandum noctem.*

4 Qui percussit Ægyptum. *Hic ponitur inuitatio ad laudem Dei ex beneficijs diuinis collatis Israeli, cum dicitur*, Qui percussit Ægyptū, &c. *nouem plagis propter populū Israel liberandum, vt habetur in Exo.*

5 Cum primogenitis eorum, *Ista fuit decima plaga, Exod. xij.*

6 Qui eduxit Isra. &c. eorum. *s. Ægyptiorum.*

7 In manu potenti, & brachio excelso. *Timebāt enim omnes Ægyptij mori, si populus Israel amplius detineretur in Ægypto, Exo. xij.*

8 Qui diuisit mare rubrum in diuisiones. *Ex hoc dixerunt aliqui, quod mare rubrum fuit diuisum in xij. locis, ita quod qualibet tribus habuit viam per se distinctam ab alijs. Sed hoc fuit improbatū Exo. xxiij. Et licet mare diuisum fuerit in vno tatum loco, partes tamē illius diuisionis dicuntur hic diuisiones, quia aqua erant eis pro muro à dextris & à sinistris.*

9 Et eduxit Israel per medium eius, *prębens ei iter siccum.*

10 Et excussit Pharao. & virtutem eius, *id est exercitum eius,*

11 In mari rubro, *vbi persequebantur populum Israel ex nimia obstinatione contra Deum.*

12 Qui traduxit populum suum per desertum. *x. annis, quousque mortui fuissent omnes, qui exierunt de Ægypto, præter Caleb, & Iosue, & filios Leui: eo quod territi verbis exploratorum voluerunt reuerti in Aegyptum, vt dictum fuit plenius, Nume. xiiij.*

13 Qui percussit reges magnos. *Expositum est hoc psalmo præcedēti vsque ibi*, Hæreditatē Israel seruo tuo, *inclusiue, hoc excepto, quod ille versus*, Et omnia regna Chanaan, *non est in Hebræo, nec in trāslatione Hiero. & ideo videtur hic appositus ab aliquo expositore, sicut ponitur in textu psalmi præcedentis.*

☞ Quia

MORALITER.

† 1 *Qui fe. luminaria magna* Et quæ sunt illa, subditur,

2 *Solem in potestatem diei*, id est, Christum, diē gloriæ facientem.

3 *Lunā & stellas in potestatē*, Id est beatam virginem, & alios sanctos, qui sua cōuersatione tenebras illuminauerunt huius vitæ.

4 *Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum*, id est, principem tenebrarum (eò quod Ægyptus interpretatur tenebra) cum aliorum dæmonum caterua.

6 *Qui eduxit Israel, etc.* id est, patres sanctos de inferno.

8 *Qui diuisit mare rubrum in diuisiones.* Per quod intelligi potest Christi corpus amaricatum & rubricatum in passione. Et fuit etiam diuisum percussione clauorum & lanceæ.

9 *Et eduxit.* Nam virtute passionis saluatus est populus Christianus, & diabolus cum sua virtute confusus: ideo subditur, *Et excussit Pharaonem.* 12 *Qui traduxit populum suum per desertum.* s. pœnitentiæ, ad patriam gloriæ.

13 *Qui percussit reges magnos.* id est dæmones, qui Ephe. vj. dicuntur *principes & potestates tenebrarum harum.*

† *Sehōre.* Sicut dictū fuit in huius operis principio, eadē res significat diuersa, & aliquādo opposita propter diuersas sui proprietates, Sicut leo significat Christū propter constantiā, & diabolum propter voracitatē; sic in proposito per regem Amorrhæorum significatur rex Romanorum, eò quod Amorrhæi interpretantur populi illuminati, sicut dictum est psal. præcedenti. Hic autem per ipsum significatur dæmon tentans de inuidia, eò quod alia interpretatione Amorrhæi interpretantur amari, Inuidi

a *Et ded. ter. eorum hæreditatem.* CAS. Tertia pars, vbi descendit ad Christianos, exponens beneficia eis data, vt sic vnum autorem omnium scias.

b *Israel seruo suo.* Accipit per *Israel seruum*, Christum: Vel per *Israel seruum*, accipit Christianos, quibus data est promissio Iudæorum, Et est sensus, prædicta beneficia ad literam contulit Iudæis: *Et dedit terram eorum hereditatem, Hæreditatem Israel, seruo*, id est promissionem eis sub figura factam dedit Christianis. *Dedit terram*, etsi hoc videatur de Heb. ad Christianos pertinet, quibus datur promissio illis facta, ad quos propriè pertinet humilitas, quam Christus docuit, quos & redemit; pro Heb. enim nullum dedit pretium Ægyptijs.

c *Dat escam.* THEOD. A singulari prouidentia rursus in generalem descendit, Dei curam circa omnes prædicans; non enim modo hominibus, sed etiam animalibus ratione carentibus cibum proponit. Sic enim dominus sacris in Euangelijs inquit, *Respicite volatilia cœli, quæ neque serunt, neque congregant in horrea, & pater vester cœlestis pascit illa.*

℣. BAS. Neque enim terræ, neque aeris, neque aquarum sũt fructuum prouentus; sed ipsius potentiæ. Aliter, Neque iustis, neque rectè facientibus tantum, sed & peccatoribus & impijs, & vniuersæ humanæ naturæ potentiam ipsius potissimum prædicat.

a ¶ Aug Sic, & quod possidebat diabolus, dat hæreditatem semini Abrahæ, quod est Christus.

a Et dedit terram eorum hæreditatẽ, quoniam. Hæreditatem †
a ¶ Aug. Interiori, quæ est propria Christianis, vel in delectione. b ¶ Quando aduenit.
b Israel seruo suo, quoniam. Quia † in humilitate nostra mẽ- 1
a ¶ Hoc propriè de Christianis. ¶ Sanguine vnigeniti sui. 2
mor fuit nostri, quoniam. Et redẽmit nos ab † inimicis no- 3
a ¶ Spiritualem. ¶ Cato mea verè est cibus. 4
c stris, quoniam. Qui dat ẽscam omni carni, quoniam. Confi- 5
a ¶ Aug Hoc est quod supra, Deo deorum, vnde & hic repetit, quod ibi subiunxit.
d temini Dẽo cæli, quoniam. Confitemini domino domino- 6
¶ Ideo confitemini.
rum, quoniam in æternum misericordia eius.

† cũ dejecti iaceremus † tribulato ribus.

-Confitemini domino, &c. hic versus non est in Heb.

d *Omni carni.* AVG. Omni generi hominum, Israel & gentium, non sicut manna soli Iudæo.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia in humilitate nostra, *quia fuimus valde dejecti & contempti in seruitute Ægypti.*

2 Memor fuit nostri. *nos inde liberando, ideo subditur,*

3 Et redemit nos ab inimicis nostris, *id est, Ægyptijs, qui vitã Israel perducebant ad amaritudinem, afflictionibus duris, vt habetur Exo. j.*

4 Qui dat escam omni. *Hic ponitur inuitatio ad Dei laudem ex beneficio collato omni viuenti vita sensibili, cum dicitur*, Qui dat escam omni carni. *Viuentia enim vita vegetabili tantum, vt plantæ, non habent carnem. Similiter nec angeli, in quibus est tantum vita intellectiua, quia* spiritus carnem & ossa non habet, *Lu. vl. f.*

5 Confitemini Deo. *Licet enim sit Deus totius creaturæ, tamen speciali modo dicitur Deus tali, eò quod videtur ibi clare.*

6 Confitemini domino dominorum. *Totus iste versus videtur hic appositus ab aliquo expositore, quia non est in Hebræo, nec in translatione Hiero.*

MORALITER.

† verò semper sunt in amaritudine de aliorum prosperitate. Et similiter per regem Basan significatus est ibi rex Francorum, eò quod interpretatur pinguedo; hic autem per ipsum significatur dæmon tentans de rapina, eo quod interpretatur bruchus, qui corrudit arborum viridia, & rapit similiter aliorum bona.

† *Et dedit terram eorum*, quia Deus de terra viuentium dæmones expulit, & eam fidelibus concessit.

1 *Quia in humilit.* sicut enim dæmones inde ceciderunt per superbiam, sic fideles illuc ascenderunt per humilitatem.

3 *Et rede. nos.* suo sanguine.

4 *Qui dat escam.* sua largitate.

5 *Confitemini Deo ca.* Licet enim sit Deus omnium generaliter, dicitur tamen Deus cæli, eò quod ibi videtur facialiter.

6 *Confitemi. do. domi.* Exponatur vt suprà.

ADDITIO.

In psal. cxxv. Confitemini. *vbi dicitur in postil.* Et notandum, quod in quolibet versu.

Non videtur necessarium esse, reddere rationem de numero horum versuum. Tum quia in alijs psalmis fuit apposita illa clausula. s. Quoniam in æternum misericordia eius, *sub alio numero, vt patet in psal.* Confitemini; *& in alijs, Tum quia quilibet versus habet specialem rationem regratiandi Deo, & laudandi misericordiã eius, vt patet intuenti: vnde rationabiliter nostri sancti doctores, qui vlterius rationes pertinentes ad sensum spiritualem scrutati sunt, non curauerunt de reddẽda ratione huius numeri. Dixerunt tamẽ quod iste psal. inter alios est notãdus, quia habet omnes versus vnifines, & quicquid ibi dicitur, ad misericordiã Dei refertur. Ratio autẽ assignata ab ipso Ra. Sa. inualida videtur: Tũ quia nõ minus attribuẽda est sustẽtatio mũdi misericordiæ diuinę post lationem legis, quam ante: imo fortè magis: Tũ quia, si istę generationes numerentur per Iudã filium Iacob, sicut in genealogia Christi, tunc erũt. xxviij. generationes: quod patet sic. Nam Iuda posito loco Leui fratre suo, constat quod Iudas genuit Phares, qui Esron, qui Abram, qui Aminadab, qui Naason, in cuius generatione data est lex, quibus generationibus additis supradictis aliis vsque ad Iacob inclusiuè, sunt xxviij generationes, & etiam si per Leui computẽtur, sunt. xxvij. vt patet discurrenti per eas. Si forte quis de huiusmodi numero omnino vult habere aliqualem mysticam rationem, potest eam accipere sic: Na secundum computationem euangelicam Mat. j. à Dauid vsque ad trasmigrationem Babylonis fuerunt generationes xiiij. & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum generationes xiiij. & sic sunt à Dauid vsque ad Christum generationes. xxviij. à quibus si subtrahantur duæ generationes s. Dauid & Salomonis, remanent xxvj. quę incipiunt à generatione Roboam, in qua filij Israel recesserunt, non solum à regno Dauid à Deo instituto, sed à cultu diuino, facientes sibi publicè vitulos argenteos, & sic consequẽter in illis generationibus pro maiori parte deuiauerunt à via domini vsque ad generationem Christi, in quo reformata sunt omnia secundum sufficientiam: vnde predicta xxvj. generationes videntur in misericordia Dei sustentari.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Psalmus Dauid.* CAS. Tertius psalmus de lamentatione Ierusalem. De hoc, quia à Babylonijs destructa, procedunt alij duo, scili. *Vt quid Deus repulisti*, vbi agitur de captiuitate facta à Romanis: Et, *Deus venerunt*, vbi agitur de vastatione facta sub Antiocho, hic autem de captiuitate facta à Nabuchodonosor.

Suprà. 73. Suprà. 78.

a ¶ Iuxta. b ¶ Quia agit de captiuitate Iudæorum, quam defleuit Ieremias in figura nostri, qui spiritualiter captiui tenemur.

Psalmus Dauid prõpter Ierusalem.

AVG. Duæ ciuitates a sunt permistæ corpore, separatæ corde, Ierusalem & Babylonia. Tenetur autem Ierusalem captiua in Babylonia, sed non tota; Ciues enim eius angeli sunt omnis miseriæ exortes; sed tenetur captiua secundum homines prædestinatos ad gloriam, qui per peccatum captiui sunt, & à patria peregrini. De ea ergo captiua per peccatum hic agit, De reditu suprà in, *Te decet hymnus Deus in Sion*, ibi dicitur, *Te decet hymnus in Sion*, hic, Super flu. Babylonis sedimus & fleuimus. In atrijs Ierusalem stamus spe, hic sedemus humiles pœnitendo: confitendo.

Suprà 64.

AVG. Habet babylonia amatores suos, pro repub. laborantes; sed quicunque in ea non superbè, sed fideliter versantur, vt quãtum intelligunt, fidem exhibeant, quam possunt, & quibus possunt: eos non sinit Deus perire in Babylonia. Intellexit charitatem eorum, & ostendit eis aliam ciuitatem, pro qua laborent. Vnde dicit Iesus, *Qui in modico fidelis est, & in magno fidelis est.* Et, rursus, *Si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis?* De talibus tamen non agit hic Psal. sed de illis, qui mente & desiderio sunt ciues Ierusalem. Luc. 16. c.

✻ EVTHYMIVS. Hic psalmus ex sacerdotum, Leuitarum, & Cantorum, qui in Babylone captiui fuerant, persona conscriptus est, ita tamen vt quæ futura erant prædixerit. Nos etiam docet in huiuscemodi calamitatibus, eadem agere atque hoc pacto Deum ad misericordiam incitare. Est autem hic psalmus apud Hebræos sine inscriptione.

☞ THEO-

☞ A ✻ Theod. Hic psalmus sine titulo est apud Hebræos, sed nonnulli rem audacem ausi, inscripserunt *Dauidi per Ieremiam*, & apposuerunt, *sine titulo apud Hebræos*; Porrò hoc inscriptionis figmentum stultitiam eorum, qui sic inscripserunt, præ se fert. Ieremias namque minimè Babylonem cum captiuis peruenit, sed cum parum temporis Hierosolymæ vixisset, ab iniquis Iudæis coactus, in Aegyptum eiusdem itineris particeps fuit. Quomodo igitur conuenit Ieremiæ dicere, *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus?* Illi vati haudquaquã hæc conuenire patet ex suprадictis; Veruntamen Psalmi sensus planus est: Illi enim captiui aducti, & reditum consecuti, ea quæ Babyloni acciderunt narrant.

† de cõ. di. 1. c. hi duo.

† De. præ. di 3. c in salicibus.

† postulauerunt à nobis

PSAL. CXXXVI.

a ¶ Omnia, quæ hic amantur, & transeunt; quæ attendentes sancti, non se eis amore immiscent, sed supra sedent contemnendo, & flent. ¶ Vel, eos, qui rapiunt? vel se, qui captiui ibi sunt. b ¶ In tam notabili loco. c ¶ Humiliati.

† Vper flũmina Babylonis illic sedimus

a ¶ Non de alia re, vt multi. b ¶ Vbi nihil fluit

& fleuimus, dum recordaremur tui Sion.

a ¶ Sed. ¶ Id est malis. b ¶ Quę sunt. c ¶ Babylonis. d ¶ Distulimus ¶ Subtraximus. e ¶ Scripturas, & promissa Dei. f ¶ Quare.

† In salicib⁹ in mẽdio eius suspẽdimus † orgãa nostra. Quia illic † interrogauerũt nos qui captiuos duxerũt nos verba cãtionis

a ¶ In Babylonia. b ¶ Tentantes, non proficientes. c ¶ Diabolus, & angeli eius, qui interrogare dicuntur, dum illi interrogant, in quibus operantur. d ¶ Rationes aggratulationis nostræ. e ¶ Alias canticorum

Psalmvs Cxxxvi.

a *Super flumi.* Cas. Primò, captiuandos longé post per Nabuchodonosor (quos defleuit Ieremias) hic sua mala flere, nec tamen & inter mala obliuisci Ierusalem inducit in figura nostri. Secundò, contra hostes ad Deum fit conuersio, ibi, *Memor esto.*

Cas. Quasi laudibus stantiam in domo excitatus, captiuus lamentationem hanc incipit desiderio patriæ dicens, *Super flumina*, &c.

✻ Basil. Multum erat viris istis ciuitatis huius desiderium, Donec enim bona possidebant, ingrati & contumelioſi manebant: Posteaquam vero eiecti ex illis erant, tum demum concupiscentia illius tenebantur. Propterea namque eos eiecit, etiam vt in maius desiderium induceret. Qua vero ratione ad flumina sederunt? tanquam captiui, & terra hostili detenti, extra muros & ciuitates commorabantur.

✻ Theod. Mœrentes solent deserta loca petere, & ibi proprias calamitates conqueri; hi igitur ad ripas fluuiorum assidentes, & suæ metropolis solitudinem perpendentes, multas profundebant lachrymas, fluuiorem cursus imitantes.

✻ Evthym. Consilio diuino factum est, vt postquam bona illa despexissent Iudæi, quæ habebant in manibus, inuiti decederint ab eis, vt rursus ad eorum desiderium commouerentur. Hoc pacto enim solet Deus ad sensum atque ad cognitionem eos reuocare, qui beneficia in se collata neglexerint, aut non cognouerint: Dum illos, nimirum, à cõcessis donis permittit decidere.

b *Dum re.* Aug. In hostili terra dulcis recordatio patriæ, *Sedimus*, non erecti per superbiam, nec iacentes per ruinam, *Fleuimus* incolatum. Multi flent fletu Babylonio, qui & gaudent gaudio Babylonio, quia gaudent lucris, & flent pro damnis temporalibus ralibus; vtrunque de Babylonia est.

c *In salicibus.* Aug. quæ rigantur fluminibus Babylonis, sed steriles sunt in bono opere. Et sunt in medio Babylonis, id est, multum mali, id est cupidi, auari. (Sunt enim aliqui in exterioribus non sic concupiscentijs obruti.) Ab his porcis & canibus scripturas auertimus, non enim allegamus, sed differendo suspendimus.

Cass. Vis doloris exaggeratur, quando delectatio, qua se solebant consolari, suspenditur.

✻ Evth. Per *organa*, musica illa instrumẽta intelligit, cum quibus canere solebant cantica, veluti psalterium, citharam aut huiusmodi. Attulerant enim ea instrumenta ad concinendas diuinas laudes; verum cum ea in salicibus suspendissent, attoniti rursum ac mœsti ea spectabant, atque occasionem illinc lamentationum magnam sumebant, repetentes memoria diuinum cultum, & conuersationẽm illam laude dignam, quam habuerant in Sion. Iuxta anagogen, *in Salicibus* expone, pro inocio, per salices enim quæ infructuosæ arbores sunt, cessationem à cantibus significauit.

† citharas nostras.

✻ Basil. Qua ratione organa in captiuitatem abeuntes, secum asportarunt: Dispensatum hoc est ob eam causam, vt inter alienos constituti prioris conuersationis monumentum haberent, vt symbola cultus illius videntes, amplius morderentur.

✻ Theod. Quandoquidem penitus ipsis inutilia erant, cùm lex præcipia, vt in vno loco cultus perficiatur.

d *Quia illic interrogauerunt nos.* Basil. Et hinc haud parum emolumenti cœperunt, quod Barbari ipsos vrserunt, & cantica ex ipsis audire cupierunt. Vide & hinc quantum correctionem acceperunt. Qui enim præuaricati fuerãt, & de cultu suo resiliérant: Iam barbaris vrgentibus, & audire desiderantibus, desiderio illorum ne sic quidem vtuntur, sed legem præferunt, & accurate custodiunt. Illud vero, *qui abduxerunt nos*, hoc sensu dictum est. q.d. qui antea nobis insultauerant, vsque adeo facti sunt mites, vt & cantica nostra audire voluerint.

✻ Theodoretvs. Illudentes nos, & nostris calamitatibus insultantes, nos canere præcipiebant, vt nostris cantibus ipsi demulcerentur, non vt hinc aliquam vtilitatem perciperent, sed vt nostras res irriderent.

e *Verba cantio.* Avgvst. Vel, canticorum, vt quid prodest Christus? vel, quæ est alia vita? Sed, hic qui pleni sunt malis, non debemus percutere organum, vt sonet, sed suspendere.

☞ Diabolus

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs Cxxxvi.

Svper flumina. *Huic psal. nullus omnino titulus præponitur in Hebræo, nec in translatione Hiero. & ideo titulus, qui in aliquibus Bibliis ponitur s.* Psalmus Dauid propter Ieremiam, *fuit appositus ab aliquo expositore, eo quod sententia psal. consonat lamentationibus Ieremiæ, quia iste psal. loquitur de templi destructione, de Babylonica captiuitate; cuius autor ignoratur, secundum Hiero. & Heb. Et diuiditur in duas partes, quia primo describitur populi captiuati lamentatio, Secundò aduersantium punitio, ibi,* Memor esto. *Circa primũ dicitur,*

1 Super flumina Babylonis, *quia terra illa abundat aquis fluuialibus.*

2 Illic se. *i. diu habitauimus, dicitur Deu. j g.* Sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore.

3 Et fleui *habitando ibi in amaritudine. Cuius causa subditur, cum dicitur,*

4 Dum recor. tui Si. *templi, quod erat in monte Sion, incensi & destructi: de qua destructione plus affligebantur, quàm de sua captione.*

5 In salici. in me. eius. *i. in medio Babylonis, quę est plena salicibus, propter abundantiam fluminum.*

6 Suspendimus. *i. subtraximus nos ab omni carmine lętitiæ, non solum ratione captiuitatis, & destructionis templi: sed etiam ratione exaggerationis mali, quia Babylonij exigebant carmina lætitię ab hominibus in tanta amaritudine constitutis, & hoc est, quod dicitur,*

7 Quia illic interrogauerunt nos.

☞ Et

MORALITER.

1 *Super flumi.* Iste psal. est lamentatio existentium in Babylonica captiuitate. Moral. autem est planctus peccatoris de hoc, quod fuit in dæmonis seruitute. Et magis propriè religioſi apostatę de sua miseria dolentis. Et sic de se & similibus di. *Super flu, &c. sedi, & fle.* i. propter abundantiam nostræ confusionis coram Deo, & hominibus bonis.

† *Sedi. &* c. i. consolationis diuinę, dum essemus in religione.

5 *In salici.* per salices, infructuosas arboris, boni sterilitas designatur.

7 *Quia illic in.* Dæmones enim, qui ducunt apostatas in captiuitatem peccati, inducunt eos ad celebrandum diuina, cum sint ex

† commu-

A

AVG. Diabolus astutè quærit vt irrideat: vnde est respondendũ eis, *quomodo cantabimus*? Passus autem vndique interrogatores, adulantes, irrisores, reprehensores, quasi inter eos periclitans, animum erexit ad recordationem Sion, & constrinxit se iuramento, dicens, *Si oblitus fuero. &c.*

a *Quomodo cantabimus.* AVG. Cauẽdum est, ne quis timens tabulis displicere, affectet amicitias eorum, & incipiat delectari in Babylonia.

† Sublata à nobis lęti tia agebãr, s. cantate.

✠ EVTHY. Vide quemadmodum captiuitas illos iam meliores reddidisset. Nã cum in propria ciuitate, ac regione legẽ essent trãsgressi: modo in aliena eam obseruant. Per *alienam* etiam *terram*, quodcunque humanũ cor potest intelligi, quod à cultu atque religione Dei alienum sit; & consona sunt huic dicto illa diuina verba, *Nolite sanctum dare canibus, & margaritas nolite proijcere ante porcos.*

† De pœ. di. 3. c. in sa licibus.

✠ BASIL. Quia ratione *in terra aliena* non cecinerant? non licebat prophanis arcana illa audire: nam etiam si patria excíderant, legem tamen seruare debebant.

✠ THEOD. Sane hæc iniquos redarguunt, legem implere studentes, & extra institutos locos legalia perficientes.

B b *Si oblitus fuero.* ✠ THEOD. Hæc à vale dicere docentur, vt sacræ ciuitatis tenacem memoriam habeant, & spe reditus recreati, ne eorum, qui ipsos in seruitutem abduxere, impietatem discant. Dicunt igitur, ne cum à longe à te abessem ô Hierusalem, obliuioni memoriam prodidit, & si hoc fecissem, hoc patiar, & superum auxilium ne consequar; hoc enim vocat *dexteram.*

✠ BASIL. Vide & hinc quanta fuerit in istis immutatio, qui namque antea singulis diebus audierant, quod vrbe essent ejciendi, nec curauerant: iam seipsos diris deuouẽt, si ipsius obliuiscantur. Quid est autẽ quod dicit, *Obliuioni detur dextera mea?* fortitudo mea, inquit, & virtus mea, obliuioni detur, & mutus præ magnitudine malorum reddar, si tui oblitus fuero.

c *Dextera mea.* AVG. Quicquid facis pro æternis, dextera operatur; si & alio intenderis, sinistra se immiscuit; & in ea delectatus quasi in dextera perdis ęterna.

D

d *Adhęreat.* CAS. Mutus fiam in laudibus Dei, quod est consolatio fletus & miseriarum.

e *Lingua mea.* AVG. Canticum Ierusalem, lingua nostra, canticũ seculi, lingua barbara. Mutus est Deo, qui oblitus est Ierusalẽ.

✠ EVTHYM. Hæc etiam à nobis dicenda sunt de superna Hierusalem; per *dexteram* opera virtutis intelligit; per *linguam* vero scientiæ contẽplationem, lingua enim sermonem profert, & sermo scientiam, & contemplationis sensus explicat; per *guttur* etiam gulæ affectus intelligere possumus, hoc est ciborum voluptatem. Obliuioni, inquit, detur omnis mea operandi potentia, atque hoc per ipsam ignauiam, & omnis similiter contemplandi virtus ciborum adhæreat volup-

† obliuiscatur

E

† Dicentium euacuate, cuacuate vsquedum. † infelix

a ¶ A societate angelorum. ¶ Alias adduxerunt. ¶ Ad has miserias.
¶ Vbi interrogauerunt verba cantionum, dicentes.

num. † Et qui abduxẽrunt nos, hymnum cantate nobis de
a ¶ Sed. ¶ Quasi, Ita dicunt nobis, sed nos respondemus eis
canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum domini, in
a ¶ Illis non cantaui, sed. ¶ Inter verba illorum. b ¶ Vt illis placere velim.
c ¶ Aug. Conditionem ponit, quam necesse est fieri.
terra aliena? † Si oblitus fuero tui Ierusalẽm, † obliuioni de-
a ¶ Vita ęterna. b ¶ Aug. si contingit, vt pronuntiat. ¶ Id est obmutescãt: quia, vt quid sonat qui canticum Sion non sonat
tur dextẽra mea. Adhęrẽat lingua mea faucibus meis, si non
a ¶ Cum amore, vnde subdit, Si non proposuero. b ¶ Cas. id est, si non est mihi præcipua lętitia de te.
mẽminero tui. Si nõ proposuero Ierusalem, in principio læ-
a ¶ Ibi est summa lætitia, vbi Deo fruimur. b ¶ Ego ita me habeo, Sed
¶ Autem. ¶ O. c ¶ Qui & Esau, & Seir: carnalium, qui sunt inimici sanctorum.
d ¶ Quo euertere volunt Ierusalem. ¶ Sequęstrationis Ierusalem, vt ipsi mali puniantur, & boni coronentur.
titiæ meæ. † Memor esto dõmine filiorum Edõm, in die Ieru-
a ¶ Quicquid est in ea. b ¶ Nec vnus remaneat in Ierusalem.
salem. † Qui dicunt exinanite, exinãnite, usque ad funda-
a ¶ Ierusalem. ¶ Ecclesia. b ¶ Sed ò, vel tu etiam. c ¶ In tua exultatione. d ¶ Sed. e ¶ Quia Deus.
mentum in eâ. † Filia Babylonis † misera, beatus qui retri-

tati, ita vt ad diuinæ scientiæ delectationem, de cætero immobilis fiat, & in ea amplius non versetur.

f *Si non proposuero.* ✠ BASIL. Non simpliciter inquit, tui memor ero, Sed & in hymnis & canticis, hoc enim est quod dicit, *Si non præposuero*, Hoc est, si non præcinuero, eo quod vehementer desiderantes, vehementer accensi erga illam erant.

F

g *Memor esto.* CASSIOD. Secunda pars, vbi cõtra hostes ad Deũ fit conuersio. *Memor esto, in die* sequestrationis, vt puniantur.

h *Filiorum Edom.* AVG. Filij Edõ. i. Idumæi, impedimẽto fuerunt reædificantibus Ierusalem; vel, in destructione coniuncti Babylonijs, vnde dicit, *Filia Babylonis misera. Edom. moraliter* est carnalitas, quæ ad illicitos motus nos seducit.

i *Edom.* AVG. Esau omnes carnales; Iacob spirituales; maior carnalis homo, minor spiritualis, quia prius quidem animale, postea quod spirituale. Omnes carnales inimici sunt spiritualibus, vnde ait, *Memor esto*, libera nos ab illis.

k *Exinanite.* CAS. A similitudine cisternæ, vnde si aqua hauritur, ad fundamentum peruenitur. Sed quid prodest & vitam talibus tollere, quibus in fundamento (qui est Christus) vita æterna est? dum putant nocere mali, coronas dant.

l *Filia.* AVG. per successionem facta est filia Babylonis ciui-

tas

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et qui adduxerunt nos, *de Iuda in Babylonem captiuos, dicebant nobis, supple,*

2 Hymnum cantate, *hoc est de canticis, quæ cantabantur in templo, quod fuit in monte Sion. Et subditur responsio Iudęorum,*

3 Quomodo canta. canti. do. *i. deputatum diuino cultui,*

4 In terra alie. *i. idololatria subdita. q. d. nullo modo debet hoc fieri. Vnde et Balthassar rex applicãs vasa diuini cultus humanis vsibus, statim fuit à Deo punitus, vt habetur Da. v. a.*

5 Si ob. f. Ie. *i. destructionis tuę, cantans canticum lætitię, quasi oblitus destructionis tuæ.*

6 Obli. de. de. me. *i. tota virtus mea, per infirmitatem, vel mortem.*

7 Adhæ. ling. *ita quod non possim loqui.*

8 Si non me. t. *dolendo quasi concinnè de tua destructione.*

9 Si non pro *id est, si accidente mihi causa alicuius lętitiæ, non recordabor in principio de tua destructione dolendo, & supplendũ est, puniar à Deo: vnde dicitur, Eccl. xj. c* In die bonorũ ne immemor sis malorũ

10 Memor esto domine filiorum. *Hic consequenter ponitur aduersantiũ punitio. Et primo, Idumęorum, qui semper fuerunt Iudęis molesti, sicut Esau à quo descenderunt Idumęi, quærebat occidere Iacob, à quo descenderunt Iudęi, vt habetur, Gen. xxvij. ideo dicit,* Memor esto domine fi. Edom. *Id est idumæorum, ad puniendum eorũ nequitiam.*

11 In die Ierusalem, *Id est destructionis Ierusalẽ, in qua fuerunt Idumæi cũ Babylonijs, eos incitantes ad totalẽ destructionẽ ciuitatis; ideo subditur,*

12 Qui dicunt, *id est, dixerunt Babylonijs,*

13 Exinanite, exinanite, *id est, totaliter exterminate Ierusalem.*

14 Vsque ad fun. *Consequenter petit Psal. punitionẽ Babiloniorũ di.*

15 Filia Baby. *i. gens Babylonica,*

16 Misera. *In Hebræo & in trãslatione Hiero. habetur,* Vastata. *& loquitur de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ, Præuidit enim regnum Babylonis destruendum per Cyrum & Dariũ; ideo subditur,*

17 Beatus qui re, ti. re. tuam. *i. pœnam tibi debitam.*

1 Quam

MORALITER.

† communicati, vt sic augmentetur grauitas peccati. Sed quia syndęresis remurmurat malo, ideo subditur responsio,

3 *Quomodo cantabimus. i.* alienati à religione nostra. q. d. nimis grauis esset hæc culpa. Et quia per talem remorsum redire desiderant ad religionis suæ statum, ideo subditur in persona cuiuslibet talis,

5 *Si oblitus fuero tui Ieru. i.* religionis sacrę, in qua viuebã in pace.

6 *Obliuione detur de. m. i.* salus mea, quæ per dexterã designatur. Et eadem sententia repetitur ad maiorem assertionẽ, cũ dicitur.

7 *Adhęreat, &c. i.* prędicta mala mihi cõtingant, nisi pręcipuum gaudium esset mihi iterum recipi ad religionis meæ statum,

10 *Memor esto. Quomodo religiosi non solum à dęmonibus impugnantur dicto modo, sed etiam à malis hominibus iniustè molestãtur, subditur. Me. est. si. Edõ.* qui interpretatur *terrenus*, propter quod mali homines terrena tantum sapientes filij Edon dicuntur.

11 *In die Ieru* i. ad religionis consolationem per *diem* significatã, quod fit quãdo malitia taliũ eã iniustè turbãtiũ, secũdũ ordinẽ iustitiæ repellitur, aut punitur: de qua malitia subditur,

12 *Qui dicunt exinanite exina.* Vellent enim, si possent, religionẽ destruere. Congregatio verò talium *filia babylonis*, id est confusionis conuenienter dicitur; ideo sequitur,

15 *Filia babylonis misera*, ratione culpæ,

17 *Beatus qui retribuet tibi, s.* pœnam debitam secundum ordinẽ

tas malorum, sicut ecclesia, Ierusalem scilicet, ciuitas bonorum per successionem filia Sion.

Cas. *Filia Baby.* moraliter. Caro est, quæ confusionem peccatorum ingerit, cui digna compensatio datur, vt sicut concitat ad vitia, ita repressa subdatur virtutibus: Quod carni retribuere beatorum est, qui etiam *paruulos*, qui de carne nascuntur, id est motus malos, antequam crescant, ne sint liberi, allidunt ad petram Christum, vt confracti dispereant.

a ¶ Allisionem spiritualem pro allisione corporali. b ¶ Odium pro dilectione nostra.

a buet tibi retribûtionem tuam, quàm retribuisti nobis. Beatus qui † tenebit, & allidet † paruulos suos ad petram.

¶ Christum.

a *Beatus qui te.* Avg. Quam retributionem? vt Babylonia natos in mundo, dum parui sunt, parentum & seculi suffocat erroribus: Ita qui iam iuuenes, data agnitione Dei, paruulos Babylonis elidunt, id est nascētes cupiditates, antequam robur accipiant, sic facilius vincuntur, sed & maiores ad petram occidendæ sunt.

✻ Evthy. Iram suam populus ad immaturam etiam ætatem extendit. Beatos eos dicens, qui vel ipsos Babyloniorum infantes, cum sæuitia crudeliter occiderint. Verum non huiusmodi sunt nostra fidelium vota, qui discipuli sumus mitissimi, ac misericordis domini, qui vel ipsos etiam inimicos diligi iussit, & eorū curam haberi.

✻ Basil. Prophetę multa quidem de suis loquuntur, multa vero & de aliorum passionibus differunt. Quod si mentem huius quæsieris, audies eū dicentem, *Si retribuis retribuentibus mihi mala*, quando vero aliorū passiones exponit, tūc irā & dolorē exprimit: Id quod & Iudæorum desiderium in medium adducens fecit, qui etiam ad immaturam vsque ætatem iram suam extenderunt.

✻ Theod. Igitur Cyrus beatus esse dicitur, cum in illos animaduertisset, & hos liberasset: non quia syncerę pietatis alumnus erat sed quoniam pium populum libertate dignatus est, &, vt diuinum templum ędificaretur, iussit. Cæterum, Deus perexiguos fructus suscipit, & magnas remunerationes præbet. Sic duos viduæ obolos laudauit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quam retri. no. *i. propter mala, quę fecisti nobis.*

2 Beatus qui tenebit & alli. par. suos. *In Hebræo habetur*, tuos, *& in translatione Hier. ex quo patet quod litera communis, quæ habet* paruulos suos, *intelligitur de paruulis Babylonis, quos crudeliter interfecerunt Mœdi & Persę in Babylonis destructione, secundum quod dicitur Esa. xiij. de Babylonis*, Suscitabo super vos Mœdos, qui argentum non quęrant, nec aurum velint, sed sagittis paruulos interficiēt, & lactantibus vteris non miserebuntur, & super filios non parcet oculus eorum.

3 Et allidet. *Ex crudelitate enim accipiebāt pueros per pedes, & alli debant capita contra parietes.* Moral. *potest exponi psalmus iste de quolibet pœnitente, qui lamentatur se fuisse in captiuitate dæmonis per peccatum mortale, & petit punitionem dæmonis, & membrorum suorum in gehenna, secundum ordinem diuinæ iustitiæ.*

MORALITER.

† iustitiæ. Psal. cv. *Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.*

1 *Beatus qui tenebit, et allidet paruulos suos ad petrā*, id est beatus erit, qui retinebit suis exhortationibus bonis filios eorum, ne fiant imitatores scelerum paternorum, & sic elidantur, vt moriantur peccato, & viuant Christo.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Psal. ipsi Dauid.* Cassiodorvs. Captiuus, qui fleuerat, quasi reædificata Ierusalem & templo, & quasi conciuis illi parti Ierusalem, quæ non fuit captiua. i. angelis, exultat & laudat primò beneficia sibi data. Ex persona igitur ecclesiæ, quæ in superioribus est spe, expectans ibi esse in re, ait, *confitebor.*

✻ Theod. Post è Babylone reditum, cum gentes, quæ in ipsos irruerunt, Iudęi diuina ope proffligassent: hymnum de gratiarum actione afferunt. Hæc nunc diuinus Dauid vaticinatur.

a ¶ Christo, cui sit huius psalmi tota confessio.

Psalmus ipsi Dauid. CXXXVII.

¶ Laudabo. a ¶ Totum cor in aram tuæ confessionis impono, totum accende flamma tui amoris.

Onfitebor tibi dñe in tôto corde meo, 1

a ¶ Interioris. b ¶ Cui prope est Deus: Adhærens iniquitati, intus non clamat, etsi extra vociferetur. 2

quoniā audisti omnia verba ôris mei. In 3 4

a ¶ Et. ¶ Coram angelis psalterium, & gaudium meum est non coram hominibus, qui nescīunt gaudium iusti, sed putant miserum, quem vident flagellari.

cōspectû † angelorū psallā tibi: adorabo 5 6

✻ Basil. Illud *In conspectu angelorū*, Alius, *In cōspectu deorū*, inquit, *Psallam tibi.* Quid est igitur, quod dicit? *Si angelos* dicit, cum ipsis, inquit cælestibus virtutibus cā taturum me tibi, cūque illis etiam certaturum, ac vna tripudiaturum affirmo. Si vero alteram versionem receperimus, videtur mihi de sacerdotibus loqui, Sacerdotem enim, & angelum, & Deum vocat. Q. d. Sacerdotibus præsentibus ac præcinentibus succinam, ac subsecutus eos tibi cantabo.

-quoniam audisti verba oris mei non est in Hebræo,

†deorum.

Psalmvs CXXXVII.

b Confitebor tibi domine. Primo, commendat beneficia sibi data: Secundo dicit, quomodo hæc ad omnes dilatentur, ibi, *Confiteantur tibi domine, &c.* c *In*

☞ *Ad*

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs CXXXVII.

1 Confitebor tibi. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo*, Dauid. *Ex quo apparet autor psalmi, non tamen eius materia, sed ex circunstantia litere videtur, quod sit gratiarū actio ipsius Dauid, postquam liberatus fuit à persecutione Absalon, & rebellione Sibę filij Bochri, & venit ad templum domini ad orandum, & regratiandū, sicut promiserat fugiens à facie Absalom, prout habetur ij. Regum. xv. f.* Et dixit rex ad Sadoc, Reporta arcam Dei in vrbem, si inuenero gratiā in oculis domini, reducet me, & ostēdet mihi eam, & tabernaculum suum. *Et secundum hanc sententiam psal. iste in duas partes diuiditur: quia primo Dauid ipsi Deo regratiatur, Secūdò, alios reges hortatur, ibi*, Confiteantur tibi. *Circa primum dicit Dauid*, Confitebor tibi domine *confessione laudis, & gratiarum actionis.*

2 In toto co, de meo. *Id est, in toto intellectu & affectu.*

3 Quoniam audisti omnia. *Hoc non est in Hebręo, nec in translatione Hieron. vnde videtur, quod primo fuerit quędam glo. ad ostendendum causam quare Dauid gratias Deo agebat, scilicet, eo quod orationē suam exaudiuerat, qua petiuerat à persecutione Absalom liberari, et postea hęc gl. forte interlinearis, fuit inserta textui, per imperitiā scriptorum, sicut in multis alijs locis Biblia factum est simile.*

4 In conspectu angelorum. *Secundum illud, Matth. 18. b.* Angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in cœlis est.

5 Psallam tibi, *quęrens tibi placere, & angelis tuis, & non hominibus vanis.*

6 Adorabo ad templum sanctum tuum, *id est, versa facie & extensis manibus ad ipsum: Sic enim orabant Iudęi, vbicunque essent, vt habetur 3. Regum.*

MORALITER.

1 *Confitebor.* Iste psal. est gratiarum actio ipsius Dauid pro sua liberatione ab Absalom filij sui persecutione. Moral. autem est gratiarum actio pro liberatione prælati à persecutione tyranni, qui deberet eum vt patrem timere, & reuereri, & sic dicit *Confi. tibi.* non sicut hypocritæ, qui Deum orant tantum ore.

4 *In con.* qui de voluntate tua fuerunt in auxilium mihi.

6 *Adorabo ad templum.* protendens manus ad cælum.

✻ Et

† Et

☞ a *Ad templum sanctum tuum & con.* ✠ Avg. Intra nos est, quo adoremus: vnde, *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Tamē & in angelis habitat Deus, angeli sursum, fideles deorsū, Sed si gaudent de spiritualibus, non de terrenis ad illud templum adorant futuri socij illorum, pro quibus venit dominus angelorum.

A 1. Cor. 3. b

✠ Bas. Neque hæc virtus exigua est, pura cum cōscientia in templum ascēdere, & illic adorare, neque enim, quod hic

† In.

a ad tēmplum sanctum tuum, & cōfitebor nomini tuo. † Su-

a ¶ Id est, pro eternis, vt sim socius angelorum. b ¶ Id est laudabo te.

a ¶ Qua peccatorem respicis. ¶ Qua vocas. b ¶ Qua promissionem reddis. ¶ Qua remuneras.

b per misericordia tua & veritate tua, quoniam magnificasti

a ¶ Cælestium, terrestrium, & infernorum. b ¶ Christum. c ¶ Ergo. d ¶ Tempore, vel sine nube. ¶ Vt quando sine nube cupiditatis.

† omnia nomen tuum, vt per eloquium tuū.

c super † omnē nomē sanctum tuum. In quācunque die in-

a ¶ Aug. Quia iam non terrena peto, nouo instructus testamento, sed hoc mul. in ani. mea vir. b ¶ Plene exprimit sanctum desiderium. c ¶ Non in carne peto. d ¶ Non aliud in anima.

uocauero te, exāudi me, mūltiplicabis in animā mea virtūtem.

d

a ¶ Hoc iam fit quotidie. b ¶ Moderati viri, qui carnem regunt, & spiritui subdunt. ¶ Cur? c ¶ Obedienter.

B quo tantum, sed interno animi affectu.

✠ Theod. Erit mihi pro cælo templū tuo nomini cōsecratum: in illo enim te colam & benignitatem, qua in me vsus es, pro ansa laudes de gratiarum actione tibi canēdas arripiam, Iusticiam in hostes cernens, hos enim tanquam iniustos, veritate vsus, ad interitum condemnasti, me autem tua misericordia seruasti.

e Confitēantur tibi domine rēges terræ, † quia audierūnt om-

a ¶ Quæ prius abscondita in vna gente Iudæorum, quibus credita sunt eloquia. b ¶ Reges terræ, vt viatores. c ¶ Quæ sunt misericordia & veritas. d ¶ Hoc cantent.

† quoniam.

f nia vērba oris tui. Et cantēnt in † ūiis domini, quō-

¶ Non regum.

g niam magna est gloria domini. Quoniam excelsus do-

a ¶ Aug. Si ergo volunt respici, sint humiles. b ¶ Superbos. ¶ Aug. Si superbi, non cum latent, sed à longe videntur. c ¶ Quia per gratiam non est cum eis.

h i minus & humiliā respicit, & altā à lōnge cognoscit.

b *Super mi.* Avgvs. *Vniuersa viæ domini misericordia & veritas:* Non sunt aliæ viæ, quibus ad nos venit, Non sunt aliæ, quibus ad eum veniamus: has Deo reddamus, misericordiam in subuenien-

C do, veritatem in iudicando.

Psal. 24. b.

c *Super omne nomen sanctum tuum.* Cassiod. Vel super nomē sanctum tuum, cum nobis cultura tua innotuit.

d *In anima.* Et quia in anima potest fieri carnalis multiplicatio, addit, *virtutem* q. non aliud in anima peto, nisi virtutem.

✠ Evthym. Hoc est, tu animæ meæ non mediocrē rationem habebis, quinimmo magnæ illa tibi erit curæ præsertim cum hoc facere possis. Vel aliter: tu, inquit, potentia tua animam meam extolles, hoc est exaltabis, & facies eam calamitates atque erumnas omnes superare, verbū, enim, *magnipendes* pro quo in Græco hoc in loco habetur πολυώρησις idem significat, quod rationem habere seu magnificare, quemadmodum & Græcum ὀλιγωρέω idem significat quod paruipendo.

e *Confiteantur.* Cas. Secunda pars, vbi dicit, quomodo hæc bona ad omnes sint dilatanda. Q. meo exemplo. *Confiteantur, &c.*

f *Omnia ver. o. tui.* Avg. Quæ modo vbique reuelata sunt, & ad omnes gentes missa. Quod significatum est in vellere Gedeonis, nis qui iturus contra Madianitas, petit signum à domino. s. vt vellus irrigaretur, sicca manente area, Deinde peti, t, vt vellere siccato, compluueretur area. Area, orbis terrarum, vellus, gens Iudæorum, in medio orbe terrarum habens gratiæ sacramentum, non in manifesto, sed in nube secreti, tanquam pluuiam in vellere: sed expresso vellere, pluuia in area manifesta est, nō operta. Solus Christus suauitas pluuiæ est. i. gratiæ, hūc solū nescis, ô Iudæe in scripturis, propter quē factæ sunt, quē orbis terrarū recipit, quo irrigata est area. Et ita vellere siccato *au. omnia verba, &c.*

D Iudi. 6. g.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

E

g *Magna est gl.* Avg. Si humiles sunt, hoc amant & cantant, nā si se extulerint, timeant quod sequitur, *Quoniam excelsus dominus.*

† canticis domino.

✠ Evth. In Græco pro *gloria* δόξα legimus, quæ dictio nō gloriam tantum, sed opinionem etiam significat: magna est, inquit, opinio illa, quæ habetur de Deo, eo quod magnū esse eum opinantur, qui illius beneficia cognouerunt, vel, *magna est gloria eius*, cum homines vna atque angeli eum glorificent.

✠ Basilivs. *Magna est gloria domini.* id est, manifesta omnibus, clara per beneficia erga quosuis facta. Quod vero dicit, *Quoniam excelsus dominus*, excelsus quidem est natura, excelsus essentia, verum hic sese ad captum Iudaici cultus demittendo loquitur & magis acerbe, illud vero quod sequitur hoc quoque perficit, & humilem quoque auditorem magnanimum reddit.

F

h *Humiliare.* Cassiod. Non est hic humana conditio, vbi humilis despicitur, superbus respicitur: Sed dominus humiles respicit.

i *Alta à longe eo.* Avg. Non hoc agit superbus, vt minus perfecte videatur à Deo, sed vt non sit cum illo, à quo videtur, Sed si contingit iustis tribulatio, adest Deus vinificator. Vel *alta à longe*, i. valde superbos, qui non inuenerunt tribulationem & dolorem huius peregrinationis, quia nesciuut, vel non amant veram patriam. His ergo nescientibus euenit tribulatio, quia eam non agnoscunt. Econtra in medio tribulationis sunt, qui in hac vita degentes eam totam tribulationem esse, & miseriam agnoscunt, lugentes hunc incolatum, vnde subditur.

☞ *Si am-*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Et confitebor nomini tuo *in laude, & gratiarum actione: & subditur causa.*

2 Super misericordia tua. *quam mihi feci sti, liberando me de persecutione Absalom, & dissensione excitata per Sibam. 2. Regum. xx.*

3 Et veritate tua. *i. iustitia tua, quam feci sti puniendo eos pro sua culpa, quia Absalom cum suo exercitu fuit debellatus, & Siba decapitatus.*

4 Quoniam magnificasti. *i. magnificare feci sti.*

5 Super omne. *id est, super omnem virtutem creatam.*

6 Nomen tuum. *Omnes enim homines boni audientes predicta misericordiam Dei erga Dauid, & iustitiam erga Absalom & Sibam: magnificabant nomen eius laudibus extollendo.*

7 In quacunque die inuocauero te exaudi me. *hoc dixit, quia beneficium diuinum iam præstitum præbet confidentiam obtinendi futurum, ideo subditur.*

8 Multiplicabis in anima mea virtutem, *scilicet, patientia & obtinenda victoria.*

9 Confiteantur tibi domine omnes reges terræ. *Hic consequenter inducit alios reges ad laudem Dei, ex cuius virtute dependet status & dignitas eorum, di.* Confitean. tibi domine, *recognoscentes tuum dominium generale.*

10 Quia audierunt omnia verba oris tui. *id est, illa quæ fecisti mihi contra Absalon & Sibam. Et non loquitur de regibus terræ generaliter, sed de regibus in circumitu Iudææ existentibus, ad quos venit rumor prædictorum, qui cito diuulgatur. Et bene nominantur facta Dei* eius verba, *quia eius facere & dicere sunt idem, secundum quod dicitur suprà psal. xxxij. a.* Dixit & facta sunt.

11 Et cantent in viis domini. *id est, propter vias domini, quę sunt eius opera.*

12 Quoniam est magna gloria. *Istud debent cantare cantico laudis diuinæ. Et quia non solum gloria domini est magna in se, sed etiam in effectu, ideo subditur.*

13 Quoniam excelsus d. & humilia resp. *vt attollat.*

14 Et alta à longe co. *i. superba ab æterno cognoscit, vt deprimat. vnde in Heb. habetur,* Et à longe cog. *Et hoc dicitur spiritualiter propter* ✠ *humi-*

MORALITER.

† 1 *Et confitebor*, ipsum laudando.

2 *Super miseri. tua.* qua me liberasti.

3 *Et veritate tua.* qua meam innocentiam declarasti, & sic nomen tuum magnificum ostendisti.

7 *In qua, &c.* i. ex beneficio præterito spero similiter de futuro.

9 *Confiteantur.* quoniam bonus prælatus non solum Deum laudat, sed etiam alios ad hoc inuitat: ideo subditur, *Confitean. ti. o. r. ter.* i. cæteri pontifices in spiritualibus regnantes. 1. Pe. 2. b. *Vos estis genus electum, re, sacerdotium.*

10 *Quia au.* profitentur enim in sua consecratione habere notitiam vtriusque testamenti.

11 *Et cantent.* deuote celebrando diuina.

13 *Quoniam excelsus dominus & humilia res.* vt attollat.

14 *Et alta.* id est superba.

† *Alonge co*, vt deprimat, sic exponit Aug.

a *Si ambu.in me.tribul.* Aliter non viuificat, nisi *in medio tribulat.* vnde, *Beati qui lugent, væ videntibus.*

b *Super iram.* AVGVST. Hoc ipsum, quòd irascuntur mihi, tua est in illos animaduersio, id est punitio. Est enim eis irasci pœna, non tantum culpa. Dum ergo hoc permittis, super omnes vindictæ manum extendis.

c *Dextera tua.* Nõ habet Deus dexterã vel sinistrã: Sed dextera Dei dicitur felicitas æterna: sinistra felicitas temporalis. Aliquando ergo nõ saluat in sinistra sanctos suos, sed semper saluat eos in dextera.

d *Retribuet.* AVG. Quòd ego non possum: vnde, *Non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed date locum iræ*; vnde, *Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus.* Vel, tãgit illud, quod in euangelio legitur de Christo, qui cùm vellet censum soluere pro se & pro Petro, illis, qui tributum exigebant; dixit Petro, *Vade, & mitte hamum in mare, & piscem, qui primo ascenderit, tolle: & aperi os eius, & inuenies ibi staterem*, id est, duas didrachmas, id est, quatuor drachmas: quem (vt postea addidit) *da illis pro me & pro te.* Hoc specialiter fecit Christus, qui quòd non rapuit, pro nobis soluit. Christus ergo primus piscis hamo mortis captus, primus surgens de mari, quia primogenitus à mortuis: in cuius ore inuenimus duas didrachmas, id est, quatuor drachmas, quatuor. s. euangelia, quibus à vexatione huius seculi liberamur, ne iam debitores remaneamus: Ibi enim omnia peccata nostra soluuntur. Pro nobis ergo reddidit, qui pro se nil debuit: in quo princeps mundi peccatũ non inuenit, quare occideret.

e *Domine misericordia, &c.* ✠ BASILIVS. Duas hasce iustificationes ponit, quibus benignitas Dei acquiratur: Vnam quod misericors ipse est & bonus; Alteram quod conditor & factor est. Verum sicuti istis saluari petimus, ita & dignum quid misericordia ostendamus.

✠ THEODORETVS. Hanc deprecationem propheta attulit à sancto spiritu edoctus, debitum naturæ opificem naturæ persoluturum.

NICOLAVS DE LIRA.

humilitatẽ Dauid fugientis à facie Absalõ, nudis pedibus incedendo, & lamentando, vt habetur ij. Reg. xv. & iniurias Semei humiliter dissimulando. ij. Reg xvj. Quam humilitatem Deus respexit ipsum Dauid in regnum restituendo. Et propter superbiam Absalom, quem deiecit à regno (quod inuaserat) per mortem vilem & asperam: nec post se reliquit prolem masculinam ad sui memoriam, vt habetur. ij. Reg. xviij. Et quia beneficium à Deo obtentum præstat confidentiam obtinendi aliud de futuro in casu simili, ideo subdit Dauid.

1 Si ambulaue.in m. *sicut fecit fugatus ab Absalom.*

2 Viuificabis. *i. saluabis, me à morte imminenti.*

3 Et su.iram ini. *id est Absalom, Achitophel, Siba, & consimilium.*

4 Extendisti manum tuam, *faciendo de eis vindictam:*

5 Et saluum me fecit, *à persecutionibus eorum.*

6 Dextera tua. *id est, virtus tua, & non mea. Et quia Dauid sic sperabat de futuro, si casus consimilis contingeret, subditur.*

7 Dominus ret. pro me. *pœnam mihi aduersantibus:*

8 Domine misericordia tua in sæcul. *quia semper paratus est recipere recurrentes ad ipsum.*

9 Opera manuum tuarum. *id est, me & regnum meum, quod per te consecutus sum.*

10 Ne despicias. *subtrahendo à me manum protectionis tuæ. Moraliter potest exponi psal. iste, vt sit gratiarum actio deuota cuiuslibet liberati diuinitus à persequentium tribulatione, & inuitatio aliorum ad confessionem deuotam laudis diuinæ.*

MORALITER.

1 *Si ambulauero in med.trib.viuifi.* dando mihi virtutẽ patientiæ.

2 *Et super iram inimic. me. extendist.* de præterito, & spero quòd sic facies de futuro.

7 *Dominus retrib.* scilicet vindictam, quæ est sibi reseruanda.

9 *Opera manuũ tuarum.* i. hominem, qui quodammodo est omnis creatura. Habet enim commune esse cum inanimatis, viuere cum arboribus; sentire, cum animalibus; intelligere, cum angelis.

† MORAL.

ADDITIO.

In psal. cxxxvij. Confitebor tibi domine, *vbi dicitur in postill.* Dominus retribuet pro me. *In Hebr. habetur.* Dominus perficiet pro me, *vel* supplebit pro me; *Et sic erit sensus, quod Dauid petebat à Deo, vt opera sua imperfecta vel diminuta, per suam misericordiam perficeret: & suppleret eius defectus.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *In finem psalmus Dauid.* CAS. Psalmus profunditate mysteriorum plenus, vnde & obscurissimus. Hæc autem obscuritas mysteriorum ex peccato primi parentis accessit, cui dictum est *In dolore & sudore vultus tui vescêris pane tuo.* Ex primo ergo peccato hanc pœnam subimus, quo in sudore vultus nostri, & labore mãducamus panem, qui est Christus; qui ait, *Ego sum panis viuus, &c.* In prophetis velatus, in euangelio manifestus.

AVG. Loquitur totus Christus, tanquam vnus & integer vir, propter nimiam vnionem capitis, & corporis: quæ signata est in primorum parentum conditione, quia & fœmina de viro est, vnde dicitur. *Iam non duo*, Christus & ecclesia, *sed vna caro*, quia de nobis carnem suscepit. Non autem vna nobiscum diuinitas est, quia ille creator, nos creatura. Quicquid ergo loquitur ex persona susceptæ carnis, & ad caput pertinet, quod iam ascendit in cælum; & ad membra, quæ peregrinantur in terra, vt sint duo in voce vna, sicut duo in carne vna.

✠✠ IDEM. Ipse est rector & sponsus, & redemptor ecclesiæ, caput nostrum: & vtique si caput est, habet corpus. Corpus autem eius sancta ecclesia: quæ etiam coniunx eius, cui dicit Apostolus, vos autem estis corpus Christi & membra. Totus itaque Christus caput & corpus, tanquam integer vir, quia & fœmina de viro facta est, & ad virum pertinet, & dictum est de primo coniugio, erunt duo in carne vna. Hoc autem ad mysterium interpretatur apostolus non frustrà esse dictum de illis duobus hominibus: nisi quia in illis iam figurabatur Christus & ecclesia, nam hoc sic exponit apostolus, erunt duo inquit in carne vna, sacramentum hoc magnum est ego autem dico, in Christo & in ecclesia. Dicit ipsum etiam Adam formam futuri, si ergo Adam forma futuri, quomodo de latere dormientis Eua facta est: sic ex latere domini dormientis, id est in passione morientis manauerunt sacramenta quibus formaretur ecclesia. Eua de latere dormientis, ecclesia de latere patientis.

✠ THEODORETVS. In nonnullis exemplaribus inscribitur, *Zachariæ in dispersionem.* Hoc nec apud Hebræum, nec apud septuaginta, nec alios interpretes inueni, sed aliquis eum psalmum intellexit vt voluit & inscriptionis additionem fecit. Atqui psalmus Iosiæ regis prædictionem continet. Hic enim ex impio patre natus, talisque etiam aui nepos, impietatem quidẽ illorum execratus est, & per omnem virtutem incessit, & diuino amore incensus, omnes Idolorum sacerdotes confixit, eos verò qui pietatem amplexi sunt omni cura dignatus est: Hæc psalmus vaticinatur. Cæterum propheticus sermo ipsum deprecantem inducit, & Dei præscientiam erga seipsum admirantem.

✠ BEDA. Ipsi Dauid, ipsi Christo domino significat, ad quem psalmi istius refertur vniuersa confessio.

✠ IDEM. Ex persona populi fidelis intelligentis domini potentiam, & quod nulla, etiam secreta, maiestatem eius fallere possunt, psalmus iste componitur. Aliter, vox Petri Apostoli pœnitentis.

PSALMVS CXXXVIII.

Domine probasti me. Cass. Primò, de notitia Dei, quæ omnia opera comprehendit, & reuersi & exultantis: quæ quasi cogit eum, qui latere non potest, reuerti, maximè cùm manus Dei ibi eum tetigerit. Secundò, dicit non esse à Deo fugiendum, sed ad ipsum, ibi, *Quò ibo.* Tertiò, quanta sit exultatio reuerti ad Deum, ibi, *Confitebor tibi.* Quartò, quomodo mali ei non noceant, ibi, *Si occideris Deus, &c.*

a *Domine probasti.* Aug. Iam in Ierusalem restitutus, memor discessionis suæ, in qua Deum latere non potuit, in qua & eum secuta est manus domini: deliberat, non esse ab eo fugiendum, sed ad eum, per eũ, vnde sibi magna non nocent mala. Hæc est persona totius humanæ naturæ reuertentis.

✠ Theodoretvs. Virtutis index, nõ modo est paupertas & calamitas, sed etiam regnum & felicitas. Sicut enim in rebus tristibus probamur, si viriliter ferre possumus res graues quæ accidunt: Eodem pacto secundis rebus exercemur, & ostendimur, siue ob felices res efferimur, siue harum rerum naturam cognoscimus. Igitur cum regnum beato Iosiæ commissum esset, & cum C pietate ipsum gubernasset, iure ait, *domine probasti me, &c.*

b *Cognouisti.* ✠ Idem. Puræ animæ, & conscientiæ sanæ sunt verba, & postquam dixit, *probasti me, &c.* ne quis suspicaretur post finem rerum Deum ea, quæ fiunt, discere, congruenter admodum subdidit, *intellexisti cogitationes meas de longe.*

c *Intellexisti.* Cass. Prescientia deitatis hîc ostenditur. *Longè* non loco, sed tempore: quia omnia antequam sint, videt. *Semita,* ad tacitas cogitationes pertinet: *Via,* ad humanos actus; *Funiculus* vel directio ad iusta iudicia. *Nouissima* de incarnatione, vt, *Verbum caro factum. Antiqua,* æterna, *In principio erat verbũ.* Hæc sunt noua, & vetustissima, de quibus in Leuitico dicitur, vel in lege, vel in Deuteronomio. *Vetustissima veterum comedetis, & noua superuenientibus vetera proijcietis.* Alia enim sunt vetera, alia noua, alia vetustissima. Vetera, sunt promissiones legis, & prophetarum de venturo tunc Christo; Noua, sunt promissionum impletio, veritatis exhibitio; Vetustissima, quæ ad diuinitatis æternitatem pertinent. Nouis ergo superuenientibus vetera sunt proijcienda, sed vetustissima seruanda: quia exhibita veritate dominici aduentus, figura & promissio cessare debet. Inde est quòd tres missæ in natali domini celebrantur: In prima de ęterna filij genitura cantatur. *Dominus dixit ad me;* In secunda de promissione aduentus, *Lux fulgebit.* In tertia de impletione promissionis, *Puer natus est, &c.* Et quia ille idem, qui est Dei filius, factus est hominis filius: ideo in illo missæ officio, vbi cantatur de æterna genitura, *Dominus dixit,* legitur euangelium de temporali Christi natiuitate, *Liber generationis* Matth. 1.a Et in missa vbi de tẽporali cantatur natiuitate, legitur euãgelium agens de æterna verbi genitura: Cantatur enim, *Puer natus est,* Et legitur, *In principio erat verbum.* Et quia veritate exhibita, figuræ cessare debent, ideo officiũ ad promissionem pertinens, sequẽtibus diebus non repetitur: Sed illud, quod pertinet ad promissionis completionem. *Puer natus est nobis. Scientia* patris per eum prædicata, *Mirabilis facta est* hominibus, quibus tot arcana patuerunt; *Et confortata est,* in pectoribus hominum: *Non potero.* Ecce veritas humanæ conditionis: quia homo assumptus diuinæ substantiæ non potest æquari.

d *De lon.* Aug. Cùm adhuc in peregrinatione sum, antequam F ad patriam veniam: vt filio minori redeunti occurrit pater, quia intellexit eius cogitationes de longinquo, quia apud se dixerat egestate confectus. *Surgam, & ibo ad patrem meum.*

e *Semitam meam.* i. malam, quam iui, patrem deserens.

f *Et funicu.* (aliàs) limitem, quousque perueni: longè quidem ieram, sed tu ibi. Vt deprehensus fugitiuus loquitur, sequente se vindicta Dei.

g *Et omnes vias meas.* antequam irem eas, & permisisti me in labore ire, vt redirem si nollem laborare, hoc fateor,

h *Quia non est dolus in lingua mea.* iam in tua gratia iustificati.

i *Nouissi.* mea, quando porcos paui, *Antiqua,* quando partem substantiæ petij, hoc secundum parabolam. Sed mysticè, *Antiqua,* quando per antiquum peccatum lapsi sumus: *Nouissima,* pœna, quando in hanc mortalitatem venimus, quæ est vltima, si redire volumus, alioquin restat æterna.

k *Formasti me.* ad labores, ad quos omnes nati sumus.

l *Posuisti.* (aliàs) Grauasti manum, vindicem, grauantem super- ☞ bum

PSAL. CXXXVIII.

a ¶ Secundum quod ego homo. ¶ Vt in passione. ¶ Experimentis. b ¶ Non quod ante non nouerat, sed alijs tunc notum fecit. ¶ Vt in resurrectione.

Domine probasti me, & cognouisti me: 1

a ¶ Voluisti, approbasti, secundum voluntatem tuam factum est. Vt enim Christus caput sedit & resurrexit: sic & tui sedent humiles in patientia; Surgunt erecti in spem vitæ æternæ, sedent confitentes peccata, surgunt iustificati gratia. b ¶ Humilitatem in passione.

tu cognouisti sessionẽm meã, & resur- 2 3

a ¶ Glorificationem in resurrectione.

rectionẽm meam. Intellexisti cogitationes meas de † longe, 4

a ¶ Actiora præcepta. b ¶ Alias directionem. ¶ Alias limitem. ¶ Hæreditatem.

semitam meam & † funiculum meum inuestigasti. Et omnes 5 6

a ¶ Opera. b ¶ Sine veritate. ¶ Alias dolus. c ¶ Et vere præuidisti, quia.

vias meas præuidisti, quia non est sermo in lingua mea. Ecce 7 8

a ¶ Secundum hominem. ¶ Vt iuuares: vnde, Manus enim mea auxiliabitur ei. ¶ Alias grauasti. b ¶ Quod non super primum.

domine tu cognouisti omnia, † nouissima & antiqua: 9

tu † formasti me, & posuisti super me manum tuam. 10 11

† accubitũ meum circundedisti. i. vbique tu ades.

† finxisti.

† longinquo

Iohan. 1.a

† ante & retro.

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs cxxxviii.

Domine. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo,* Ad victoriam psal. Dauid. *In quo apparet autor psal. s. Dauid, & modus cantandi hunc psal. cum præmittitur,* Ad victoriam: *quia cantabatur à Leuitis cum quodam conatu vnius chori cõtra alterum, ad habendum victoriam in cantu. sicut frequẽter dictum fuit suprà. De materia vero huius psal. videtur ex circunstantia litera, quòd sit quædam assurrectio ad confessionem diuinæ laudis ex consideratione eminentiæ diuinæ. Et diuiditur in duas partes: quia primo Dauid describit Dei eminentiam. Secundo consurgit ad eius reuerentiam, ibi,* Quia tu possedisti. *Prima in duas, quia primo describit celsitudinem diuinæ scientiæ: secundò latitudinem suæ præsentiæ, ibi,* Quò ibo. *Circa primum dicit,*

1 Domine probasti me & cogno. me. *id est cognosci me fecisti. Homo enim probat aliquid, ad hoc, quòd notitiam accipiat de illo: sed Deus, cuius scientia est infinita, non sic probat, vt accipiat notitiã sed vt alij accipiant; & hoc modo loquitur, Gen. xxij. c.* Nũc cognoui, quod timeas Deum, *id est, cognoscere feci: per hoc enim quòd Abrahã ad mandatum Dei voluit filium immolare, fuit nota hominibus promptitudo suæ obedientiæ; & similiter per tribulationes, quas Dauid sustinuit à Saule, Absalom, & alijs patienter, nota fuit hominibus perfectio suæ patientiæ.*

2 Tu cogno. me. *i. quicquid feci, sedendo, vel surgẽdo, quiescendo vel ambulãdo. Aliter exponitur sic,* Tu cog. sessi. meam. *i. inthronizationẽ meam super regnum Israel.* 3 Et resur. meã. *i. restitutionem meam in regno post mortem Absalõ, quia vtrunque à Deo fuit. Et quia non solum cognoscis exteriora, sed etiam latentia in corde, ideo subditur.*

4 Intel. co. meas de lõge. *i. ab æterno.* 5 Semitã me. *i. iustitiæ exercitiũ, secundũ quòd dicitur. ij. Re. viij. a.* Et mensus est Dauid duos funiculos, vnũ ad occidendũ, & alium ad viuificãdũ. 6 Inuesti. *i. perfectè cognouisti, sicut res quæ inuestigatur vsque ad minima, perfectè cognoscitur: quia inuestigatio propriè dicta, quæ importat discursum vnius rei nota ad aliã cognoscendã, non est in Deo.* 7 Et omnes vi. me. *antequã essem in rerum natura.* 8 Quia nõ est ser. *supple sufficiens ad explicandum celsitudinem tuæ sapientiæ; ideo ad hoc subditur,*

9 Ecce dom. tu cog. omnia. *omnia quæ erũt, & quæ fuerunt, quantuncunque sint alijs latẽtia.* 10 Tu for. me. *principaliter, quia causa secũda non agunt, nisi in virtute primæ.* 11 Et po. su. me. *ad tenendũ me in esse. Artifex enim creatus cõpleto artificiato remouet manũ suam ab eo, sicut carpẽtator à domo facta, quia non est eius cõseruator, sed tantùm factor, sed artifex omnium Deus formata creatura non subtrahit* ☞ *manum*

MORALITER.

✠ 1 *Do. probasti.* Sicut dixi in expositione literali, psal. iste videtur quẽdam eleuatio ipsius Dauid ad confessionem laudis diuinæ ex eminentiæ Dei super creaturas diligenti cõsideratione. Nec mihi videtur alia conuenientior expositio hîc ponenda, nisi quod quilibet fidelis exemplo Dauid attendat diligenter hanc eminentiam, & assurgat ad laudem diuinam.

† Moral.

bum salubriter, vt erigat humilem. In grauata manu.

a *Mirabilis*, & incomprehensibilis mihi.

b *Facta est sci.* Non est mihi facile contemplari te, quem superbus reliqui, vt prius erat cum essem apud te, quando dixi, da mihi partem substantiæ.

c *Ex me.* id est ex peccato meo.

d *Consor.* (alias) inualuit.

e *Et non potero.* attingere ex me. Aug. In Exodo legitur dominum dixisse Moysi: *Non poteris videre faciem meam, Sed ponam te in foramine petræ, & protegam te dextera mea, donec transeam: tollãq; manũ meam; & cùm transiero, posteriora mea videbis.* Moyses est Iudaicus populus, manus domini super eum, vt non videat faciem trãseuntis, Cæcitas est in Iudæis, vt nõ cognoscant diuinitatem Christi, donec per passionem transeat de hoc mundo ad patrem. Post transitũ tollit dominus manum suam, & videt Moyses posteriora: quia post resurrectionem ablata est cæcitas eorum, qui crucifixerant dominum. Sicut ergo super Gentilem populum posita manu Dei, incomprehensibilis facta est scientia Dei: Ita grauata manu super Moysen, id est Iudæos, non potuerunt videre Christũ esse Deum, donec transiuit ad patrem. Tunc enim prædicante Petro multi de illis conuersi sunt. *Conclusit* ergo *Deus omnes* (vel omnia) *in infidelitate, vt omnium misereatur.* Et cùm fugitiuus, te non lateo, cuius limitem vides.

✻ Euthymius. Per cognitionem Dei nihil aliud significare vult, quàm scire & cognoscere eum, qualis naturæ sit. Nam quod sit Deus, hoc proculdubio scimus; quid autem, aut qualis sit ipsius substantia, ignoramus. Similiter quod vbicunque Deus est nouimus, quomodo autem id fieri possit nescimus, pari etiam modo nouimus, quod bonus est, quod misericors, quod sapiens & potens, sed bonitatis, misericordiæ, sapientiæ, & potentiæ modus, aut qualitas à nostra cogitatione procul est.

f *Quò ibo à spiritu tuo.* Cas. Secunda pars, vbi iam deliberat, nõ esse ab eo fugiendum, sed ad eum, ab irato ad placatum, quod erit per ipsum, quo plenus est mundus: *Spiritus enim domini repl.o. Quò à facie tua fugi.* vertit se hac & illac, quasi quærens locum fugæ.

✻ Theodoretvs. Notandum est, docuisse eandem operationem habere, & Deum, & sanctum Spiritum. *Quò ibo*, ait, *à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam.* Sane quorum vna est operatio, vna omnium est potentia; & quorum est vna potentia est vna natura; vna igitur est Dei & spiritus sancti natura.

✻ Euthymius. Per *spiritum Dei, & per faciem Dei*, Deum ipsum circumloquitur. Vel *per Spiritum Dei*, sanctum spiritum intellige, per *faciem* verò ipsum filium, tanquam veram patris figuram, & certissimum illius diuinæ naturæ characterem, *Qui enim*, inquit, *vidit me, videt patrem meum.* Per *cælum* autem

a ¶ Hominibus, quibus tot arcana patuerunt. b ¶ Super illum scilicet primum hominem despicabilis.
c ¶ Per meam prædicationem. d ¶ Infirmata per illum Adam. e ¶ Tamen.

† Mirabilis facta est scientia tua † ex me: cõfortata est, & non

a ¶ Veritas humanæ conditionis ostenditur.
b ¶ Quasi nusquam. c ¶ Præsentia. ¶ Ab ira.

potero ad eam. Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fu-

a ¶ Monte ad, supercælestes angelos. Nusquam quia. ¶ Vt in ascensione fecit.
b ¶ Quia quod perstitit angelus tuum est. ¶ Ibi locandus sum ad dexteram tuam.
c ¶ Vt fecit cum expirauit.

giam? Si ascẽdero in cælum, tu † illic es: si descendero ad in-

a ¶ Ad eos qui non perstiterunt?
b ¶ Per vindictam. ¶ Cuius virtute aereas potestates debellauit.
c ¶ Si bona facere volo, non sine te. ¶ Virtutum.
d ¶ Alias in directura, vt nec erigar præsumptione, nec mergar desperatione.

fernum, ades. Si † sumpsero pennas meas † diluculo, & ha-

a ¶ Non in medio, vbi mergerer. b ¶ Scilicet ades. ¶ Quia.
c ¶ Vt erigar, quasi aere, non tangens cælum per elationem, nec terram per desperationem.

bitauero in extremis † maris. Etenim illuc manus tua de-

a ¶ Necesdam. b ¶ Gratia. ¶ Filius verbum mihi vnitum.
¶ Mihi. c ¶ Ironia: irrisio hoc opinantium, quod ipse, qui lux, conculcetur à tenebris. d ¶ Tot mala seculi.

ducet me, & tenebit me dextera tua. Et dixi, Forsitan tene-

tem superna, & per *infernum*, inferna loca denotauit, deinde etiam *abyssum* dicit, & *profundum maris*, per quæ omnia inaccessa hominibus loca subsignauit.

g *Si ascendero in cælum, tu illic es, &c.* Aug. si me extulero, inuenio represssorem; si de iustitia mea superbiero, *Tu ibi es*, cuius verè est iustitia.

h *Si descendero*, peccando venero,

i *Ad infernum*, vel in profundum, & nolens confiteri dicam,

k *Ades*, vt vindices.

Inuenit consilium,

sed sic potero fugere iratum,

l *Si sumpsero pennas*, duas alas charitatis, quas perdideram.

m *Pennas.* Cassiodorvs. Quæ meæ potestatis id est efficaciam deitatis, qua corpus de sepulchro leuauit. Has sumpsit *diluculo*, ante lucem, id est, tempore resurrectionis: & *habitauit in extremis maris*, hoc est, super seculi amplissimum finem.

✻ Euthymius. Per *alas*, potentiam illam mentis intelligit, qua humanus intellectus mouetur; si aliis, inquit, intellectus mei in abyssum maris peruenero, eo consilio, vt illic saltem possem à te abscondi, potentia tua tamen nihilominus illuc me deducet, & rursus detinebit me.

n *Diluculo, &c.* ✻ Theodoretvs. Diluculum orientis partes vocauit, extremas vero maris partes Occidentem, alto & profundo longitudinem & latitudinem apposuit, edocens diuinam naturam minime circumscribi posse. Sane huius potentiæ propheta Ionas periculum fecit; Cum enim vniuersitatis Deum fugitare conatus esset, & captus fuit, & vndis proditus est, & veluti in quibusdam vinculis in cetum coniectus est, & ad quam missus erat vrbem deductus est.

✻ Euthymius. Per *diluculum*, illuc tempus intelligit, quo potissimum humana mens sobria esse solet.

o *Et habita. in ex.* Aug. Mente, in fine seculi, vt non seculum amem, sed eius finem, in quo sit mihi requies. Sed & ipse illuc ducit, vnde subdit,

p *Etenim il.ma. tua.* Considerans autem longinquitatem viæ, subdit,

q *Et dixi, For.te.con. &c.* Abundat iniquitas seculi, qua pennæ charitatis refrigescere possunt. Et quia in nocte desperaui transire mare, nox mihi facta est illuminatio: Venit mulier, sapientia Dei, quæ drachmam, vbi est imago regis. i. hominem perdiderat: accẽdit de se lucernam, quæ de luto est. i. carnem, & nocte illuminata inuenit drachmam.

Et dixi. Aug. deliberaui.

r *Forsitan te.* Tenebras dicit illam inferiorem partem rationalis creaturæ, contrariam insistentem. s. iniquos homines vel carnem: vnde timet. Et est, *Tenebræ.* i. inferior rationalis creatura siniſtram tenens viam.

✻ Theodoretvs. Symmachus autem sic interpretatus est,

NICOLAVS DE LIRA.

manum suam ab ea: quia non est tantùm factor eius, sed etiam conseruator; & idèo si retraheret manum suam ab eius conseruatione, decideret in nihilum. Et propter predicta concludit.

1 Mirabilis, &c. *id est mirabilior, quàm ego possim cogitare: propter quod Hieron. trãstulit,* Mirabilior est scientia tua à me. *Hebræi enim non habent comparationum gradum, sed vtuntur positiuo pro eo cum ablatiuo casu, secundum quod habetur supra psal. xxvij.* Bonum est confidere in domino, *&c. i. melius.*

2 Confortata. *i. super omnia eleuata.*

3 Et non potero. *i. non comprehendam.*

4 Quò ibo. *Hic consequenter ostendit latitudinem diuina præsentia, qua se extendit ad omnem locum, propter quod dicit,* Quò ibo à spiritu tuo. *id est, à te ipso, quia* spiritus est Deus, *Iohan. iiij.*

5 Et quo à facie, *id est, à præsentia tua: quasi dicat, hoc est impossibile: Quod probat consequenter, dicens,*

6 Si descendero in cælum tu illic es. *per refulgentiam tua gloriæ,*

7 Si ascendero in infernum, ades, *per exercitium tuæ iustitiæ.*

8 Si sumpsero pennas meas diluculo, &c. *id est, si haberem pennas, quibus possem citissime vel altissimè volare ante claram diem, & sic peruenire ad extrema maris:*

9 Etenim illuc manus tua deducet me, *sine qua nulla creatura potest aliquod opus facere.*

10 Et tenebit dextera tua, *aliter deciderem in nihilum, vt prædictũ est, & sic non possem effugere præsentiam tuam.*

11 Et dixi: Forsitan tene. &c. *quasi dicat: Posset aliquis ignarus dicere, licet Deus sit præsens vbique: tamẽ non videt ea quæ fiunt in tenebris, sicut homo existens in loco tenebroso non videt ea, quæ sunt in præsentia sua; hoc remouet, dicens,*

☞ tus eſt, *neque tenebræ tenebricoſæ erunt ſuper te, ſed nox ſicut dies apparebit*; tenebræ inquit tenebræ mihi ſunt, ego enim lucis & tenebrarum differentiam habeo: tibi vero mentis lumini, & nox lucidiſſima, & omni luce meridiana clarior.

A

a *Conculcauerunt me.* AVG. Ita timebam, ſed *nox facta eſt illu.in delicijs meis.* i. illi, qui prius nox, illuminati erunt in delicijs. *Quia te.* peccatores.

Non obſcu. &c. & nox. à peccator. degẽtibus, *Sicut di.* i. ſancti de Iudæis. *Sicut tene. eius ita & lu.* quia quatenus agnoſcis, eatenus ignoſcit. Sed vnde hoc mihi? *quia tu poſſediſti renes meos.*

B

b *Nox il.* AVG. quę erat horror, illuminata, eſt deliciæ.

c *Quia tenebræ.* AVG. Qui non confitetur peccata, ſuas tenebrat tenebras: ſed ſi confiretur, Deus illuminat.

d *Sicut tenebræ eius.* AVG. Noſtræ noctis, id eſt, humanæ vitæ miſeriæ. *Nox*, eſt ſeculi aduerſitas, *dies* eiuſdem proſperitas. Sed ſi Deus habitat in anima promittens aliam lucem, & docẽs non lætari proſperis, vel frangi aduerſis: incipit homo his indifferenter vti, & ſic eſt ei nox huius noctis, vt dies eius, & in omni tempore benedicit Deum, vt Iob; & ſi hoc eſt, *tenebræ non conculcabunt*, quem lumen non extollit.

C

✠ EVTHYMIVS. Hoc eſt, duo hæc æquè ſe habent apud te, æquè lucent, æquè ſplendeſcunt, & iuxta hoc ſenſus eſt, quod omnia apud Deum manifeſta ſunt; intelliguntur etiam hæc verba iuxta alium ſenſum, tentationum inquit atque afflictionum tenebris ſtipatus dixi, quod dominationes forſitan mei dominabuntur; verum te ita poſt modum volente, nox illa nigroris illuminatio lætitiæ mihi effecta eſt. Gregorius vero Theologus aliter hoc dictum expoſuit, me inquit in delicijs vacante, nox illa deliciarum, quæ mentem obtinebat, viſa mihi eſt quędam eſſe illuminatio: nox enim inquit vndique mihi miſero erat, & ignorabam, arbitrabar enim delicijs lucem eſſe.

e *Quia tu poſſediſti renes meos.* AVGVST. Vnde hæc differentia tibi? quia interior poſſeſſor non ſolùm cor, id eſt cogitationes tenet, ſed & renes, id eſt delectationes: vt non delectet lux noctis, ſed lux ſapientiæ ſuæ.

f *Confitebor tibi.* CASSIODORVS. Tertia pars, vbi dicit, reuolanti ad Deũ, Deo illuminante, renes poſſidente, quanta eſt exultatio & multiplicatio.

g *Anima mea cognoſcet nimis.* AVGVSTINVS. Iam cognoſcit anima mea valde: antè erat mira *ſcientia tua ex me, nec poteram ad eam*; ſed modò poſſum, quia noctem illuminaſti, renes poſſediſti, de vtero ſuſcepiſti, id eſt, quia venit mihi gratia tua, & & illuminauit me.

D

h *Non eſt occultatũ os meum à te quod feciſti in occulto.* AVG. Os ab oſſe, non ab ore. Eſt ergo quædam firmitas interior, quæ eſt abſcondita hominibus: ſed tu, qui feciſti eam, vides quæ frangi non poteſt. Occidi enim poſſunt ſancti, ſed flecti nequeunt: vnde hominibus extra triſtes videntur, Deo autem, qui intus videt, gaudent; vnde Apoſtolus, *Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes.*

E

BASILIVS. Iterum de præſcientia Dei loquitur, aut omnia illius arcana eſſe dicit, aut aliud quod dicit, opificium videlicet. & figura-

---

a ¶ Illi, qui prius nox. b ¶ Erit. ¶ Illuminabuntur à me.
c ¶ Deliciæ noſtræ Chriſtus, in quo exultamus.

a brę conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delicijs 1
a ¶ Peccati; & homines mali, myſtica, ſcripturarum.
b ¶ Aug. Sed flagellando erudis, & vera luce illuminas.
c ¶ Huius noctis. ¶ Tenebroſus & obſcurus ſermo.

b meis. Quia tenebræ non † obſcurabuntur à te, & nox † ſicut 2 3
a ¶ Pateſiet, ſicut apertus ſermo. b ¶ A te. c ¶ Et cum hoc ſit. d ¶ Scripturæ. ¶ Noctis ſunt.
e ¶ Indifferenter. ¶ Quia in vtriſque, in apertis, & apertis ſimul veritas eſt, & vtraque per Chriſtum reuelata ſunt.

c dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ità & lumen eius. † Quia 4 5
a ¶ Vt ſine peccato fieret conceptus meus. b ¶ Et. ¶ Præpoſterè hoc dicit: Prius enim eſt ſuſcipere, quam poſſidere. c ¶ Virginis Mariæ.
¶ De conſuetudine meæ ciuitatis Babyloniæ, in qua prius natus ſum captiuus, non indifferenter habebam lucem & tenebras noctis.

d tu poſſediſti renes meos, † ſuſcepiſti me de vtero mątris meæ. 6
a ¶ Ideo. ¶ Laudabo. b ¶ Aug. Eo ipſo, quo te miramur terribilis es, & ita cum tremore gaudemus, quia timemus ne ſuperbi perdamur, quod humiles percepimus.
c ¶ Per illum, (Adam decidit homo, per me eminuit quam ſis magnificus.

e Confitebor tibi, quoniam terribiliter † magnificatus es mi- 7 8 9
a ¶ Non modo tu. ¶ Circa me. ¶ Quia nemo cognouit patrem, niſi filius. ¶ Alias valde.

f rabilia opera tua, & anima mea cognoſcet nimis. † Non eſt 10 11
¶ Diuinitatis. a ¶ Id eſt malis occultum. b ¶ Secundum hominem.

g occultatum os meum à te quod feciſti in occulto. & ſubſtan- 12 13
a ¶ Ille inter angelos, non tamen ſtetit. ¶ Id eſt de flagelli terra.
b ¶ Et ideo miſericorditer viderunt.

h tia mea in inferioribus terræ. † Imperfectum meum vide- 14

tionem.

✠ THEODORETVS. Aquila ſic interpretatus eſt, *non delituerunt oſſa mea à te, quibus in occulto factus ſum, effictus ſum ſicut in infima parte terræ.* Nihil, inquit, te latere poteſt, qui hominum naturam in recondita naturæ officina formas.

i *Subſtantia mea in inferioribus terra.* AVGVSTINVS. In carne & tamen os non cedit malis huius inferioris; Non ita mirum, ſi angelus eſt fortis, quàm ſi caro fortis, quod eſt ex oſſe occulto. Sed quid de his, quibus non eſt hæc fortitudo? Chriſtus, qui vt caput dicit patri, *Imperfectum*, & titubantes reſpicis, vt Petrum, ne pereant. *Et omnes ſcribentur* & nominabuntur, non modò perfecti, ſed imperfecti; non ergo deſperent.

F

k *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes, &c.* AVGVST. qui hucuſque locutus eſt ex perſona corporis, hîc iam loquitur ex perſona capitis.

✠ THEODORETVS. Porrò Symmachus ſic explanauit, *Informem me præuiderunt oculi mei, cum omnibus qui in libro tuo ſcripti ſunt*, nulla die deficiente ad creationem. Sic me, inquit, vidiſti priuſquam effictus & formatus eſſem, vt eos, qui iam in lucem editi & perfecti ſunt, & nulla die indigent, & in tuis libris inſcripti ſunt. Horum librorum etiam Beatus Daniel meminit, *Iudicium enim*, inquit, *ſedit & libri aperti ſunt.* Et dominus in ſacris Euangelijs, *veſtri capilli capitis omnes numerati* ☞

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et nox illuminatio mea in delicijs meis, *quaſi dicat: ipſa nox illuminata eſt coram Deo, vt videantur ibi ab ipſo delicia carnales, quæ communiter fiunt in tenebris, ſecundum illud Iob. xxiij. c.* Oculus adulteri obſeruat caliginem. *Et probat conſequenter, quòd nox ita nota ſit Deo, ſicut & dies, dicens,*

2 Quia tenebræ, &c. *Quia nihil in eis exiſtens latet te.*

3 Et nox ſicut di. il. *id eſt, ita clarè patet conſpectui tuo, ſicut & lux. Propter quod ſubditur.*

4 Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius, &c. *id eſt eodem modo patent ipſi Deo, ea quæ fiunt in vtroque.*

5 Quia tu poſſediſti, &c. *Hic conſequenter ex præcedentibus Dauid conſurgit ad laudem diuinam. Et primò, ad laudandum Deum in ſe: Secũdo, in amicis ſuis, ibi,* Mihi autem, &c. *Circa primum dicit:* Quia tu poſſediſti, *formando me in vtero matris.*

6 Suſcepiſti me &c. *in vita me conſeruando, & in perſecutionibus protegendo, & ad dignitatem regni promouendo. Q.d. propter iſta & conſimilia.*

7 Confitebor tibi. *bonitatem tuam recognoſcendo.*

8 Quia ter. &c. *In tranſlatione Hieron. habetur*, quia terribiliter magnificaſti me, *& eſt eadem ſententia, quia Deus magnificando Dauid modo prædicto, declarauit hominibus magnitudinem ſuæ bonitatis & potentiæ; ideo ſubdit Dauid.*

9 Mirabilia opera tua, &c. *non ſolùm in me, ſed in omnibus creaturis: quia minima etiam creatura non poteſt ad plenum inueſtigari ab homine, vtpote per quam virtutem ferrum trahitur à magnete, &c.*

10 Et anima mea, &c. *id eſt conabitur, quantùm poterit, ad cognoſcendum opera tua, & maximè beneficia mihi facta, inter quæ eſt formatio mea, ideo ſubditur.*

11 Non eſt oc. *& accipitur hic* os *oſſis, quod latet in carne; ideo ſubditur.*

12 Quod feciſti in occulto, &c. *q.d. quomodo eſſet tibi occultatum qui feciſti illud intra carnem, vbi occultatur alijs, ſed non tibi?*

13 Et ſub. mea. *id eſt ſubſtantia corporis mei non latebat te, cùm adhuc eſſet in materia, vnde facta eſt, quæ quidem materia pro maiori parte eſt terra, quæ eſt inferius elementum.*

14 Imperfectum meum. *In tranſlatione Hier. habetur*: Informem me adhuc viderunt oculi tui. *Res enim antequam ſit formata, eſt imperfecta. Eſt igitur ſenſus: Cùm eſſem adhuc in fieri, viderunt me oculi tui, quia Deus cognoſcit res perfectè, antequam ſint in factò eſſe.*

1 Et in

merati sunt, libri igitur intelligendi sunt Dei scientia, & tenax memoria omnia cõtinens, sic cum diuina percurrisset, proprium propositum aperit, non ambitione vtens, sed vtilitatis exemplar proponens.

✻ BASILIVS. Aut idem denuo dicit, quoniam me nondum formatum vidisti; aut de actibus ipsis, quoniam, (inquit) quod nondum factum est, cognoscis.

a *Dies formabuntur.* AVGVST. (aliâs) *Per diem errabunt.* Dies, hîc manens adhuc erat Christus, vnde dicebat, *Ambulate dum lucem habetis.* Qui inter suos multa mira fecerat, & tamen imperfecti trepidabant, vt & Petrus, ne in morte eum perderet. Et hoc est quòd hic ait, *omnes scribentur:* sed tamen *per diem errabant*, imperfecti adhuc, de Christo non recte sentientes: Et nemo prorsus fuit in illis, qui non erraret; Nec ille, qui dixerat, *Tecum ero vsque ad mortem*, scilicet Petrus; qui illum antè confessus fuerat Dei filium, sed tunc timuit, ne sicut filius hominis moreretur, & non resurgeret, vt Dei filius. Erat vtique filius Dei, erat & filius hominis. Filius Dei, in forma Dei patri æqualis; Filius hominis, in forma serui, in qua patre minor est. Timuit ergo Petrus, ne in forma serui periret forma Dei: & nõ potius præsumpsit, quia ex forma Dei reuiuisceret forma serui. *Per diem* ergo *errauerunt*, cùm hic positum dominum non intellexerunt, sed non perierunt, *quia imperfectum meum viderunt oculi tui*, vnde & subdit. Etsi errabant. Inde tamen *nimis honorati sunt*, ijdem ipsi qui errabant, & in quibus nemo fuit qui non erraret. *Amici tui facti sunt* ô Deus, & mihi honorati nimis, quia factum est in illis os in occulto, post resurrectionem, quando inducti sunt virtute ex alto, qua cõfirmati, verbum Dei vbique prædicauerunt, & pro eius nomine passi sunt, in cuius passione trepidauerunt. Et *nimis confortatus est principatus*, quia facti apostoli duces & pastores ecclesiæ.

b *Dinumerabo eos & super arenam multiplicabuntur, &c.* ✻ EVTHYMIVS. Vtitur propheta figura hyperbole, conabor, inquit, eos dinumerare, & adeo immensæ erunt multitudinis, vt supra numerum esse reperiantur. Est autem hic quidam loquendi modus, apud Deum vero non ipsi tantum numerabuntur, sed omnes etiam capilli capitis eorum.

c *Exurrexi, &c.* ✻ THEODORETVS. Symmachus autem, sic, *expergiscar & semper ero apud te*, Semper enim & meipsum excitans, & pigritiæ somnum exigam, & tuam memoriam in mente conseruabo, sic enim tua perfruar ope.

✻ BASILIVS. multi namque prosperitatem, qua vsi fuerant, obliuioni tradiderunt: Ego vero nequaquam, sed postquam surrexi, id est, malis liberatus sum, semper tecum ero.

AVGVSTINVS. Q. Merito ego illos confortaui, quia ego, non aliquis homo, *dinumerabo eos*, quos in fide genuerunt, & ipsi enumerati, *super arenam multiplicabuntur.* Q. tam innumerabiles nati sunt per illos, qui *per diem* errauerunt, quàm innumerabilis est arena. Et dum ait, *Dinumerabo*, ostendit, quòd Deo numerabiles sũt: Subdens verò, *super arenam*, ostendit nobis innumerabiles esse; vnde, & in promissione dictum est Abrahæ, *Multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & sicut arenam maris.*

d *Adhuc sum tecum, &c.* Sicut ante mortem, quod putauerunt se tulisse Iudæi. Vel, *adhuc*, id est, ipsa morte, quod non videtur de mortuo. Vel, si resurrectio sit signum deitatis, tamen *adhuc sum* occultus pluribus, *tecum*, id est, vt tu.

AVGVSTIN. *Adhuc sum tecum.* Nondum cum ipsis per notitiam, quia nondum agnoscunt, quia non mox post resurrectionem Christum agnouerunt. Vel, toto hoc tempore tecum sum in occulto ad dexteram patris, antequam reueletur in ea claritate, qua venturus est.

e *Si occideris Deus peccatores, &c.* CASSIOD. Quarta pars, quomodo à malis non noceatur ei.

AVGVSTINVS. *Si occideris.* Subdit quid interea patitur pro commistione malorum in ecclesia, & per separationem hæreticorum, dicens, *Si occideris De. &c.* Ordo verborum. *Si occideris. De. p. Accipient, occisi in vanitate ciuitates suas*, id est, populos suos vanos, qui inflatos nomine iustitiæ sequuntur vanitate dirupta. Est autem occasio inflatis hæreticis, seducentibus populos, seperandi se, & illos ab vnitate, quia mali ibi sunt, (id est, in ecclesia) quibus nolunt misceri; & sunt verè non modò boni, quos infamant, sed & certè mali, & hac occasione se & alios corporaliter à bonis diuidunt. Et etiam ideo, quia monet bonos, vt à malis se separent. Ideo, interponit, *viri sanguinum decli. à me.* Quoniam *dices* (alia litera) *in cogitatione*, id est, ideo seducunt in separatione propria vanos populos. Quia tu ô Deus, *dices*, id est immittes *in cogitatione*, iusti, vt dicat malis, *Viri sanguinum*, ☞ *decli.*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et in libro, &c. *id est, in notitia tua, quæ dicitur liber, eo quod ibi omnia retinentur firmiter absque obliuione.*

2 Omnes scribentur, &c. *In notitia enim prædestinationis diuinæ, quæ dicitur liber vitæ, soli electi sunt scripti: & in notitia præscientiæ siue reprobationis, quæ potest dici liber mortis, soli reprobi sunt scripti; sed notitia diuina generaliter sumpta, prout se extendit ad prædestinationem & præscientiam, omnes sunt scripti: & sic accipitur hic liber Dei vt dictum est.*

3 Dies formabuntur. *in futuro sicut tu præuidisti.*

4 Et ne. *quia nemo est in tempore futuro, quod nondum est adhuc: & per hoc intelligit Dauid quòd tempus futurum, & ea quæ futura sunt in eo, sunt perfectè cognita ipsi Deo: quia eius notitia mensuratur æternitate, quæ assistit omni tempore præsenti, præterito, & futuro.*

5 Mihi au. *Hic consequenter Dauid ostendit, se habere reuerentiam ad Deum, non solum in se, sed in amicis suis. Et primò ostendit in amicis Dei propositum: Secundo in eius inimicis oppositum, ibi*, Si occideris. *Circa primum dicit*, Mihi autem ni. hono. sunt amici. *In Hebræo habetur.* Sodales tui: *& per hoc intelliguntur angeli sancti, qui sunt in societate Dei, & eius amici: de quibus dixit, Dauid in psal. precedenti*, In conspectu angelorum psallam tibi.

6 Nimis confortata. est. *i. firmiter stabilitus.*

7 Principatus eorum, *Angeli enim sancti per ordines trium hierarchiarum sunt distincti. Hierarchia verò est idem quod sacer principatus. Et quia istæ tres hierarchiæ, & tres ordines in singulis hierarchijs immobiliter stabiliuntur, ideo conuenienter dicitur*, Nimis confortatus est prin. eorum. *Et quia angeli sunt in maximo numero, secundum illud Iob. xxv. a.* Nunquid est numerus militum? *ideo subditur,*

8 Dinumerabo, &c. *id est, si vellem eos numerare, non possem sicut nec maris arenam. Videmus enim sensibiliter quod corpora cælestia, quæ sunt incorruptibilia, supra modum excedunt corpora elementaria, & mista, quæ sunt corruptibilia in continua quantitate. Et eodem modo valde probabile est, quod angeli, qui sunt adhuc superioris naturæ, excedant in numero omnem corporalem creaturam. Propter quod dicitur Danielis. vij. c.* Milia miliũ ministrabant ei, & decies milies centena milia assistebant ei, *vbi designatur maxima multitudo angelorum nobis incognita per replicationem, & multiplicationem maximorum numerorum. Et quia propheta Dauid cognouit per reuelationem se futurũ in societate angelorum, ad quam electi assumuntur, ideo subditur,*

9 Exurrexi. *per tuam gratiam à peccatis quæ commisi, scilicet adulterij cum Bethsabee, & homicidij Vriæ, & numerationis populi:*

10 Et adhuc sum te. *in præsenti per gratiã, & in futuro per gloriam, de qua loquebatur Dauid per modum præsentis, propter certitudinem sibi factæ reuelationis.*

11 Si occideris. *Hic consequenter ostẽdit oppositum de inimicis Dei, videlicet, quod non sint honorabiles sibi, sed magis detestabiles, dicens:* Si occideris Deus peccatores. *Et accipitur hic si, pro quia: vt sit sensus, Quia certum est, quod tu occides peccatores obstinatos morte*

a ¶ In me scilicet. ¶ Instruentur.
b ¶ Maiores, vt apostoli: de quibus. Dies dici eructat verbum.

† omnia illi

a runt oculi tui: & in libro tuo † omnes scribentur. Dies formabuntur, & nemo in eis. † Mihi autem nimis honorati sunt

a ¶ In nro. à quo perfectionem gratiæ sumunt. ¶ quia non dicuntur Petri vel Pauli, sed Christi à quo Christiani.
¶ Meorum. b ¶ Sed tamen.

† Et mihi quàm prætiosæ fuerũt cogitationes tuæ Deus: quàm multiplicatæ sũt summæ earum. † eas.

a ¶ quia sunt. ¶ Vltra quam dici possit.

amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.

a ¶ Merito confortaui, quia, Dinumerabo. Vel, Putas ne paucos bonos per eos natos esse? Dinumerabo eos, qui sunt stellæ, & multiplicabuntur super ſudæos, qui arena, propter sterilitatem.
b ¶ Tam innumerabiles nati sunt per illos, qui per diem errauerunt.
¶ Nobis innumerabiles.

B

b Dinumerabo † eos, & super arenam multiplicabuntur: exur-

c

a ¶ Hoc totum ideo: quia. ¶ A morte. b ¶ Donec omnibus videar in iudicio.
c ¶ Tecum sum, sed tamen adhuc patior ab hæreticis in corpore meo. ¶ Si, id est quando.

d

d ¶ In futuro. ¶ Cum per superbiam amittunt gratiam.
e ¶ Hæreticos, qui fastu superbiæ ab alijs se diuidant.

e rexi, & adhuc sum tecum. Si occideris Deus peccatores:

Iohan. 11. c

Lucæ 22. d. Matt. 26. e Philipp. 2. a

Gene. 22. c

C

D

E

F

A *decli.à m.* i. montes bonos, vt à malis se separent, non corpore vel loco, sed mente; non apertè adhuc, ne & bonos deserant, sed puritate vitæ. Quod modò dicit Deus malis in cogitatione bonorum, in iudicio dicet apertè, *Amen dico vobis, non noui vos discedite à me.* Matt. 25. a.

sequentibus, ab ecclesia separatis: nunc etiam agit de malis, vel fictis sibi coniunctis, quos patitur ecclesia, & gemit.

AVGVSTINVS. Q. Hæretici se, & alios separant: ergo cùm separatis occisis, & suis sequacibus, restent mali inseparati, inter quos gemit ecclesia, quos & patitur, quid ait? *Proba me, & (pro ideſt,) scito cor meum.* Hæc conscientia est, & species filiæ regis iutrinsecus, quæ est inter filias, vt lilium inter spinas. Q. Illi inimici: tu vero Deus, *Proba me & scito.* D Can. 2. a. E

* THEODORET VS. Hæc à beato Dauide dicta sunt, & omnibus, qui salutis occasionem nolunt arripere, prædicta sunt.

* BASILIVS. & EVTHYMIVS. Atqui in principio psalmi dixit, *domine probasti me & cognouisti me*; verum melius adhuc probari, & cognosci cupit: non vt Deus ipse melius eum cognoscat qui omnia nouit; sed vt ij, qui propheræ animum ac mentem non nouerant, illius magis certiores reddantur. F

a *Nonne qui oderunt te domi.* Quasi, *Si oderis, Nonne qui oderunt te.* e. il. & ego occidam.

† discedant

† oderãtte, odio habui.

AVGVSTINVS.

B Quasi hæretici non intelligentes, accusant in bonis communionem malorum. Sed quid calumniantur? dicit corpus Christi de commistione malorum: *Nónne qui o.* Quasi,

C sacramẽtis malorum, non factis communico. Et zelo domus tuæ super eos tabesco, sed tamen, *Perfecto odio od. il.* i. iniquitates eorum odi, non naturam. Quomodo ergo permistione eorum cohtaminor?

b *Pro. me domino.* AVG. Hucusque de hæreticis, & aliis eos

a ¶ Dicens. b ¶ Qui oderunt fratres. c ¶ De præconibus meis. d ¶ Quod peius est, quàm in ore.

ũiri sanguinũm † declinate à me.† Quia dicitis in cogitatio- 1

a ¶ Non quidem in æternitate. 2

b ¶ Populos suos.

a ne: Accipiant in vanitate ciuitates suas. Nónne qui † o- 3

a ¶ Zelo domus tuæ vidi insensatos, & tabesc. 4

b ¶ Irascendo peccatis eorum. 5

derunt te domine, oderam: & super inimicos tuos tãbesce- 6

a ¶ Vtique quia &. b ¶ Ipsi hæretici. ¶ Non tantum Dei.

a ¶ quam libere cuncta egerim. b ¶ Tu, quod non potest homo, non hæreticus.

c ¶ Pro, id est. d ¶ Quia non consentio, factis malorum.

e ¶ Quasi quæstionibus interrogatus non potest negare, quæ gesta sunt.

bam. Pẽrfecto odio oderam illos: inimĩci facti sunt mihi. 6

b Prõba me Deus, & scitõ cor meum: interrõga me, & cognosce 7

a ¶ Consilia & cogitationes. ¶ Vt quid. b ¶ Faciendo vel consentiendo. Si quid autem inuenies in via mea, quod displiceat, quia via mea mortalis est. 8

c ¶ Tu. d ¶ Hominem ad dexteram tuam. 9

semitas meas. Et vide si via iniquitatis in mẽ est, & deduc mẽ 10 11

a ¶ quæ est Christus, vbi nulla est iniquitas, quia si quis peccat, aduocatum habemus apud patrem Iesum. 12

¶ Christus æternus est, qui dixit, Ego sum via.

b ¶ Id est per verbum coæternum.

in viã æternã.

NICOLAVS DE LIRA.

gehenna, *quæ dicitur* mors secunda, *Apo. xx g. ideo supple, dico,*

1 Viri Ian. de. *Quia horreo etiam vos videre. Cuius causa subditur, cùm dicitur,*

2 Quia di. in cogitatione. *s. vestra.*

3 Accipiant in va. *viri enim sanguinum semper cogitant, quomodo possint alienas ciuitates, & loca capere, populũ occidere, & bona rapere: & istud procedit ex vanitate superbia existẽtis in eis. Et quia tales sunt Deo, & hominibus iustis odibiles, ideo subdit Dauid,*

4 Nonne qui ode. re do. *q. d. sic: quia eorum vitium est odiendum bonis hominibus, sicut est odiosum Deo.*

5 Et super ini. tu. ta. *i. resoluebar interius ex zelo iustitiæ tuæ, contra eos iratus; ideo subditur,*

6 Perfecto odio oderam illos. *Et quia homo iustitia semper debet timere, ne in tali zelo excedat modum, & incurrat aliquod peccatum, saltem leue, ideo subdit Dauid,*

7 Proba me Deus, & sci. *& id est, fac me scire ea, quæ latent in meo corde. Probatio enim Dei non est ad hoc, quod ipse notitiam accipiat, sed alius: sicut dictum fuit in principio huius psalmi.*

8 Interroga me, & cogno. *i. fac me cognoscere.*

9 Semitas meas. *i. facta & cognita mea occulta.*

10 Et vide, *id est, fac me videre,*

11 Si via ini. in me est. *i. aliqua latens culpa, vt per veram pœnitentiam expediar ab ipsa.*

12 Et deduc. me in via æterna. *i. ad beatitudinem æternam, ad quam nullus potest peruenire, nisi fuerit totaliter expeditus à peccato, secundũ quod dicitur Apoca. xxj. g.* Nõ intrabit in eam aliquod coinquinatum. *Moralitas huius psal. est quod quilibet exemplo Dauid diligenter consideret Dei notitiam omnia intuentem, & attendat ipsum vbique præsẽtem, & sic assurgat ad Dei sanctorũmque eius reuerentiam, & ad detestationem iniquorum.* Moraliter.

ADDITIO.

In psal. cxxxviij. Domine probasti me. *vbi dicitur in posti.* De materia huius psal.

Licet multa in hoc psal. ponantur ad excellentiam diuinam pertinentia: tamen principalis intentio Psalmistæ in eo videtur esse quædam conclusio supplicatoria, quam in duobus vltimis versibus ponit, scilicet cùm dicit. Proba me Deus, &c. Et vide si via iniquitatis in me est. *Cæteri autem versus præcedentes à principio psal. vsque ad illum locum, sunt quasi quædam notabilia præambula ad illam supplicationem*

An aliquis scire possit se esse in gratia.

seu orationem intentam. Ad cuius declarationem præsupponenda sunt quædam. Primum est, quod licet de lege communi nullus scit certitudinaliter se esse in gratia, vnde Eccle. ix. a. Nemo scit vtrum sit dignus odio vel amore: *Dauid tamen ex reuelatione diuina sciebat seipsum esse in gratia specialiter, cum hunc psal. composuit, qui quidem psal. ex circunstantia litera videtur esse factus postquam Deus ei dimiserat peccata, quæ commiserat, scilicet homicidy, & adulterij, & numerationis populi. De quorum dimissione fuerat certificatus per prophetam Nathan. ij. Regum. xij. quò ad prima duo peccata, & de tertio per acceptationem sui sacrificij. ij. Regum. vlt. Et quia remissio peccatorum non est nisi per gratiam (vnde ad Rom. iij. d.* Iustificati per gratiam ipsius. *(idcirco Dauid pro tunc credendus est hoc sciuisse, scilicet seipsum esse in gratia, licet apud plurimos crederetur non fuisse dimissa illa peccata ipsi Dauid, de quibus suprà in psal. dicebat,* Multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius. *Secundum præsupponendum est, quod Dauid ex hoc non sciebat certitudinaliter se esse adepturum gloriam, prout est de lege communi, nec de hoc legitur sibi fuisse aliqua reuelatio facta: & ideo in prima parte huius psal. Deo refert gratias propter iustificationem suam, & in vltima parte petit certitudinem finalem suæ salutis, scilicet in duobus vltimis versibus prædictis, inter quæ ponit quædam notabilia, tam circa prouidentiam diuinam, quam etiam circa productionem & formationem hominis, quam circa prædestinationem sanctorum, similiter & malorum reprobationem. Circa quæ omnia tredecim facit. Nam primò contra multos philosophantes, qui à cognitione diuina amouebant indiuidua seu singularia, (vt Iob. xxij.* Super cardines cæli perambulat, nec nostra considerat,) *Psal. attribuit Deo perfectam & singularem cognitionem de homine, & & de hoc dicit,* Domine probasti me, &c, *Dicit autem,* Probasti, *non vt Deus notitiam accipiat per probationem, sed ad excludendum quorundam errorem, dicentium, quod diuina cognitio est per applicationem vniuersalium causarum ad effectus particulares, vel per alios certos modos, quibus mediantibus res cognoscuntur; quod non pertinet ad Dei cognitionem, sed designat, quod notitia Dei est per euidentiam immediatam, quæ quodammodo assimilatur cognitioni humanæ, quæ per experimentalem probationem acquiritur sine aliquo discursu. A tali enim notitia scilicet experimentali, tota cognitio humana derivatur, cùm nihil sit in intellectu, quin prius fuerit in sensu, vt dicitur. j. Poster. q. d. Cognitio tua de me est probatissima absque discursu. Similiter est intelligendum illud, quod infra dicitur,* Inuestigasti: *quod habet referri ad perfectionem cognitionis, sed autem ad modum inuestigationis, quæ Deo non pertinet. In hoc autem quod dicit,* Cognouisti me:

☞ ostendit

A Ostendit ipsum fuisse à Deo approbatum secundum notitiam approbationis, de qua. ij. Timo. ij. c. Novit dominus qui sunt eius.

Consequenter secundo tangit quatuor singularia circa hominem. s. sessionem, & resurrectionem, &c. Pro quo sciendum, quod Deu. vj. b. circa explicationem præcepti de dilectione Dei dicitur, Meditaberis, (*s. in his, quæ ad diuinam dilectionem pertinẽt*) Sedens in domo tua, & ambulans in itinere, & dormiens seu cubans, atque consurgens. *Quod exponitur sic: Nam homo debet meditari in his, quæ ad dilectionem Dei pertinent, tam in tempore quietis, quàm in tempore laboris: similiter in ingressu lecti ad dormiendum, & in egressu ad vigilandum. Ad qua quatuor, licet non eodem ordine, referenda sunt verba Psal. in hoc loco; quasi diceret*, Domine tu cognouisti sessionem meam. *s. an in sessione mea tempore quietis meditor, in his, quæ ad dilectionem tuam pertinent*, Et resurrectionem meam. *s. cum surgo de lecto ad vigilandum*: Et semitam meam. *s. cum ambulo in itinere*; Et funiculum meum, *quod in Hebræo habet*, Accubitum meum. *s. cum lectum intro, ad quod translatio nostra posset reduci. Nam lectus est homini quasi funiculus hæreditatis. Cum enim homo in lecto dormiens iacet, nihil aliud videtur habere tanquam proprium sibi. Et quia istæ quatuor, quantùm de se indifferentia sunt, quo ad meritum vel demeritum, nisi inquantum cadunt sub cogitatione hominis ea debite ordinantis in Deum, vel aliter; idcirco interposuit*, Intellexisti cogitationes meas de longe. *i. intellexisti quas cogitationes habeã in huiusmodi varietatibus meis supradictis. s. vtrum sint dignæ mercede, vel non. Dicit autem* à longe: *eo quòd finis cogitationis (qui est vltimus in executione, & per consequens longe) est principalis quo ad meritum & demeritum: & ideo dicit, quod Deus cogitationes humanas qualiter perueniant de longe. s. de fine propriè intelligit. Et ne quis æstimaret, quod cognitio diuina*

B *circa hominem solum ad quatuor prædicta se extenderet, ideo dicit*, Et omnes vias meas præuidisti: *vt ostendat omnes humanas actiones, quæ per vias intelliguntur, comprehendi in cognitione diuina, quæ eas ab æterno præuidit. Et reddens rationem quare sub clausula vniuersali comprehendit vias humanas, & nõ eas discurrendo specialiter expressit, sicut inceperat, subdit dicens*, Quia non est sermo in lingua mea, *scilicet sufficiens ad expressionem singulorum, eo modo quo dicitur, Ecclesia. j. b.* Cunctæ res difficiles, non potest eas homo explicare sermone. *Et ne quis putaret, quod huiusmodi diuina cognitio se extendit solum ad præsentia, eo quod sunt in actu, & non ad præterita & futura, quæ non habent esse actuale in seipsis, ideo subdit*, Ecce tu domine cognouisti omnia nouissima & antiqua. *q. d. non solum præsentia, sed etiam præterita & futura.*

Consequenter tertiò ostendit quasdam eminentias singulariter, ad cognitionem specialiter Dei pertinentes, & de hoc dicit, Tu formasti me, &c. *Ad quod sciendum, quod secundum Aug. in libro de trinita.* Vniuersas creaturas spirituales & corporales, nõ quia, sunt, ideo nouit Deus: sed ideo sunt quia nouit. *Cuius ratio est. Nam sic se habet scientia Dei ad omnes res, sicut scientia artificis ad artificiata ab ipso artifice producta. Ad quod ostẽdẽdũ postquã dixerat*, Tu cognouisti õnia nouissima & antiqua: *subdit*, Tu formasti me, *ac si diceat, Cognitio tua est causa meæ formationis modo prædicto. Sed ne putaretur, quod cognitio seu prouidentia diuina nõ requiritur ad cõseruationem rei postquã est creata seu formata, sicut nõ requiritur cognitio artificis finito opere: ideo subdit*, Et posuisti super me manum tuam, *ex ponatur sicut in postilla.*

Consequenter quarto, ex prædictis concludit tria mirissima circa di-

C *uinam cognitionem. Primò cùm dicit*, Mirabilis facta est scientia tua ex me, *valde enim mirabile est, quod cognitio sit causa rerum naturalium cognitarum, cùm in creaturis sit communiter oppositum. Secundò dicit etiã*, Confortata est: *quia huiusmodi cognitio seu prouidentia diuina sic est confortata, quod res per eam conseruantur in esse, & ipsa à rebus subtracta deficiunt: quod ad maximam fortitudinem pertinet. Tertio dicit*, Et non potero ad eam. *s. vt ab ea qualitercunque possem me subtrahere.*

Consequenter quinto hoc vltimum quod dixerat, declarat. s. Non potero ad eam: *vt ab ea qualitercunque possem me subtrahere. Et hoc ex tribus, Primo ex diuina præsentia immensitate, quia, cum sit vbique, nullus potest à sua præsentia abesse: & de hoc dicit*, Quò ibo à spiritu tuo? *exponatur sicut in postil. vsque ibi*, Si sumpsero pennas meas diluculo. *Cuius sensus est, Si haberem pennas similes diluculo, quod in instanti volat ab oriente in occidentem, & sic cum tanta velocitate transirem ad extrema maris: hoc non sufficeret ad hoc, vt me subtrahere possem à tua præsentia. Ratio quare*, Quia illuc manus tua deducet me *Et hic ponit secundam rationem, per quam homo non posset se subtrahere à diuina scientia, quæ est eadem cum sua potentia. Et quia Deus per suam potentiam est vbique sicut per suam essentiam, ideo dicit*, Illuc. *s.* in extremis maris, *vel vbicunque*, Deducet me manus tua. *i. ero sub potestate tua, quocunque me ducas, nec potero declinare à deductione tua* Quia tenebit me dextera tua: *& sequitur*, Et dixi forsitan tenebræ: *vbi ponitur tertia ratio, in qua dicit, quod homo non posset se subtrahere à cognitione diuina propter tenebrositatem seu obscuritatem loci, quia nihil in eis latet Deum: & exponatur litera prout in postil.*

Consequenter sexto probat quod vltimo dixerat. s. quod Deus cognoscit

scit & operatur in locis tenebrosis, sicut in luminosis, & hoc cùm dicit D Quia tu possedisti renes meos. *Renes enim sunt in corpore humano valde occulti & obtenebrati: quia communiter sunt operti adipibus & visceribus animalis; & tamen, hoc non obstante, à Deo possidentur: & sic infertur propositum, sed quia nõ solum Deus possidet interiora membra humana, sed etiam ea format & organizat in vtero matris: ideo subdit*, Suscepisti me de vtero matris meæ; *vbi Hebraica litera habet*, Pepigisti me in vtero matris meæ. *Idem enim verbũ habet hic & Iob x. c. vbi dicitur*, Ossibus & neruis compegisti me: *& sic est sensus, quod Deus in vtero matris format totam compaginẽ humani corporis ibi existentis: ad quod necessario requiritur, vt cognitio, & potentia diuina se extendant etiam in obscuris & latebris, quod erat intentum.*

Consequenter septimò, quia in compositione organica humani corporis, sunt quàmplurima maxima subtilitates, de quibus tam philosophi quàm medici tradunt multa, vt Philosophus in libro de animalibus, & Galenus in sua anatomia, quæ tamen ipsi philosophi potentiæ formatiuæ naturali attribuũt. Quod licet sit verum instrumentaliter, & secundariò: principaliter tamen omnia sunt attribuenda summæ cognitioni, & potentiæ. s. diuinæ instituentis naturam. Idcirco dicit, Confitebor tibi, *s. cõfessione laudis*, quia terribiliter magnificatus es. *s. in compositione corporis humani organica, de qua prius dixerat, Quæ tanta subtilitatis est, vt in eo, qui eam diligenter considerat, non solum causat admirationem, sed etiam terrorem. Illa enim quæ magna profunditatis sapientiæ sunt, terrorem causant. Vnde in psal. dicitur de Deo*, Terribilis in consiliis super filios hominum. *Et sequitur*, Mirabilia opera tua *s. in hoc quod corporis humani dispositio supradicta est optima secundum cõuenientiam ad animam humanam, & ad eius operationes, prout Thomas in prima parte. q. xcj. ar. iij. in cor. q. Et ideo subdit*, Et anima E mea cognoscet nimis, *id est, cognoscere potest, quod ad ipsius existentiam, & eius operationes, corpus humanum est optimè compaginatum seu organizatum, talis enim cognitio exquisita & completa cadit sub cognitione humana, vt patet per Galenum in libro de vsu partium, vbi de quolibet membro, & iunctura humani corporis reddit rationem conuenientem ad operationes animæ. vnde respectu huius bene dicitur*, Et anima mea cognoscet nimis, *quia perfectè talia ab homine cognosci possunt. Quod autem superius dixerat*, Mirabilis facta est scientia tua ex me, & non potero ad eam. *intelligitur de scientia Dei quæ est sua essentia ineffabilis; Hic autem loquitur de operationibus ab ea procedentibus, quæ sub humana natura cognitione cadere possunt, præsertim illæ, quæ in humana natura continentur.*

Consequenter octauo circa huiusmodi mirabilia opera Dei dicit, Nõ est occultatum os meum à te. *Circa quod à attendendum, quod cum anima humana sit orationabilis magis conuenit cum angelis, quam cum animalibus brutis: & ideo quod sua creatio cum angelis in primordio fuisset facta, videretur esse conueniens, quod tamen Deus aliter disposuit. s. vt in corpore humano sibi proportionato crearetur. Et hoc est quod dicit*, Non est occultatum os meum à te. *Os enim hic accipitur pro corpulentia humana in vtero matris organizata, quod est magnũ opus Dei, iuxta illud Eccle. xj. c.* Sicut ossa compaginata in vtero prægnantis. *Illa autem ossa sunt à Deo facta in esse completo per infusionem animæ rationalis, & de hoc dicit.* Quod fecisti in occulto & substantia mea in inferioribus terræ. *Substantia enim accipitur pro anima, quæ est forma essentialis, & per consequens præcipua pars sub-*

F *stantialis ipsius hominis, & sic Deus os. s. corpulentiam in ventre prægnantis fecit cum substantia sua, id est cum anima*, in inferioribus terræ, *quia in vtero per infusionem fuit creata: & sic excludit errorem dicentium, quod anima humana fuit creata cum angelis, quod aliqui voluerunt ex dictis Aug. in vii. super Gen. ad literam intelligere, quod tamen ipse nõ asserendo dicit, vt ibidem patet. Excluditur etiam error dicentiũ, quod angeli in virtute diuina causant, seu producunt animas rationales, quod tamen est falsum, cùm Psal. soli Deo loquens dicit*: Quod fecisti in occulto, &c. *vnde in productione primi hominis, Gen. ij. b. dicitur, quod* spirauit Deus in faciem hominis spiraculum vitæ: *in aliis vero animabus, quæ mediantibus causis secundis producuntur, dixit.*: Producat terra, & producant aquæ *huiusmodi.*

Consequenter nonò agit de alio opere Dei magno circa hominem, in hoc. s. quod pertinet ad consecutionem vltimi finis, ad quem fuit creatus, & de hoc dicit, Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribẽtur. *Pro quo sciendũ, quod illi, qui à Deo præordinantur ad vitã beatam consequendam (quæ est vltimus finis humanæ vitæ) præeliguntur à Deo non ex meritis eorum futuris: vnde ad Rom. ix. c. de electione Iacob & reprobatione Esau tractans, dicit*, Cum nondum nati fuissent, aut aliquid egissent boni vel mali. vt secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quod maior seruiat minori, *& hoc est quod dicitur*, Imperfectũ meum viderunt, *& verius*, Informe meum, *secundum Hieron.* viderunt oculi tui. *quia, scilicet antequam homo formaretur, nec sit in rerum natura, videtur à Deo, cuius visio etiam se extendit ad non entia. Et sequitur*, Et in libro omnes scribentur, *quia antequam sint, & aliquid mereantur, omnes iusti non solum prædestinat ad æqualem gloriam consequendam, sed etiam electi ad gratiam, qua*

A gloriam merentur, licet eam finaliter non consequãtur, scribuntur in libro Dei, scilicet vitæ, de quo libro, prout refertur ad diuinam prædestinationem immobilem, nullus deletur, vnde Apoc. iij. b. Non delebo nomen eius de libro vitæ; prout autem in se ipsis homines mutabiles sunt, deleri possunt de hoc libro, iuxta illud psal. Deleantur de libro Psal. 68 f. viuentium. Vnde cum dicit, Et in libro tuo omnes scribentur, de omnibus potest intelligi, non solùm de prædestinatis, qui gloriam finaliter consequuntur: sed etiam de his, qui secundum præsentem iustitiam gloriam merentur, licet eam postea per eorum defectus amittant. Et sequitur, Dies formabuntur, & nemo in eis. Ad quod sciendum, quod Psal. 83. c dies in scriptura ad literam accipitur quandoque pro statu gratiæ, vt ad Rom. xiij. d. Dies autem appropinquabit: Quandoque autem pro statu gloriæ, vt in psal. Melior est dies vna in atrijs tuis super milia. Et quia in libro Dei scribuntur, vt dictum est, non solùm illi, qui per æternam prædestinationem ad gloriam ordinantur: sed etiam illi, qui per præsentem iustitiam gloriam merentur, licet eam postea, vt dictum est, amittant, idcirco dicit in plurali, Dies formabuntur, dies scilicet virorunque prædictorum formabuntur in libro Dei, quia virorunque ordinatio est notitia Dei immutabiliter ex parte sui, licet mutabiliter ex parte eorum, qui scribuntur, vnde Psalmista de notitia Dei circa huiusmodi dies dicit, Dicit dominus dies immaculatorum. Et quia hæc notitia, in qua formantur isti dies, est ab æterno, antequam ipsi conscripti in rerum natura essent: ideo subdit. Et nemo in eis. Nemo scriptorum est in eis, scilicet, in diebus formatis modo prædicto. Quòd autem interponit hic postillator de libro mortis, non inuenitur in sacra scriptura aliquid dici liber mortis: quia vt dicit sanctus Thomas in pri-
B ma parte. q. xxiiij. articulo. j. in responsione ad tertium argumentum, non est consuetum conscribi illos qui repudiantur, sed eos qui diligunt: vnde tales non dicuntur scribi in aliquo libro Dei, scilicet caelesti, sed dicuntur in terra scribi, iuxta illud Iere. xvij. b. Recedentes à te in terra scribantur.

Consequenter decimò dicit, Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, & nimis confortatus est principatus eorum. Ad cuius declarationem attendendum, quod quia conscriptio in libro vitæ, de qua fecerat mentionem, est mere gratuita, vt dictum est: idcirco surgit quædam tacita murmuratio contra Deum ab his, qui minus bene de diuinis sentiunt, eo quod videtur Deus in hoc esse acceptor personarum, quia ex quo nulla præcesserunt merita in his, qui ab æterno conscripti sunt, similiter poterant ibi conscribi cæteri homines, quorum nec merita nec demerita præcesserunt. Ad quam tacitam murmurationem Psalmista respondet, Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus: hoc est dicere, iudicio meo valde sunt digni honore, quos Deus ex sua liberalitate recipit in amicos, Q. d. Quos enim Deus summè bonus, & sapiens dignificat, temerarium est vt ab hominibus contemnantur, sed potius honorari debent. Et illo modo videtur Apostolus loqui de ista materia ad Romanos. viij. f. cùm dicit, Si Deus pro nobis, quis contra nos? quis accusabit aduersus electos Dei? &c. quasi dicat, ipsa electio diuina ab æterno præordinata sufficit pro ratione, ad hoc quòd tales sunt digni glorificatione. Et notandum, quòd in hoc versu videtur Psalmista tangere vtrũque genus conscriptorum in libro Dei, de quibus Augustinus de ciuitate Dei; Quorum vnum est eorum, qui sunt conscripti tantùm secundum præsentem iustitiam per gratiam, & de istis dicit, Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus. Amici enim possunt di-
C ci, quicũque sunt in gratia, dum in ea sunt: vnde Iohan. xv. b. Vos amici mei estis, si feceritis ea quæ præcipio vobis; Sed constat quod multi implent præcepta diuina, qui tamen postea gloriam Dei non consequuntur propter eorum defectum; Secundum genus conscriptorum in libro vitæ est illorum, qui secundum æternam prædestinationem conscribuntur, & de istis propriè intelligitur, Nimis confortatus est principatus eorum; Conscriptio enim talium est cõfortata, quia inuariabilis: Similiter & est principatiua, quia omnes tales conscripti regnant cum Christo, & per consequens, Confortatus est principatus eorum.

Consequenter vndecimo ostendit, quòd conscriptio prædicta comprehendens vtrunque genus conscriptorum est valde numerosa. Licet enim pauci sint electi, multi tamen vocati per gratiam, qui non attingũt gloriam: ideo sequitur, Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur; Quod non solùm potest intelligi de solis electis per diuinam prædestinationem, quia vt dicitur, Mat. vij. b. Arcta est via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam: Nec etiam de angelis conuenienter intelligitur, quia in hoc psal. agit tantùm de formatione hominis, & de alijs conditionibus humanis, non autem de angelicis. Sequitur autem; Resurrexi, & adhuc sum tecum. Pro quo sciendum, quod Dauid dum per reuelationem cognouit se resurrexisse à peccatis, & per consequẽs cognouit se esse in gratia, vt suprà dictum est: tamẽ post illam remissionem peccatorum procedente tempore non sciebat certitudinaliter se esse in gratia, sed tantum coniecturaliter inquantum percipiebat se diligere amicos Dei, prout in præcedenti versu, Mihi autem nimis. Similiter & odio habere inimicos Dei prout in versibus immediatè sequentibus habetur: & ideo dicit, Resurrexi. s. à peccatis, prout mihi fuit reuelatum, Et adhuc sum tecum, scilicet per gratiam: quod quidem scio per coniecturas in hoc psalmo contentas modo prædicto, de quo dicit, Et adhuc sum tecum. Q. d. adhuc credo quod tecum sum, licet non sciam certitudinaliter. Si enim sic sciuisset proprius dixisset, Resurrexi, & tecum sum. Quod autem postillator dicit, quod Dauid cognouit per reuelationem se esse futurũ in societate angelorum, nullum fundamentum habet in sacra scriptura, imò eius oppositũ statim in sequentibus comprobatur. Si enim reuelatum sibi fuisset diuinitus se gloriam adeptum, in vanum dixisset, Vide si via iniquitatis in me est, &c. vt patet intuenti.

Consequenter duodecimò ostendit illud, quod coniecturaliter dixerat, Adhuc sum tecum, scilicet per gratiam: & hoc ex nimio zelo, quem habebat contra peccatores, & inimicos Dei: & hoc cùm dicit, Si occideris Deus peccatores, si, pro quia: quia scio domine, quòd occides peccatores, scilicet, morte spirituali, ideo dico, Viri sanguinum declinate à me. Quorum quendam errorem ad materiam istam pertinentem exprimit, cùm dicit, Quia dicitis in cogitatione, accipiant in vanitate ciuitates suas. Cuius sensus est: Nam hæretici, & alij inimici Dei inuidentes prædestinatis, quos Deus ad gloriam præelegit, antequam quicquam mererentur, vt dictum est, dicũt de eis detrahẽdo in cogitationibus suis. Accipiant in vanitate ciuitates suas, hoc est dicere: Illi qui prædestinati dicuntur, accipiant ciuitates suas, scilicet ecclesiam præsentem, & celestem, quarum vnam dicuntur accipere per gratiam, & aliam per gloriam: & hoc in vanitate, quia nullis meritis præcedentibus talem prædestinationem dicuntur tales ciuitates accipere. Possunt etiam ista verba intelligi dicta esse ab hæreticis, qui aliam vitam negant, sicut Sa- E
ducæi & huiusmodi: Isti enim dicunt de iustis, quod accipiunt in vano ciuitates suas, quasi dicerent, quòd in vanum laborant, cùm non sit aliquod præmium æternum in illis ciuitatibus. Et quia talia dicta sunt horribilia sanctis viris, ideo dicit, Nónne qui oderunt te domine, oderam, &c. quæ satis patent in litera.

Consequenter tertiodecimò ponit conclusionem supplicatoriam, quam principaliter in hoc psalmo intẽdit, & hoc cùm dicit, Proba me Deus, &c. Circa quod primo aspectu ad literam dubium occurrit, scilicet. Quomodo Psalmista, in principio huius psalmi testatus est, Domine probasti me, & cognouisti me, &c. Si enim eũm iam probauerat Deus, & cognouerat, superfluè & inutiliter videtur petere, vt iterum probetur. Ad quod sciendum correspondenter ad prædicta, quod probatio primo dicta, & cognitio seu approbatio, intelligenda est quoad præsentem iustitiam, scilicet vtrum Dauid esset in statu gratiæ: & quia Dauid de hoc iam erat certificatus, vt prædictum est, ideo dixit, Domine probasti, & cognouisti, id est approbasti, vt dictum est. Sed probatio hic secundo loco data, intelligenda est quoad æternam prædestinationem, scilicet vtrum Dauid esset securus ad gloriam finaliter consequendam, quòd ipsi Dauid non constabat certitudinaliter per reuelationem: vnde rationabiliter timebat filialitimore, ne forte incurreret in aliquam Dei offensam, ex qua impediretur à consecutione gloriæ, eo modo quo dicitur, Si quis se existimet stare, videat ne cadat. j. Cor. x. c. Et ideo petit iterum à Deo probari & subdit, Et vide, si via iniquitatis in me est. Vbi nota, quòd non dixit, Si iniquitas in me est, quia licet certitudinaliter sciuisset per reuelationem non esse in ipso iniquitatem, vt dictum est, propter quod dixerat alibi, Probasti cor meum, & non est inuen- Psal. 16. a.
ta in me iniquitas. Non tamen sciebat, si erat in eo aliqua via iniqui- F
tatis. s. dispositio tendendi ad iniquitatem, quod potest esse in existentibus in gratia; & sic petit vt non permittatur à Deo tendere in talem viam, vnde dicit, Deduc me in via æterna. s. ad æternam vitam consequendam. Qualiter autem intelligatur hæc probatio respectu Dei probantis, dictum est in principio psal. Et nota, quod ibi dixerat, Domine probasti me, & cognouisti me, id est, approbasti, vt dictum est: sed hic non dixit, Proba me & cognosce me. sed proba me: quia prima approtio erat de præterito & præsenti, quæ erant iam immutabiliter approbata: sed secunda approbatio est de futuro, quod respectu flectibilitatis humanæ semper habet naturam contingentis: ideo non propriè peteretur approbari, sed magis proprie petitur deductio in via æterna.

REPLICA. In psal. Domine probasti. Burg. Introducendo materiam psal. secundum suam applicationem, quæ non est directe contra post. dicit Dauid se sciuisse absolutum à culpa, & esse in gratia, quamuis opinio multorũ fuit ad cõtrarium, & sic hic ponitur quod sæpe in odium post. improbauit, sicque sæpius sibiipsi contradicit.

Circa illum passum: Et anima mea cognoscet nimis. s. opera mirabilia domini, prout in psal. enumerantur. glo. Burg. exponit, Cognocet nimis. i. perfectè, vt inquit talia ab homine perfectè cognosci possũt. Allegat ad hoc ea, quæ scripsit Galenus. Sed attendat Burg. quid Aristoteles de hoc sentit dicẽs: Ea quæ scimus, minima sunt in cõparatione eorũ, quæ ignoramus: & phil. j. Physicorũ dicit: Tũc arbitramur vnũquodq; scire. s. perfectè, cũ causas cognoscimus, & principia vsque ad elemẽta. Differẽtia enim propriè rerũ quæ sumuntur à propriis principijs sunt nobis ignotæ, quãtũ enim de eis dicere vel scribere poterit, solũ sunt circũlocutiones secundũ doctrinã eiusdẽ Aristotelis. Omnis nostra cognitio intellectualis ortum habet à sensu. Oportet enim intelligen-

tem phantasmata speculari, Philosophus, iij. de Anima, Sensus autem solum ostendit accidentia ex. ij. de Anima, quę quamuis magnam vim cõferunt ad cognoscendum quod quid est, hoc solum est argutiuè. Intellectus enim coniunctus, etsi abstractiue cognoscit naturam substantiæ, vix tamẽ vel nullatenus intuitiuè cognitio autem rerum ex suis operationibus & aliis accidentibus, non est nisi argutiua, & à posteriori: non igitur perfecta. Psalmista igitur fortasse voluit dicere, quod mirabilia Dei cognosceret nimis. i. perfectè, non ex scientia acquisitione, sed diuina inspiratione: & hoc bene credo. Sed de libro vitæ, quæ hic dicuntur, vide supra, Exod. xxij. correctorio vlti. Id autẽ, quod interponit postil quod reprobi possunt dici in libro mortis, sicut electi in libro vitæ, hoc est Burg. valde molestum: quia vt inquit, in sacra scriptura non dicitur de tali libro. Hæc est Bur. cõfecta ratio, Nec postil. talẽ librum mortis ponit secundũ rem, sed secundũ dici: Et illud dici potest fundari super argumento à contrario sensu, quod Burg. sæpe grandipendit. Potest etiã fundari super regula, Sicut propositum in proposito, ita oppositum in opposito, si saltẽ alterum ineesset à natura. Nec Bur. reddit rationem: Cum aliqui dicantur scripti, quorum nec merita, nec demerita præcesserunt quare non potest dici hoc de omnibus, quod eadem ratione sint scripti? secundum enim irradiationẽ idealem difficile est negare omnes homines, imò omnes res fore in prospectu diuinæ cognitionis: Et secundum hunc modum omnes dicuntur scriptæ sicut picta; Alanus enim de planctu naturæ ea ratione dixit, vestem Phronesis omnium rerum formas quasi depictas continere, Sed quod de hominibus omnibus secundum illum modum scriptis, aliqui sint prædestinati, aliqui præsciti, hoc proueniat ex determinatione diuinæ voluntatis secũdum doctrinam doctoris subtilis. Hæc autẽ determinatio diuinæ voluntatis, cum sit respectus ad extrà ad diuinam voluntatem terminatus, non in ea fundatur: si ponatur nunc scripto, nunc dilectio, nulla sequitur ex hoc in diuina voluntate mutatio: sicut nec ex aliis respectibus, scilicet creationis, incarnationis, &c. Burgen. etiam illum passum. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui exponens de hominibus, non de angelis prout postilla. facit, modicam adducit rationẽ scilicet propter hoc quod dicitur, Matthæi vij. b. Arcta est via, &c. & Matthæi xx b. Multi sũt vocati, pauci vero electi. Burgen. non audet exponere amicos Dei solos electos, qui pauci sunt, propter hoc quod sequitur hic, Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur: ideo exponit amicos Dei de omnibus præteritis, præsentibus, & futuris, qui sunt amici secundum præsentem iustitiam, etsi non secundum æternam prædestinationem, sed videtur quod per hyperbolicam locutionem Burgen. ad sic dicendum non fuit compulsus. Quamuis enim electi in comparatione ad reprobos sint pauci, absolutè tamen intelligendo non sunt ita pauci, quin humanam notitiam excedant sub sola numeratione diuina comprehensi: quia Apocalyps. vij. c. post visa multa milia sanctorum descripta, dicitur, Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, &c. Non est inquam Burgen. compulsus ad dicẽdum eos Dei amicos, qui antequam nati fuerunt, fuerunt à Deo oditi: quia in æterna præscientia nullum actum positiuum Deus habuit circa præscitos, vt si præsciendo eorum esse naturæ secundum doctrinã Scoti. libro j. distin xlj. Et idem iudicium est de omnibus præscitis. De Esau autem scribitur Malach. j a. quod fuerit oditus antequam natus. Et si ipse vel quicunque alius fuerit amicus secundum præsentem iustitiam, hoc est solum secundum dici, nõ secundum esse. Nam dicitur Prouerb. xvij. c. Omni tempore diligit, qui est amicus. Planior igitur est expositio postilla. de angelis, quamuis etiam de electis hominibus sit absurda.

Et cùm postil. dixit hic, Dauidi, fuisse reuelatum, quod esset futurus in gloria, in societate Dei. Burgẽ. obicit per argumentum suum consuetum, Non habetur in scriptura sacra: igitur non est credendũ. Arguit autẽ ex scriptura oppositum, vt ipse putat & arguit sic, Infra scribitur, Et vide si via iniquitatis in me est, &c. Vane dixisset sic Dauid: si fuisset sibi reuelatum quod esset futurus in gloria. Ad hoc dico dupliciter: Primo, quod Dauid hoc dixit, nõ habendo respectũ ad factã sibi reuelationẽ, sed ad zelum, quẽ dixit habuisse contra iniquos, ne forte, si esset excessiuus, quod se distrahere posset à beatitudine sibi reuelata, quod tunc Deus zelũ suum moderando ducat in vita æterna. Secundo respõdeo quod quia Dauid scuit Dei potentiã illis reuelationibus non esse alligatam, nec viatoris libertatem arbitrium huiusmodi reuelationibus limitatũ: quinimo cũ eis constat, contingẽtia ad vtrũlibet: propterea probabiliter habuit dubitare, an reuelatio processisset ex diuina diffinitione, sicut distingui solent prophetiæ comminationis, & diffinitionis, ideo Dauid non frustra dixit, Et vide, si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna, &c. Sicut enim contingit præscitum esse in via, secundum præsentem iustitiam: sic contingit prædestinatum, non obstantibus reuelationibus, esse extra viam secundum præsentem iustitiam quia alias sequeretur error, quod gratia semel habita amitti non possit, si vera fuit: quæ reprobatur. de pœ dist. ij. §. Charitas. Et potest etiã hic dici breuiter, quod Dauid frustra non dixit: quia bonarum mentium est ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est, inquit bea. Grego. & habetur. v. distinct. Eli. Ad etus.

☞ detur

GLOSSA ORDINARIA.

A a *In finem Psal. Dauid.* AVGVSTINVS. Conquestio, gemitus, oratio corporis Christi inter malos constituti, nondum habentis in re, sed in spe bonum, vbi est plena exultatio. Monet, vt contra mala seculi Deum oremus.

B ✠ THEODORETVS. Cum Beatus Dauid à Saule persecutionem pateretur, in auxilium Deum a rerũ omnium conditorem implorat.

C ✠ BEDA. *In finem* in Christũ dicit, ex cuius persona totus est psalmus iste decantatus.

✠ Custodiet infrà. ✠ IDEM. Ezechias contra Assyrios orat, ne videlicet exterorum vi, vel fraude superetur. Aliter, vox Christi est.

PSALMVS CXXXIX.

b *Ripe me domine ab homine.* CASSIODORVS. Prius proponit qui hostes, quæ mala mouent, opponens eis preces. Secundò, dicit quòd auxilium habeat contra mala, ibi, *Dixi domino.* Tertiò, quæ sint mala inimicorum aperit, ibi, *Caput.* Ecclesia ergo inter malos laborans, clamat,

D

✠ BASILIVS. Cum multæ sint super terram, venenatæ ac pernicioſæ, malitiamque ostendentes bestiæ, relictis omnibus propheta ab homine malo eripi petit: Nam illæ in natura mansuetum quid habent, & facile vitari possunt, & quales sunt tales apparent: homo vero malitiam meditans, bestia quauis minus caueri potest. Generale vero malitiæ nomen ponit, non enim simpliciter eum qui in pecuniis, sed qui vbique iniustus est, dicit,

E

F

† maligno

☞ *A viro*

a ¶ Christum. b ¶ Dirigens. Est. c ¶ Ecclesiæ quæ hic loquitur.

In finẽm psalmus Dauid.

PSALMVS CXXXIX.

a ¶ Aug. Non ab vno, sed à toto genere, cum principe diabolo, qui homo dicitur in figura, vnde: Inimicus homo hoc fecit, qui superseminauit zizania, & vir, quia fortis ad nocendum.

b † Ripe me domine ãb homine † malo: 1

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXXXIX.

1 ERipe me. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo, & in translatione Hier.* Ad victoriam Psal. Dauid. *Et patet sententia ex dictis in titu. psal. præcedentis. De materia verò huius psalmi, videtur ex circumstantia litera, quòd fuerit ab eo factus, cùm esset in persecutione Saulis petens ab eo diuinitus liberari: pro quo fecit multos alios psal. vt patet ex supradictis, quia illa persecutio fuit longa, & Dauid fuit in maximis maximis periculis, vt patet ex decursu. j. Reg. Igitur secundũ hoc psal. iste diuiditur in duas partes: In prima Dauid petit suam liberationẽ; In secunda prophetice prædicit persecutorum punitionem, ibi,* Caput circumitus. *Prima in duas, quia primo Dauid pro sua liberatione impetrãda allegat persecutorũ nequitiã: secundo suam in Deo confidentiam, ibi,* Dixi domino. *Circa primum sciendum, quòd cum Deus sit iustissimus, ad eum pertinet liberare innocentes de persecutionibus iniquorum. Ideo dicit Dauid,* Eripe me domine ab homine malo, *id est, à Saule reddente mihi malum pro bono.*

✠ AVG.

MORALITER.

1 *Eri. me.* Sicut dixi in expositione literali psal. istum videtur fecisse Dauid cum Saul eum persequeretur petens, vt ab eo liberaretur.

MORALITER per Saulem, qui abutens interpretatur, diabolus bolus, qui bonis naturalibus à Deo sibi datis abutitur, significatur; propter quod iste psal. esse potest oratio cuiuslibet fidelis vexati tentationibus dæmonis, diuinitus liberari deuotè petentis. Et sic dicit, *Eripe me, dom. ab hom. malo.* i. à diabolo, de quo dicitur Matthæi xiij. d. *Inimicus homo superseminauit zizania.*

✠ *Qui*

a ¶ Quia nocet. Aug. Omnis malus nocet.
b ¶ Eripe à populo malorum, & maximè ab his.
¶ Facilius vitaretur aperta inimicitia, quàm occulta: quia nulla pestis efficacior, quàm familiaris inimicus.

a à viro † iniquo eripe me. Qui cogitauerunt † iniquitates in
b a ¶ Etsi in labiis bona. b ¶ Continua lætitia non lassata per moram.
c ¶ Bella semper de cordibus, etsi verba paccata. d ¶ Verba nequitiæ suæ polierunt.
e ¶ Impugnat corde, lingua, & manu.
c corde: tota die † constituebant prælia. Acuerunt linguas
d a ¶ Insanabile. b ¶ Aug. In labiis aliud habent.
e suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum *. † Cu-
f a ¶ Diabolus. ¶ Cas. Quia validus est ad nocendum, vnde princeps mundi dicitur.
b ¶ Membris eius, per quos conatur, quod per se nequit.
stodi me domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniqui-
a ¶ Vt non noceant. b ¶ Aug. Non dico, vt non noceant in causis seculi, sed in via Dei.
c ¶ Vicinas viæ Dei foueas parant. d ¶ Decipere, à via Dei retrahere.
g tatibus eripe me. Qui cogitauerunt † supplantare gressus meos:
a ¶ Peccata sua, quæ mihi suadent facere.
h abscōderunt superbi laqueum mihi. Et † funes extenderunt in
a ¶ Non, in. ¶ Vbi? b ¶ Aug. Non exeas à via, id est, à præceptis Dei, & non ruis in scandala.
i laqueū: iuxta iter † scādalū posuerunt mihi. * Dixi domino,

☞ a *A viro iniquo.* Aug. Iniquus est qui nocet; vnde cum dixisset, *Ab homine malo*, quasi exponens, subiunxit,

A viro iniquo. Significare volens, quòd omnis malus iniquus, quia vel sibi vel alij nocet. Et alij quidem nocet, vel mox vt malus est, vel postea. Sunt enim quidam mali, qui non videntur iniqui, quia non sunt sæui, non asperi, non persequentes, & pressuras hominibus facientes: sed tamen luxuriosi, ebriosi, voluptatibus dediti: qui etsi alijs nocere nō videntur, sibi tamen nocent: & ita non sunt innocentes; Innocens enim est, qui nec sibi nec B alij nocet. Si quis tamen altè consideret, etiam alijs nocet, saltem exemplo, quia viuit recū, & ad id quod agit inuitat: postea verò nocebat, etiam operare, Cum enim quæ habet, voluptuosè viuēdo consumpserit, postea capit alijs, quod effundere possit. Ex voluptate ergo & luxuria, quibus alijs nocere non videbatur, procedit quò te pungat: Sicut spinæ & radice lenes, sed inde procedit quod pungit, Incendatur ergo radix, & non est vnde procedat spina: Ita dum quis voluptuosè viuit, nulli nocere videtur, sed post rapit quod effundat; Corrigatur ergo voluptas, tanquam radix, & rapina C non nascetur.

† iniustoe-rue

†congrega uerunt.

† laqueos, tendiculas.

b *Qui cogitaue.* Cas. Qualiter mali persequuntur exequitur, impugnāt enim bonos tribus modis. s. lingua, manu, & corde: Et de corde præmittit dicēs, *Qui cogita.* q.d. eripe me à populo malorū.

Aug. Qui etsi in labijs plerunque bona prætendant, tamen cogitauerunt iniquitatem in corde.

c *Constituebant prælia.* ✠ Basilius. Non ea prælia dicit, quæ armis & aciebus; sed quæ insidijs struuntur, quibus homines tum in foro cum in domibus impugnant.

d *Acuerunt.* Qualiter in lingua persequuntur, ostendit.

e *Sicut serpentes.* Aug. In serpente est astutia & dolus nocendi: ideo & serpit, non habens pedes, vt non audiatur, cum venit, lenis est eius tractus, sed non rectus: Sic mali serpunt ad nocēdum, sub leni tractu habentes occultum venenum, vnde subdit, *Venenum aspidum sub labijs eorum.*

✠ Evthymivs. Vide quo pacto vitium in huiusmodi feritatem homines immutauit, quod si eorum natura, quantum corporeis oculis cerni potest, immutata non videtur, immutatum tamen est propositum, immutata mens, quo factum est, vt ad sæuitiam atque ad immanitatem sunt deducti. D

✠ Theod. Sæpè cum iurasset (Saul) amicisque verbis vsus esset, iusiurādum violauit. Subdolam igitur mentem & occultum dolum, iure serpentium ferarum veneno comparauit. 1 2 †iniustitias

f *Custodi me do.* Cas. De persecutione, quæ fit manu, id est, opere, subdit. 3 4 5

Cassiodorvs. Custodi me, quia per multa fallit, quæ nequit præcauere. * Selah †Conferua E †iniustis e-rue 6

✠ Theodoretvs. Hæc precatio hominis iusto accommodata est. Nō enim inimicis interitū, sed sibi ipsi salutem efflagitat. 7 8 9 10 11 †propelle-re †funibus extēderunt rete. * Selah

✠ Evthymivs. Quæ superius dicta sunt, rursus repetit, orationē intendens: *Peccator* autem atque iniustus, quicunque intelligendus est, qui delinquit, atque iniuria vel seipsum, vel alterum afficit, Seipsum enim iniuria afficere quis dicitur, quomodocunque quis peccet: alterū vero non semper; & quemadmodum sæpenumero scriptura iustitiam in vniuersum pro quacunque intelligit virtute: sic contra iniustitiam persæpe ponit pro omni vitio. F

g *Superbi.* Aug. Hoc nomine breuiter totum corpus diaboli explicauit: inde est, quod & iustos se dicunt, & nolunt confiteri; Omnis superbus, etiam inuidus est, sicut diabolus, qui inuidit homini, quod perdidit.

h *Et funes extenderunt in laqueum, &c.* Aug. Vnde Esaias, *Va his qui trahunt peccata, sicut restem longam*, quia addunt peccata peccatis, vt qui defendit quod malè agit, & cum adulterio addit homicidium, & pro illo veneficium, producitur, restis non de rectis, sed de tortis filis, vt sit ei vnde ligētur pedes & manus, & mittatur in tenebras exteriores. Esai. 5. c.

i *Dixi domino.* Aug. Diapsalma. Secunda pars, quod auxilium contra mala, quasi dicat, tot modis mali impugnant, & quod est remedium inter tot & tanta mala.

Dixi domino Deus meus. Magna fiducia, etsi omnium Deus, propriè tamen eorum qui eo fruuntur.

☞ *Exaudi*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 A viro iniquo eripe me, *id est, à Doeg incitante Saulem ad persequendum me.*

2 Qui cogitauerunt iniquitates in cor. *cogitantes multis machinationibus me occidere*

3 Tota die constituebant prælia, *quia de consilio Doeg & aliorum malignantium, Saul frequēter eduxit exercitum ad capiendum Dauid.*

4 Acuerunt lingu. snas sicut sepentes. *quia Doeg & alij detractores incitabant malignē Saulem ad persequendum Dauid inique: propter quod dixit Dauid ad Saul j. Reg. xxiij. b.* Quare audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduersum te? &c. *ideo subditur.*

5 Custodi me de manu peccatoris, *id est, Saulis obstinati in peccato odij contra me.*

6 Et ab hominibus. *id est, à Doeg, & aliis sibi in malitia adherentibus.*

7 Qui cogitaue. supplan. *vt ad regnum peruenire non valeam, sicut à domino promissum est mihi per Samuelem.*

8 Absconderunt superbi la. *quia frequenter posuerunt insidias occultas contra Dauid.*

9 Et funes exten. in la. *quærentes me capere, etiam per illos, qui deberent me diligere. s. per habitatores Ceilæ, quos Dauid liberauerat de Philisthæis, & per Ziphæos, de quorum genere Dauid erat, & tamen isti voluerunt eum in manibus Saul tradere, vt habetur j. Reg. xxij.*

10 Iuxta iter scan. po. mi. *i. quæsierunt me capere per considerationem locorum, vbi consueuerā ire. vnde j. Regum xxiij. c. dixit Saul Zephæis,* Abite ergo, & diligentius præparate, & curiosius agite, & considerate locum, vbi sit pes eius, &c.

11 Dixi domino. *Hic consequenter Dauid pro sua liberatione allegat suam*

MORALITER.

✠ 2 *Qui cogitaue. iniquitates in corde.* Dæmones enim semper quærunt ad iniquitatem homines impellere, ideo subditur,

3 *Tota die consti. prælia,* tentationum.

4 *Acuerunt linguas suas sicut serpentes,* sub specie boni suggerendo pessima.

5 *Custodi me domine de manu peccatoris,* id est, diaboli in peccatis obstinati.

6 *Et ab hominibus iniquis,* qui sunt dæmonum ministri.

7 *Qui cogitauerunt supplantare gressus meos,* id est, in peccatis inuoluere me multis & variis modis.

10 *Iuxta iter scandalum posuerunt mihi.* Greg. homi. xxxvij. *Maligni spiritus iter nostrum, quasi quidam latrunculi obsident,* propter quod necesse est nobis ad diuinum auxilium recurrere, ideo subditur,

11 *Dixi do. Deus meus.* cui propriū est succurrere seruo suo; ideo subditur,

✠ *Domine*

a *Exaudi domine vocem deprecationis meæ.* AVGVSTINVS. Vox hominum & animæorum: sonus est cæterorum. Qui ergo precantur Deum & non de eo bene sentiunt, sonum habent: Qui bene, vocem, quæ est vita & anima deprecationis. Talis dicit, Domine Deus, id est, verissimè domine, non vt homines domini, qui emunt saccello, tu sanguine.

b *Virtus salutis meæ obumbrasti super caput meum.* AVG. Qui das vires salutis meæ. Videbat pericula mala abundantia, pro quibus refrigescit charitas: subdit solatium, scilicet, quod qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Perseuerantia igitur ad virtutem pertinet. Quia ergo difficile est in longa via perseuerare, tu es virtus, vt perseuerando sim saluus. Et vnde spero, quòd es virtus? quia *obũbrasti.* Ad hoc valebit mihi obumbraculum, vt æstum non patiar à meipso, à meo desiderio, quo locus sit diabolo; sine quo nihil facit, quantumcunque sæuiat hostis.

✠ BASILIVS. Vide quomodo facultatem Dei ostendat: non dicit ante bellum, sed *in* ipso *die belli.* Quando sublata sunt mala, tunc in securitatem me constituisti. Deinde vt victoriæ & securitatis excellentiam ostendat, non dicit seruasti me, sed quid? *Obumbrasti super caput meum.* Neque vulgarem me afflictionem, aut quantam feruoris æstus infert, sustinere fecisti, sed in tantam securitatem constituisti, vt velut in vmbra delicier. Loquitur autem de ereptione & liberatione à malis.

c *Non tradas me domine à desiderio.* AVGVSTINVS. Diabolus proponit lucrum, vt trahat te ad fraudem non habebis lucrum, nisi fraudes. Lucrum esca est, fraus laqueus: quem ergo vincit desiderium escæ, cadit in laqueum, sed æstum desiderij temperat vmbraculum Dei, & nusquam est locus diabolo, nisi ex tuo desiderio.

✠ THEODORETVS. Porro Symmachus sic dixit, *ne des domine desideria iniusti*; similiter autem Aquila & Theodotion, Desideranti, ait, meam cædem, ne des desiderij aduentum: & secundum Septuaginta, ne per me consequatur quod cupit, quando quidem saluus esse cupio, ille vero me perimere cupit, ne igitur meum desiderium illi præbeas.

d *Caput circumitus.* CAS. Diapsalma. Tertia pars, vbi dicit, quæ sint mala inimicorum.

AVGVSTINVS. Quasi dicat, Me tegit vmbra tua, sed illos capit circumitus eorum, mali eunt in gyrum erroris, vbi iter sine fine. Huius circũitus superbia est caput, *Quia initium omnis peccati superbia est.* Et quia omnis superbus fictus, & fictus mendax, ideo subdit: *Labor labiorum*, id est, mendacium: Laborat enim, qui fingit, quid dicat, veritas autem facilè dicitur. *Operiet*, pro teget, defendet; vel de assertione superant.

✠ EVTHYMIVS. Per *circuitum* sagenam intelligit aut rete, hoc est insidias. Caput, inquit, insidiarum suarum, in quo potissimum confundunt, idipsum erit quod eos absconder, ac perdet: quod alio nomine *laborem labiorum* suorum appellauit, eo quod meditando in eo laborarunt, & cum labore inuenerunt. Per eadem etenim ipsi destruuntur arma, per quæ ipsi alios sperant destruere. Vel, per *laborem labiorum*, prauas meditationes & sceleste eorum consilia intelligit: Huiusce modi enim est prauitas, vt authori suo perniciem atque interitum adferat.

✠ THEODORETVS. Hoc autem planius Symmachus interpretatus est, *Acerbitas eorum. qui circumdederunt me, labor labiorum ipsorum operiet eos.* In propias, inquit, insidias incidant, &, quæ in me molitisunt, patiantur, & acerbitas contra me accensa, eos, qui hac vtuntur, penitus operiat. Hoc simile est illi quod septimo psalmo dictum est, *Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.*

✠ BASILIVS. *Circuitum*, hic cœtum vocat & consessum *Caput*, ipsum mali & peruersi animi, eos opprimat ac perdat. *Laborem* vero hic, malitiam vocat. Talis enim est malitiæ, ipsi possessori suo pernitiosa redditur.

e *Labor labiorum ipsorum operiet eos.* CASSIOD. id est, falsa & mendax assertio eorum, operiet eos; quia de sua falsa assertione superantur.

☞ *Cadent*

a ¶ Illi homines, & mei. b ¶ Non aliud quæro. c ¶ Deprecationes malorum sine voce, quia sine vita, id est, affectu charitatis.

a Dẽus meus es tu: † exãudi domine vocẽm deprecatio-
a ¶ Id est, in pugna foris contra fictos intus contra legem membrorum, gratia refrigerat.
nis meæ. Domine, domine virtus ſalutis meæ: † obũm-
a Tradidit illos Deus in desiderium cordis eorum.
brasti ſuper caput meum in die belli. † Nõn tradas me
a ¶ Inimici. ¶ Cas. Hoc ne fiat, probabilis res sequitur: vt sicut illi faciunt consilium in malum, ita virtus Dei auxilium.
domine à deſiderio meo peccatori: cogitãuerunt
a ¶ Aug. Quia seducto homine gaudet, & triumphat diabolus & sui.
† contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur. † Caput circumitus eorum, labor labiorum ipſorum
a ¶ Caput eorum est circumitus, id est, diabolus, qui nunquam recte incedit, & error, & temporalia.

† percipe auribus

† aduersũ

Matt 10.b

4 Summa circũdatiũ me, mendacium lab.

Ecclesiastic 8

1 Et operi caput

2

3

4 Ne tradas domine desideria sua impio, cogitationẽ eius ne perficias, ne exaltẽtur. Selah

5

† qui fingit, quid dicat,

6

7

† teget, defendet;

8

9

10

☞ *Cadent*

NICOLAVS DE LIRA.

ſuam in domino confidentiam. Modus enim est magnifici liberare confidentes in eo: propter quod dixit Dauid, Dixi dom. Deus me. es tu, *in quo confido, & non mea virtute.*

1 Exaudi do. vocem deprecationis meæ, *liberando me à Saulis persecutione. Et quia gratitudo de beneficio iam præstito est dispositio ad aliud obtinendum, ideo Dauid ad impetrandum liberationem ſuam de persecutione Saulis, recolit tãquam gratis beneficium quod ei Deus præstiterat liberando eum de manu Goliath gigantis.*

2 Domine, domine virtus ſalutis meæ, *id est, per cuius virtutem fui ſaluatus.*

3 Obumbrasti ſu.e. meum, *protegendo,*

4 In die belli, *quod accepi cum Goliath Gethæo.*

5 Non tradas me domine à deſiderio meo, *id est, extra deſiderium meum.*

6 Peccatori, *id est, Sauli obſtinato in peccato odij contra me, minus enim dicit, & plus significat, per hoc enim quòd dicit, quòd talis traditio esset extra deſiderium ſuum significat, quod eam horrebat, ſicut in communi modo loquendi, quando contingit alicui, quod est ſibi horridum, dicit: hoc non deſiderabam, vel non petebam, ad ſignificandum illius, quod accidit ſibi, horrorem. Et ſubdit cauſam dicti horroris, cum ſubditur,*

7 Cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, *per vias diuerſas me occidere.*

8 Ne forte exaltentur, *habentes de me intentum, propter hoc ſuppleto, ne tradas me in manibus eorum, & est modus loquendi truncatus, ſicut ſolent loqui homines in timore poſiti.*

9 Caput circum. *Poſtquam Dauid petiit ſuam liberationem, hic conſequenter prophetice prædicit perſecutorum ſuorum punitionem. Ad cuius intellectum ſciendum, quod Saul perſequens Dauid ex deſiderio occidendi eum, cingebat eum & viros eius in modũ coronæ, ne poſſet euadere, vt habetur 1. Reg. xxiij. d. Ad hoc autem incitabatur à Doeg, & aliis detractoribus falsò diffamantibus Dauid apud eũ: & iſta iniquitas Saulis & detractorum contra Dauid fuit occaſio, quod Deus permiſit eos occidi in mõte Gelboe, vt puniretur iſta malitia eorum. Et hoc eſt quod dicitur*, Caput circumitus eorum. *i. Saul, qui erat caput exercitus circundantis Dauid modo dicto.*

10 Labor la. *id est, frequens detractio Doeg, & aliorum ſimilium.*

☞ Operiet

MORALITER.

✠ 2 *Domine, domi. vir. &c. Non tradas me domine*, id est, non permittas me tradi.

† *A deſiderio meo*, id est, à fomite ad peccatum inclinante.

6 *Peccatori.* i. dæmoni, vt dictum est.

† *Ne derelinquas me, ne for. exal.* Si traditus fuero in manibus dæmonum per mortale peccatum.

9 *Caput circumitus eorum*, Hic ponitur pœna dæmonum malorum, cum dicitur,

Caput circumitus eorum, id est, princeps exercitus malorũ, ſupple puniatur cum exercitu ſuo, modo, qui ſequitur,

10 *Labor labiorum ipſorũ operiet eos, &c.* quo inducunt homines ad peccatum.

☞ *Operiet*

☞ A

a *Cadent ſu. e.* AVG. Vel carbones ignis in terra,& deiicies eos in hac mortali vita, antequam veniet ignis æternus. *Cadent ſuper eos carbones ignis.* ſ. ſancti,qui ex mortuis reſurgunt: *Qui cùm eſſent tenebræ aliquando, nunc autem lux in domino.* Qui cum alios accendunt,alios deijciunt. Cum enim mali vident eos lucere,inuident eis: & ſic ſuper eos cadunt,vnde Apoſtolus, *Aliis ſumus odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem.*

Epheſ 5. b.

2.Cor. 2. d.

✝ teget † Decident

✻ EVTHYM. Non ſimpliciter *carbones* dixit, ſed *in igne*, hoc eſt multum ignem habentes ac valde inflammati. Per *carbones* autem ſupplicia intelligе,quæ à Deo deſuper immittuntur, quæque carbonum inſtar ardentium acerbiſſimas infligunt pœnas. Prophetiam vero continent hæc verba, adueruſus huiuſmodi inſidiatores, in quorum multos ignis à Deo immiſſus,ac delatus eſt.

✝ſtabilietur

B

✝inhabitabunt.

C

a ¶ Hic in terra,antequam veniat ignis æternus.

b ¶ Id eſt, ardores concupiſcentiarum: cadent ſuper eos,id eſt, conterent eos in hac vita, & poſt ſeculum deiicies eos in ignem æternum,& ſic illo inuoluti non ſubſiſtent.

c ¶ In illos carbones. d ¶ Permittes deiici.

a ✝operiet eos.✝ Cadent ſuper eos carbones,✝in ignem ✝deijb

a ¶ Huius ſeculi impatientes cadunt,id eſt,deficiunt, quas boni patienter tranſeunt.

b ¶ Cui voluptas eſt loqui,nec attendit quid dicat.

c cies eos,in miſerijs non ſubſiſtent. Vir linguosus non ✝ diri-

a ¶ Aug. Quaſi dicat, omnes volunt ſe abſcondere à malo, quod & boni fugiunt. Sed malum capit homines bonos,non ad interitum,etſi patiantur,quia modo & anima coronatur, & in poſterum caro reparabitur. Malos vero capit ad interitum,quia in miſeriis,non ſubſiſtent.

¶ In hac vita. ¶ Hæc mala modo ſed & de futuro.

d getur in terra. Virum iniuſtũ ✝ mala capient in interitu. Co-

a ¶ Quod illi non præuident. b ¶ Tandem, etſi non modo.

c ¶ Qui eſurit,quærit,pulſat. d ¶ Alias cauſam.

gnoui, quia faciet dominus iudicium ✝ inopis, & vindictam

a ¶ Aug. Dum & cauſam eorum agis, & iudicium facies,confite.no. tuo,quia nihil ſuis meritis tribuunt,ſed tuæ miſericordiæ,& ita ſunt recti, Qui enim ad ſe flectit,cor torquet,qui vero in Deum intendit,dirigit,& ideo ibi ei requies,vbi cor habet.

e pauperũ. Verũtamen iuſti confitebuntur nomini tuo: &

a ¶ Quibus male erat in vultu ſuo,in cuius ſudore panem oderunt.

f ✝habitabunt recti cum vultu tuo

b *Deijcies eos.* ✻ BASIL. Vnus quidem interpres, *ita*, inquit, *eos perdidit, vt amplius non ſurgant:* Alius vero, *multa*, iniquit, *cum velocitate.*

c *Vir linguo.* AVG. Quiſquis vult dirigi, magis optet audire, quàm loqui: Sicut Iacobus, *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum.* Perfectius eſſet omnes audire ſponſum: vnde ait Ioannes, *Amicus ſponſi ſtat, & audit, & gaudio gaudet propter vocem ſponſi.* Sed propter imperitos loqui aliquando eſt neceſſe, vt doceantur. Qui ſemper docere deſiderat, ſemper vult imperitos habere quos doceat. Gaudium ergo ſit taciturnitatis, & ſponſum audiendi in voluntate: Vox doctrinæ ſit in neceſſitate: & ita non erit vir linguoſus, qui nunquam dirigitur. Intus à veritate audiendum eſt, vt intremus in gaudium domini. Quem enim delectat loquendo, foras exire, tumidus eſt: & quia foris eſt quod amat, mittetur in tenebras exteriores. De interioribus ergo ſit gaudium, de exterioribus neceſſitas, non voluntas.

Iaco. 1. d.

Ioan. 3. d.

D

✝ ignis & in terra.

✝ deiiciat eos, in foueas ne reſurgant.

1

† 2

✻ BASIL. Linguoſum hic conuiciatorem, negatorem, vituperatorem, & continue latrantẽ dicit. Quis fructus huius? nõ proſperabitur, inquit, in terra, hoc eſt, deiicietur ac ſubuertetur,

E

3 4 5 6 7 8

✝ malũ venabitur ad præcipitia.

ſ gentis.

9 10 d *Iniuſtum, &c. in inte.* AVG. Quod non fit inopi, qui ſi capitur malis, non tamen in interitum, flagellat Deus omnem filium, quem recipit. Et licet boni modo ſint afflicti, tamen *confitebuntur* inter grauia, quod laudabilius: *Et habitabunt*, ideo nil timetur in mundo.

F

Hebr. 12. b

✻ EVTHYM. Hoc dixit, vt iniuria affectos quoſcunque homines conſolaretur, ſimulque vt ipſos iniuriam inferentes perterreret, & moderatiores redderet.

e *Veruntamen* CAS. Cõcluſio pſal. vbi dicit, quod ſi boni liberati ſint, & de inimicis vindicati, non tamen ſibi dant, ſed Deo. vnde, & habitabunt cum eo.

f *Habitabunt cum vultu tuo.* Quia Deum, ſicut eſt, videbunt.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Operiet eos. *i. erit occaſio, quod operiantur morte in mõte Gelboe,* ☞ *ſicut autem captam operit rete. Et quia non ſolum fuerunt puniti temporali morte, ſed etiam igne gehennæ ſecundum communem opinionem, ideo ſubditur:* Cadent ſuper eos carbones, &c.

2 In miſeriis non ſubſiſtent, *quia pœna infernalis eſt importabilis. Et quia Doeg detractor peſſimus nõ ſolum fuit punitus in ſe, ſed etiam in prole: quia Dauid filium eius fecit occidi, eo quod dixit ſe Saulem interfeciſſe, quærens per hoc ipſi Dauid placere, vt dictum fuit. ij. Regum.* j. *ideo ſubditur,*

3 Vir linguo. *quia Doeg non reliquit filium ſuperſtitem, ideo adhuc ſubditur,*

4 Virum iniuſtum. *ſ. Doeg Idumæum.*

5 Mala ca. in interitu. *ſ. ſuo & filij ſui: & ideo ſubditur hic,* mala *in plurali. Et quia, ſicut dictum eſt, iſta punitio fuit facta ad vindicandum mala, quæ facta fuerant Dauid & viris eius; ideo ſubditur.*

6 Cognoui. *prophetia ſpiritum.*

7 Quia facier do. iu. inopis, *id eſt, ipſius Dauid qui fuit inops in fuga Saulis, in tantum quod à Nabal petiit cibum.* j. *Reg. xxv.*

8 Et vindictam pauperum. *i. virorum Dauid, qui erant pauperes, ſecundũ quod dicitur.* j. *Reg. xxij. a.* Et conuenerũt ad eũ omnes, qui erant in angustia cõſtituti & oppreſſi ære alieno & amaro animo: & factus eſt eorũ princeps. *Et quia Dauid & viri eius in illa perſecutione non declinauerunt à fide vnius Dei, & ipſius cultu; ideo ſubditur.*

9 Veruntamen iuſti confi. no. tuo, *etiam in tribulationibus poſiti.*

10 Et habitabunt te. cum vul. tuo. *id eſt, placentes in conſpectu tuo.*

MORALITER.

1 *Operiet eos*, in inferno, ſicut operit rete captas aues.

✠ † *Cadent ſuper &c. in ignem*, ſ. gehennæ.

2 *In miſeriis non ſub.* Dicitur enim importabilis illa pœna, eo quod eſt grauiſſima. Et ſubditur de malis hominibus,

3 *Vir ling.* relator, detractor, & ſeditioſus.

4 *Virum iniuſtum ma. cap. in inter.* quia mala gehennæ eũ capient in morte.

6 *Cognoui, quia fa.* ipſum ditando diuitiis ſpiritualibus & æternis.

8 *Et vindictam paupe.* punies oppreſſores eorum.

9 *Veruntamen iuſti, conſi. &c.* confeſſione laudis.

10 *Et habi. recti cum vultu*, clarè videntes faciem tuam in cælis.

GLOSSA ORDINARIA.

a *Pſalmus Da.* AVG. Pſalmus iſte ſubobſcurus eſt. Sunt enim in ſcripturis ſanctis profunda myſteria, quæ ad hoc abſconduntur, ne vileſcant; ad hoc quæruntur, vt exerceãt: ad hoc aperiuntur, vt Scriptura, ſi nuſquam aperta eſſet, non te paſceret: ſi nuſquam occulta, non te exerceret. Hic tamen non alia dicuntur, quam in aliis pſalmis dicta ſunt: ſed eadem, licet diuerſo modo. Ideo eadem, quia oportet ſæpius commemorari, quod cogit mundus obliuiſci: Omnia ideo multipliciter dicta ſunt, vt varietas locutionis faſtidium tolleret veritatis. Amant enim ſe inuicem mali, ſed amor iſte tartareus eſt: Alia eſt charitas Chriſtianorum, quam Paulus diffinit, dicens, *Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.* Alibi vero quaſi ſcientibus, *finis legis eſt charitas*: & non dicit quæ charitas, quia alibi dixit, Non enim omnia vbique dici aut poſſunt, aut debent: ideoque ibi non dixit qualis charitas, ſed ibi determinauit, vbi addidit, *de corde puro*, quando ſecundum Deum diligis

1. Tim 1. a. Rom. 10. a.

a ¶ Attribuitur. b ¶ Chriſto in perſona hominis peccatis circumuenti clamantis.

a Pſalmus Dauid.

diligis hominem, quæ non inter malos, *& conſcientia bona & fide non ficta.* Illud autem de quo hic, & in aliis pſal. tractatur, eſt charitas. Charitas verò eſt amor, ſed non quilibet: Eſt enim amor ætherous, & eſt amor tartarens.

AVG. Vnus homo caput & corpus: proprium capitis eſt loqui pro membris, vt lingua noſtra perſonam omnium membrorum ſuſcipit: ipſa pro omnibus verbo fungitur. Charitas enim vnum facit nos cum Chriſto. Siue ergo caput loquatur, ſiue mẽbra, Chriſtus loquitur: ſed in voce eius quiſque agnoſcit; ſuam aliquando dicit quod ſibi ſoli competit: non tamen ſeparat ſe à noſtris verbis, ſed à ſuis proprijs ad noſtra redit, & à noſtris interdũ ad ſua propria tranſit.

✻ BEDA. Sub perſona Ezechiæ canitur, pœnitentiam exercentis: Ne contra iram Aſſyriorum raperetur in iram; Aliter, vox eccleſiæ contra hæreticos, ſicut & ſuprà.

☞ PSAL.

PSALMVS CXL.

Domine clamaui. ✠ Basil. Clamorē hic internum illum dicit, quo & Moses clamauit, quem cor accensum, & animus contritus parit. Clamorem autem non solum talem quærit sed & vt ad ipsum oretur.

Cas. Sciēs propheta hominē peccatis implicari, rogat vt audiatur, subdens à quibus maximè velit liberari, secundò dicit quòd à iusto corrector spernat falsos auditores, ibi, *Corripiet.*

b *Intende.* Avgv. Nondum enim finitus est clamor, quia nondum finita est tribulatio; Si finita est tribulatio, finitus sit & clamor: Si verò manet vsque in finem, nunquam esset clamor.

c *Dirigatur.* Cas. *Oratio*, sit *incensum*: operatio, *vespertinum, sacrificium*: quod acceptabilius erat in lege, quia figura erat illius veri sacrificij, quod in fine mundi in cruce oblatum est. Vespera nostra finis viæ. Potest præterea *sacrificium vespertinum* dici pœnitentia, qua in fine mundamur. Et est, *Eleuatio manuum mearum* sit tibi *sacrificium vespertinū*, i. opera mea bona sic tibi sint accepta, vt pœnitentia quæ agitur in vespera. i. in fine vitæ: in quo ii perfectè offeri nus, purgamur; hoc dicit, vt nemo desperet, qui in fine pœniteat.

✠ Theod. Virtutis actionem precibus coniunxit, quandoquidem manuum erectio hanc declarat, nam opus manus aggrediuntur. Cæterum obsecrat, vt, perinde ac thuris vapor, preces ascendant, illiusque bonum odorem imitentur, eodem enim modo & manuum extensio vespertino sacrificio videtur esse similis. Vespertini quidem & non matutini mentionem fecit, quoniam in calamitatibus & mœroribus erat, tenebris quippe & nocti similes sunt calamitates.

✠ Evthym. Sacerdotes legem habebant, quod vbi nullus sacrificium offerret, ipsi sponte sua bis in die sacrificarent, mane quidem agnum vnum, & vespere alterum, erantque hæc sacrificia pura, munda, & Deo maximè grata, cùm alia sæpenumero ab offerentium vitiis minus pura viderentur. Vespertinum vero huiusce-

PSAL. CXL.

¶ O. ¶ Iam diu. a ¶ Quid? b ¶ Et item adhuc clamo.

Omine clamaui ad te, † exaudi me: intē de † voci meæ cùm clamauero ad tē. Dirigatur orātio mea sicut incēnsum in conspectu tuo: eleuātio manuum mearum sacrificiūm vespertinum. Pōne domine cūstodiam ōri meo, & † ostium † circumstantiæ lābiis meis. † Non declines

a ¶ Quando? b ¶ Intentione cordis. a ¶ Ignis charitatis incensa. b ¶ Id est, sit tibi incensum, id est, bonus odor. a ¶ Operatio mea bona, quæ sit pro æternis. a ¶ Placeat tibi, vt sacrificium vespertinum. b ¶ Et. c ¶ Ne iniqua cogitet. d ¶ Alias cordi. a ¶ Alias, continentiæ. b ¶ Ne stulta promant. Ad hoc vt. Non. ¶ Christus hoc dicit ex persona ecclesiæ, cum vnus ex membris hoc orat, ipse orat. Sicut alibi ex persona membrorum dicit, Quid me persequeris? Et. Efuriui, & non dedisti mihi mānd.

a b c d e f g

† deprecationi meæ

† obseruatione super ostiū labiorū meorū, † continentiæ circa labia mea.

¶ Festina mihi

† 16 q. 1. c. prædicator De cons. c. quātò dev. 5 u. c cū ro. De excess. præla. c. inter.

a *Domine clamaui.* Dauid expertus se peccasse per linguam, iniuste dando Miphiboseth hæreditatem, & præcipiendo populi numerationem, fecit hunc psalmum, orans ne pateretur recidiuum.

Moraliter, est oratio viri ad peccata linguæ proni, petentis ab hoc diuinitus liberari. Et primo ponitur exauditionis postulatio, secundo formatur petitio, ibi, *Pone domine.* Circa primum dicit, *Domine clamaui ad te exau.* quia clamaui corde & ore.

4 *Dirigatur ora. mea*, i. sit tibi placita,

† *Sicut*

† *Sicut incensum in conspe. tuo.* Per quod, in lege veteri, significabatur offerētium deuotio, per quam sacrificia erant accepta Deo.

5 *Eleuatio manuum mearum*, ad cælum orando.

† *Sacrificium vespertinum.* quod erat sacrificiorum illius diei cōsummatio, & in hoc significatur orationis perfectio.

6 *Pone domine.* Hic consequenter formatur petitio, cum dicitur, *Pone domine cust. ori meo*, vt non peccem recidiuando.

8 *Non declines cor meum*, id est, declinari non permittas ad mala verba,

✠ *Ad excu-*

iusmodi, quod diximus, sacrificium honoratius atque acceptius erat quam matutinum. Nam quod mane offerebatur, ad vespertinum respiciebat. Vespertinum vero vniuersum sacerdotale diei opus, officium, ac ministerium perficiebat.

d *Eleuatio mea.* Avg. Hoc de capite omnes intelligant, qui ad vesperam animā posuit, iterum recepturus; non amisit inuitus, sed tamen nos ibi figurati sumus; quod enim illius pependit in ligno, de nobis accepit. *Vespertinum sacrificium*, passio domini, oblatio victimæ salutaris, quod fecit in resurrectione munus maturiū. Oratio ergo pure directa de corde fideli, tanquam de ara sancta in incensum surgit. Subdit ex voce corporis,

e *Pone do. cu.* Nota, quòd & cordi & ori petit apponi custodiam: Duplici munimine opus est, vt nec cogitatio iniqua sapiat, nec praua voluntas in fatua verba erumpat.

f *Ostium.* Avg. à similitudine illius, qui circumstat ostium, ne intret, vel exeat, cui non licet.

Hier. Dicit enim Ieremias: *Mors intrauit per fenestras nostras.* Et Petrus ait, *Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circumit quærens quem deuoret.* Ier. 9 f. 1. Pet. 5. b.

Avg. *Ostium circumstantiæ* vel continentiæ, clauditur & aperitur: Aperiatur, ad confessionem peccati: clandatur, ad excusationem; & ita erit *ostium continentiæ*, non ruinæ.

✠ Evthym. Sciens propheta, quod os malorū, magna causa esse solet, si negligatur, quē admodū contra bonorū si cura eius habeatur: ex intimo corde preces fundit, & Dei opē inuocat. Per oris autē custodiā, mentis præfecturā intellige, quæ animaduertere debet & scire, quænā effetēda, & quænam retinēda sint. Nec enim tot vnquam homines à gladio, quot à lingua ceciderunt.

✠ Theod. Duos parietes opifex linguæ dedit, nimirū dentium, & labiorum, temerarium eius impetum cohibens. Verūtamen vates, & vt alias custodias consequatur, obsecrat, timens ne quid indecorum in miseriis dicat.

g *Non declines.* Cas. Q. Ad hoc pone ostium, vt non excusetur:

quod

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs CXL.

Domine clama. *Hunc psal præmittitur talis tit. in Hebr.* Psalmus Dauid, *Ex quo apparet autor psal. De materia vero eius, videtur ex circunstantia litere, quod Dauid expertus se peccasse peccato linguæ, vt apparebit in prosequendo, fecit hunc psal. petens à domino vt non pateretur amplius recidiuum. Et diuiditur in duas partes: quia primo Dauid exaudiri postulat, secundo petitionem suam explicat, ibi,* Pone domine. *Circa primum dicit,*

1 Domine cla. ad te. *corde & ore deprecando:*

2 Exaudi me, *petitionem meam adimplendo.*

3 Intende voc. *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem affectus expressionem.*

4 Dirigatur ora. *Oblatis enim sacrificiis in altari holocaustorum, quod erat ad diuo. sacerdotes, qui obtulerunt sacrificia, lauabāt manus & pedes, & sic intrabant primam portam templi, vbi erat altare incensi, ibi cremantes thymiama, quod hic dicitur incensū: & tunc dicebatur sacrificium consummatum, Heb. ix. b.* In priori quidem tabernaculo introibant semper sacerdotes oblationem sacrificiorum consummantes. *Illa enim sacrificia non erant Deo grata ex se, sed ex deuotione offerentium, quę quidem deuotio significabatur per cremationem incensi: ideo tunc dicebantur sacrificia consummari: per hoc ergo quod dicit Dauid,* Dirigatur oratio mea &c. *petit quod sua oratio sit consummatè exaudita, & idem petitur per hoc, quod subditur,*

5 Eleuatio manuum mearum sacri. vesp. *quia post oblationem iugis sacrificij in vespere, non offerebatur aliud, vsque in mane diei sequentis.*

6 Pone domine. *Hic consequenter Dauid explicat suam petitionem: Et diuiditur in duas partes, quia primo petit præseruari à lingua culpa, secundo à culpæ pœna, ibi,* Quoniam adhuc. *Per linguam enim homo multipliciter peccat, & cōtra hoc petit di.* Pone domine custo. ori. m. *vt non peccem per præcipitationē loquendi, sicut alias feci, dicendo Siba, Tua sint omnia, quæ fuerunt Miphiboseth, in quo peccauit Dauid, sicut dictum fuit. ij. Reg. xvj. & suprà psal. cxv.*

7 Et ostium circun. lab. meis. *Dicitur autem* ostium circunstantię, *quod retractat verbum male prolatum: Cuius contrarium fecerat Dauid, quādo numerationem populi mālè præcepit, nec ad verbum Ioab retractare voluit. secundum quod habetur ij. Reg. vlt. & ideo petit Dauid, vt hoc vlterius sibi non contingat, dicens,* Et ostium circumstan. &c.

8 Non declines. *id est, delinare permittas.*

Cor

quod summum vitium dominatur hominibus: vnde tardius pœnitent, vnde in libro Reg. *Quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ est nolle acquiescere.* 1.Reg.15.c.

a *Ad excu* CAS. Consuetudo impudentium, vt deprehensi, primum per aliqua falsa excusent, & inde conuicti alia quærunt, tempori vel necessitati vitia imputãtes, nequando veritati cedant.

✠ EVTHYM. Adã etenim in Euam, Eua in serpentem, peccati causam prætexendo b reiecere: Pari modo c homicida iræ tyrannidem prætexit; adulter concupiscentiæ vires; fur inopiam & necessitatem, & alius aliud quid. Verum hæc, quæ diximus, peccata non gignunt, sed humana negligentia: & manifestum hoc tibi fiet, si bene animaduerteris. Sciens enim diabolus, quod confessione Deus placatur, & negatione magis irritatur, persuadet peccatoribus prætexere, quod ipsi non peccauerint, sed quod aliquid peccati causa eis exciterit.

✠ THEOD. Excusationes in peccatis. Symmachus dixit, *ad cogitandum cogitationes iniquas*, & Secundum LXX, sic intelligendum est. Poterat sic ratiocinari beatus Dauid, inimicus & hostis est Saul, meámque cædem desiderat, non iniustum est igitur huiusmodi hominem interimere, dicente lege, *diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum:* Sed euangelicum viuendi modum præuidens, secundum illum viuere voluit, & precatur, vt nullam peccandi occasionem arripiat.

b *Communicabo.* CAS. Vel, *combinabor.* Combinati dicuntur, quando duo simul ligantur, vt alter alterum impediat, ne sit fuga libera. Non combinabor ad similitudinem canis.

c *Cum electis.* AVG. *Electi* sunt, qui se iustificant, cæteros despiciunt, vt Pharisæus, & peccata defendunt quibusque modis. Cũ talibus non vult iste *combinari*, i. sociari, ne impediatur ab eis. D Luc.18.b.

d *Corripiet me.* CAS. Secunda pars, vbi fidelis iste iam econtra à iusto correctus, spernit falsos laudatores, malis verbo & moribus profuturus, in quo & petit custodiri.

¶ Quasi omnia cursu agantur.

a
cor meum † in verba malitiæ, ad excusandas excusationes
¶ Id est, sicut excusant homines, qui operantur iniquitatem.
in peccatis. Cũm hominibus operantibus iniquitatem, &
a ¶ Alias, non combinabor, id est, non ero socius. ¶ Et si hoc fuerit, non communicabo.
b ¶ Non Dei. c ¶ quasi non communicabo cum istis, vt defendam peccata, sed potius.
b
non † communicãbo cum electis eorũm. † Cõrripiet me iu-
a ¶ Aug. Non odit qui arguit, & eo magis arguit, quia non odit.
b ¶ Aug. Falsa laus adulatoris.
c
stus in misericordia, & † increpãbit me: oleum autem
a ¶ Aug. Non erescit caput meum de adulatione, non me delectat oleum peccatoris.
b ¶ Montem. c ¶ Non impinguet. Quoniam.
d
peccatoris non † impinguet cãput meum. Quoniam ad-
a ¶ Futurum est quod dicam. b ¶ Quam docuit, vel qua interpellat pro nobis. ¶ Bene placebit eis.
¶ Quod si qui sunt, qui contradicunt, absor. sunt iun. pe. c ¶ Orabunt pro eis, vt ego. d ¶ Etiam.
e
hũc & oratio mea † in beneplacitis eorum: Absorpti sunt
f
iudices eorum petrã, audient verba mea quoniam potuerunt. Sicut crassitudo terræ erupta super terram, dissipata sunt ossa nostra secus infernum.

† inrẽ malam.

† combinabor

† arguet

† impinguabit.

† in malitiis eorum.

c *Cum electis.* AVG. *Electi* sunt, qui se iustificant, cæteros despiciunt, vt Pharisæus, & peccata defendunt quibusque modis. Cũ talibus non vult iste *combinari*, i. sociari, ne impediatur ab eis.

d *Corripiet me.* CAS. Secunda pars, vbi fidelis iste iam econtra à iusto correctus, spernit falsos laudatores, malis verbo & moribus profuturus, in quo & petit custodiri.

1 e *Iustus in mi.* AVG. 2 Christus, vel quilibet 3 frater: vel ipse idem 4 secundum interiorẽ, 5 Cor. (e, carnem quasi vxorem. † Emenda bit. E

✠ BASIL. Iustorum quidem etiam increpationes perfert; prauaricatorum vero 7 dicta etiam ad 8 gratiam directa repellit. Quanam ratione? 9 Quia illi sæpenumero etiam miserando perdiderunt, isti vero increpantes emẽdarunt. Si vero malos, etiam cum miserantur, auersari debemus, quando ad eos accedendum erit? Certe nunquam, etiam si omnia faciant, etiam si omnia exhibeant. 6 10

f *Oleum autem peccatoris.* CASSIOD. Dilectio simulata, quæ ementes à rigore veritatis emollit ad noxia. F

g *Quoniam adhuc.* AVG. Non combinabor cum malis. Corripiet me iustus: *Quoniam adhuc expectatio.* Primis temporibus vituperabantur Christiani, sed adhuc expecta, & *oratio mea* erit *in beneplacito eo.* id est, veniet tempus, quo placebit eis oratio mea, vt dicant, *Dimitte nobis sicut & nos dimittimus*, Et item, *Habemus aduocatum Iesum.* Matth.9.b. 1.Ioan.2.a.

✠ THEO. Symmachus autẽ sic, *Adhuc autem & precatio mea intra malitias ipsorum.* Tãtũ enim abest, vt illorũ vitã æmuler, vt precer & ipsos mutari, & permutata felicitate mali mutationẽ arripiãt.

☞ *Iudices.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cor meum in verba malitiæ. *i. ad proferendum verba malitiosè composita. sicut feci, quando dixi Uriæ, vt descenderet in domum suã, & lauaret pedes, vt sic cum vxore sua dormiret, vt puer de me conceptus sibi attribueretur, & adulterium meum celaretur. vt habetur. ij. Reg. x. b.*

2 Ad excusan. *Rẽsumatur ly.* Non declines cor meum. *i. declinare permittas. Ad excusandas excusationes in peccatis, id est, vt pertinaciter defendam peccatum meum excusationibus falsis.*

3 Cum hominibus operantibus ini. *i. cum Saule & sibi similibus, qui peccatum fuum de reseruatione Agag regis Amalech, & pinguiũ animalium contra Dei præceptum pertinaciter defendit contra Samuelem cum arguentem. j. Reg. xv.*

4 Et non cõmunicabo. *In Hebræo & in translatione Hiero. habetur,* In deliciis eorum. *Est igitur sensus, quod Dauid nolebat cõmunicare cum talibus, etiam in mensa, vbi habentur cibaria delicata siue electa. Et quia humiliter recipiebat correctionem iustorum (vt patet ij. Reg. xij. vbi correctionem Nathan prophetæ de adulterio cum Bethsabee & homicidio Uriæ humiliter recepit, & similiter correctionẽ Gad prophetæ de populi numeratione, vt habetur. ij. Reg. xxxiij.) ideo subditur,*

5 Corripiet. *quia vterque propheta post eius pœnitentiam denunciauit sibi veniam, vt patet ibidem.*

6 Oleum au.pec. *In Hebr. habetur.* Oleũ autẽ capitis, non prohibebit caput meum: *quod exponit. Ra. Sa. de vnctione regia. Et sic Dauid dicit,* Oleum capitis, *id est, vnctio regalis in capite meo recepta.* Nõ prohibebit caput meum. *s. ab humilitate debita, ipsum per superbiam eleuando, vt nẽ acquiescam correctioni iustorum, sicut eleuauit Saulem, vt prædictum est. Ad hunc autem sensum potest reduci translatio cõmunis.* Oleum autem peccatoris. *i. vnctio regia hominis inde superbietis, qui dicitur peccator, eo quod in omni peccato includitur superbia,*

7 Non impinguabit caput meum. *contra Deum, & eius nuntios superbiendo; & hoc modo dicitur de superbo Iob xv. c.* Cucurrit aduersus Deũ, & erecto collo & pingui ceruice armatus est. *Translatio Hiero. habet,* Oleum amaritudinis non impinguet caput meum. *Ratio huius diuersitatis est, quia dictio Habraica hic posita scilicet* Ros, *est æquiuoca ad significandum* caput, *quam significationem sequuntur hic Hebræi. & ad significandum* fel, *loco cuius transtulit Hiero. amaritudinis, quia frequenter in scriptura amaritudo significatur nomine fellis, & econuerso: potest tamen trahi ad sensum præcedentem, vt per amaritudinem intelligatur superbia procedens aliquando ex vnctione regia, sicut patet in Saul. Ista tamen litera,* Oleum autem peccatoris non impinguet caput meũ, *exponitur communiter à doctoribus nostris, de verbo adulatoris significato nomine olei, sicut dicitur psal. lxxij. d.* Molliti sunt sermones eius super oleum: *& sic petit Dauid, quod per verba adulatorum non erigatur in superbiam & Dei contemptum. Prima tamen expositio videtur mihi magis literalis,*

8 Quoniam adhuc. *Hic consequenter Dauid petit præseruari à pœna pro peccato lingua debita. Et primo, à pœna infligenda in præsenti, Secundo, à pœna inferni, ibi,* Sicut crassitudo. *Circa primum dicit,* Quoniã adhuc & oratio, *supple protenditur ad impetrandũ quod subditur,*

9 In benepla. eorum. *In Hebræo habetur,* In malis eorum: *cui concordat translatio. Hiero. quæ sic habet,* Pro malitis eorum: *vt non sint mihi occasio delinquendi, & per consequens quod debeant puniri in præsenti. Ad hunc etiã sensum potest reduci translatio communis, cùm dicitur.* In beneplacitis eorum. *i. in malis eorum, in quibus delectantur, eo quod peccant ex habitu, qui causat delectationem in opere malo, secundum illud, Prouer. ij. c.* Qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. *Consequenter adducit exemplum ad propositum. s. quod aliqui sancti pro verbis malis aliorum deliquerint, & sic puniti fuerint in præsenti cum subditur,*

10 Absorpti sunt. *vbi habet translatio Hier. & similiter litera Hebraica,* Ablati sunt iuxta pe.iu.eo. *& eadem est sententia hic & ibi: & exponunt hoc Hebræi de Moyse & Aaron, qui iudices fuerũt populi Israel & sancti, & tamen pro murmurationibus populi cõtra Deum peccauerunt ad aquas cõtradictionis, dubitãtes de impletione verbi diuini, quod eis dixerat,* Loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquã, *& pro illo peccato fuerunt priuati ingressu terræ promissionis, vt habetur, Nu. xx. d. & hoc est quod dicitur hic,* Absorpti, sunt *i. per peccatũ lapsi.*

☞ Iuncti

MORALITER.

2 *Ad excusan. exc.* id est, multiplicando falsas excusationes peccatorum meorum. qui modus est hominum iniquorum.

5 *Corripiet me iustus*, quia sicut dicit Hiero. *Vera iustitia compassionem habet, falsa vero indignationem.*

9 *Oleum autem peccatoris*, id est, adulatoris,

7 *Non impinguabit. ca. me. &c.* pertrahendo mentem meam ad peccati consensum.

8 *Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum.* Hic est finis versus in Hebræo, & construitur cum litera præcedenti, & est sensus: adhuc oratio, vt non approbem eorum facta, quę sunt eis placita, sicut nec verba.

1 *Absorpti sunt.* i. illi, qui iudicãt eos bene facere, absorpti sunt, sicut fragile vas illisum petræ.

✠ *Audient*

A a *Iudices*. AVG. Potentes, docti, qui de moribus iudicant, vt Plato, Aristoteles, Pythagoras: *absorpti sunt iuncti petræ*, id est, comparati Christo. Vel *absorpti sunt iuxta petram*, (Alia litera) id est iuxta Christum. Idem sensus: Id est, per se videntur aliquid dicere, sed iunge & compara illos petræ. i. Christo, & nihil sunt, mortui iacent, stulta eorum sapientia; surrexit Christus, vincit, regnat, imperat, quem omnes colunt.

b *Audiũt*. AVG. Aure obedientiæ, non sicut Adam. Audiuit enim Adam de ligno

Genes. 2. c. B scientiæ boni & mali ne comederet, sed

d nõ obediuit, prædestinati autẽ ad vitam audiẽt aure & recurrentes ad Adã eiusq; excessum recolẽtes, dicent, Adã fuit perditio nostra, qui nõ stetit: stemus nos, vt repattiemus. Adam

† ab g sicut crassa terra, quæ præ abundantia spinas germinat, ita præ diuitijs liberi arbitrij quasi luxurians, lignum vetitum vsurpauit. Sed sicut agricola eam proscindit, ne vltrà luxuriet, ita Deus *dissipauit* interiora nostra, vbi osseos, id est, firmos nos esse oportuit, id est, infirmos & incõstãtes fecit, *secus infernũ* proiectos. i. maledictioni proximos.

C ✠ BASIL. Ipsa experientia rerum istarum adhortationis meæ ac consilij iucunditatem cognoscent. Quoniãlicet extrema passi simus, ac veluti terra dirupta & aratro scissa omninò dispersi perierimus, & ad ipsas mortis portas venerimus, etiam ad hunc tamẽ modum affecti malumus à iustis corripi, quàm à peccatoribus misericordiam recipere.

c *Crassitudo terræ*. AVG. Est quædam contemptibilia, vnde tamen terra accipit pinguedinem: sic ex eo quod contempsit mũdus, accepit pinguedinem, vt inde seges ecclesiæ feracius pullularet. Mors sanctorum contemptibilis seculo, pretiosa agricolæ qui ibi nouit vberem succum, vnde creuit ecclesia. *Contemptibilia enim mundi elegit Deus, & ea quæ non sunt vt ea quæ sunt, euacuen-*

1. Cor. 1. d. *tur*. Crassitudo terræ quando eructat, aerem corrumpit: & tunc lues in hominibus latè diffunditur: Sic superbia eorum tabe malitiæ suæ corpora martyrum sauciat, qui sunt ossa & firmamẽtum fidelium, vel fidei. D

✠ THEOD. Crassitudinem terræ, soliditatem terræ nuncupat, quæ aratro secta in glebas diuiditur; more igitur harumglebarum qui nunc stant, morte dissoluentur, & eorum ossa quæ in sepulchris sunt, *dissipabuntur*; *secus infernum* enim sepulchrum nũcupauit.

d *Secus infernũ*. AVG. Dicit, non in inferno: quia etsi communi sorte moriuntur, non tamen descendunt in infernum vt mali, sed vita æterna datur illis.

e *Quia ad te domine*. CASSIOD. Dicta fragilitate hominis, ad diuina remedia cõfugit.

† ne Ne auferas, à bonis tuis, sed spes mea semper sit in te: & oculi mei semper ad te intendant. Non enim petit iste contra hoc, quod sancti volunt, scilicet de seculo eripi, & esse cum Christo.

f *Custo.me à la*. Per laqueos & scãdala, totius mũdi mala breuiter notat. Laquei, sũt blãdi nexus, carnis desideria, sed dũ per hos diabolus non proficit, nititur scandalis, quæ per inquietos mouet. F

Vel aliter, Et dicit, statuentes laqueum, persecutores manifestos: Operantes autem iniquitatem, consentientes illis dicit, qui timore persecutionis deficiunt. Et est: Ne auferas animam meam, sed potius, *Custodi me à laqueo* persecutionis, *quem statuerunt mihi*.

AVG. Hoc faciunt persecutores, qui escam vitæ huius quasi in muscipula ponũt. Si amat auis hãc escã, in muscipulam cadit: quia timore mortis persecutioni succumbit. *Et custodi me*.

g *A scanda. ope. ini*. i. à scandalo eorum, qui consentiendo illis labuntur, & ita iniquitatem operantur. q. d. Custodi me à persecutoribus, qui terrent, & lapsis.

h *Cadent in retia*. Apta verba comparationi, cum istis non vult combinari.

Cadent de vitio in vitium, sed,

Ego

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Iuncti pe. *i. iuxta petram, de qua debebant aquam eiicere.*

2 Iudices eorum. *i. Moyses & Haron. q. d. Dauid, multo fortius debeo mihi timere, & per consequens Deum orare, ne propter verba malorum trahar ad peccandum: & per consequens ad pœnam sustinendam.*

3 Audient, *i. audiant: quia Hebræi pro optatiuo vtuntur futuro indicatiui, vt frequenter dictum est.*

4 Verba mea quoniam. *In Hebræo & in trasla. Hieron. habetur*, Verba mea, quoniam decora sunt, *& in hoc Dauid sermonem dirigit ad maliloquos: & est sensus*, Audient verba mea, *maliloqui corrigentes se à sua malitia*, Quoniã decora sunt. *i. ad decorem honestatis inducentia, & per consequens receptione digna. Ad hunc sensum potest trahi litera communis*, Audient verba mea. *s. maliloqui ad suam correctionẽ*, Quoniam potuerunt. *s. se corrigere ad monitionem verborum meorũ.*

5 Sicut crassi. *Hic incipit versus in Hebr. & in trãsla. Hiero. vbi Dauid petit præseruari à pœna gehennæ. Primo tamen ostendit modum hãc pœnam incurrẽdi, secundo petit ab ea liberari, ibi*, Quia ad te domine.

Circa primum sciendum, quod hæc est litera in Hebræo. Sicut findẽs & scindens in terra, *& in transla. Hiero.* Sicut agricola cum scindit terrã, sic dissipata sunt, &c. *& est eadem sententia, vt patet: & est sensus, quia sicut ille, qui scindit terram, facit ibi quandam profunditatem, & terræ dissipationem: Sic,*

6 Dissipata sunt os. no. *i. sic dissipata est virtus mentis nostræ, quæ per ossa designatur, in quibus est robur corporis;*

7 Secus infer. *i. prope infernũ. Vnde in Heb. & in translatione Hieronymi habetur* In ore inferni. *Dissipatio enim virtutis, quę fit per vitia, facit appropinquare ad pœnam gehennæ. Ad eundem sensum reducitur litera communis, cum dicitur*, Sicut crassitudo terræ, &c. *Crassitudo terræ dicitur, quatenus latet sub eius superficie: Quando vero terra aratur, superficies subuertitur, & sic crassitudo eius sursum erigitur. Est igitur sensus:* Sicut crassitudo terræ *sursum apparet ex terræ scissione cum vomere, sic* ossa nostra dissipata sunt, *&c. & exponatur sicut suprà.*

8 Quia ad te domine, dom. *Hic incipit versus in Hebræo & in trãsla. Hiero. vbi consequenter Dauid petit præseruari à dicta pœna gehennæ, & incipit hic construction*, Non auferas animam meam. *i. nõ permittas eã auferri à conspectu gratiæ tuæ, & per consequens trahi ad pœnam gehẽnæ. Quia ad te domine, domine oculi mei, tãquã ad protectorẽ meũ.*

9 In te spera. *q. d. decet, vt me præserues à pœna gehennæ: quia modus est magnifici liberare sperantes in se.*

10 Custo. me à la. *s. deprecationis.*

11 Quem sta. mi. *s. spiritus maligni.*

12 Et à scandalis. *Scandalum est dictũ vel factum minùs rectũ præbens alteri occasionem ruinæ: & sic petit Dauid, ne peccatum linguæ aliena præbeat sibi occasionem ruinæ.*

13 Cadent in retia. *i. occasionem peccandi amantes, secundum illud Eccle. iij. d.* Qui amat periculum, in illo peribit.

✠ *Singu-*

MORALITER.

✠ 3 *Audient verba mea*, id est, audiant se corrigendo.

† *Quoniam po.* scilicet se corrigere, dum viuunt in hoc mundo. Et pœnitentes dicant,

5 *Sicut cras. ter.* hic est principium versus in Hebræo, & est sensus: *Sicut crassitudo terræ* cum vomere scinditur, sursum erumpit, Sic,

6 *Dissipata sunt ossa nostra*, per scissionem peccatorum;

7 *Secus infernum*, ad quem multiplicatio peccatorum propinquare facit. Et dicuntur hic *ossa* virtutes, quæ sunt robur animæ.

8 *Quia ad te domine, &c.* Hic est principium versus, in quo reuertitur orans ad orandum pro se, allegando spem, quam habet in Deo: qui iuuat sperantes in se, ideo subdit.

† *Non ause. ani. me.* i. auferri permittas à te per culpam.

13 *Cadent in retia. eius.* s. dæmonis.

✠ *Peç-*

a *Ego sing.sum.* Singulariter.i. quia cum pessimis non ambulat.
Ioan.12.d. *Singulariter.* Aug. Idem quod dicit, *Nisi granū fru.mortuum fue.ip.*
Ibidem e. *so.ma. Si autē mor.fue.mul.fru.* Ité: *Cum exalta.fuero, omnia trahā ad*
me. Nemo autē occiditur propter Christū. i. propter confessionē
Matth.14.a nominis Christi, ne pro nomine Christi moriendo antecederent
Christum: nec Ioannes
pro Christi testimonio,
† retia sed pro Herodis adul-
terio, pro iustitia mar-
tyr, nō pro noīe Chri-
sti, sic & alij antiqui. b trānseam,

✠ Basil. *Eius.* iniquit, cuius? Dei, hoc est, capientur, cōprehen-

a ¶ Nam quasi quadam circumitione peccatorum clauduntur.
b ¶ Iniquitatis.

a in †retiáculo eius[b] peccatores: † singulariter sum ego, donec

a ¶ De mundo ad patrem tunc conyrmabo columnas, quia in resurrectione didicerunt non timere mortem.

dētur. iustorū quidem afflictiones ad correptionē, & ad philoso-
phiæ illorum excitationem: peccatorum vero, qui incurabiliter
ægrotant ad pœnas & supplicia tendunt. Illud vero, *Singulariter*
sum ego donec transeam, idem est, atque coadunatus, collectus,
non dispersus, sed à malis liberatus, & ab illorum commercio,
vtpote solus, ac pro-
cul ab illorum cætu
habitans, purgatus,
sum.
b *Transeam*, Vt viator huius mundi, qui
nulla voluptate capitur.

† simul ego in seculum rāsibo, seu euadam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Singulariter sum ego. *i.à societate malè loquentium me subtrahe, ne sint mihi peccandi occasio.*
2 Donec transeam. *de præsenti vita ad sanctorum requiem.*

Moralitas autem huius psal. est, vt homo, qui alias expertus est per lin-
guam se peccasse, vel ad hoc peccatum sentit se pronum esse, exemplo
Dauid pœniteat, vt sic à recidiuo per deuotam orationem præseruetur, &
à pœna debita liberetur.

MORALITER.

† *Peccatores.* illaqueati consuetudine peccati.

1 *Sing.sum ego.* eorum consortia fugiendo.
2 *Donec transeam.* ex hoc mundo.

ADDITIO

✠ *In psal exl.* Domine cla. *vbi dicitur in postil.* De materia vero eius.

B *Inconueniens videtur, quod hic psalm. applicetur ad singulares histo-*
rias ipsius Dauid, prout postillator vult: Tam propter rationes allegatas
in additione secunda super psal. xxxvij: similiter in additione supra psa.
cxv. quæ ibi possunt videri; Tum quia in hoc psal. sunt aliqui versus im-
pertinentes tali expositioni, sicut cum dicitur, Ad excusandas excu. in
peccatis. *Si enim Dauid petebat hic præseruari ab his, in quibus iā pec-*
cauerat, superfluum erat sibi petere, vt non pertinaciter defenderet pec-
catum suum excusationibus falsis, cum hoc nunquam legitur fecisse, vt
patet in suis historiis. Similiter cum dicit, Dissipata sunt ossa nostra,
&c. *nunquam enim ossa Dauid fuerunt dissipata, sed potius aduersario-*
rum suorum. Quod autē per ossa intelligatur virtus mentis, prout postil.
ibidē exponit, hoc manifeste exorbitat à sensu literali, & sic de plurimis
aliis versibus, qui non videntur in postilla congrue exponi, prout bene in-
tuenti patebit. Vnde melius videtur dicendum cum glo. secundum quam
Christus in hoc psal. quandoque pro membris, quādoque pro se lo-
quitur sicut à suis proprijs ad nostra redit, & à nostris interdum
ad sua propria trāsit, *prout ista & alia ad hoc pertinentia latius conti-*
nentur in gloss. quæ notabiliter huic psal. exponit. Et ideo qui vult habere
expositionem literalem veram & mysteriosam huius psal. ibi quærat.

REPLICA. In psal. Domine clama. *quem postil. exponit de Da-*
uid petēte se de cætero præseruari à peccato oris excusando peccatū. Bur.
illam expositionem abiicit tanquam irrationabilem, allegās ad hoc dicta
sua posita circa psal. Dixi custodian. &, Memento domine Da. *quæ*
vide in correctorio in locis allegatis, Nec valet quod Burg. specialiter hic
obiicit, dicens, quod Dauid nunquam proposuit falsas excusationes, ten-
dentes ad peccati defensionē: quia, vt dicit, in suis historiis non reperitur:
sed hoc est falsum, quia vt habetur. ij. Reg. xj. Dauid quamplura mali-
tiose dixit & scripsit in materia Uriæ, quæ tendebant in excusationem
peccati cum eius vxore Bethsabee commissi: quibus verbis quia Uria sa-
tisfacere noluit, vt videlicet cum Bethsabee dormiret, idcirco Dauid
scripsit, vel scribi fecit malitiose ad mortem Uriæ, qui casus est ibi val-
de proprius, quia petit de cætero ab huiusmodi præseruari, dicens, Non
declines cor meum in verba malitiæ. *f. declinari permittas. Fuerunt*
enim illa verba & prolata & scripta verba malitia pertinentia ad ex-
cusationem peccati. Et cum in eodem psa. postillator illum passum, Dissi-
pata sunt ossa mea, *exponit de mentis suæ robore & virtute. Burg. obii-*
cit, dicens, illam expositionem non esse literalem quod per ossa accipiatur
mentis robur & virtus. Sed hoc est manifeste falsum pretendens quod
nullus sit sensus literalis, nisi qui per voces significatur, quod falsum est:
quia in sacra scriptura non solum voces significant, sed etiā res sunt signi-
ficatiuæ: quia alias omnes propositiones more humano de Deo dicta essent
absurdæ, puta, Oculi domini super iustos, Et fiant aures tuæ inten-
dentes. In manus, &c. *Similiter & de angelis & hominibus, vt puta:*
Qui facis angelos tuos ignem vrentē. &: Iustus vt palma florebit.

C GLOSSA OR. a ¶ Quem habuit. b ¶ Totius Christi. c ¶ In seculo, vel in carne, vel in sepulchro.

DINARIA. a Intellectūs Dāuid cum esset in spelunca oratio.

PSALMVS CXLI.

a *Intellectus Dauid.* Cas. Psal. iste quin-
tus est eorum, qui no-
mine orationis inti-
tulantur, vbi non alia
dicuntur, quàm quæ in alijs dicta sunt psalmis, sed eadem.

a ¶ Interiori. ¶ Non strepitu labiorum.
b ¶ Hic exponit, Quinō deprecatus sum, quia clamant ad Deum, etiam qui blasphemant.

b Oce mea ad dominum clamaui: vōce mea ad dñm

Aug. Quia autem repetitione huiusmodi communi consulitur infirmitati, non superuacuè iterantur, vt repetita melius me-
Prou.12.b. moriæ commendentur: vnde scriptum est in Prouerbijs, *Thesau-*
rus desiderabilis requiescit in ore sapientis, quia sapiens, quæ audie-
rit, cogitat: retractando ruminat; vir autem stultus glutit illum. i.
non cogitat, obliuioni dat; & hæc sunt illa munda animalia, in
lege quæ ruminant; ista immunda.

Aug. Dauid fugiens Saulem in spelunca latuit de quo tamen
Leui.11.a. hic non agitur, sed de significato. Dauid enim significat Chri-
stum. Spelunca verò carnem, vel seculum, vel sepulchrum. Dauid
ergo, Christus, cum membris in seculo, vel, Christus in carne, vel
in sepulchro.

✠ Basilivs. Intellectus Dauid cum in spelunca oraret.

✠ Evthy. Per speluncam, illam intelligit, in qua beatus Da-
uid latuit, dum Saulem fugeret. Cum autem eo illic latitante ad-
uenisset Saul, & facti ignarus exterius moraretur, rescions Dauid
se illic ab hoste cir-
cundatum ac penè
conclusum esse, ora-
tionem ad Deum pro-
tulit.

1 2 ✠ Beda venerab. Dauid ob Saulis in-
sidias profugus, cùm in spelunca lateret, orauit: Quod dominum
Christum in corpore ante passionem suam significabat esse factu-
rum. Nam cum huic orationi *intellectus* præmittitur, significatur
intellexisse Dauid, inter angustias & fugæ suæ latebras, quid esset
Dominus à Iudæis passurus, & quomodo patrem rogaturus. Pri-
ma parte Dominus clamat ad patrem, nefandos dolos iudici
perfectionis exponens: Secunda, liberari se de carcere inferni
deprecatur, quoniam omnium sanctorū fides in eius resurrectio-
ne pendebat.

Psalmvs CXLI.

b *Voce mea.* ✠ Basil. Audis quomodo hoc vbique adji-
ciat: duplex est vox, & clamor, ac vociferatio ad Deum.
Duas enim hic virtutes discimus, vigorem scilicet voluntatis, &
animi compositionem, & præterea aliud quiddam, ipsius scilicet
esse vocem, neque enim omnes voce: nec omnes ad Deum, nec
sua voce omnes clamant, quæ omnia coire debent.

✠ Theod. Quomodo qui delitescit, & latere desiderat, po-
☞ test vti

NICOLAVS DE LIRA.

Psalmvs Cxli.

Voce mea. *Huic psalmo præmittitur talis titulus in Heb.* Erudi-
tio Dauid, cum esset in spelunca, oratio: *per hoc autem quod*
dicitur, Eruditio, *ostenditur quod Dauid in compositione huius psal.*
fuit eruditus à spiritusancto, & illum scripsit ad eruditionem aliorū. Per
hoc autem quod dicitur, Oratio, *designatur quod factus fuit per modū*
simplicis orationis. Et per hoc quod dicitur, Cū esset in spelunca, *ostē-*
ditur locus, vbi fuit factus & secundum quod dicit Hier. in prologo su-
per librū Psalmorū, intelligitur de spelunca Odollam, ad quam fugit Da-
uid, postquam euaserat de manibus Philisthinorum, cum occidere volē-
tiū in Geth, vt habetur. j. Reg in prin. xxij. & in fine. xxj Et fecit hunc
psal. antequā venirent ibi ad eū illi de cognatione sua, & homines amaro
animo, & oppressi are alieno existentes. Igitur secundum hoc psalmus
iste in duas partes diuiditur: quia primò Dauid ostēdit anxietatem ani-
mi sui. Secundò petit diuinitus consolari, ibi, Clamaui ad te. *Circa pri-*
mum dicit. 1 Voce mea ad dominum clam. *quia ex magna an-*
xietate non poterat à clamore continere. 2 Voce mea ad do. *Re-*
petitio est eiusdem sententia ad maiorem affectus expressionem.

✠ Effundo

MORALITER.

1 *Voce mea ad do.cla.* Psalmum istum fecit Dauid anxius in spe-
lunca. Moraliter esse potest oratio propinquantis ad mortē, sicut
sicut fecisse legitur beatus Franciscus. Dicat ergo; *Voce mea ad d-*
cla. Et dicitur hic bis, *voce mea*, ad significandum mentis oratio-
nem & oris.

✠ *Effundo*

testvti voce & clamare? dicit igitur, cum omni alacritate dominum oraui.

Primò ponitur oratio contra mala, secundo agit de fine malorum, ibi, *Clamaui ad te domine.* Monet ergo nos orare. Et in persona totius Christi, quasi de spelunca ad Deum clamantis, ait,

a *Deprecatus sum.*

AVGVSTINVS. Quod dicit *clamaui*, exponit, *deprecatus sum.* q. d. clamor meus deprecatio est, non murmur, non blasphemia.

b *In conspectu eius.*

AVGVSTINVS. dominus redditurus est, in occulto ora: vnde in euangelio, *Tu autem cũ oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum qui videt in abscondito, &c.*

c *Et tu cognouisti.*

AVGVS. Hoc addit, ne audientes, *defecit spiritus meus*, computarent eum deiectum; acsi diceret, Si illi putant me deiectum, quia spiritus meus defecit, tu me stantem vides, cuius spiritus me viuificat.

d *Semitas*, iustitiæ, quas illi non vident.

e *In via.* multæ viæ, quia multa præcepta: vna via, quia omnia ad vnum, id est, charitatem, rediguntur.

AVGVSTINVS. *In via*, secundum votum eorum; iuxta viam, secundum veritatem. Christus enim est via, qui non sinit eos laqueum ponere *in via*, vt non sit nobis, quo eamus, sinit tamen ponere iuxta viam, ne à via declinemus.

✻ THEODOR. Et venantes ferarum vias inuestigant, & in illis retia parãt: hos imitatus Saul, & ea quę Dauidi obfutura strũebat, vt vbi ipsum degere intelligebat, ibi insidias parabat; hoc etiam diabolus facit, & incedenti temperantiæ viam, luxuriæ laqueum parat; ei verò, qui eleemosynis gaudet, inanis gloriæ rete ponit; ei autem, qui opes pro nihilo ducit, auaritiæ occasiones affert; & virginitati superbiam; & vt vno verbo dicam, cuilibet viuendi modo laqueum venationi accommodatum nectit.

✻ BASILI. Intentionem calamitatis hic, & hostium insidias dicit, quomodo accesserint, ac viciniores facti ipsum subuertere voluerint, & quod molestius erat, quomodo nec adiutores, nec auxiliatores vllos haberet.

EVTHY. De intellectualibus inimicis hæc dicta sunt, qui non tantum in vitiorum via, occultos tendunt laqueos, sed (quod grauius est) in via virtutis, veluti in patientia superbiam, Et in eleemosina inanem gloriam.

f *Ad dexte.* AVGVST. quam mali non videbant; & hoc est, *& non erat qui cognosceret.*

CASSIOD. Cum enim pateris omnia quis nouit, quid attendas?

AVGVSTINVS. *Ad dexteram*; qui in dexteram attendit, videt: qui in sinistrã excæcatur; Vel, apostoli non stabant, ad dexteram, quia carnali timore dispersi sunt, sed ego persistiti.

g *Periit fuga.* tam corporis, quam mẽtis. Et non est qui requirat. CASSI. Quia nulla est consolatio, sed solus ad passionem relictus est.

Perijt fug. AVG. Circumclusum se dicit, *periit fuga*: quia non fugit animo, corpore licet aliquando. Circumclusus non fugit corpore, quia nõ potest. Fortis non fugit mente, quia non vult.

AVGVSTINVS. *Perit fuga* concluso vel forti; fuga quidem, vnde dicitur in euangelio, *Videt lupum venientem & fugit*, vbi dominus mercenarium vituperat. Sed alia est fuga corporis, quam dominus permittit dicens: *Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.*

h *Et non est qui requirat ani.* Quæritur anima, aut à persecutoribus, aut à dilectoribus. Sic fuga perit duobus modis, & à capto, & à forti.

i *Clamaui.* CAS. Secunda pars, vbi agit de fine malorum.

k *Spes mea.* CAS. Quia te ex omnibus eligo, *Portio* humiliter dicit & communiter portionem sibi esse in terra viuentium, cum tota sit sua. Hoc patet ex hoc, quod latroni dixit, *Hodie mecum eris in paradiso*: qui est terra viuentium æternaliter.

✻ THEOD. Sæpius diuinus Dauid partem propriam Deum vocauit, opem nullam, inquit, aliam habeo, sed te solum adiutorem, & per te vt vitam cõsequar precor: cæterum *humilitatem* calamitates hoc loco vocat, quandoquidem hoc Symmachus declarauit, *Intende loquelas meas, quoniam nimis oblangui.*

☞ A perseq.

a ¶ Et quid adhuc? ¶ Vt purum fontem copiosè.
b ¶ Vbi videt in abscondito conscientiæ, qui reddet.
¶ Si homines reddent, ante eos effunde.

a deprecatus sum. Effundo b † in conspectu eius orationem meam,

a ¶ Orationem, quę fit in tribulatione.
b ¶ Id est, intus de conscientia, vel innocentia securus, sin occulto ad eum dirigo.
c ¶ Et hoc facio dicit ecclesia. ¶ Alias, Cum defecit à me spiritus meus. Quod fit, ne suis viribus præluat, si tuus deficit; loquitur Deo: vnde, Non enim estis vos qui loquimini, sed spiritus patris.

& tribulationem meam ante c † ipsum pronũcio. In deficiendo

a ¶ Præceptorum Dei. ¶ Per quas, illis cadentibus, securus ambulo.
b ¶ Christo, hoc zelant, quod Christi sum. ¶ Charitate, quæ in me omnia tolerat. ¶ Pro te patiendo.

d ex me spiritũ meum, & tu cognouisti semitas meas. In via hac

a ¶ Qui pro Christo persequuntur. b ¶ Hoc quantum ad se, id est, opinionem suam.

e qua † ambulabam, absconderunt superbi † laqueum mihi.

a ¶ Illis vndique frementibus, ad æterna respicio.

f Considerabam ad dexteram & videbam, & non erat qui co-

a ¶ Quasi persecutores absconderunt mihi laqueum, sed tamen non fugi.
b ¶ De alijs persequentibus.
c ¶ Non dico ad persequendum, sed ad imitandum.

g h gnosceret me. Periit † fuga à me, & nõn est qui requirat

a ¶ Hic vbi omnia tolero.

i animam meam. Clamaui ad te domine, dixi: Tu es spes mea,

a ¶ Non hic, sed. ¶ Vbi sei ipsum videndum dabit.
b ¶ Ideo.

k portio mea in terra viuentium. Intende ad † deprecationem

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

† ante eum precem.
† cõspectũ eius annũtiabo. Cũ deficit a me spiritus meus.
† ingredie-bar.
† suscipu-lam.
† refugium
† clamorẽ meũ, quia attenuatus sum valde.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Effundo in conspectu eius orationem me. *hoc dicit, quia orando lachrymas effundebat. Et hoc modo loquebatur Anna. 1. Regum. 1. c.* Effudi ànimam meam in conspectu domini.

2 Et tri. ante eum pro. *non ad aliquid sibi manifestandum, quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius: sed ad consolationem aliquam impetrandum. Cuius causa subditur, cum dicitur.*

3 In deficiendo. q. d. *in tanta afflictione sum, quod fere expiro.*

4 Et tu cogno. se. me. *Per quas ego possim incedere magis securè, quasi dicat, illas non video, nisi dirigas me, ideo subditur.*

5 In via hac qua ambu. abscon. superbi la. *Quia Saul, & eius satellites in terra Israel querebant per multas insidias eum capere: & cum inde fugeret in Geth, Philisthæi voluerunt eum occidere, ideo subditur,*

6 Considerabam ad dexteram & videbam, *scilicet vbi possem inuenire aliquam prosperitatem, quę per dexteram designatur:*

7 Et non erat qui cognosceret me, *quia in terra Israel nullus audebat ei humanitatem præstare, timore regis Saulis.*

8 Periit fuga à me, *quia Dauid fugiens in terram Philisthinorum fuit ibi in periculo maiori, vt prædictum est, ideo subditur,*

9 Et non est qui requirat animam meam, *id est, vitam meam ad saluandum ipsam.*

10 Clamaui ad te domine, *postquam Dauid explicauit anxietatem animi sui, hic consequenter petit ab ea liberari, dicens,* Clamaui ad te domine, *positus in dicta anxietate:*

11 Dixi, tu es spes mea, *quia per te solum spero liberari.*

12 Portio mea in terra viuentium, *id est, inter viuentes huius seculi nõ habeo vnde vinam, nisi per tuam prouisionem. Quod dixit, quia erat exul, & profugus, ab hereditate sua temporali.*

13 Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis. q. d. *Ita afflictus sum, & abiectus, quod cum magna difficultate possum sustinere, ideo subditur,*

☞ Libera

MORALITER.

† 1 *Effundo in conspectu eius orationem meam*, id est, toto conatu oro.

2 *Et tribulationem meam ante ipsum*, propter mortẽ imminentem.

3 *Et tu cognouisti semitas meas*, id est cogitationes & operationes meas quantumcunque occultas.

4 *In via hac qua ambulabam*, in via morum.

5 *Absconderunt superbi laqueum mihi*, i. dæmones ad peccatum me inducentes sub specie boni.

6 *Considerabam ad dexteram*, id est, ad mihi familiares.

7 *Et non erat qui cogno. me*, nam propinquum morti deferunt, & ad rapiendum eius bona magis intendunt.

8 *Periit fuga à me*, quia non possum mortem euadere.

9 *Et non est qui requirat animam meam*, id est, eius vtilitatem, sed magis suam propriam. Idcirco,

10 *Clamaui ad te domine, dixi, Tu es spes mea*, in quo est tota spes mea.

12 *Portio mea in terra viuentium*, supple sis per tuum auxilium; ideo subditur, *Intende ad deprecationem meam, quia humi.*

a *A persequentibus me.* Diabolus enim per vasa sua, id est per filios diffidentiæ, agit persecutionem corporis, vt intus fiat cordis ruina.

b *Educ.* AVGVST. Ex persona ecclesiæ loquens, exponit vnde liberandus.

c *De custodia animæ*

✠ EVTHYMIVS. Per *custodiam*, conclusionem illam intelligit, qua conclusus erat in spelunca: custodiam enim carcerem persæpe appellamus; per *animam* etiam suam, se ipsum circuloquitur. Educ, inquit, me ex hoc loco, vbi cõclusus sum, vt gratias tibi agam. Iuxta anagogem verò *custodia* ipsum corpus dici potest, quod animam in se, quasi carcere quodam, concluſam coercet.

✠ THEODORE. Sed Aquila sic, *educ ex carcere animam meam*; Tanquam enim in quodam carcere & vinculis detinebatur, antri ianuam hostibus assidentibus.

Alias *de carcere.* AVGVSTINVS. quia in corruptione (quæ est pœna corporis) anguſtiatur: post quas anguſtias in domo Dei tota vita erit confessio, id est laus Dei; modo impedit carcer confiteri.

AVGVSTINVS. *De carcere.* Hic carcer vel spelunca, mundus potest dici, vbi omnia vana: vnde rogat educi animam quæ inde multa patitur. Vel, *carcer*, dicitur corpus: Sed non est magnum de corpore exire, quòd & mali habent, & omnes cito vel sero, nec est charitas si iustus ad hoc nimis festinat. Vel, potius corpus est carcer, non vtique secundum id, quod Deus bonum fecit; sed corruptio eius ex peccato, de qua vult educi, vt fiat incorruptibilis. Merita carcerem faciunt: Vnum habitaculum, incluſo carcer est, custodi domus. Libertas domum facit, seruitus carcerem: ita non caro, quam Deus fecit; sed corruptio eius, & tentatio, carcer est.

d *Me expectant iusti.* ✠ THEODORET. Symmachus sic exposuit, *nomen tuum coronabunt iusti, cum beneficiis affeceris*, quandoquidem in me collatum salutis pignus in seipsos arripient, & te iustum iudicem laudabunt.

✠ EVTHYMIVS. Aquilas reddit, *Me expectabunt iusti donec remuneratus fueris me.* Sustinebunt, inquit, expectantes me, donec ex calamitatibus liberatus fuero: atque hoc eò vsque facient, donec tu pro huiusmodi afflictione atque humilitate mea gratiam mihi retribueris. Tales verò sunt sanctorum animæ: nam & cum afflictis simul dolent, & cum gaudentibus lætantur.

† Erue.

† robuſtiores fuerunt me.

† De carcere erue.

a ¶ Et necesse est. b ¶ Aug. Humilio enim me intus, humiliòr à persecutoribus extra visibiliter. c ¶ Et.

a meam, quiâ humiliatus sum nimis. Libera me à perse- 1

a ¶ Non vt corpus ruat, sed anima.

b ¶ Occidendo.

¶ Creuit numerus persequentium, abundat iniquitas, friget charitas.

b quentibus me, † quia confortati sunt super me. † Educ de cu- 2

c 3

a ¶ Sepulchro. ¶ Alias carcere. ¶ Aug. Hæc spelunca est, quam titulus dicit.

b ¶ Id est, carnem animæ reddendam.

c ¶ Vt confiteatur. ¶ Vt pariam confitentes. d ¶ Quia.

d stodia animam meam, ad confitendum nomini tuo. † me expe- 4 5

¶ Hoc ex capite quale supra singulariter sum donec transeam. a ¶ Cas. Resurrectio, passionis est retributio.

ctant iusti, donec retribuas mihi. 6

† me circumambient iusti, cum retribueris mihi.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Libera me à persequentibus me. *scilic. Saule, Doeg, et similibus.*

2 Quia confortati sunt super me, *id est, fortiores me, in tantum quod non possum resistere, propter regiam potestatem me persequentem.*

3 Educ de custodia, *id est de carcere, sicut dicitur, Genesis. xlij. c.* Tradidit illos custodiæ tribus diebus & tribus noctibus, tertio verò die eductis de car. &c. *Vnde in Hebræo, & in translatione Hier. habetur hic,* Educ de carcere animam meam, *id est meipsum à nobiliori parte denominando totum. Carcerem autem vocat Dauid illam spelunc am, in qua erat absconditus, nec audebat exire.*

4 Ad confitendum nomini t. *Ad hoc enim principaliter desiderabat Dauid à persecutione Saulis liberari, vt posset liberè accedere ad tabernaculum domini, & confiteri domino confessione laudis.*

5 Me expectauerunt iusti. *s. Samuel, & alij iusti de populo Israel, qui expectabant cum desiderio coronationem Dauid in regẽ, sicut dixerat per Samuelem.*

6 Donec retribuas mihi, *pro persecutione, quam patior propter dignitatem regni. In Hebr. habetur,* Me coronabunt iusti cum retribueris mihi. *Quod fuit impletum, quando seniores de omnibus tribubus Israel vnxerunt Dauid in regem 2. Regum. 5.*

Moraliter posset exponi psal. iste de quolibet fideli in magna afflictione existente, exemplo Dauid explicare coram Deo anxietatem animi sui, petendo deuotè ab ea diuinitus liberari, vt sic confessione laudis diuinę possit liberè domino confiteri.

MORALITER.

† 1 *Libera me à persequentibus,* id est, à dæmonibus acrius in morte tentantibus.

C 3 *Educ de custodia animam meam,* id est, de carcere corporis, Roma. 7. d. *Infelix homo quis me liberabit de corpore mortis huius.*

4 *Ad confitendum nomini tuo,* confessione laudis perpetuæ cum beatis. E

GLOSSA ORDINARIA.

a *Psalmus Dauid.* Psa. iste septimus pœnitentialium, qui ideo sunt septem, vt eodem numero quo peccauimus, peccata diluamus.

CASS. Sicut enim in hebdomada mundi huius peccamus, ita hoc numero psalmorum remedium pœnitentię peccatis opponitur; In quibus psalmis talis est forma, quia à lachrymis incipitur, & in gaudio finis est, ne quis de venia desperet.

¶ Agit de hoc, quod significatum est.

Psalmus Dauid, quando persequebatur eum filius suus Absalom.

AVG. Sicut Absalom Dauid, sic Iudas Christum, falsi fratres corpus eius; vel illiciti motus & operatio.

✠✠ IDEM. Ille Dauid ita laudabilis: sed alius Dauid verè manu fortis (quod interpretatur Dauid) dominus noster Iesus Christus agnoscendus est nobis, præterita enim illa facta figurę fuerant futurorũ: nec diu commendãdum est, quod sæpe audistis, quod optimè retinetis. Quæramus ergo in hoc psalmo dominum & saluatorem nostrum Iesum Christum prænuntiantem se per hanc prophetiam, & quid futurum esset in hoc tempore, per ea, quæ pridem facta sunt, prædicantem. Ipse enim se in prophetis prædicabat, quoniam ipse est verbum Dei, nec illi tale aliquid dicebãt, nisi verbo Dei pleni. Annũciabant ergo Christum pleni Christo, & illi eum venturum præcedebant, quos præcedentes non deserebat. Agnoscamus ergo quemadmodum & Christum persequebatur filius suus. Habebat enim filios, de quibus dicebat, non ieiunabunt filij sponsi quamdiu sponsus est cum eis, cum autem ab eis ablatus fuerit sponsus, tunc ieiunabunt filij sponsi. Ergo filij sponsi, Apostoli: & inter hos persequutor Iudas diabolus. Passionem itaque suã prædicaturus est Christus; Audiamus.

✠ EVTHYMIVS. In multis exemplaribus hunc psalmum absque vlla inscriptione reperimus, tametsi in aliquibus ea inscriptio habeatur. Psalmus ipsi Dauid, cum persequeretur ipsum *filius eius Absalon.* Cõsimilem pene inscriptionem habet tertius Psalmus.

✠ THEODO. In nonnullis exemplaribus inueni, *Quando ipsum persecutus est Absalon filius eius*: neque autem in Hebræo exemplari, nec apud alios interpretes, hanc inueni additionem, tamen veritati inhæret.

✠ BEDA Vener. Historia quidem hæc Regum lectione notissima est, Dauid à filio persecutum, quę similitudo, vt quidam volunt, ad omnem porrigitur Christianum, qui peccatis sæuientibus tanquam à filiis propriis in mundi huius acerbitate vexatur, sed contra hæc pœnitudo remediabilis, quam hic Psalmus continet, apponitur.

☞ PSLAL.

PSAL. CXLII.

A *Domine ex.* Cassiod. Primo, captat exordium: Secundo, narrat mala sua, & quid cõtra egerit, ibi, *Quia persecutus est*; Tertio ponitur depræcatio causis confirmata, ibi, *Velociter exaudi*, Quarto ponitur læta conclusio, ibi, *Spiritus tuus*. Monet ad pœnitẽtiã, & orationem, adorandum. In persona totius Christi dicit, a *O domine, &c.*

Aliqui vero expositores nostri literam prædictam ab illo loco: Quorũ filij *prout tacet in translatione communi, exponũt de Philisthais: cõiungendo literę præcedenti, quia (vt isti dicũt) gloriabantur de multitudine et pulchritudine prolis masculinæ & fœminæ, & de abundantia in terra nascẽtibus, & animalibus, & de fortitudine ciuitatum: & sic in fine subditur,* Beatum dixerunt, *scilicet Philisthęi,* populũ cui hæc sunt, *vel beatus populus cuius sunt talia, iactando se de prædictis, Sed quid male vtentes, cuiusmodi erant Philisthęi, non erant per hoc beatiores, sed miseriores, ideo ad repellendum dictum eorum subditur,* Beatus populus, cuius dominus Deus eius, *qualis erat populus Indęorũ colens vnum verum Deum. Sed quia Hebræi et Hieron. literam prædictam nõ referunt ad Philisthæos, sed magis ad Hebręos, vt visum est: ideo translatio communis potest reduci ad intellectũ eorum suprà positũ. Sic vt ab illo loco,* Quorũ filij, &c. *sit constructio suspensiua, vsque ad illũ locum,*

☞ Beatum

MORALITER.

† 1 *Et dextera eorum dextera iniquitatis.* Nam ad eam impellunt homines multis modis; Et quoniam ex tali beneficio debetur laus Deo, Ideo subditur,

3 *Deus canticum nouum cantabo tibi,* Cùm liberatus fuero de insultu maligni.

4 *In psalterio decachordo psallam tibi,* id est, in obseruatione decalogi.

6 *Qui das sa.re.* i. hominibus cũ adiutorio Dei se bene regẽtibus.

7 *Qui redemisti Dauid,* de Saulis persecutione.

De gladio ma. id est, de maligni spiritus tentatione.

† *Et erue me.* Hic consequenter ponitur liberatio ab hominibus malis, qui sunt instrumenta dęmonis, cùm dicitur, *Erue me de manu fi. alie.* i. hominum malorum, qui sunt filij Dei ad eius imaginem facti, sed ab eo per peccatum alieni.

† *Quorum os locutum est vanitatem,* id est, mendacium ad bonorum deceptionem.

† *Et dextera eorum.* Est enim semper extensa ad operandum iniqua. Et quia frequenter iniqui prosperantur in vita præsenti, subditur,

10 *Quorum filij,* In quo notatur prosperitas in prole masculina. Et etiam fœminina, cùm subditur,

† *Filię*

a *Filiæ.* CASSIOD. quæ non habent vires constantiæ,
b *Compositæ.* non natura pulchræ, sed ab hominibus compositæ. Hę filiæ, sunt cogitationes, vel prædicationes eorum, qui non habent veram ecclesiam, sed similitudinem.
c *Promptuaria*, corda diuersis rebus facta: vnde pessimas eructuationes exhalant, quę fœtent.
d *Ex hoc in illud.* instabiles, quia non habent radicẽ veritatis.
e *Oues.* ad literam, quia vult eos ostendere caducis rebus hærere: quasi dicat, peculium eorum fœtuosum, cum ipsi fide steriles; vnde mysticè discipuli eorũ, hæ oues sunt fœtuosæ, quia ipsi alios plures in errore generãt.
f *In egressibus.* Non in ingressibus, quia totum bonum, quod habere videntur ab eis egreditur cito perituris.
g *Boues.* non labore macri, sed otio pingues, vt his qui affluunt diuitijs, cum ipsi sint à veritate ieiuni. Vel mysticè, boues, magistri terrenis affluunt.
h *Maceriæ.* quæ de solis saxis in hortis sed vel vineis, nec ipsa ruit illis, adeò prosperi.

✻ THEOD.

✻ THEODO. Symmachus sic dixit, *nec percussio nec funeris elatio, nec luctus in plateis eorum*, sic etiam & alij interpretes exposuerunt. Nam per multam felicitatem, & bonorum affluentiam in delitiis & in risu degunt, de rebus tristibus non facientes periculum.

a ¶ Alias nouellæ stabilitæ.
a sicut nouellæ plantationes, in iuuentute sua. Filiæ eorum com-
¶ Alias cellaria.
b positæ, circumornatæ vt similitudo templi. Promptuaria
c d † eorum plena: eructantia ex hoc in illud. Oues † eorum fœ-
¶ Alias si.
e toſæ, abundantes in egressibus suis: boues † eorum crassę. Non
a ¶ Alias sepis. b ¶ Alias exitus. c ¶ Nullus tumultus, sed pax quieta.
f g est † ruina mãceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis
a ¶ Sed quia. ¶ Non hoc arguo. b ¶ Filij alieni.
h i k † eorum. † Beatum dixerunt populum cui hæc sunt: beatus
a ¶ Quid tu Dauid dicis? b ¶ Voluntate. c ¶ Potestate.
pópulus, cuius dóminus Deus eius.

i *Neq; trã. neque cla.* CAS. turbidus interrũpit quietem eorũ. Vel Mysticè, *maceria*, ars philosophorum, quæ non potest destrui, vt transeant iusti, nec clamor Dei, quæ in angusta via (quæ ducit ad vitã) est in plateis eorum, id est, in lata via eorum, quæ ducit ad mortem.
k *Beatum.* non inde reprehendit, quia his abundant: sed quia pro dexteta habent. i. pro beatitudine: & hæc est vanitas, quam locuti sunt. His & Abraham, & Isaac, & Iacob, abundauit. Fœlicitas est sinistra, id est temporalis, mortalis.

✻ BASILIVS. Postquam omnem opulentiam descripsit, nõ putauit illos ob eam causam, quod diuites sunt, dignos, quos quisquam extimuletur, sed præteritis his omnibus ad verum thesaurum felicitatem extendit.

☞ GLOS.

† nostra
† ruptio, vel, sterilis, nec est egressus scilicet aborsus
† nostræ
† nostri onusti. Mat. 7. b.
† nostris
† Beatus populus cui sic est

NICOLAVS DE LIRA.

Beatum dixerunt, &c. *& incipiat constructio*: Beatum dixerunt *beatitudine quæ habetur in præsenti*, Populum cui hæc sunt, *scilicet promissa in litera, cum dicitur.* Quorum filij sicut nouellæ platationes. *id est, qui abundant in bona prole masculina, & fœminina, & in terræ nascentibus: propter quod subditur,*
1 Promptuaria eorum plena er. *ex magna abundantia.*
2 Ex hoc in il. *propter diuersas species terrenascentium abundantes. Et similiter in animalibus, propter quod subditur,*
3 Oues eo. *Et similiter in fortibus ciuitatibus, propter quod subditur,*
4 Non est rui. *vbi hostes possint faciliter incurrere, & per consequens,*
5 Neque clamor in plateis eorum, *ex subito incursu hostium. Et quod deceat Deum dare talia populo Israel, ostenditur, cum dicitur,*
6 Beatus populus cuius dominus Deus eius. *quasi dicat hic solus est populus Iudaicus, in quo pro tunc vigebat fides vnius Dei, & eius cultus: et ideo cum ex hoc sit beatus principaliter, decet quod habeat abundantiam bonorum temporalium, quæ in hominibus bonis facit adiutorium virtutis. Moraliter potest exponi psal. iste de quolibet fideli, qui habita victoria de hoste visibili seu inuisibili, cuiusmodi est spiritus malignus, exemplo Dauid insurgit ad Dei laudem.*

MORALITER.

† *Filiæ eorum compositæ cir.* id est, ornatæ curiosè.
1 *Promptuaria eorum plena.* In quo tangitur prosperitas in terræ nascentibus, & in animalibus, cum dicitur:
3 *Oues eorum fœtuosæ.* Et in temporali pace, cum subditur,
4 *Non est ruina ma.* id est, clausurę murorum.
† *Neque transitus*, aduersariorum.
5 *Neque clamor in plateis eorum*, scilicet, vulneratorum ab aduersariis.
† *Beatum dixerunt.* Hoc enim dicunt homines mundani, licet sit miser miseria peccati. Consequenter ostenditur, quis populus sit verè beatus, cum subditur,
6 *Beatus populus cuius est dominus Deus eius*, id est, qui seruit domino fideliter & deuotè: talis enim est beatus in spe.

ADDITIO.

In psal. cxliij. Benedictus dominus. *vbi dicitur in postil.* Qui das salutem regibus.

Hoc quod dicit regibus *in plurali, nõ est necesse, vt referatur ad Saul & Dauid: sed generaliter intelligendũ est, scilicet quod Dauid attribuit Deo victoriam, quam habent reges quicunque sibi, quia* omne datum optimum de sursum est, descendens, *Iac. j. c. Inconueniens est enim dicere, quod Dauid vocasset se regem tempore huius pugnæ, cum postea pluries vocabat se seruum regis, vt patet. j. Reg. xxiij. & in alijs locis.*

ADDITIO II.

In eodem psal. vbi dicitur in postil. Quorum filij.

In hoc loco non est dictio in Hebræo, quę significat quorum, *prout in translatione Latina habetur, nec etiam quæ significat idẽ quod* vt sint, *prout in translatione Hier. habetur: sed vita Hebraica sic habet,* Quoniam filij nostri quasi plantatio &c. *vel, quod filij nostri quasi plantatio. Ad cuius sensum proprius intelligendum est et attendendum, quod Dauid in hoc loco non petit beneficia futura circa prosperitatem populi, sed potius regratiatur de præteritis beneficijs populo Dei exhibitis mediã te victoria sua: vnde cum dixisset,* Deus canticum nouum, *de duobus intendit Deum laudare, Primo. S. de liberatione sua, secundo de prosperitate, quæ secuta fuit in populo Dei per eandem victoriam. De primo dicit,* Qui redemisti Dauid seruum tuũ. *Sed quia præuidebat se adhuc in multis certaminib⁹ futurũ, cũ huiusmodi alienigenis Philisthinis, ideo regratiando de huiusmodi victoria iam præterita, introducit petitionem de sua liberatione futura ab eis: & de hoc dicit,* Eripe me, & erue me de manu filiorum alienorum. *q. d. qui nunc eripuisti me de huiusmodi gladio maligno, continua protectionem tuam eripiendo & eruẽdo me vlterius ab huiusmodi manu* filiorum alienorum, &c. *De secundo vero regratiando dicit,* Quoniam filij nostri, &c.

Pro quo sciendum, quod si victoriam certaminis Golias habuisset, filij Israel omnes essent serui Philisthinorũ, prout habetur. j. Reg. xvij. & per consequens totus status eorum subuersus; sed per victoriam, quam dedit Deus ipsi Dauid, fuit per oppositum, quia status populi fuit valde prosperatus, & ideo in hac victoria singulariter legitur, quia de omnib. ciuitatibus Israel exibãt mulieres psallẽtes j. Reg. xviij. quod non sic legitur de alijs victorijs: vnde Dauid de hac regratiãdo Deo, dicit, Quoniã filij nostri quasi plantatio. i. *meritò decantandum est tibi canticum nouum super hanc victoriam, quia per eam iuuenes nostri non viuẽt seruiliter, sed proficient in virtutibus, tanquã liberi. Similiter & filia nostra quasi angeli ornatę &c. exponantur prout in postil. non tamen per modũ petitionis, sed per modũ regratiationis: quia per hanc victoriam fuit populus multiplicatus in personis & in victualib⁹ & in cęteris, quæ in litera continentur, & finaliter in pace politica, quæ principaliter cõsistit in securitate ab hostibus, & caluniatoribus intrinsecis, & hoc ex vigore iustitiæ, quę tẽpore pacis potius colitur, vnde Esa. xxxvij. d.* Erit opus iustitiæ pax. *Et de hoc dicit finaliter,* Non est vlulatus in plateis nostris. *Et vtrumque significatur per dictionem Hebraicam in hoc loco positã: & est sensus, quod iam non erat in populo* vlulatus, *qui causatur ab incursu hostium,* nec clamor *qui causatur ab oppressione calumniatorum conciuium, & quia omnia illa pertinent ad felicitatem politicam, præcipuè hęc clausula vltima, quę tranquillitatem populi significat, quod est maximum bonum, quod intenditur in regimine politico, vt habetur, ix. Ethi. ideo subdit,* Beatus populus, cuius hæc sunt, *quod intelligitur de beatitudine ciuili. Sed quia felicitas vera nõ consistit in his, sed potius in adhæsione ad Deũ per cognitionẽ et amorẽ, iuxta illud,* Mihi autẽ adhęrere Deo bonũ est; *ideo subdit,* Beatus popu. cuius domi. Deus ei⁹.

REPLICA.

In psal. Benedictus dominus Deus meus. *concordant postil. & Burg. præterquam in expositione illius passus,* Qui das salutem regibus. *hoc exponit postil. de Dauid & Saul, non excludens, quin de aliis Iudæorum regibus poterit exponi propheticè. Obijcit autẽ Bur. quod tẽpore pugnæ cũ Goliath, Dauid se nõ potuit dicere regẽ, quia sæpe post, se dixit seruũ regis, vt patet. j. Reg. xxiij. Ad quod respõdeo, quod Dauid se vere illo tẽpore potuit dicere regẽ: quia ante illã pugnã à Samuele inunctus fuit in regem, vnde quamuis nondum habuit executionem regiæ maiestatis, fuit tamen verè rex constitutus à Deo, quamuis nondũ assumptus à populo. Sic & Christus se dixit regem, quando tamen nullam fecit regię maiestatis executionẽ: quia* venit iudicari, nõ iudicare, &c. *Dauid igitur verè se connumerauit regibus, quia habuit ius ad regnum, quamuis nondum in regno, &c. In reliquis huius psal. Burg. variat applicationem, veritate nondum mutata, prout sępe consueuit.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Laudatio ipsi Dauid.* Cas. Breuiter continet hic psal. quę in scripturis diuinis latè diffunduntur. Vbicunque enim de laudibus Dei agitur, legitur, vel opera, vel potentia, vel aliquid cæterorum. Ad cuius præconia sequentes psal. pertinent, qui cum isto septē sunt. vt, Septies in die laudem dicam tibi, vt septem sunt spiritus gratiarum, qui laudes concinunt, sicut in Apocalypsi legitur: in his sufficienter Deus docuit, quomodo velit laudari, ne quis in eius laude errare posset:

Laudatio Dei Psa. 118. 1. Apoc. 5. c.

a

b

c

Avg. Spiritusancto implet Deus sanctos, vt laudent eum, & ne erremus in laudando, iter laudis in scriptura constituit. Si homo se laudat, arrogantia est: Si Deus se, misericordia est: quia laudādo se amabilem facit, & nos amando meliores sumus, non ipse. Ideoque spiritus eius in seruis suis laudet eum, quia laudari se facit.

d

e

f

B

Cas. vt septem psalmi pœnitentiæ, sic & septem spiritus, iuxta illud sacramentum, quod præcepit dominus Moysi in tabernaculo septem lucernas ponere, perpetuo lumine lucentes.

Exo. 37

Evthymivs. Hic Psalmus laudationem Dei continet, quæ omnibus communis esse potest, & ex fidelis cuiusque persona proferri.

C

Beda. Ex persona canitur populi de captiuitate liberati, admirantis Dei potentiam, & agentis gratias pro beneficijs eius, qui omnibus in tribulatione positis subuenire solet. Aliter vox Ecclesiæ ad Christum.

Idem. Quæri potest, quare titulus hic singulariter contineat. *Laudatio ipsi Dauid.* Cum in omnibus psalmus ipsius Dauid, hoc est, domini Christi gloria prædicetur, Sed hic durior districtiorque posita est, qui cōpletis omnibus quibus humana ignorantia fuerat instruenda, nunc ad sola præcipitur Domini vacare præconia: Quæ laudes propter futuri seculi sabbatum (vt reor) septenario psalmorum numero sunt comprehensæ.

PSAL. CXLIIII

b E *Xaltabo te.* Cas. Primò, propheta promittit infinitam laudem: Secundò, omnes perfecturos Dei laudem nouē modis dicit, ibi, *Generatio & generatio.* Tertio, eadem latius explicat, ibi: *Miserator*

c *Et benedicam.* Evthy. Sumus etenim præ cæteris omnibus nos Deo debitores, & quia fecit nos, cum non essemus; & quia tales creauit, homines scilicet, & fideles; & quod creatos cōseruat; & quia prouidentiā nostrū omniū habet, in vniuersum omnium, ac priuatim singulorum, secretò. & palam, tam scientium, quā ignorātiū.

Basil. Vides quomodo futuræ vitæ præmia significet? Benedictionem autem hic dicit, non eā, quæ verbis tantum; sed quæ & rebus ipsis constat. Sic enim exaltatur Deus, sic magnificatur.

d *In se. secu.* Cas. Qui hic non incipit, in futuro mutus erit.

e *Persi. dies.* Cas. Qui hic per singulos dies, in æterno die merebitur laudare continua exultatione.

E

Avg. Benedicit nunc per singulos dies, vt, cùm venerit vnus sine fine dies, eat ex laude in laudē, sicut ex virtute in virtutem.

Psal. 38. a.

f *In seculum & in seculum seculi.* Cas. De qua laude alibi, *In secula seculorum laudabunt*: quia semper amabunt, quem semper videbunt, qua visione nihil delectabilius.

g *Magnus dominus & laudabilis.* Evthy. Magnus, nō tantum vt magnarum rerum opifex, sed vt magnorum donorum largitor; & propterea valde laudādus est; quidē si nullus est finis diuinę magnitudinis, cōsequēter nullę erit etiam diuinis laudib⁹ modus.

F

Basil. Quid est, quod dicit *laudabilis*? dignus qui laudetur ac prædicetur, nec simpliciter dixit laudabilis, sed adiecit, admodū.

h *Nimis* Cass. Vno verbo dedit cogitare, quod non potest capi plenè: & ideo nunquam cesses à laudibus.

i *Generatio & ge.* Cas. Secundò, omnes perfecturos laudem Dei nouem modis promittit.

k *Ope. tua.* Avg. Si in magnitudine deficimus, vel de operibus laudemus operantē, de conditis cōditorē, de creaturis creatorē.

Cas. Nouem sunt opera, potentia, magnificentia, sanctitas, mirabilia, virtus, terribilium magnitudo, memoria, iustitia, quæ pòst explicabuntur: ex his quasi locis, & seminibus omnis laus trahitur, ad quem modum omnia argumenta de paucitate locorum sumuntur.

Nouē opera, ex quibus omnis laus Dei trahitur.

l *Et potentiam.* Avg. Non enim opera laudant, nisi vt virtutem operantis

---

NICOLAVS DE LIRA.

Psal. cxliiii.

Exaltabo te Deus. *Huic psal. præmittitur talis titulus in hebręo & in trāslatione Hier* Hymnus Dauid. *Circa quod sciēdū, quòd hymnis propriè est laus diuina cum cantico seu exultatione: & ideo si non sit laus Dei, sed alterius personę, non est hymnus etiam si fiat cū exultatione: & similiter si sit laus diuina, & non fiat cum cantico seu exultatione, sed magis cū fletu, sicut planctus Ieremię, non est propriè hymnus: & ideo per hoc quod dicitur in titulo,* Hymnus Dauid, *designatur quod Dauid fecit hunc psalmum ad Dei laudem cum cātico seu exultatione. Et dividitur in duas partes, quia primò Dauid Deū laudat: secūdò, alios ad huiusmodi laudem excitat, ibi* Generatio. *Circa primum dicit,*

1 Exaltabo te Deus, *Per creationem,* 2 Meus, *Per fidem & specialem deuotionem,* 3 Rex, *Per omnium gubernationē. Rex enim dicitur à regendo.* 4 Et benedicam, *Non benedictione consecrationis, quę à maiore impeditur minori, Heb. vj. b.* Sine vlla contradictione quod minus est à meliori benedicitur: *sed benedictione gratiarum actionis & laudis, quia à minori exhibetur maiori.* 5 In seculū & in seculū se. *Preuidit enim Dauid, quod psalmus iste, et alij ab eo facti essent cātandi in futuris generationibus ad laudem Dei.* 6 Per singulos dies, &c. *Quia Dauid singulis diebus aliqua hora vel pluribus intēdebat diuinis laudibus. Cuius ratio subditur, ibi,* 7 Magnus dominus, *nō magnitudine molis, sed virtutis.* 8 Et lauda. nimis. *i. plus quā posit à creatura laudari. Eccle. xliij. d.* Benedicētes dominū exaltate illum quàntum potestis, maior est enim omni laude 9 Magnitudi. eius *quia potestas eius non est determinata ad aliquē certum effectum, sed omni facto potest semper maius facere.* 10 Generatio. *Hic consequenter Dauid alios ad Dei laudem excitat. Et primò excitat patres veteris testamēti. Secūdo nouos, ibi,* Confiteantur tibi. *tertio omnes in communi, ibi* Alleuat Dominus. *Circa primū dicit,* Generatio & gene. lau. *id est, laudet. Hebręi enim pro optatiuo vtuntur futuro indicatiui modi; per hoc autem quod dicitur hic,* Generatio & generatio, *intelligitur generatio fidelium veteris testamēti, quę præcessit captiuitatem Babylonicam, & generatio quę secuta est vsque ad Christum.*

11 Et potentiam tuam. *qua eduxisti Hebręos potenter de Aegypto, vt patet in Exo. & etiā de captiuitate Babylonica, vt habetur Esdræ. j.*

Magnifi-

MORALITER.

1 *Exaltabo te Deus.* In hoc psalmo Dauid se & alios excitat ad Dei laudem. Sensus moralis est, vt bonus prælatus, per Dauid figuratus, ad laudandum Deum, excitet se primò, & consequenter populū Christianū. Quantùm ad primum in eius persona dicitur, *Exaltabo te Deus meus rex,* id est, quātum potero, te laudabo. Deus enim exaltari non potest in se, cū sit magnitudinis infinitæ.

6 *Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen.* Sicut per singulos dies tua beneficia recipio.

7 *Magnus dominus & laudabilis nimis,* id est, vltrà omnem virtutem creatam improportionabiliter.

10 *Generatio & generatio laudabit opera tua.* Hic cōsequenter ponitur aliorum excitatio ad laudādū, cùm dicitur, *Generatio & generatio laudabit opera tua.* id est, omnes homines præsentes & futuri, laudent te in operibus tuis naturæ & gratiæ: quia sunt eis materia laudis. Et ponitur hic futurum indicatiui modi pro optatiuo secundum Hebraicum modum, cùm dicitur,

† *Laudabit.* id est laudet, & sic in sequentibus exponatur.

† *Magnifi-*

---

a ¶ Christo.

Laudatio ipsi Dauid. CXLIIII.

Aleph.

¶ Notum facio prædicando quòd es Creator & recreator.
a ¶ Christe. ¶ De Iuda vnde reges in vet. test. b ¶ Laudando.

E Xaltabo te Deus meus rex †: & benedicam† nomini tuo in seculum, & in seculum seculi. Beth. Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in seculum, & in seculum seculi. Gimel.

a ¶ Hic. b ¶ In æternum.

a ¶ Exponit quod dixit. ¶ Aug. Ecce in seculum sine intermissione in lætis vel tristibus.

a ¶ Causam laudis tuodit. ¶ In essentia. ¶ Alias valde. b ¶ Incomprehensibilis cogitatione vel loco.

Mągnus dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est † finis. Daleth. Generatio † & generatio laudabit opera tua, & † potentiam tuam pronuntiabunt.

¶ Ideo non potes laudem finire. a ¶ Aug. Omnis repetitio dicentis, in infinitum missit animum cogitantis, vel, generatio, qua in præsenti nascuntur filij Dei. ¶ Generatio, qua filij resurrectionis; vnde dicitur, In generatione cum fuerit filius hominis, id est, resurrectione.

a ¶ Primus locus laudis. b ¶ Secundus locus laudis.

1 nomen tuum.

† meus

2 3 4 5 6

† inuestigatio.

† generationi

7 8 9 10

† virtutem tuā annūtiabunt

11

operantis annuntiant. Sed quidam eloquentes, creaturam laudant, creatoris obliti. Sancti verò laudatores, si opera amant, & laudant, magis operatorem: & propter hæc illum amant.

AVG. Si in rebus factis sentitur aliqua species, vtilitas, virtus, & laudatur magis in illo qui fecit. Si opera laudas, & te qui es Dei opus. Et occurrit illud, *Non te laudet os tuum, ne arrogans videaris*. Sed non est arrogantia, quia Deũ in te, non te laudas.

Prou. 27. a

a *Et virtutem*. Si nõ minaretur, nulla esset correctio: si verò non blandiretur, nulla esset exhortatio. Est itaque amabilis, & terribilis. Dicent ergo virtutem discipliantis & punientis, si prædicant regnum æternum, non tacent ignem æternum.

B b c d e f g h

bonitatis tuæ loquẽtur & iusti tiam tuam laudabunt

✻ THEODORETVS. Videtur quidẽ eiusdem sermonis repetitione vsum esse, diuersa tamen significat, *mirabilia* quidem enim dicit, miracula in quorundam beneficijs edita; *Virtutem* autem *terribilium*, magnificentias ob aliorum supplicia demonstratas, veluti per diuinum Mosem Aegypto vniuerso flagella inflixit, illa quippe intelligenda sunt *virtus terribilium*, in solitudine mãnam populo suppeditauit & cothurnices ligauit, &c.

C

✻ EVTHYMIVS. Per *mirabilia* quidem contemperatas temporum mutationes intelligit, florentes item hortos, prata, nitidos, ac potabiles fontes, flumina ac riuulos suauiter fluentes, terræ fœtus, arborum species, & alia quæcunque tam in animantibus, quàm in animatis admiratione digna sunt: per *terribilia* verò, fulgura, tonitrua, fulmina, pestem, famem, niuem, & alia quęcunque tam in animantibus, quàm in animatis terribilia sunt; per *magnitudinem* verò & *magnificentiam*, diuinæ naturæ sapientięque, ac potentiæ excellentiam intellige.

b *Suauitatis* AVGVST. Ipse per abũdantem suauitatam suam, prius memor nostri est, nos vocando, gratia sua nos præueniendo, inde nos eius.

c *Eructabunt*. dicit, non manducabunt.

AVGVSTINVS. Manducat, qui discit: eructat qui docet hoc tamen eructat, quod manducat. Hæc memoria, quia valde dulcis, manducanda est, & eructanda. Sic ergo manducat, vt eructes.

D

d *Tua*. ✻ AVGVSTINVS. Nemo Deo tribuat, quia est; & sibi tribuat, quia iustus est: Melius enim est quod sibi vult tribuere, quàm illi. Totum ergo illi da, in totum ipsum lauda.

a ¶ Tertius locus laudis. ¶ Alij magnificentiam maiestatis tuę, & sanctitatem tuam loquentur.
b ¶ Quartus locus laudis.

ה He. Mãgnificẽtiam gloriæ sanctitãtis tuæ loquẽtur, & mi- 1 2

a ¶ Quintus locus laudis. b ¶ Sextus locus laudis. c ¶ Aug. Non tantum blanditur, sed etiam minatur, Blanditur vt exhortetur, minatur, vt terreat & corrigat. ¶ Alias metuendorum.

rabiliã tua narrabunt. ו Vau. Et virtutẽm terribiliũm tuorum 3 4 5

a ¶ Septimus locus laudis. ¶ Cuius non est finis, sed narrabunt cum talem esse laudabunt.

dicent, & magnitũdinem tuam † narrabunt. ז Zain. Memo- 6 7 8

a ¶ Octauus locus laudis. ¶ Non est oblitus, nos oblitos eum, & non oblitus facit nos reminisci sui.
b ¶ Fortis. ¶ Intus ea pleni. c ¶ Nonus locus laudis. ¶ Quam memores tui accipiunt à te. ¶ Alias eructabunt. d ¶ Non sus.

riã ãbũdantiæ † suauitatis tuę eructãbũt: & iustitia tũa exul- 9 10

a ¶ Quasi Hæc prædicta laudent & annuntient. Et quod de his laudant & exultant, tu fecisti, merita illorum bona, tua sunt, quę per misericordiam eis præstantur.
b ¶ Repetit de misericordia. 11

tabũt. ח Heth. Miserãtor & misericors dñs, † patiens & mũltũ 12

misericors. ט Teth. Suauis dñs † vniuersis, & miserationes 13 14

e *Miserator & misericors*. CAS. Tertiò latius explicat, quæ secundo breuiter proposuit. Q. Merito in his laudabunt, quia *Misę*. Partes laudis ponuntur hic, quæ superius: sed non singulæ possunt explicari. quis enim opera, vel potẽtiam eius plenè explicaret?

† enarrabunt. E

AVGVST. *Miserator & misę*. quibus eam veniam dedit:

† lõganimis

f *Patiens*, his quibus nondum dedit sed expectat, vt det.

† omnibus

CAS. *Misera*. Ab operibus incipit, vt miserator dicatur, dum cadentes restituit. *Misericors*, natura, etiam dum creat. *Patiens*, hoc sumit de secundo loco laudis, scilicet de potentia, quã laudat, non quòd terras suspendit, maria coercuit, stellis cœlos depinxit, &c. sed quia tolerat pectantes, vt conuertantur.

g *Suauis*, De magnificentia sumitur, quia nil magnificentius, quàm suauem esse gustantibus, & misericordiam omnibus operibus suis impendere: nõ autem his, quę diabolus facit, ea enim potius damnat.

F

h *Et miserationes eius*. AVG. Si enim tollas opera tua mala, & non in te remaneant, nisi opera eius, non te dimittet miseratio eius: Si autem tu non dimittas opera tua, erit eius seueritas in opera tua, cùm dicet, *Ite maledicti in ignem æternum*.

Matt. 25. d

✻ EVTHY. Sermonem amplificat, sciens, in ea potissimum Dei diuitias consistere: neque enim saluari potuissemus, nisi magna illius benignitas adfuisset nobis, & misericordia; vniuersis autem dixit, & non iustis tantum, quinimo & peccatoribus, nec rationalibus tantum, sed eriã irrationalibus, ac denique quibuscunque, tametsi minimis operibus suis, inseretur, quippe qui & gehẽnam, &, omnes alias ęternas pœnas peccatoribus præsumma misericordia cõminatus est, vt earum timore à vitiis abstinerent, virtutem adepti cœlorum regnum consequerentur.

Confiteantur

NICOLAVS DE LIRA.

1 Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquen. *Quam ostendisti in datione sanctę legis.*

2 Et mirabilia tua narrabunt, *Quæ tunc virtute diuina apparuerunt, vt habetur: Exodi. xix.*

3 Et virtutem terribilium tuorum dicent, *Id est, iudicia tua terribilia in apertione terrę, & deuoratione Core, & aliorum sibi adhærentiũ in rebellione; Numeri decimo sexto; & in alijs punitionibus terribilibus.*

4 Et magnitudinem tuam narrabunt, *quam ostendisti in debellatione Og regis Basan, & Sehon regis Amorrhæorum.*

5 Memoriam abundantię suauitatis tuæ. *qua pauisti eos manna in deserto, & potasti eos aquis productis de saxo durissimo.*

6 Eructabunt, *id est, de corde deuoto proferent & narrabunt.*

7 Et iustitia tua. *qua Chananæos de terra promissionis eiecisti, & filios Israel ibi habitare fecisti.*

8 Exultabunt. *id est, cùm exultatione deuota referent hęc & prędicta opera tua.*

9 Miserator, *quantùm ad effectum,*

10 Et misericors dominus, *quantùm ad affectum:*

11 Patiens, *quia non statim infert punitionem pro peccatis, sed aliquando differt, etiam per totam vitã peccatoris, quod videtur hominibus nimis differre: ideo subditur,*

12 Et multum misericors, *tamen totum bene facit secundum ordinem suę sapientiæ,*

13 Suauis dominus vniuersis. *quia omnibus creaturis dat esse, quod est desideratissimum hominibus secundum se: licet aliquando ratione mali adiuncti efficiatur aliquibus tędiosum. Et cùm hoc aliquibus dat viuere, vt vegetabilibus; Et vltra hæc, sentire, animalibus; et vltrà prędicta, intelligere hominibus, et angelis.*

14 Et miserationes eius super omnia opera eius. *Quia diffusio suæ bonitatis ad omnem creaturam modis prædictis, non procedit ex aliqua obligatione, seu debito ex parte Dei, sed ex mera bonitate, et pietate ipsius.*

Confitean-

MORALITER.

† 1 *Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur.* orando & docendo.

2 *Et mirabilia tua narrabunt*, scilicet alijs, eos ad tuam laudem inducendo.

3 *Et virtutem terribilium tuorum dicent* in peccatorum punitione, vt in diluuij inundatione, & Sodomorum subuersione, & sic de alijs, vt audientes terreantur, & à peccatis retrahantur.

§ *Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ*. scilicet in beneficijs creationis, recreationis, gubernationis, & glorificationis.

8 *Exultabunt*, id est, exultent. Et per hoc significatur prædicatio procedens ex corde deuoto.

† *Et iustitia tua exultabunt*, Psalmus. lvij. b. *Lętabitur iustus cùm viderit vindictam, &c.*

9 *Miserator & misericors dominus*, Peccata relaxando,

11 *Patiens*, per pœnitentiam expectando.

12 *Et multum misericors*, pœna debitas minuendo.

13 *Suauis dominus vniuersis, attingens à fine vsque ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter*: dans eis inclinationes ad bonum secundum suæ naturæ modum.

† *Confitean-*

☞ a *Confiteantur tibi domine omnia opera tua.* AVG. Laudent, sicut A ea quæ non habent sensum laudandi, qui sunt materia laudis: quia dum inquiris, inuenis magnam vim in eis, quæ à Deo.

✻ THEODORETVS. Non ea, quę amicis carent, Deum laudant, neque feræ rationis expertes vocem rationis compotem emittunt: sed per hęc hi, qui rationis participes, Deique studiosi sunt, hymnorum cantilenam componũt; in quodlibet enim intuẽtes eorum, quæ ab ipso facta sunt, & sapientię magnificentiam obseruantes, in laudes linguam impellunt.

b *Et sancti tui.* CAS. Omne quod est, confitetur, vel per se, vel per rationales creaturas. Vel sancti, id est, angeli & homines. Hoc de sanctitate: ipsa est enim sanctitas Dei, vt ei sancti debeant confiteri.

✻ BASIL. Sanctos hic vocat, qui præcepta Dei adimplent.

✻ EVTHYMIVS. Qui tibi sanctificati ac dedicati sunt: hos enim præcipuè, decet tibi semper benedicere, curis ac sollicitudinibus seculi liberatos, atque idoneos puro ac mundo corde tuas laudes proferre, tanquam alijs sapientiores.

c *Gloriam regni.* CAS. De mirabilibus ergo sumitur. Q. Quàm mirabilis enim, qui fecit cælum & terram, & diuersis bonis impleuit.

d *Vt notam.* CAS. De virtute retribilium hoc sumitur. Sanctis enim prædicantibus nota facta est *potentia* Dei, qua vindicat in malos, & *gloria regni*, qua coronat bonos, ne ignorata minus quæreretur, & nota etiam facta est, quando apostoli virtutes fecerunt, & per notitiam vtriusque, scilicet potentiæ & gloriæ, quidam timore pœnæ, quidam spe gloriæ conuertuntur. Et nota, quòd post potentiam commendat *decorem regni*, quod ideo facit, vt potentia nominata amantem non terreat, habet enim regnum quo delectemur, & illum regnum habet decorem, cui magnifico nil comparatur.

e *Regnum tuum re.*

CAS. Laudat de perpetuitate, & dominationis effectu. Et sumitur hoc de magnitudine, si magnũ est ad tempus imperare, maius est dominationis terminũ non habere.

f *Fidelis dominus in omnibus.* CAS. De abundanti suauitate hoc sumitur: vnde suprà, *Memoriam abũdantiæ suauitatis tuæ.* Fidelis, quia aduentus dona compleuit. Ad abundantiam quoque pertinet, quod alleuat ruentes, erigit elisos: vnde recordatio suauitatis habetur, & in laudibus eius eructuatur.

g *Qui corruunt.* CAS. A malis suis, quos omnes alleuat Deus. Vel, ab his temporalibus, sicut sancti, vt Iob, qui in seculo aliquid perdunt, & abiecti fiunt, decidentes sunt: sed hos omnes confirmat, quia septies cadit iustus & resurgit: impij autem infirmantur in malis. Pro. 24. c.

✻ BASILIVS & EVTHYMIVS. Cum de regno Dei dixerit, quod scilicet est sine fine, & de sermonibus, quod veri sunt: & de operibus, quod reprehendi non possunt, & ad hæc ☞ omnia

a ¶ Quia facit solem suum oriri super bonos & malos, in huiusmodi, & in hoc quod expectat & monet bene omnibus facit, quod si punit, seueritas est non eius, sed in tua opera

a eius super omnia opera eius. Iod Confiteantur tibi domine

a ¶ In confessione operum sancti inspicientes benedicunt te: quid enim dicent? Gloriam regni: quam potens Deus, qui hæc fecit & continet.

b omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi. ℶ Caph. Glo-

¶ In regno.

c riam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. ℵ La-

¶ Loquentur, ad hoc vtique. a ¶ Vnde quidam timore pœnę, quidam spe gloriæ conuertuntur.

B d med. Vt notam faciant filijs hominum potẽtiam tuam, &

a ¶ Cuius? Non huius seculi regnum dico, & quod decorem habet: sed non ibi magnitudo decoris, sed tuum.

e gloriam † magnificentiæ regni tui. ℸ Mem. Regnũm tuum,

a ¶ Æternum. b ¶ Per quod ostenditur regnum esse forte.

rẽgnum omnium seculorum, & dominãtio tua in omni

a ¶ Per successionem: vel hac, & futura. b ¶ Quicquid promisit dedit, & per datam fidem fecit cęteris dandis, quæ promisit, & quasi in chirographo scribi fecit.

f gẽneratione & generationem. ℶ Nun † Fidẽlis dominus

a ¶ Vt verax in promissis, ita sanctus in omni operatione.

in omnibus verbis suis, & sanctũs in omnibus operibus

a ¶ Non quod omnes, sed quicunque alleuantur, hoc est per eum. b ¶ Qui nondum corruerunt. ¶ Alias decidunt.

g suis. ℸ Samech. † Alleuat dominus ũmnes qui corruunt,

† magnitudinis decoris, † Sustẽtat. C

F

† Fidelis

NICOLAVS DE LIRA.

1 Confiteantur. *Hic consequenter Dauid incitat fideles noui testamenti ad laudem Dei, dicens*, Confiteantur tibi domine, *id est, laudent te secundum suum modum: quia etsi irrationabilia & insensibilia non laudent Deum propriè, eò quòd carent intellectu, bonum quod habent in Deum referente: tamen laudant Deum, inquantum sunt materia diuinæ laudis intelligibilibus creaturis.*

2 Et sancti tui. *id est, fideles noui testa. tibi consecrati per sacramenta noui testamenti, quæ sunt efficacia ad sanctificationem; non sic autem erant sacramenta legalia, quæ Apostolus appellat infirma & egena, ad Galat. iiij.*

3 Benedicant tibi. *pro patribus veteris testamenti, eò quòd in ipsis completum est mysterium Christi.*

4 Gloriam regni tui dicent, *id est, prædicabunt gloriam regni cælestis, quod fecerunt apostoli, aliique discipuli per orbem dispersi: patres autẽ vete. testamẽti annuntiauerunt gloriam regni terreni. Deut. xxviij. a.* Si audieris vocẽ domini Dei tui, &c. *sequitur*: Faciet te dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus, quæ versantur in terra. *Et Esa. j. e.* Si volueris, & audieris me, bona terræ comedetis: *tamen istis promissionibus, & consimilibus, intelligebantur bona spiritualia principaliter promissa, vt frequenter dictum est suprà: quia tamen populus rudis illa non capiebat, ideo patres veteris testa. illa tacebant, quæ per patres noui testamenti sunt apertè prædicata.*

5 Et potentiam tuam loquentur, *Id est, ostendent per miracula doctrinam euangelicam confirmantia, secundum quod dicitur, Mat. vlt. d.* Illi autẽ profecti prædicauerũt vbique domino, & op. & ser. cõf.

6 Vt notam. *per opera totam virtutem naturæ creata transcendentia.*

7 Et gloriam. *Gloria est clara notitia cum laude: In regno autem cælesti, de quo hic est sermo, est clara Dei visio, & tugis laudatio: ideo regnum gnum illud dicitur gloriosum, est etiam æternum, propter quod subditur.*

8 Regnum tuum, *secundum quod dicitur Luc. j. c.* Regni eius non erit finis.

9 Fidelis dominus. *Totus iste versus videtur hic appositus ab aliquo translatore, vel expositore: quia non est in Hebræo, nec in translatione Hier. potest tamen sic exponi,* Fidelis dominus in omnibus verbis suis, *quia semper implentur. & non transeunt in vacuum, secũdum quod dicit saluator Mat. v. b.* Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant, &c.

10 Et sanctus in omnibus. *Sanctum enim dicit, quod est ad Dei gloriam ordinatum: propter quod res etiam insensibiles vt calix & vestes, & huiusmodi, dicuntur sanctę, eò quòd sunt ad diuinum cultum ordinatæ: omnia autem opera diuina sunt ad Dei gloriam ordinata, secundum quod dicitur Prouer. xvj. a.* Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus: *& ideo dicitur* sanctus in omnibus suis operibus.

11 Alle. do. *Hic consequenter Psal. inducit omnes generaliter ad laudem Dei: & hoc ex beneficijs communiter omnibus exhibitis, & ideo primò dicta beneficia ad memoriam reducit, secundò proposítum concludit, ibi* Laudationem domini. *Circa primum primò tangit diuina beneficia releuando à malis dicens*, Alleuat do. omnes qui cor. *quia corruentes in culpam semper paratus est releuare, quantum est in se, licet aliqui renuant. secundum quod dicitur, Prou j. c.* Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: *& ex hoc sequitur, quod paratus est releuare à pœna gehennę, qua pro culpa mortali debetur: Corruentes autem in pœnam temporalem aliquando releuat, sicut patet de Manasse rege Iuda. ij. Paral. xxxiij. quem de captiuitate & carcere releuauit ad suum regnum, & similiter de sancto Iob, & multis alijs quos temporaliter releuauit de miserijs, tamen non est sic de omnibus, etiam dilectis suis, vt patet in sanctis martyribus, sed alleuauit eos melius, eos transferendo de miseria præsenti ad gloriam cęlestem.*

☞ Et eri-

MORALITER.

† 1 *Confiteantur tibi.* Hic inuitatur generaliter omnis creatura ad Dei laudem, cum dicitur, *Confitean ti. do.* confessione laudis.

† *Omnia opera tua*, Nam habentia intellectum laudare possunt Deum propriè: & intellectu carentia largè, inquantum in eis relucet bonitas creatoris, & quia inest intelligentibus materia diuinæ laudis, ideò subditur,

2 *Et sancti tui be. tibi.* scilicet docendo, vt audientes te diligant.

5 *Et potentiam tuam lo.* vt te timeant.

9 *Vt notam faciant.* Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem expressionem,

8 *Regnũ tuũ.* i. ęternę durationis & magnæ extẽsionis ad omnia.

9 *Fidelis dominus.* Nam impler promissa.

10 *Et sanct.* Nam ordinat ipsa ad declarationem suæ sanctitatis.

11 *Alleuat omnes qui cor.* Quia quantum est ex se, paratus est cadentes in se peccatum releuare.

† Oculi

☞ omnia de diuina magnificentia, potẽtia, gloria benignitate, iam A tractauerit. Hic rursus de benignitate Dei disserit, quæ & ipsa maxima est regni eius gloria, quod non solum stantes, sed & casuros conseruat ne prolabantur, & iacentes erigit, & quod mirabile est, non vnum aut alterum sed vniuersos.

a *Et erigit omnes eli.* AVG. Ad se pertinẽtes, quia superbis resistit.

b *Oculi omnium in te sperant do.* AVG. De iustitia latius agit, vt qui misericordẽ audit, iustum timeat: & iustitiæ est, vt sperantes satiet corporaliter, vel spiritualiter. Nõ semper enim dãda est esca, sed in tẽpore opportuno: multis enim petentibus salubriter differtur. B

✻ EVTHYMIVS. Similia sunt hæc verba ijs, quę habentur in psal. 103. *Omnia enim*, inquit, *à te expectant, vt des cibum eorum in tempore*, & rursum, *aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate*; quod igitur illic *bonitatem*, hoc in loco *bonam voluntatem* apellauit. Vidisti quomodo ostendit propheta, quod Deus bonus & benignus est vniuersis, & quod misericordia eius supra omnia opera eius, &c. Per *manuum* verò *apertionem* probandi facilitatem demonstrauit.

C ✻ THEODORETVS. Hoc in loco verbũ, *sperant*, non propter affectum posuit: Neque enim, qui impiè viuunt, hanc habent spem, nec genera animalium ratione carentium sensum rationis compotem habent, sed edocet vnumquodque ab ipso congruentem vsum accipere.

c *Et tu das escam illorum in tempore opportuno.* AVG. Dat ergo medicus ægro, quod conuenit, & quando conuenit; non vt homo desiderat & petit, ne obsit, si det. Petijt enim Apostolus de angelo sathanæ, vt auferretur ab eo, & non accepit: sed propter perfectionem suam, quia tempus adhuc erat exercendæ infirmitatis. Iob. 1. b. Petijt diabolus tentandum Iob, & accepit, sed ad damnationem suam. Ipse Christus mori venerat: & tamen transfigurans in se infirmos, ait, *Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste.* Matt. 19. d. Et licet non acciperet, quod petere videbatur, ait, *Non quod volo, sed quod tu.* benedicens Deum in omni tempore.

✻ BASILIVS. Quid est quod dicit *tempore opportuno*? quoniam temporibus omnia sunt discreta, & hoc potissimum sapientiam

a ¶ Qui ruinam peccati passi sunt. b ¶ Intentiones.

& erigit omnes † ẽlisos. ℣ Ain. Oculi omnium in te sperant 1

a ¶ Quasi, ægro, quod conuenit, & quando conuenit, non vt homo desiderat. †

domine, & tu das escam † illorum in tempore ôpportuno. 2

a ¶ Quasi quam escam. ¶ Quia omnia in eius potestate. b ¶ Benignitatem potentiæ tuę, † 3
c ¶ Rationale quod potest benedici.

℈ Pe. Aperis tu mãnum tuam, & † imples omne animãl be- 4

a ¶ Et quando cedit, & quando curat: Si confessi sunt Daniel, & omnes sancti in tribulationibus, quod iusta sunt iudicia Dei. 5

nedictione. ℣ Zadik. Iustus dominus in omnibus vijs suis, 6

a ¶ Pius, patiens, dator omnium bonorum.
b ¶ Aug. Etsi non statim facit, quia prope est.

& sanctus in omnibus operibus suis. ℈ Kuph. Propẽ est 7

a ¶ Sed quibus inuocantibus? 8

dominus omnibus inuocantibus eum, ômnibus † inuo-

a ¶ Aug. Non secundum vana desideria, quæ aliud, quam ipsum quærunt.
b ¶ Aug. Si ideo timent, vt faciant eius voluntatem.

cantibus eum in vẽritate. ℣ Res. Vôluntatem timen- 9

a ⸢ Aliquando, etsi non mox. 10

tium se faciet, & † deprecationem eorum exaũdiet, 11

iustæ, etiam si verberat.

f *Vias suas, & sanctus in omnibus operibus suis.* Sciendum, quod *viæ* ad dispositionem pertinent, opera ad effectum: hæc secundum nos diuiduntur. Sed apud illum, hoc est velle, quod facere: quia ex eius voluntate res habent esse.

g *Prope est omnibus inuocantibus eum.* CAS. Propitius, qui vbique, & hoc de iustitia.

✻ THEODORETVS. Hæc particula, *prope*, non loci spatium significat. Natura enim vbique adest Deus, nam *in ipso viuimus, & mouemur, & sumus*, secundum diuinum Apostolum; Sed per hæc affectionem & studium declarauit. Pulchra autem est hęc additio, *veritatis*, non enim simpliciter inuocantibus adest, sed ijs qui *in veritate* hoc facere decreuerunt. *Non omnis*, enim, *qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est.*

h *Voluntatem timentium se faciet.* CASSIOD. Concludit de iustitia: Æquum est enim & diligentes custodire, & peccatores perdere.

✻ BASILIVS. Et hæc est sanè modica diuinæ prouidentiæ portio, quod eos, quibus prouidet, munitos reddit; peccatores verò eos dicit, qui incurabiliter languent, nec saluari volunt. Si verò quidam diligentium se puniti sunt, est hoc animas eorum custodientis, illustrioréque reddentis, etiamsi corpus intereat.

☞ *Lauda-*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et erigit omnes eli. *Eodem modo exponatur, quia est repetitio eiusdem sententiæ sub aliis verbis. Consequenter tangit diuina beneficia in bonis promouendo, dicens,*

2 Oculi omnium in te. *Per hoc autem quod subditur*, Et imples omne animal benedic. &c. *patet, quod hæc scriptura non loquitur generaliter de omni creatura, (vt exponunt aliqui) sed tantum de creatura animata anima sensibili, cuiusmodi est homo & animal brutum, propter hominem factum: dicit igitur*, Oculi omnium in te sperant, *quia à Deo expectant prouisionem victualium, non solum homines, sed etiam bestiæ & aues, secundum quod dicitur Mat. vj. d.* Considerate volatilia cœli, &c. *& subditur*, Et pater vester cœlestis pascit illa.

3 Et tu das illis escam in tempore opportuno. *Aliqua enim animalia sunt, quæ secundum conditionem naturæ suæ per magnum temporis spatium non comedunt, sed nutrimento prius recepto viuunt: sicut hirundines non comedunt in hyeme, sed viuunt de alimento recepto in æstate vt dicit commentator Albertus super secundo de Anima; & de pluribus aliis ponit exempla.*

4 Aperis tu manum tuam, *per bonitatis diffusionem.*

5 Et imples om. an. bened. *id est, conuenienti refectione.*

6 Iustus dominus in om. vijs suis. *id est, processibus suis cùm sit ipsa regula iustitiæ & veritatis.*

7 Et sanctus in omnibus operib. *exponatur sicut suprà.*

8 Prope est dominus. *Sed quia hoc est intelligendum de fideliter inuocantibus tantum, ideo subditur*, Omnibus inuocantibus eum in veritate, *quia inuocantes eum piè, id est, de pertinentibus ad salutem, pro se, & perseueranter, semper ab eo exaudiuntur; tempore tamen debito, ideo subditur,*

9 Voluntatem timentium se, *timore filiali, qui est annexus charitati.*

10 Faciet, *quia tales supponunt voluntatem suam diuinæ voluntati: & sic sicut diuina voluntas impletur, ita & sua,*

11 Et deprecationem eorum exaudiet, *si sit pia, pro se, & perseuerans, vt præ dictum est.*

☞ Et sa-

MORALITER.

† 2 *Oculi omnium*, scilicet bonorum.

† *In te sperant. domi.* Spe formata charitate.

3 *Et tu das escam illis*, scilicet, eucharistiæ.

† *In tempore opportuno.* quod est tempus gratiæ.

4 *Aperis tu manum tuam.* tua largitate.

5 *Et imples omne animal.* Per animal, quod dicitur à sensu, intelligitur habens Dei sensum, & omnis talis, Dei benedictione repletur.

6 *Iustus dominus in omnibus viis suis.* Nam vniuersæ viæ domini sunt misericordia & veritas.

7 *Et sanctus in omnibus operibus suis.* Exponatur vt prius.

8 *Prope est dominus omnibus inuocantibus eum.* Quia velociter exaudit veraciter deprecantes.

† *Custodit*

& saluos faciet eos. ℣ Schin. Cũstodit domi- 1
A nus omnes diligentes se, & omnes peccãtores 2 3
Expositis omnibus, sequitur breuis con- 4 5
† Lauda. clusio, qua concludit, quod non potest explicari. D
tionẽm domini loquetur os 6
meum, & benedicat ọmnis cạro † nomini san- 7
cto eius in seculum & in seculum seculi. 8

a ¶ Apud eum suauitas esse ostenditur.
a ¶ Ang. Eos, qui perseuerant in peccatis.
a *Laudationẽ.* Cas.
a ¶ Apud eum seueritas esse demonstratur.
a ¶ Concludit laude. ¶ Quasi: Quoniam omnia ita se habent.
a ¶ Meo exemplo. b ¶ Conuersi ad Deum. ¶ Id est homo.
† nomen sanctum.
a ¶ Et hoc in præsenti. b ¶ Id est in futuro.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et saluos facies eos. *salute aterna, & aliquando etiam temporali, vt dictum est supra.*

2 Custodit omnes diligentes se. *sicut amicos charissimos in ciuitate cælesti collocandos.*

3 Et omnes pec. *in peccato mortali decedentes.*

4 Disperdet. *de perditione gehennæ.*

5 Laudatio. *Hic ex præmissis beneficijs concludit Psalmista, Deũ ab omnibus hominibus esse laudandũ: & primo incipit à seipso, dicẽs,* Laudã. do. *& secundo alios ad idem inuitat.*

6 Et bene. omnis ca. *id est, omnis homo, qui frequenter in scriptura* caro *nominatur, secundum quod dicitur supra psal. lxxvij.e.* Et recordatus est, quia caro sunt, &c. *Gen. vj.a.* Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.

7 Nomini san. eius. *scilicet, Dei, à quo omnis sanctitas deriuatur,*

8 In se. & in secu. se. *id est, æternaliter. vbicũque enim sit talis replicatio huius dictionis* seculũ, *æternitas designatur, saltem à parte post, secundum doctores Hebræorum. Sensus autem literalis huius psal. est etiã moralis, vt patet ex dictis: propter quod non oportet aliam moralitatem addere, nec in consimilibus psalmis.*

MORALITER.

† 2 *Custodit dominus omnes di. se.* à malo mortalis culpæ.

3 *Et omnes peccatores.* scilicet obstinatos.

4 *Disperdet.* pœna gehennæ. Cætera patent ex dictis. E

GLOSSA ORDINARIA.

B a *Halleluia.* Cas. Vox ista, quasi musica salutaris, tanquã harmonia cælestis, quæ non solum homines sed etiam angelos delectat, laudem Dei exprimens. Quæ congrue huic psal. præscribitur, vbi vir iustus exhortatur animam ad laudem Dei: quia in aduersis aliquando velit nolit, perturbatur anima, vnde suprà, *Quare tristis es anima mea, et quare cõturbas me?* Sup. 41. b. Sed vt auferat ei perturbationem, suggerit gaudium de spe, si non in re, *Spera in Deo, quoniam ad. confi.*

Aug. Hac spe erecta anima Deum laudat hic.

Cas. Primo, sibi quasi omnibus consulit laudare, ne in vanis orietur, & quasi acquiescens consilio, asserit se laudaturum ibi, vbi poterit plene. Secundo, alios monet non sperare in homine, ibi, *Nolite confidere.* Tertio docet omnẽ spem in omnipotentem ponendam, ibi, *Beatus.*

C ✠ Theod. In nonnullis exemplaribus additum est, *Aggei. & Zachariæ.* Sane hoc nec apud Hebræum, nec apud alios interpretes, nec apud Septuaginta inueni in sextuplici. Atq; præsens psalmus vt Deum rerum omnium conditorem laudibus prosequamur, adhortatur, quandoquidem etiam inscriptio hoc significat. Nam *Halleluia* Laudate dominum interpretatur.

✠ Beda Vener. Memoriam dominicæ laudis, quam præcedente titulo latine posuerat, Nunc ad cumulum eiusdem laudis Hebræi *Halleluia* voluit augmentare vocabulo, cupiens propheta laudes domini, ex toto corde decantari.

✠ Idem. Populus de Babylone saluatus, beneficia in se Dei ab initio commemorat. Aliter, vox Christi ad populum.

Halleluia PSAL. CXLV.

a ¶ Quid de aliis satagis? sta mecum in laude Dei. ¶ Perfectè.

a ¶ Æterna, quæ ver. vita. b ¶ Sic laudabo ibi. & hic psallã, vbi nõ sẽper ero. ¶ Hic est homo & aliis intentus, & ideo non semper & perfectè psallit: sed in æterno esse non sic, sed psal imo quandiu fue.

LAuda anima mea dominũ, laudabo dominum in vitã mea: psallãm Deo meo 1 2 3

PSALMVS CXLV.

a *Lauda anima mea dominũ.* Sed quæritur. A quo, cui hoc cõsulitur? Si dicitur caro consulere animæ, non videtur hoc esse verum, cum à meliori, & à digniori soleat inferiori dari consilium. Caro autem inferior est anima. Anima enim licet vituperata, quia peccatrix: tamen melior dicitur per naturam corpore laudato in suo genere, quia spiritualis natura præstat corpore, quam mouet, regit, sensificat, capit: & ipsa infinita, vicina est substantiæ Dei. Sic aurum vituperatum, quia sordidum, præest plumbo in puritate laudato: sic & malus homo optimo equo. Non datur ergo consilium animæ à carne, quamuis domita valde & pacata: quæ tamen mortua est propter peccatum. Nec etiam caro mortalis immortali consulit animæ, quia semper infra animam est, sed superior pars animæ, scilicet mens, quæ cogitat sapientiam diuinam, illi inhærens, & in illam suspirans, videt quasdam sui partes perturbari motibus seculi, cupiditate terrenorum ad exteriora rapi: vnde ad interiora, & superiora reuocat eam. Se ergo secundum sensualitatem exhortans dicit, *Lauda anima mea dominum.* Quid enim tibi placet in hoc seculo? diuisa per tot secularium rerum amores, collige te ad autorem, hic tibi pax & securitas. Deinde respondet anima menti, quasi hic prægrauata non valens desistere, vt dignum est, *Laudabo in vita*, hic in morte laudabo tenuiter, quia corpus aggrauat animam, & terrena inhabitatio sensum deprimit multa cogitantem, hic spes pascit, vita in futuro. Anima præstãtior corpore. F

✠ Basil. Vbi desiit, illinc & denuo reditur, à laude videlicet ac celebratione Dei: non enim parum hoc facit ad purgandum animam, Laudem vero dicit (quod crebro monui) eam quæ ex operibus est. Sicut præcedenti psalmo dixit, *dies benedicam tibi*: ita & hic, *donec*, inquit, *fuero.*

c *In vita mea.* Cas. Cum ei perfectè inhæsero, à quo separari vt modo fit, mors est: sed spes consolatur, in qua quodammodo viuens laudat. Sap. 9 c.

☞ Quan-

NICOLAVS DE LIRA.

Psal. CXLV.

LAuda anima mea dominum. Halleluia, *quod significat laudate Deum, vt dictum est suprà.*

Circa materiam huius psalmi considerandum est, quod ex decursu veteris testamenti patet, quod quandiu filij Israel confidentiã habuerunt in domino, bene fuit eis. Quando autem diffidẽtes de diuino auxilio recurrerunt ad humanum, malũ fuit eis. vnde & Sedechias rex confidens de adiutorio regis Ægypti contra regem Babylonis fuit captus & exoculatus, & ciuitas Ierusalem destructa, & populus captiuatus, vt habetur. iv. Regum. & ij. Paralipome. in fine. Multa etiam alia exempla possent ad hoc adduci de scriptura, sed propter breuitatẽ omitto: quod considerãs autor autor huius psalmi, qui secundum Hebræos ignoratur, in hoc psalmo declarauit, quod non de hominibus, sed de Deo est confidendum. Et diuiditur in duas partes, quia primò Psalmista laudat Deum, secundũ huius psalmi titulũ: Secundo descendit ad propositũ, ibi, Nolite confidere.

Circa primum dicitur, Lauda anima mea dominum, *quasi diceret, non laudent eum labia mea, tantum sicut illorũ, de quibus dicitur Esa. xxix. d.* Populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eius longe est à me.

2 Laudabo dominum in vita mea. *Id est, in vita presenti quandiu durabit.*

3 Psallam Deo meo quandiu fuero, *id est, in futuro. Laus enim diuina non tollitur à sanctis per mortem, sed magis perficitur.*

☞ Nolite

MORALITER.

1 *Lauda anima mea dominũ.* In hoc psalmo declaratur, quod de hominibus non est principaliter confidendũ, sed de Deo: propter quod sensus literalis est simpliciter moralis, ideo pertranseo.

a *Quandiu.* Non quod aliquando non sit, quia in æternum erit, & ideo vere diu.

b *Nolite confidere.* Cas. Secunda pars: Dato consilio & affirmato, vbi plene laudare poterit, quasi longe remotos, & interim dum mala sunt (quibus turbatur anima) monet non sperare in homine, sed in Deo.

Avg. Vel, quasi in fine seculi mente positus: cito finiēda, docet non amare pro æternis, quasi, & meo exemplo, *Nolite confi.*

c *In filiis hominum.* Avgv. In vno filio hominis, est salus, & in ipso sperate. Non quia filius hominis est, sed quia filius Dei est. Non propter illud quod suscepit ex te: sed propter illud quod seruauit in se.

d *Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribūt omnes cogitatio.* Cas. Prius mundat corda prohibendo à noxiis, vt post salutaria intendat monendo salubria.

✠ Theod. Spiritum hoc in loco animā vocat: hac enim transmigrante in propriā cognationē, corpus reuertitur secundum diuinam sententiam, *Quoniam terra es, & in terram reuerteris.*

e *In die illa peribunt omnes.* ✠ Evthymivs. De die loquitur exitus animę de corpore: *cogitationes* vero eas intelligit, quas mortuus hic princeps de seculi rebus habuerat, postquam vero propheta ab humana spe lectorem abduxit, quod reliquum est, tutum ei ac securum deinceps portum ostendit, atque inexpugnabilem quandam turrim. Est autem optimus admonendi modus, primū ab infirmioribus abducere, & deinde fortiora statuere, inania destruere, & vera erigere, arguere fallacia, atque vtilia demōstrare.

f *Beatus cuius Deus Iacob.* Cass. Tertia pars, vbi docet totam spem in omnipotenti ponendam, quem ex factis describit, vt Gentilitas tam frequenter conuicta quiescat.

Avgvst. Remotis noxiis, docet quod salutis est, scilicet in quo sperandum sit.

✠ Theodoretvs. Deum Iacob non temere vocauit, sed admonens nos quantam opem consecutus fuerit Iacob, cum in Deo spes suas constituisset, & quales & quot fructus spei percepit, & in Deo huius speremus commonefacit, & Dominum ipsum & Deum nominat, & per vtraque potentiam prædicat. D

g *Adiutor eius spes eius.* Cas. Ipsius Iacob sic fuit adiutor, vt de Iacob faceret Israel, qui iam videret adiutorium, fieret Israel, id est, videns Deum: sic si hic non vides, sed habes adiutorem Deum, eris tandem de Iacob Israel, & videbis, & cessabit omnis gemitus & dolor, dicit ergo, *Beatus cuius Deus Iacob est ad. eius*, id est, huius veri Iacob, sicut illius.

h *Qui fecit cœlum et terram.* Cas. Quia & cultoribus dæmonū spes est in Deo suo, determinat in quo debet esse spes, id est, in Christo, & hoc vsque in finem psalmi ostēdit, describendo eum per omnia. E

i *Omnia quæ in eis sunt.* Cas. ne quem alium putes creatorem, vel minutissima rum rerum existere creatorem.

✠ Basil. Si opera illius diuturna sunt, quanto magis ipse diuturnus est ac potens, quid autem est, quod potens est ac diuturnus, cum seruare nolit, multi siquidem insipientium ista obiiciunt, sed vide quomodo, vt hanc suspicionem auferat.

✠ Basilivs. Hoc inquit opus eius est, vt non negligat iniuria pressos, vt non despiciat calumniis affectos, vt manum porrigat insidiis obnoxiis, idque sine intermissione. F

k *Qui custodit veritatem in seculum.* Cas. Christus, qui est veritas, omnis homo mendax.

l *Facit iudicium.* Cas. Hęc duo ad iustitiam pertinent. Christus iudex vindicat patientes, propter nomen suum, & dat escam diligentibus se.

m *Iniuriam patientibus.* Avg. Non omnis molestia est iniuria. quod iure pateris non est iniuria, vt quod patitur latro &. scelerati ali, : aliud ergo est pati iniuriam, aliud supplicium. Suppliciū enim iure quis patitur, Iniuria autem iuri contraria est.

n *Dominus soluit compeditos.* Cas. Hoc ad abundantiam suauitatis.

o *Dominus erigit elisos.* Quos diabolus elidit, dominus erigit.

☞ *Diligit*

---

a ¶ Vos alij maxime in nouissimis temporibus positi. ¶ Vos autem pusilli, qui nondum de Deo sperastis, interim dum mala sunt, in Deo, nō in homine speretis. Et hoc est quod ait.
b ¶ Dæmonibus. ¶ Tenebrarum. ¶ Qui temporalia suadent amare.

a b c d quandiu † fuero. Nōlite confidere in principibus, neque in
a ¶ Id est, baptistis. b ¶ Aug. Quia domini est salus, non principum seculi, vel baptistarum, qui se iactant dare. Sancta: si homo dare posset, minus à Deo peteretur.
c ¶ Subito quando non vult, vel sit. Vide enim quid sit spiritus. d ¶ Anima.

e f g filiis hominum, in quibus non est salus. Exibit spiritus eius,
a ¶ Aug. Exeunte spiritu, caro. b ¶ Vnde cepit intitium. c ¶ Mortis scilicet. d ¶ Aug. Frustrabuntur.
e ¶ Quæ in diuersos ambitus seculi tendebant.

h i k l m et reuertetur in terram suam: in illā die peribunt omnes co-
a ¶ In quo ergo sperandum? b ¶ Est Deus. ¶ Non angeli, vel homo, sed Iacob.
c ¶ Id est, qui sperat in illo, qui fuit Deus Iacob. d ¶ Veri, s. Iacob, sicut fuit illius actualis. ¶ Iacob.

n o gitationes † eorum. Beātus cuius Deus Iacōb adiutor eius,
a ¶ Cur beatus? quia. ¶ Etsi interim gemimus. b ¶ Quasi, In quo domino Deo?
¶ Cas. Laus ab operibus, quia etsi non substantiam, actus tamen eius aliquatenus capit nostra notitia.
¶ Aug. Etiam si sunt multi dij & domini, nobis vnus, ex quo omnia.

spes † eius in domino Deo ipsius, qui fecit cælum & terram.
a ¶ Aug. Et ita curat de te inter alia. b ¶ Præter cætera, hoc addit, ad nos pertinens.
c ¶ Aug. His verbis & amandum prædicat, & timendum.

mare, & omnia quæ in eis sunt. † Qui † custodit veritatē in se-
a ¶ In æternum. b ¶ In quo custodit veritatem? Ecce. c ¶ Quibus. d ¶ Etiam.
¶ Non homo iactet se quasi deus: solus enim Deus dat iudicium & iustitiam.
e ¶ Vtramque corporalem, & spiritualem ¶ Beati qui esuriunt, &c.

culū, faciṫ iudiciū iniuriā † patiētibus, dāt escām esurientibus,
a ¶ Faciens immortales. b ¶ Aug. Mortali corpore, vel, à peccatis soluit.
c ¶ Eos qui cęci sunt, facit sapientes.

Dōmin⁹ solūit cōpeditos, Domin⁹ illuminat cæcos. Dominus

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nolite confidere. *Hic consequenter descendit ad propositum. Et ostendit primo, quod confidētia in hominibus est fugienda, secundo quod confidentia in Deo est amplectēda, ibi,* Beatus cuius. *Circa primū dicit:* Nolite confidere in principibus. *qui sunt principales & potentiores inter alios, & ideo si non est ponenda confidentia in talibus, multo minus in alijs: Ideo subditur.*

2 In filiis hominum, in quibus non est salus. *id est, non possunt seipsos saluare. Quod statim declarat dicens:*

3 Exibit spiritus eius, *id est, anima cuiuslibet hominis egredietur de corpore, etiam malis gratibus suis.*

4 Et reuertetur. *scilicet corpus.*

5 In terram suam. *vnde habuit originem, secundum illam domini sententiam, Gen. iij. d.* Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris.

6 In illa die, *scilicet separationis animę à corpore.*

7 Peribunt omnes cogitationes eorum. *Quia non poterunt exequi, quod facere proposuerant. Per dicta non est intelligendum, quod homo nullo modo debeat de homine confidere: sed quod non confidat in homine principaliter, & ex diffidentia diuini adiutorij, de quo debet principaliter confidere, ex consequenti vero de homine, inquantum est instrumentum, vel coadiutor ipsius Dei.*

8 Beatus cuius Deus Iacob ad. *Hic consequenter ostendit, quod de Deo principaliter confidendum est, dicens,* Beatus cuius Deus Iacob. *Et magis nominatur hic Deus Iacob, quam alterius patriarchę, quia hic loquitur Psalmista de confidentia in Deo, qui dixit Iacob, vt haberet confidentiam in eo, Gen. xlvj. a.* Noli timere descendere in Ægyptum: *& sequitur,* Ego descendam tecum illuc, & ego adducam te inde reuertentem.

9 Spes eius in do. Deo ipsius. *Tanquam in suo protectore & saluatore: Cuius ratio consequenter redditur, & primo ex diuina potestate, cum dicitur.*

10 Qui fecit cęlum & ter. *Et sic potest vbique saluare, quia eius potestas attingit vbique. Secundo ex diuina veritate qua adimplet promissa. Ideo subditur.*

11 Qui custodit veritatem in seculum. *Tertio ex Dei æquitate, cum dicitur.*

12 Facit iudicium iniuriam patientibus, *Eos vindicando. Quarto ex Dei pietate, cum dicitur.*

13 Dat escam esurientibus. *Suppleus defectum nutrimenti.*

14 Dominus soluit compeditos. *A carceribus liberando.*

15 Dominus illuminat cæcos, *Visum restituendo.*

16 Dominus erigit elisos. *Claudos erigendo, vnde in Hebræo & in translatione Hier. habetur:* Curuos, *& de omnibus istis possunt poni exempla de scriptura: sed propter breuitatem omitto. Per ista etiam tria prędicta subintelligitur remotio cuiuslibet alterius impedimenti. Quinto adducitur ratio ex diuina charitate, cum dicitur.*

☞ Dominus

a *Diligit iustos.* Cas. Quos locat in æterna beatitudine.

✻ Evthym. *Iustos* quidem eos dicit, qui ante Euangelium, ob virtutem resplendebant. *Aduenas* verò eos qui post Euangelium ad religionem, atque ad fidem accesserunt. Vel, per *iustos*, perfectiores omnes ad virtutem intelligit; per *aduenas* vero, vel proselytos, eos, qui nuper cõfirmati sunt, illos enim diligit Deus, tanquam sibi gratos: istos vero cõseruat, tanquam delicatiores, atque infirmiores, atque ad pugnam aduersus dæmones nondum exercitatos.

b *Aduenas pupillum & viduam suscipiet.* Aug. Omnis ecclesia gentium aduentitia est ad patres; non carne, sed imitando filia.

Pupilli sunt omnes in peregrinatione, quibus est absens pater; Et omnis fidelis anima est *vidua* sponso absente: vnde & magis patrem, & sponsum desiderant, & hos protegit Deus non visus, sed desideratus.

c *Regnabit dominus in secula.* Cassiodor. Hoc est de magnificentia.

Regnabit in nobis, cùm corda nostra erunt in eo firma, quod non modo.

a ¶ Per humilitatem. b ¶ Per superbiam. c ¶ Ideo facit iudicium iniuriam patientibus.
d ¶ Iusti sunt pupilli & viduæ, hos diligit custodiendo. e ¶ Qui iusti, & quomodo diligit.

a erigit † elisos, dominus diligit iustos. Dominus custodit † ad-
b uenas, † pupillum & viduam † suscipiet, & vias peccatorum
a ¶ Nobis quid restat? ¶ In sanctis suis. b ¶ Quis dominus?
c ¶ Ad te pertinet, tu eius regnum, non Babylonia. d ¶ O. ¶ Ecclesia.
c † disperdet. Regnabit dominus in † secula, Deus tuus Sion,
d a ¶ Exponit, quod dixerat, in secula. ¶ Id est semper.
in generationem & generationem. halleluia.

† incuruatos.

† orphanũ.

† exterminabit.

d *Deus Sion inge. & gener.* ✻ Evthym. ✻ Subintellige verbum, *erit*, aut verbum, *regnabit*, dictum est autem in præcedenti psalmo, *regnum tuum regnum omnium seculorũ, & dominium tuum in omni generatione & generationem.* Per *generationem* igitur, & *generationem*, morientium & resurgentium generationem intellige; *Sion* vero, fidelium Ecclesia dicitur.

† proselytos.

† subleuauit

† in æternũ

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dominus di.iu. *Quia ipse est regula iustitiæ, & similitudo est causa dilectionis, & quia diuina charitas se extendit potissime ad debiles, & impotentes personas, ideo subditur,*
2 Dominus cu. aduenas. *Extra terram natiuitatis suæ existentes.*
3 Pupillum. *i infantem matre carentem,*
4 Et viduam, *Orbatum marito,*
5 Suscipiet. *In sua cura speciali.*
6 Et vias peccatorum. *i. processus iniquorum contra huiusmodi personas impotentes,*
7 Disperdet: *Sicut frequenter factum est ex diuino beneficio speciali. Et quia potestas Dei est æterna, Ideo in fine concluditur,*
8 Regnabit dominus. *Licet enim sit Deus omnium locorum, tamen dicitur hic specialiter* Deus Sion, *quia ibi fuit templum suo cultui dedicatũ; ibi etiã misit Spiritum sanctum super apostolos in signo visibili in die pentecostes.* In generatione & generationem, halleluia, *id est laudate Deum omnibus generationibus sibi succedentibus, & sic terminatur psal. in laudem Dei, à qua incipit.*

ADDITIO.

In psal. cxlv. Lauda anima mea. *vbi dicitur in postil.*

Qui custodit veritatem in seculum. *In Hebræo habetur,* Qui custodit veritatem seculo, *scilicet conseruando ea in esse.*

GLOSSA ORDINARIA.

a *Halleluia.* Avgvs. Hic item ait de laude Dei, vbi propheta monet laudare colligentem Israel.

✻ Theod. Hic manifesto discimus interpretationem *Halleluia*, laudate enim dominum, Hebræus Halleluia, dicit. Sed Symmachus hoc sine interpretatione missum fecit, dicit autem sic, *Halleluia, quoniam bonus est psalmus.* Theodotion autem, *Laudate Ia* dixit: vt laudemus, igitur etiã hic psalmus adhortatur.

✻ Beda Venerab. Verba tituli sui subsequens textus exponit, *Alleluia* siquidem significat, laudate dominum. Denique quinta editio psalmi huius initium ita posuit, *laudate Ia*, id est dominum; quia *Ia* vnum ex decem nominibus Dei intelligitur, quæ Hieronymus ad Marcellam scribens ita commemorat, primum nomen est *El*, id est, fortis, Deinde *heloim*, & *Eloe* quod vtrunque dicitur Deus, vnde geminatum frequenter inuenitur, *vt Deus Deus meus quare me dereliquisti.* Quartum *Sabaot*, quod est exercituum: Quintum *Elion*, quem nos excelsum dicimus. Sextum *Asher ehie* quod in Exodo legitur, *qui est misit me.* Septimum *Adonai*, quem nos dominum generaliter dicimus. Octauum *Ia*, quod Deo tantum applicatur, & in Alleluia extrema syllaba tonat: Nonum Tetragrãmũ, quod ineffabile nuncupatur. Decimum *Shadai*, id est, robustum, & sufficientem ad omnia perpetranda.

✻ Idem. Populus liberatus ad laudandum Deum hortatur. Aliter, vox Ecclesiæ & Apostolorum ad nouellum populum.

✻ Evthym. Laudatorius est hic psalmus & omnes sequentes.

Halleluia. CXLVI.

P Audate dominum, quoniam † bonus est psalmus
a ¶ Ideo. b ¶ Aug. Iucunda est Deo, quæ est speciosa, quod non in ore peccatorum.
Deo nostro, † sit iucunda decoráque laudatio.

† bonũ est psallere.

† quoniam

PALMVS CXLVI.

b *Laudate dominum.* Cas. Primo ostendit quos colligat, & quomodo. Secundo, post prædicta, quasi adhuc hærentes & dubios increpat, ostendens vnde possint laudare Deũ, s. si fuerint humiles, ibi, *Præcinite.*

Laudate dominum. Avgvst. Hoc dicitur omnibus gentibus. Et quasi quæreremus, qualiter laudabimus? laudis causã attulit, *quoniam bo. est psal.*

c *Quoniam bo. est psal.* Cass. in laude Dei, ipse actus est mer-

☞ ces,

NICOLAVS DE LIRA.

Psal. Cxlvi.

Lauda. do. *Iste psal. in Hebræo est sine titulo, quia* halleluia *positum in aliquibus Bibliis pro titulo huius psal. est de præcedens, nisi dicatur, quod halleluia positũ in principio huius psal. sit eius titulus: vbi nos habemus,* Laudate dominum quoniam bonus est psal. &c. *In Hebræo habetur,* Halleluia quoniam bonus est psal. &c. *Et secundum hoc iste psalmus potest dici* Halleluiaticus, *quia apud Hebræos nõ solum psal. sed etiam alicui libri nominantur ab eo, quod ponitur in principio cipio, sicut liber Gene. nominatur apud Hebræos* Beresith, *quod significat* in principio. *& eodem modo alij libri Moysi denominantur à suis principijs, Et secundum hoc iste psal. dicitur* Halleluiaticus *quia incipit per* halleluia. *Et diuiditur in duas partes, quia primo psal. ad Dei laudem nos inducit, secundo ad hoc rationes adducit, ibi,* Aedificans Ierusalem. *Circa primum dicit,*

1 Laudate dominum quoniam bonus est p. *i. bonum est psallere ad honorem diuini nominis, ideo subditur.*
2 Deo nostro iucũda &c. *i. procedẽs ex mẽtis & corporis iucunditate,*

✻ secun-

MORALITER.

✻1 *Lauda. do.* Iste psal. est inuitatio generalis ad Dei laudem ex eius beneficijs, quorum aliqua sunt corporalia, & hic sunt spiritualiter exponenda. Dicitur ergo, *Laudate do. quoniam bonus est psal. s.* ipsum deuote cantantibus, quia sic mentes eorum eleuantur in Deum.

2 *Deo no. sit iucun. i.* eum deuotione mẽtis, & munditia corporis

ces, quæ in futuro erit, ideo laudandus, quia ædificat, sic, quia *dispersiones Israel*. i. fidelium de toto mundo, in fine seculi *congregabit* ad regnum. Et est hic laus de factis mirabilibus.

AVG. Hæc est tota merces laudantium: Ideo laudate, *quoniam bonum est* laudate: Ipsa enim laus Dei est nostra beatitudo. Et notandum, quod nō dixit, quoniam bona est laus, sed vt laudis modum exprimeret, dixit, *quoniam bonus est psalmus*. Ipse enim psalmus laus Dei est, qui fit non sola voce, sed in organo, manibus voce cōcordātibus per quod significatur, quod voci debent opera consonare, quorum laus cessare non debet, etiam vocis laude intermissa. Semper ergo laudat, qui semper bene operatur: qui male agit, blasphemat. Hæc laus perficitur in æterna gloria, ad quam peruenturi, modo exerceamur in hac laude bonorum operum.

† electos

† lenit emplastris dolores

† numerum

Deo nostro sit iucunda, &c. Non est satis psallere, ad hoc vt laus Deo placeat sed opus est, vt per vitæ quoque munditiem illi placeamus.

THEOD. Vtilis est, inquit, hymnorum cantilena, & bonorum est causa: At hymnus minime Deo gratus est; sed laudantium propositum, ipse autem nulla regens, gaudet vero hominum salute.

a *Aedificans Ierusalem do.* AVG. Vel, accepit *Ierusalem* generalem ecclesiam, cuius pars triumphat in cælis, pars militat in terris; Est ęterna Ierusalem in cælis, vbi ciues angeli sunt, & ad eam pertinet etiam populus Israel, qui modo per peccatum peregrinus est. Omnes illi, qui sunt in illa magna ciuitate cælesti, gaudent, quibus spectaculum est ipse Deus: Sed nos ab illa ciuitate peregrinamur, peccato expulsi, ne ibi maneremus, & mortalitate prægrauati, ne illò rediremus. Sed respexit Deus peregrinationem nostram. Et ipse est. s. *qui ædificat Ierusalem* & lapsam partem restituit, & olim dispersos in Christo collegit, quem pater misit ad captiuitatem nostram redimendam pretio sanguinis.

C

b *Et alligat.* AVG. A similitudine medici. Frangitur à medicis tortum, vt fiat postea rectum: sic prauum cor, cui displicet, in his quæ fiunt, Deus, debet frangi & conteri, vt dirigatur. Quod si

Iohel. 2. c. non potes dirigere, vel frange, & Deus dirigat; Frange, inquam, confitendo, puniendo, quod significat pectorum tunsio: vnde alibi, *Scindite corda vestra*. Ad hoc enim eliditur cor, vt contritum dirigatur & sanetur. Male enim erigitur, quod non primo per contritionem erigitur: Contere ergo cor tuum, & dominus alligat contritiones.

Luc. 10. f. HIER. Qualiter Samaritanus ille, qui descendebat à Ierusalem in Iericho, quando vidit vulneratum iacentem in itinere, colligauit vulnera eius. Cæterum de his, qui non obtriuerunt

Esa. 1. b. secundum LXX. cor, dicitur per Esaiam, *Non est malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas*. Alligamenta Dei sunt temporalia sacramenta, quibus interim consolationem habemus; quæ tunc detrahentur, cum erit perfecta sanitas.

c *Qui numerat &c.* Non est adeò magnum ad literam; sed stellæ sunt luminaria in ecclesia, quæ lucent inter peruersos, de quibus Apostolus, *In medio nationis praua & peruersa appareatis, tanquam luminaria in mundo*. Tales numerat dominus in suos, quia *nouit dominus qui sunt eius*. Siquis vero adumbrata fidei specie se talibus interserit, nouit ille, qui numerat, quia supra numerum est, vnde, *Annunciani & loquutus sū, Multipli. sunt super numerū*. Quia inter parietes præsentis ecclesiæ plures sūt quā futuri sint in regno Dei. Ideoq; ait, *Qui numerat, nouit enim dominus qui sunt eius*. Numeratis nomina vocat, quia horum nomina scripta sunt in libro vitæ, hoc nouit, hoc est totum præmium. Quibusdam donis spiritus male vsis dicet in fine, *Non noui vos*. Discipulis etiam ait, *Nolite gaudere, quia spiritus vobis subiecti, sed quia nomina vestra scripta sunt in cælo*, quod fit per charitatem, sine qua & cætera, quæ habentur dona ad tempus, tolluntur sicut dominus ait, qui *habet dabitur ei & abundabit, & qui non habet, auferetur ab eo*. Habent enim gratiam possidendi, sed non charitatem vtendi.

D Philip. 2. b. 2. Tim. 2. c. † Israel colligens Psal. 39. b. 2. Tim. 2. c. E Matt. 7. d. Lucæ. 10. c. Mat. 13. b.

✠ EVTHYM. Quidam *numerare* dictum putant, pro cognoscere, vt sit sensus, quod stellarum etiam multitudinem Deus nouit, & quomodo se habeant loco, ordine, forma & magnitudine, & denique quod habitudinem, quam inter se habēt, cognoscit & causam.

d *Et omnibus eis no. vo.* Alias, Et omnes nomine suo vocat,

CAS. non alieno, vt astrologi, qui Iouem & Venerem nominant; Vel typice, de sanctis, quia cuique proprium donum dat, vel, omnes sunt in familiaritate, à similitudine domini, qui famulorum suorum nomina nouit.

✠ EVTHY. & BASIL. Quoniam rem maximam dixit, nempe quod tot myriades vbique terrarum dispersas congregaturus esset Deus: de potentia eius differit, vt Iudæos vehementer turbatos ad fidem huius rei inducat. F

e *Sapientiæ eius, &c.* AVG. Ipsā mensuram, & numerū & pōdus, vbi Deus omnia disposuit, nemo potest metiri, vel numerare, vel appendere. Sicut enim in libro sapientiæ dicitur, *Disposuit Deus omnia numero, & mensura, & pondere*, s. in seipso, qui est *mensura* omni rei modos præfigens; Et *numerus* omni rei speciem præbens; Et Sap. 14. d. *pondus* omnem rem ad stabilitatem trahens, & terminans, & formans, & ordinans omnia diuersa; quæ omnia incomprehensibilia sunt. Conticescant ergo humanæ voces, requiescant humanæ cogitationes: ad incomprehensibilia Dei nemo se extendant, quasi participaturus. Participes enim erimus, nec totum capiemus: Sed cuius rei participes erimus, & qualiter participes erimus, cū partes non sint apud Deum, nec per partes diuidatur? Quis ergo explicet quomodo sint participes vnius etiam simplicis essentiæ plures? Nō puto autē posse dici, quod videatur. Confitere er-

☞ go

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *secundum illud Psal. lxxxiij. a.* Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum, *per deuotionem, & non per dissolutionem; & ex decore conscientiæ seu puritate, quia* non est speciosa laus in ore peccatoris. *Ecclesia. xv. b.*

1 Aedificans. *Hic consequenter psal. adducit rationes diuinæ laudis sumptas ex eius beneficijs factis primo populo Israel specialiter: Secundo omnibus generaliter, ibi.* Præcinite. *Beneficium autē factū filijs Israel, quod hic recolitur, est liberatio à captiuitate Babylonica, circa quam primo ostendit diuinam potentiā, dicēs,* Aedificās Ierusalē domi. *s. per Nehemiam, cui voluntatem dedit, & potestatem reædificandi Ierusalē.*

2 Dispersiones Israel congregabit. *s. per Zorobabel & Iesum filium Iosedech primò, & postea per Esdram & per Nehemiam.*

3 Qui sanat contritos corde. *i. filios Israel, qui erant in amaritudine animi in Babylone.*

4 Et alligat. *Reducendo eos cum latitia ad terram natiuitatis eorum. Secundo circa hoc tangit diuinam sapientiam, dicens,*

5 Qui numerat multitud. stellar. *quia fecit eas in certo numero.*

6 Et omnibus. *Nomina enim imponuntur à proprietatibus rerum, ipse autem cognoscit vsque ad minima, omnes virtutes & proprietates stellarum, ideo subditur,*

7 Sapientiæ e. non. *Quia infinita est quantum ad cognita: quia non solum cognoscit facta, & fienda, sed etiam possibilia fieri, Similiter quantum ad modum cognoscendi, est infinita, quia claritas suæ cognitionis est infinita, quæ comprehendit se, & omnia alia. Tertio circa hoc tangit Dei misericordiam, dicens,*

✠ Susci-

MORALITER.

✠ 1 *Aedificans. Ie. do.* i. ecclesiam suam.

2 *Dispersiones. Isra.* i. populi Christiani, ad quem nomen Israel est translatum, vt frequenter est dictum.

† *Congregabit.* In ecclesia militante per fidem, & in triumphante per apertam visionem.

3 *Qui sanat, &c.* suæ passionis virtute.

4 *Et alligat c.* virtute sacramentorū, quæ sunt animæ medicinę.

5 *Qui numerat mult. stellar.* i. electorum, quorum est certus numerus apud ipsum.

6 *Et omnibus eis nomina.* i. præmia secundum merita parat.

† *Magnus do.* Quia virtus eius & sapientia sunt infinitæ.

✠ *Susci-*

Qui

☞ go infirmitatem, qui peruenire vis ad diuinitatem, cuius intelli-
A gentiæ non est numerus, sed in hac difficultate intelligendi e-
sto mansuetus (vt subdit) ne accuses obscura scripturarum, quæ
fecit Deus, vt exerceat, neque dicas, sic melius diceretur, sic e-
nim dictum est, vt dici debuit. Non corrigat æger medicamẽta,
quę medicus tempe-
rat: Nouit quippe me
dicus ea temperare,
& modificare: ei cre-
de qui te curat: ante
ergo quam scias, qua-
re quid dictum sit, nõ
iudices. Crede ita de-
buisse dici, vt dictum
est. Et hæc pietas fa-
cit te capacem. Si au-
tem resistis aduersus
clausa Dei, vide quid
B sequitur, *humilians autem peccat.*

✻ THEOD. Symmachus verò, *Recuperans*, dixit, & hoc est propriũ diuinę prouidẽtię eos quidẽ, qui ob mã-
suetudinem à quibus-
dam insidijs sunt petiti; prouidentia dignatur: eos verò, qui iniu-
stè ipsos inuaserunt, morte mulcat, & hos illustres & amplissi-
mos efficit: istorum autem memoriam obliuioni tradit, Sic sã-
ctorum Apostolorum chorus celeber fuit, sic celeberrimus mar-
tyrum cetus: eorum vero memoria, qui in hos bellum gesserunt,
obliuione deleta est.

✻ EVTHY. Per *mites*, humiles corde homines intelligit, per *peccatores* verò, superbos. Iuxta illud, *Dominus resistit superbis, humilibus autem dat gratiam.*

C a *Humilians autem pec.* AVG. Qui enim reprehendunt intelligibi-
lia, ideo sentiunt terrena, de Deo incorporeo, corporaliter cogitã-
tes. Hæc facit his, qui volunt irridere legem, antequam noscant,
Quia ergo magnum est proficere ad intelligibilia & spiritua-
lia: simus mansueti, pulsemus, & faciamus quod sequitur,

b *Præcinite.* vel, *Incipite do. in com.* sic peruenietur ad intelligen-
tiam, sic imago Deo reformabitur.

Præcinite. CAS. Secundò, ex prædictis quasi adhuc hærentes
increpat, & impellit, ostendens vnde possint intelligere, si humi-
les & non superbi. Q. & vt intelligere valeatis, *Præcinite, &c.*

c *Qui operit cæ.* CAS. Memorat opera per quæ potestas ostendi-
Quare quę dã obscura in scriptu-ris tur. Ad hoc enim quædam obscura in scripturis voluit esse, vt
haberent serui Dei quid interpretando influerent super aures
& corda hominum, excipientium de nubibus Dei saginem lętitiæ
spiritualis.

d *Seruituti ho.* Prædicatoribus, qui hominibus seruiunt. Vnde
2.Cor.4.b. Apostolus ait, *Nos autem seruos vestros per Iesum Christũ.* Hi semi-
nãt spiritualia & recipiũt ab *excelsis seculi fœnũ & herbã, i.* tẽporalia.

AVG. Omnia enim, quæ dãtur ecclesiæ à diuitibus, fœnũ sunt.
c *Et pullis.* AVG. Iudæi, qui se solos iustos, omnes gentes dice-
bant peccatores. Et verè patres nostri *corui*, nos autem non sic
remanemus: tamẽ rectè pulli coruorum dicimur, & sumus. Cor-
uus non inuocat, nos verò dimissi inuocamus.

D Pulli coruorum

CAS. Pulli coruo-
rum dicũtur rore ve-
sci, & beneficio ætа-
tis, ignorant paternas
escas. i. fœtores cada-
uerum: sic filij paga-
norum innocentes,
qui inuocant.

✻ EVTHY. Inuocãt autem *corui* Chri-
stum, non quod intel-
ligant quid agant, sed
quia inuocare viden-
tur, & quia illorum
clamor obsecratio-
nem quãdam ac pre-
ces imitatur: hac igi-
tur de causa nunc *cor-*
norũ specialiter me-
minit. Iuxta anago-
gen, *coruorum pulli,*

E

fideles populi sunt ex gentibus congregati, veluti qui immundi
erant, & fœdatas peccati caligine olim animas habebant, qui-
bus Deus spiritualem cibum præbet, & non pereuntem. Dicunt
etiam aliqui, quod cum ille, qui summæ bonitatis est fons, iustam
Heliæ prophetæ in Iudæos indignationem mollire cuperet, fa-
mem induxit, vt satietatis fructus castigaret: & illum præparauit
nutriri à coruo, à volucre dico proprij fœtus inimica, quæ parit
quidem pullos, sed eos non nutrit (nutriuntur enim minutissi-
mis animalibus quibusdam, quæ illorum nidos circumuolant)
ac huiusmodi facto visus est consilium Helię præbere, ne nimia
in Iudæos indignatione vteretur: neue se inhumanum magis
ostenderet, quàm in eum, vel illa auis fuerit, quę tanto odio pro-
prios prosequitur filios.

f *In tibis viri*, in composito habitu præsumptuosi & audacis.
Per *virum*, enim, audacem præsumptorem notat. *In tibijs* nota-
tur incessus incompositus, *In tibys viri.* Vel, secundum aliam li-
teram, in *tabernaculis viri.* i. in conuenticulis hæreticorum *be-
neplacitum erit ei.* Nota, quod non ait in tabernaculis Dei, sed *vi-
ri*, per hoc designans audaciam hæreticorum.

Et tabernacula. AVGV. Quia est & tabernaculum Dei. i. eccle-
sia, à qua se diuidentes hæretici, ibi sibi tabernacula posuerunt.
Vnde pullus corui, fortè in ecclesia carens temporali honore
ait, *Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in taber-
naculis peccatorum.*

AVG. Non enim extra ecclesiam facit sibi tabernaculum, in
Sup. 8.c quo non sit beneplacitum Deo.

☞ *Super*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Suscipiens man.do. *i. filios Israel de Babylone educens, qui inter*
☞ *Babylonios erant humiles & mansueti, non reddentes iniurias pro iniu-
rijs. Quarto tangit eius iustitiam, dicens,*

2 Humilians autem pec. *id est Babylonios in peccatis obstinatos.*

3 Vsque ad ter. *per Cyrum & Darium, qui pro magna parte, Babylo-
nis populum occiderunt, & Babylonem destruxerũt, ita quod facta est in-
habitabilis hominibus, sicut dictum est supra. psal. cxix.*

4 Præcinite. *Hic consequenter adducit rationes diuinæ laudis ex be-
neficijs collatis generaliter, & primo incitat ad Dei laudem dicens,* Præ-
cinite do. in con. *id est, in laude oris.*

5 Psalli. de. *q. d. non solum est laudandus vocibus humanis, sed etiam
musicis instrumentis, quibus vtebatur Leuitæ cantores, Secundo subditur
beneficium communiter à Deo præstitum, cum dicitur,*

6 Qui ope. cęlum nubibus *Et ad quid, subditur,*

7 Et pa. *vt fœcundetur ad terræ nascẽtium productionẽ: ideo subditur*

8 Qui produ. *Et qualiter de seruat ostendit, dicens,*

9 Qui dat iu. escam ip. *Iumenta dicuntur quasi iuuamenta, vt equi,
& muli, & cameli, & huiusmodi animalia, quibus vitur homo in vectu-
ris &*

*ris, & agriculturis, & huiusmodi, & sic terræ nascẽtia, quæ sunt esca istо-
rum animalium, cedunt in seruitutem hominum. Et quia Deus, non solũ
prouidet istis animalibus, sed etiam aliis, & autbus: ideo subditur,*

10 Et pul. coruorum. *Dicit enim Isid. quod corui non ministrant cibũ
pullis suis, donec videant eos nigrescere plumis: quia tũc recognoscunt eos
tanquàm suos, sed antequam habeant plumas nigras, nutriuntur rore ca-
lesti, & sic dicuntur à Deo nutriri. Per hoc autem, quod dicitur,*

11 Inuocan. eum. *non est intelligendum, quod ista inuocatio sit per a-
liquam recognitionem in pullis existentem: sed quia vnaquæque res per
appetitum naturalem tẽdit ad suam perfectionem, & sic dicuntur inuo-
care Deum, à quo recipitur omnis perfectio, & omne bonum.*

12 Non in fortitudine equi *hoc est, in equitibus de sua fortitudine cõ-
fidentibus, magis quam de Deo.*

13 Volunt. habebit. *id est, non placent sibi.*

14 Nec in tibiis viri, *hoc est in peditibus in suo robore confidentibus,
magis quam in Deo,*

15 Beneplacitum erit: *quia tales frequenter debellantur à paucis, &
malè armatis, ita quod victoria magis apparet facta virtute diuina,
quam humana, propter quod subditur,*

☞ Bene-

MORALITER.

† 1 *Suscipiens, &c.* ad gloriam, 2 *Humilians autem, &c.* id est
vsque ad infernum, qui à doctoribus esse dicitur intra terram.

4 *Præcinite dom. in confes.* l. laudis. 5 *Psallite Deo no. in citha-
ra.* in fide trinitatis, eo quod est figuræ triangularis. 6 *Qui o-
perit cæl. nubib.* i. ecclesiam militãtem ænigmaticis reuelationibus.

7 *Et parat, &c.* i. doctrinam hominibus. 8 *Qui producit in
montib.* *montib.* id est, in doctoribus virorem bonorum exemplorum.

9 *Qui dat. in. cf.* id est simplicibus doctrinam secundum capaci-
tatem eorum. 10 *Et pul. coruorum.* id est filiis Gentilium veniẽ-
tibus ad baptismum. 12 *Non in fortitu. &c.* id est Iudæi indomi-
ti, cuius fortitudo fuit notitia legis & prophetarum, quam domi-
nus non approbat in Iudęis obstinatis, eo quod peruertũt ipsam.

14 *Nec in tibijs viri.* id est, tyranni etiam baptizati.

☞ a *Super timentes, &c.* AVG. Timori spem cõiunxit, quia non valet timor sine spe veniæ: Iudas enim timẽs, sed desperans, laqueo se suspendit. Qui ergo timet

a ¶ Q. in superbis & hæreticis & incompositis non est beneplacitum Deo, sed.
b ¶ In his qui timent, & sperant. Iudas penitus timuit, sed non sperauit in misericordia. Qui timet Deum, speret & ab ipso ad ipsum fugiat, ab irato ad placatum.

† Bene sentiet dominus in timentibus † Idem psa. est cũ præcedẽtia apud Hebræos

a citum erit ei. † Beneplacitum est domino super timẽtes eũ, a ¶ Laus Dei.
& in eis qui sperant super misericordia eius. † Hallelũia.

1 met Deum, speret & in eo; Placabis autem si speres in misericordia eius, atque de cætero ita peccare caueas, vt de præteritis depreceris vt tibi dimitantur. D Matt. 27. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Benepla. est do. super ti. eum. *timore filiali. Et ideo non confidunt de virtute sua, sed diuina.*

2 Et in eis. &c. *quia non præsumunt de sua iustitia, sed de Dei misericordia: & ideo talibus frequenter datur victoria, licet sint pauci, & quasi inermes. Et de hoc habentur exempla multa in libris Regum, Iudith, & Mach. quæ propter breuitatem omitto, & quia sunt satis nota.*

†

MORALITER.

2 *Et in eis qui spe.* spe formata charitate.

Halleluia. PSAL. iste facit amorem futuræ Ierusalem. Aggæi & Zachariæ dicitur, qui in captiuitate reparationem Ierusalẽ prophetauerunt, quæ vt Ieremias prædixit, post lxx. annos facta est, id est, post volubilitatem totius tẽporis, quod septem diebus agitur.

B ✻ THEOD. Etiam hoc in loco diuinum oraculum, vt Deum laudemus iubet: Cæterum dicit etiam post reditum ædificationẽ factam: præter hanc autem Apostolorum præconia etiam vaticinatur, quę totũ terrarum orbem quàm celerrimè percurrerunt. † roborauit vectes

✻ BEDA. Ad consuetum quidem Alleluia reuertimur, sed hoc nullatenus repetere fastidimus, cuius verbi tantus honor est, vt cũ sit in Hebræa lingua reconditum, nullo tamen constat alieno sermone translatum, sed quicquid deditum diuinitati, dignitatem huius nominis pia deuotione veneratur, &c. A speciali autem gratiarum actione pro reditu ad generalem Dei laudem conuertitur. Aliter. Christi vox ad ecclesiam.

a ¶ Id est de reparatione cælestis Ierusalem, quam illi prædixerunt, & pro ea Deum laudauerunt.

Aggæi & Zachariæ. CXLVII.

a ¶ Alias, collauda, quia ex multis constas. b ¶ Visio pacis. c ¶ Lauda non collauda, quia vnum facta es. ¶ Reperit.

1 Audà Ierusalem dominum, laudà Deũ

a ¶ Contemplatio Christi. b ¶ Quare? c ¶ Aug. hoc non fit, nisi clausis portis. ¶ Alias confirmauit, non tantum posuit. ¶ Vectibus

a ¶ Non exit amicus, non intrat alienus. b ¶ Quos olim peperisti c ¶ qui in te quiescunt qui non foris peregrinantur. d ¶ Quicquid intus est pace fruitur, extra est gehenna.

2 tuũ Sion. Quoniam † cõfortauit seras

3 portàrum tuarum, benèdixit † filiis tuis in tẽ. Qui

a ¶ Perfectam. b ¶ Aug. in pace illa est saturitas, nulla indigentia

4 C d posuit fines tuos pàcem, & àdipe frumenti latiat te.

5

† filios tuos

PSAL. CXLVII.

a *Lauda Ieru.* ✻ BAS. Non ad vrbem, sed ad habitatores illius sermonem dirigit: & quod per totum hũc librum hortatur, id etiam hic cõsulit, vt sine intermissione, pro beneficiis Deo gratias referamus, & neque ædificiis: neque murorum securitate, sed prouidentia illius nitamur.

CASS. Totus hic psalmus potentiam Dei prædicat. Primo dicit bona futuræ Ierusalem: Secundo, dicit quæ bona hic dantur sanctis, ibi, *Qui emittit.*

E *Lauda Ieru. do.* AVGVSTIN. In captiuitate adhuc constitutus propheta, videns beatum populum æternæ Ierusalem, præmisso gaudio spei, ante gaudium speciei, quasi coniungens cor, etsi nõ corpus angelis, dicit: *lauda* iam secura *Ierusalem*, hoc solum est negotium tuum: vt modo exultemus in spe, & desideremus ipsam, qui audiuimus sic ructantem.

1 b *Ierusalem.* Visio pacis. *Sion* speculatio vel contemplatio. Et visio pacis, est contẽplatio Christi, qui est pax nostra.

2 c *Confortauit seras por. tu.* AVGVSTIN. F Nota, clausam esse ianuam admissis prudentibus, & exclusis fatuis virginibus, vt nemo iam exeat vel intret. Et congrue post laudis admonitionem subdit de clausis ianuis: Clausa enim ianua Ierusalem securè laudat, quia nemo exiit, vnde doleat: nemo intrat quem timeat, vnde sint scandala. Mar. 25. a.

3 d *Adipe fru.* AVG. Pane qui de cælo descendit: in mundo carne clausus est, sola fide cognitus, tunc videbitur sicut est.

✻ THEOD. Adipem frumenti fructuum affluentiam vocauit, à parte totum vocans: Nam frumentum est triticum. Adeps autem frumenti, est pulcherrimus panis. Cæterum per hunc alios fructus declarauit. Verum hac prouidentia olim Iudæi perfruiti sunt: cum autem in saluatorem rabie perciti fuerunt, omnibus ☞ bonis

NICOLAVS DE LIRA.

PSAL. CXLVII.

1 LAuda Ie. *Huic psal. præmittitur ti. in aliquibus Biblijs,* Halleluia Aggæi & Zachariæ, *quod videtur appositum ab aliquo transfatore seu expositore, eò quòd videbatur sibi quòd psal. iste esset quædam laus pro reædificatione templi & ciuitatis Ierusalem, quod factũ fuit temporibus Aggæi & Zachariæ prophetarum ad hoc populũ exhortantiũ. Sed in Hebræo nullus penitus est titulus; Nec videtur mihi (saluo meliori iudicio) quòd psa. iste loquatur de reædificatione Ierusalẽ post captiuitatem Babylonicam: quia in Ierusalem tunc reædificata non fuit tanta pax & abundantia, quanta describitur in hoc psal. imò frequenter inuadebatur à Gentilibus circunstantibus, & subiecta fuit seruituti Persarum, & Medorum, & postea Græcorũ, & postea Romanorũ. Fuit etiam tanta penuria honorum temporaliũ, quòd tempore Nehemiæ, qui ciuitatem tunc reædificauit, multi de populo Israel disponebãt vẽdere filios suos in seruos, & filias in ancillas, vt de pretio eorum possent habere alimẽta, vt habetur Nehemiæ v. b. Et ideo videtur mihi, quòd psal. iste loquatur de ædificatione spiritualis Ierusalem, quæ est ecclesia, secundũ quod dicitur Apoc. xxj.* Ostẽdit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cœlo, &c. *quæ ædificata est à Christo, non de lapidibus materialibus, sed de spiritualibus, qui sũt fideles, adinuicẽ charitate & fide coniunctis. Igitur secundum hoc psal. iste diuiditur in duas partes, Quia primò ecclesia ad Dei laudẽ inuitatur: Secundò ad hoc ratio assignatur ibi,* Quoniam confortauit. *Circa primũ sciendũ, quòd sicut ecclesia vocatur Ierusalem, ita etiam nominatur Sion, eò quòd in monte Sion fuit templum diuino cultui deputatum; & quia in Ierusalem, & in Sion fundata fuit ecclesia, vnde dicitur Heb. xij. e.* Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis Ierusalem: *ideo sub vtroque nomine inuitatur ecclesia ad Dei laudẽ, cum dicitur.* Lauda Ieru. do. *Potest etiam dici quòd hic inuitatur* Ierusalem & Sion *ad literam ad Dei laudem, propter hoc quòd ibi ecclesia incepit per doctrinam Christi: quia in tẽplo, quod erat in Ierusalẽ, & in mõte Sion frequenter docuit, & doctrinam suam miraculis comfirmauit; in Ierusalẽ etiã passus fuit; & resurrectionem suam discipulis manifestauit; & ibidem spiritum sanctum in die pentecostes apostolis dedit, vt patet ex decursu euangeliorũ, & Actuum secundo.*

2 Quoniam confortauit seras portarum tuarum, &c. *Hic consequenter dicitę inuitationis ratio assignatur, quę primò accipitur ex beneficio nouæ legis. Secundò ex beneficio veteris, ibi,* Qui annuntiat. *Prima in duas, quia primò ponitur dictum beneficium. Secundo declaratur quoddam dictum, ibi,* Qui dat niuem. *Circa primum dicit psalmist.* Quoniam confortauit seras portarum tuarum, &c. *supple, debes laudare Deum. Dicuntur autem hic portæ Ierusalem, sacramenta nouæ legis, & maximè sacramentum baptismi, per quod est ingressus ad ecclesiam;* Setæ *autẽ huiusmodi* portarum, *sunt virtutes sacramentorũ, quæ dicuntur hic* confortatæ, *quia sacramenta nouæ legis habent virtutem sanctificandi, quæ virtus non erat in sacramentis veteris, legis, ideo subditur,* 3 Benedixit filijs tuis, *benedictione gratię.*

4 Qui posuit fines tuos pacem, &c. *Propter quod nato Christo, angeli nuntiauerunt eã Lucæ secundo, dicentes,* Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, *quæ est pax cordis interna, per quam acquiritur pax cælestis & æterna.*

5 Et adipe frum. *In sacramento eucharistia, quod conficitur in pane de frumento, & est spiritualis refectio.*

☞ Qui

MORALITER.

1 *Lauda Ierusalem dom.* Iste psal. secundum sensum literalem loquitur de ædificatione spiritualis Ierusalem, quæ est ecclesia, propter quod pertranseo de alia expositione spirituali hic ponenda.

bonis orbati fuerunt; propterea diuinum oraculum, cum hæc de illis percurrisset, gentium vaticinatur salutem.

✠ Basil. Non dicit & frumento, sed, *& adipe frumenti*, vt multam felicitatem & vbertatem ostendat. *Adeps* enim *frumenti* pinguedo est fructus; talia quippe sunt dona Dei, vbera & vtilia. Nec simpliciter dicit dabit, sed, cùm largitate, Id enim est quod dicit, *adipe frumenti satiat te.*

a *Qui emittit eloquium suum.* Secunda pars subdit, quę munera hic dantur electis, per quæ veritas futuri potest agnosci.

✠ Basil. Quod dicit tale est: non solum nostri, inquit, curam gerit, sed & totius orbis. *Sermonem* vero eius, mandatum, & prouidentiæ eius operationem dicit. Deinde vt facultatem eius, exprimat, non verbi, sed cursus appellatione eam exprimit; Nec illo contentus est, sed & velocitatem illius adijcit, vt quicquid ille præcipiat, multa statim cum velocitate fieri ostendat.

b *Terra.* Aug. Vt in terra cognoscatur. Nisi enim mitteret verbum terræ, qua grauamur, & impedimur à reditu, ad adipem frumenti satiantem, non leuaremur. In terra enim, vbi laboramus fessi, languidi, pigri, frigidi. s. in eremo, non deserit, sed manna *qui emittit eloquium, &c.*

c *Velociter currit.* Aug. Cas. Vel vsque in velocitatem, id est, à Deo, vt sit ipsa velocitas, quo electius, vel expressius dici non potuit.

Non ait velox verbum, Velox sit velocitate, qua plus vel minus participat: Sed ipsa velocitate, qua cætera dicuntur velocia, nihil est velocius. Et item quod velox est, vt equus alicui est, non vbique: Velocitas vero ipsa vbique est, non est in parte. Ad verbum Dei pertinet non esse in parte, vbique esse per seipsum. Hæc est sapientia, *quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter*, non tamen motu locali, sed immobilitate. Sed & de sapientiæ spiritu dicitur, *actus mobilis, certus: incoinquinatus*, hoc facit velocitas, vt & vbique semper sit, & nusquam inclausa teneatur. Sed quis ista sufficit cogitare? Est tamen spes ad capiendum verbũ, quia prædestinauit nos.

✠ Euthy. Iuxta anagogem, *Hierusalem & Sion*, Ecclesia esse dicitur fidelium, *portę* vero illius Baptisma & fides: per earum etiam *vectes* sanctam intelligimus crucem. *Benedixit* autem Deus *filijs eius* Ecclesiæ, hoc est Apostolis: *posuit* etiam eius Ecclesiæ *fines pacem*; per *frumenti* vero *adipem* spiritualis cibi puritatem & munditiam intellige: & per *eloquium* quod *terra emissum* est, prædicationem fidei, atque euangelium; quod celeriter cursurum esse dicit propheta.

d *Qui dat niuem, &c.* Aug. terræ. Frigescente enim charitate decidit humana natura in terras, & pigro corpore inuoluta, vt nix facta est: sed in hac niue sunt prędestinati *velut lana*, de quibus aliquid facturus est. Lana est materia vestis. De his frigidis prædestinatis fit tunica sine macula & ruga, vnde merito vestis Christi in monte refulsit sicut nix, quia de hac niue fit. Sed prædestinati vocandi sunt ad pœnitentiam, secundum illud, *Quos prædestinauit, hos & vocauit: Non autem venit vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam*, id est, peccata & iniustitiam suam confitentes, & hos dum vocat ad pœnitentiam, *nebulam sic. ein. spar.* D Matt 17.d. Roma. 9. f. Matt. 6. lb.

✠ Basil. Inexpugnabilem hic, & infinitam Dei potentiam exprimit, quòd & nõdum existentes essentias producit, & existentes mutat, &, cuicunque rei vult, adaptat. Licet enim immotis naturæ finibus ligẽtur, si quãdo tamen ei placet, soluuntur. Et aliquando ipsas essentias immutat, aliquando manentes ad aliam operationem trãsfert. Quod autem ista singulis annis, & in nostro conspectu fiat, non ob eam causam admirationem remittat: Cogita siquidem quantæ sit virtutis, iam niuem apparere, iam aquam, & in tam breui momento tantas fieri mutationes. E

e *Nebulam sicut cinerem spargit, &c.* Aug. *Cinis* ad pœnitentiam pertinet, quia cinis & cilicium sunt arma pœnitentium. *Nebula* vero caliginem peccati & ignorantiam notat: & dum vocatur quis ad intelligendam veritatem, incipit velle capere, & non sufficit, sed patitur caliginem: Est ergo illi adhuc *nebula*, vt sciat se nescire, & non posse capere, quod oportet eum scire: sed si non potest penetrare veritatis arcanum, pœniteat peccatorum, quibus in hanc difficultatem videndi venit, & erit salubris nebula, quam *vt cinerem spargit* Deus, id est, tollit per humilitatem pœnitentiæ, quæ significatur per *cinerem*. Et dicet Deo, vt Abraham, *Cinis sum*: hæc est humilitas pœnitentis. Et qui prædestinauit, & ad pœnitentiam vocauit.

Aug. Ad literam, *Spargit* Deus *niuem quasi lanam, nebulam vt cinerem, crystallum facit, vt frusta candidi panis.* Est enim crystallum species quædam in modum vitri, sed candida est: Dicitur autem esse nix glacie indurata per multos annos, vt resolui non possit. Gene. 18. d.

f *Crystallum suam, &c.* id est obstinatos, qui non facile, vt nix, soluuntur. F

g *Mittit sicut buccellas, &c.* Alias, *vt frusta panis*, vt pascant alios, vt prædicent veritatem, quam impugnant. Omnes vnus panis, singuli frusta: vnde, *Multi vnus panis sumus in Christo.* Paulus crystallum fuit, durus & nitidus: Durus, quia persecutus ecclesiam; Nitidus, quia in lege peritus. Hanc autem Deus soluit, & factus est panis, qui veritatem docuit. Sed nisi soluat, 1. Cor. 10. d

h *Ante faciem eius Dei quis sustinebit* Alias, *subsistet?* Aug. Frigus est, qui deserit, non vocat, non infundit gratiam: & quis alius soluet? Nullus. vnde Apostolus, Quis me liberabit de corpore mortis huius? q.d. frigesco, nullus soluit, nisi gratia Dei *emittat verbum suum.* Roma. 7. d.

f *Emittet verbum suum, & liquefaciet eam.* Cas. Verbo namque Dei veniente, nec frigus, nec obscuritas, nec duritia desperare potest. Salubriter enim liquefiunt, & fluenta spiritualis beneficij profundunt alijs, vnde bibant, iuxta illud, *Omnes sitientes venite ad aquas.* Esa. 55. a

☞ *Fla-*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Qui emittit eloquium suum terræ, &c. *id est verbum euangelicum, quod præcepit publicari per orbem terrarum, per apostolos, aliosque discipulos Christi ad hoc missos, Mar. vltimo. cap. d.* Euntes in mundum vniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ.

2 Velociter currit sermo eius, &c. *Quia euangelium in breui tempore fuit publicatum vbique in tota terra habitabili, scilicet viuente adhuc beato Petro, sicut declaratum fuit dissusius suprà psalm. decimo octauo.*

3 Qui dat niuem &c. *Hic consequenter declaratur vltimò dictum de velocis publicatione euangelij, & hoc per effectus mirabiles, qui fiunt velociter ex voluntate Dei, cùm dicitur,* Qui dat niuem sicut lanam *hoc est ad modum lanæ albam, & mollẽ, & hoc fit valde velociter, cùm id dissolutione nubium in pluuiam, congelatur, antequam descendat ad terram terram.*

4 Nebulam sicut cinerem spargit. *i. ad modum cineris, coloratam colore subalbido. Et talis sparsio nebulæ fit valde subito.*

5 Mittit crystallum suam sicut buccellas, &c. *In Hebræo habetur,* Mittit glaciem suam, *& idem est, quia Chrystallus est glacies longo tempore indurata, & est valde mirabilis mutatio, cum aqua tã mollis & fluida, in glaciem tam duram & solidam ita citò mutatur, videlicet aliquando in vna nocte, vel minori tempore.*

6 Ante faciem frigoris eius quis sustinebit. *quasi dicat, nullus homo, si Deus velit ipsum intendere. Tantum enim posset à Deo frigus intendi, quòd non posset sustineri; & sicut aqua velociter induratur & solidatur in glaciem, ita citò mollis & fluida, eius voluntate efficitur: ideo subdutur,*

7 Emittet ver. su. & liquefa. ea.

a *Flabit spiritus eius & fluent.* ✠ EVTHYM. Toto hoc sermone propheta illud nobis manifestum facere intendit, quod hæc omnia, quæ superius commemorauit, non fortuito, aut casu fiant, nec sponte sua, sed quod diuinis obtemperant mandatis, atque ideo de facili, commutantur. Significare etiam videtur nescio quid profundius; & quemadmodũ hybernũ tempus, tametsi ipsum per sese molestissimum, sit terræ tamen vtilissimum est: sic & præsentis seculi tentationes valdè prosunt, tametsi multas secum adferant molestias; & dum diuina dispensatione commutantur, partim castigant, & partim adferunt solamen.

b *Qui annuntiat eloquium suum Iacob.* ✠ BASIL. & EVTHYM. In Psalmi principio de sensibilibus beneficijs & corpori vtilibus tractauit: Sermonem hic ad sublimiora transfert, de legis positione differens, quod beneficij genus maximum est. Abducit etiam à malitia, & veluti manu ducit ad cœlum, mentésque illuminat.

c *Non fecit taliter omni nationi.* ✠ BASIL. Legem enim nulli alij genti dedit. Naturalem quidem legem in corde habebant omnes, Iudæis vero hoc peculiare dedit, vt ipsis per literas etiam legitima manifestarentur; Propterea & ipse propheta non dicit quod non fecerit cuiuis nationi, sed quod *sic non* fecerit. Tabulas reliquis non dedit, nec literas, nec Mosen legislatorem: sed his omnibus Iudæi potiti sunt, lege, diuinis tabulis, & alijs consimilibus.

d *Iacob. Is.* AVG. Vel idem significatur per Israel, & per Iacob. s. populus fidelium, cui annuntiat ista iudicia sua. s. quòd non tantum iniusti, sed & iusti patiuntur hic pro merito, iusto iudicio Dei. Vel ad literam, per *Iacob & Israel* Iudæos accipit, quibus per seipsum Christus *verbum suum annuntiauit, & iustitias & iudicia sua* manifestauit, quod nõ fecit alijs: vnde addit, *Non fecit ta. &c.* quia non fuit missus, *nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.* Psal. 68. b Matth. 15. c

e *Iudic. sua.* AVG. Iudicium incipit à domo Dei. Solus Christus, quæ non rapuit, soluit; in quo princeps mundi nil inuenit. & si initium est à nobis: quis finis eorum qui non credunt? vnde, *Et si iustus vix saluabitur, impius vbi parebit?* Et hoc iudiciũ Dei, quod patiuntur iusti & iniusti. Quomodo iusti non meritis, sed gratia Dei liberantur: non omni genti nuntiauit, sed soli Israel, i. nouo populo, in quo sunt & gentes. Vide ordinem in prædictis quatuor psal. laudum Dei: prius de præceptis diuini præconij egit; Secũdo de peruersitate mundi fugienda: Tertiò de congregatione ecclesiæ; Quartò iam collectæ in pace, laudes imperat pro sua securitate & dilectione. Illi autem choro de mũdi partibus aggregato trina exultatione subnectit esse gaudẽdũ, tres alios psalmos laudis subiungens, vt in hoc opere gratia trinitatis eluceat.

f *Halleluia Aggæi.* AVG. Aggæus & Zacharias erigunt ad futuram liberationem, vt securi contempta Babylone, quasi præmeditemur hic laudem, quam in æternum soluemus. Primo de cælis laudatur, post de terra, qui fecit cælum & terram. In cælestibus & terrestribus omnia continentur.

CASSIO. Per paucorum commemorationem vniuersam creaturam hortatur laudare Deum. Sunt quædam, quæ habent spiritum laudandi Deum, in eo affectu quo placet eis Deus: Quædam non habent intellectum, sed quia ipsa bona sunt in ordine suo, & ad pulchritudinem vniuersalitatis referuntur, per se non laudãt, sed ab ipsis per attendentes ea, laudatur Deus, & ita quodammodo laudant, quia de illis nascitur in nobis laus Dei, ad quam nos hic monet propheta.

✠ THEOD. Duplicem admonitionem vates fecit, vt ad maiorem alacritatem animos accenderet. Cæterum hic est alius hymnus, totam vniuersitatem, & quæ sub intelligentiam cadit, & sub sensum, rationis compotem & rationis expertem, animatam in vnum consensum canendorum hymnorum excitans. Cælum igitur, & terram, & Abyssos, & luminaria, quæ in cælis sunt, & montes & plantas, & alia huiusmodi quæcunque animam & rationem habent, laudes & hymnum afferre iubet. Verum in hæc eos, qui rationis compotes sunt intueri, imperant, & sapientiam quæ in his cernitur discentes creatorem celebrare.

✠ BEDA. Prima parte cælestia hortatur ad laudes. Secunda, allegoricis illusionibus terrena commouet. Aliter; vox est Apostolorum ad populum.

a ¶ Calidus auster. b ¶ Vt inde bibant alij. c ¶ Q. spiritus eius flabit, eius inquam. ¶ Alias annuntians.

† profluent a flabit spiritus eius, & † fluent aquæ. Qui annuntiat verbum 1
a ¶ Nouo populo: vel per seipsum Iudæis, quod non alijs.
b ¶ Quod & iusti hic patiuntur pro merito.
† ipsi † spirabit c suum † Iacob, † iustitias & iudicia sua Israel. Non fecit † tali- 2
d ter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. 3
e a ¶ Laus Dei. b ¶ Pro futura liberatione, pro qua illi prophetæ laudauerunt. 4
f Halleluia Aggæi & Zachariæ.

† statutã sua † sic vniuer sæ genti

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui annuntiat, &c. *Hic consequenter ponitur ratio diuinæ laudis ex beneficio veteris legis. Circa quod sciendum, quod quia Christus erat nasciturus de populo Israel à Iacob descendente, ideo populus ille pollere debuit præ cæteris speciali sanctitate, sicut dictũ fuit diffusius in principio Exod. propter quod illi populo facta fuerunt cõmuniter reuelationes propheticæ, & specialiter data fuit lex diuina in monte Sinai: vnde dicit Apostolus Ro. iij. a.* Quid ergo amplius Iudæo est? *& respõdet,* multum per omnẽ modum: Primũ quidẽ, quia tradita sũt illis eloquia Dei, *&c. & hoc est quod dicitur hic,* Qui annuntiat verbũ suum Ia. *habuit enim reuelationem de Christo de tribu Iuda nascituro, vt patet Ge. xlix. vbi dicit,* Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. *i. Christus: vnde & in translatione Chaldaica habetur,* donec veniat Messias.

2 Et iudi. sua Ista. *i. legem populo Israel in qua cum alijs præceptis ponuntur iudicialia.*

3 Non fe.ta.om.na *Reuelationes enim propheticæ non sic factæ fuerunt alijs gentibus communiter, sed valde raro, vt sancto Iob, & aliquibus alijs valde paucis.*

4 Et iudicia. *i. legem veterem, quam solum dedit Iudæis, licet aliquando Gentiles admitterentur ad ritum illius legis.*

ADDITIO.

In psal. clxvij. Lauda Ierusalem. *vbi dicitur in postil.* Quoniam confortauit seras portarum.

Qua ratione sacramentum baptismi posset dici porta Ierusalem, eò quod per ipsum est ingressus ad ecclesiam; eadem ratione sacramentum pœnitentiæ dici potest porta Ierusalem, quia per illud est regressus ad ecclesiam post lapsum, & sic possunt hic accipi portæ Ierusalem in plurali.

PSAL. CXLVIII.

a LAudate dominũ. CAS. Primo cœlestia hortatur ad laudes. Secundo terrestria, ibi, *Laudate dominum de terra.*

✠ THEOD. Duos cælos à Deo factos esse magnus Moses nos docuit, vnum simul cum terra conditum: alterum postea medium inter aquas positum esse, quod & *firmamentum* appellauit; propterea de cælis & excelsis Deum laudare præcepit, hoc est, & eos qui in hoc, & in illo degunt: nimirum incorporeorum cho-

Psalmus CXLVIII.

a ¶ Nos admonet facere, sed adiungit gratulationem facientibus, quia placet quod faciunt, & leuato corde est cum ipsis spe. ¶ Repetit.

Aũdate dominũ † de cælis: laudate eum in excelsis. 1 † vos cæli

NICOLAVS DE LIRA. PSAL. CXLVIII.

LAudate dominum de cælis. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo & in translatione Hiero.* Halleluia. *In aliquibus autẽ Bibliis additur,* Aggei & Zachariæ, *quod fuit additum ab aliquo trãslatore seu expositore. Nescio tamen quare, quia psal. ille non videtur plus factus ab eis, quam ab alijs, sed est quædam inuitatio omnium creaturarũ ad laudandum Deũ, facta ab aliquo viro sancto, quicunque fuerit, cuius nomen ignoratur secundum Hebræos, & prophetauit de primo Christi aduentu in fine huius psal. qui diuiditur in duas partes, quia primo ad laudem Dei inuitantur creaturæ superiores: secundo inferiores, ibi,* Laudate dominum de terra. *Circa primum primo ponitur dicta inuitatio: secundo inuitationis ratio, ibi,* Quia ipse dixit. *Primo inuitantur creaturæ superiores generaliter, cum dicitur,*

1 Laudate dominum de cælis, &c. *Secundo magis specialiter, vbi primo exprimitur natura angelica cum dicitur,*

☞ *Lau-*

MORALITER.

1 *Laudate dominum de cæ.* Iste psal. est quædam inuitatio generalis creaturarum ad Deum laudandum, & quantum ad inuitationem hominum & angelorum sensus literalis est spiritualis, † quan-

choros. Quoniam enim diuinus Moses nihil de naturæ cælestium spirituum creatione nos docuit, necessario hic vates de his fecit mentionem: propterea vt afferant creatori hymnum mandat, quandoquidem hoc debitum ab his qui creati sunt debetur, & omne quod ab ipso conditum est, & ratione honoratum, hoc debitum semper exoluere conuenit.

a *Laudate eum omnes angeli eius.* ✠ EVTHYM. Cum de angelorū ordine dixerit, collectim addidit de cæteris omnibus ordinibus virtutes seu potentias eos appellans. Vel, per *angelos* & per *virtutes*, vniuersos illorum ordines significauit: alterum quidē, quia diuina annunciant mandata, angelus siquidem nuncius interpretatur; Alterum vero, quia iussa sibi à Deo possunt perficere.

✠ THEO. *Angelos* & *virtutes* intelligentes naturas vocat: *Angelos* quidē, vt pote qui diuina verba trāimittūt: *virtutes* vero, quippe: quæ corporeis effectibus carent, & iussa perficere possunt.

b *Laudate eum sol & luna.* ✠ THEOD. Symmachus sic explanauit, *Laudate eum omnes stella luminis*, sic etiam cæteri. Atqui secundum septuaginta, sic est intelligendum, prima die lucem Deus fecit, quarta vero luminaria, & propterea seorsum luminis mentionem fecit, non quod per se ipsum consistat, sed quod luminaribus attributum sit.

c *Et lumen.* CASS. Per lumen accipit omnia lumen habentia, quæ dinumerari non possunt.

d *Laudate eum* ✠ BAS. Quod autem hic *cælos cælorum* dicit, nō ostendit multitudinem: cœlum quippe Hebræa voce cœlos scriptura vocat. Rogauerit autem quispiam, quomodo hæc, cum vocem non habeant, Deum laudent? Duos scimus glorificandi modos vnus verbis fit, alter aspectu; tertius adhuc vitæ operibus. Hōmines enim Deus non solum loquentes, sed & tacentes audit.

CASS. Nimia laus, quod & tenuitas cœlorum consistit, & aquas, quæ grauiores sunt sustinet, quæ nisi iussæ non defluunt per pluuias, quæ, sicut dicitur, apertis cæli cataractis per pluuiam ad terram mittuntur.

e *Et aquæ quæ super cœlos sunt.* ✠ THEODOR. firmamento Deus aquarum naturam dimisit inexplicabili sapientia, maximam ipsis distinctionem impertiens, & inter aquas in nubem coactas immensum luminarium ignem percurrere iussit. Aqua autem & ignis sibi inuicem aduersantur, sed tamen neque ignis aqua extinguitur, neque coacta illa aqua immenso igne consumitur.

f *Quia & ipse dixit.* ✠ EVTHY. Hoc sermone propheta duo hæc nobis demonstrare voluit, quod & creauit Deus, quæ antea non erant; & quod multa cum facilitate id fecit, dum *dixisse* tantum eum dixit, *& facta* esse, ac si dixisset: Quemadmodum tibi facile est aliquid dicere, ita & Deo facile est creare, quę non sunt: quinimo & multo facilius id potest, neque enim possibile est diuinæ facilitatis modum demonstrare.

AVG. Ecce verbum, *per quod omnia facta sunt.* vnde, *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Ipse ergo *dixit*, i. verbum genuit, & per ipsum facta sunt omnia. Ioh. 1. a.

CAS. Hoc contra illos, qui dicūt, Mundū Deo coæternum: sequitur,

g *Ipse mandauit*, Verbo suo, & creata sunt. Prius dixit, *facta*, postea *creata*. Facere enim & nos possumus, sed non creare. Ipse ergo solus creat, quod est proprium deitatis. Laus ex operibus.

h *Statuit.* ex potētia omnipotens est, cuius opera non mutantur.

i *In seculum, & in seculum seculi.* CAS. Et si cælum nouum, Deo tamen bene statuta dicuntur, quæ nouantur per Christum, & meliorata permanent. Et est hic laus à potentia.

k *Laudate domi.* CAS. Secunda pars, vbi enumeratis cælestibus, descendit ad terrestria. Conuersus ergo ad illa, tanquam exhortans nos vt eorum consideratione laudemus Deum, quæ considerata aperiunt laudem Dei, ait, O vos qui de terra.

✠ BASIL. Quare sermonem transumit? Vt ex abundantia prouidentiam Dei ostendat. Si namque quæ videntur tam sunt bona, vt hymnos Deo adferant, cogita qualia sunt reliqua.

✠ EVTHY. Per *dracones* hoc in loco ipsa cete intelligit, quemmadmodum & alibi, quando ait, *Draco ille, quem formasti eis.* per *abyssos* vero ipsa significat maria.

l *Omnes abyssi.* AVG. Profunditates aquarum, maria omnia, aër quoque nubilosus ad abyssum pertinet, vbi nubes, venti, tempestates, pluuiæ, coruscationes, tonitrua, grando, nix. Et quicquid de humido & caliginoso aere vult Deus fieri super terras, totum terræ nomine appellauit, quia nimis mutabile est. Hæc autem omnia, etsi mutabilia & turbata, habent tamen locum & ordinem suum, & pro modo suo implent decorē vniuersitatis; & sic laudāt Deum. Ipsa ergo, i. nos consideratione eorum hortatur laudare.

m *Quæ fa. verbum eius.* Hoc ideo, quia visum fuit quibusdam quòd

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 Laudate eum omnes angeli eius. *Qui sunt in tribus hierachijs, & nouem ordinibus.*

2 Laudate eum omnes virtutes, &c. *Ad laudem Dei inuitatur specialiter ordo virtutum, quia per angelos illius ordinis fiunt effectus mirabiles in admirationē diuinæ potestatis homines inducentes, & per consequens ad eius laudem. Secundo, natura cælestis corporea, & primo quantum ad cœlum sydereum, quod est nobis magis notum, cum dicitur,*

3 Laudate eum sol, &c. *Licet enim corpora cælestia sint inanimata, vt dicit Damascē. tamen dicuntur laudare Deum, inquantum ex sua pulchritudine & virtute ducunt homines in cognitionem & laudem ipsius Dei: Consequenter inuitat cœlum empyreum, dicens.*

4 Laudate eum cæli cæ. *Dicitur enim empyreum cælum*, cælum cælorum, *quia est super alios cælos. Quod autem ponitur hic cæli in plurali, hoc est propter diuersas mansiones electorum ibi existentes, secundum quod dicit saluator, Ioh. xiiij. a.* In domo patris mei man. multæ sunt. *Consequenter inuitat cælum crystallinum, quod dicitur aqueum, propter similitudinem in diaphanitate: sicut empyreum dicitur à pyr. quod est ignis propter similitudinem in claritate. dicens,*

5 Et aquæ omnes, &c. *quia cælum crystallinum est super cælum sydereum.*

6 Laudent nomen domi. *Eo modo quo dictum est.*

7 Quia ipse dixit. *Hic consequenter ponitur dicta laudationis ratio, quæ est duplex. Vna ex beneficio creationis, cum dicitur*, quia ipse dixit *Et sic habent ab eo esse, Et per hoc excluditur error illorum, qui dicunt, quod creatura incorruptibiles, vt intelligentiæ, & corpora cælestia, non habent Deum pro causa efficiente, sed tantum pro finali. Secunda ratio accipitur ex duratione earum aterna à parte post, cum dicitur,*

8 Statuit ea, &c. *Sed quia ista conseruatio in esse dependet ex diuina voluntate, ideo subditur,*

9 Præceptum posuit, &c. *Quod maneat in perpetuum, quantum ad suam substantiam.*

10 Et non præteribit, &c. *Reducendo eas ad nihilum licet posset facere vt de nihilo creauit.*

11 Laudate dominum de terra, &c. *Hic consequenter inuitantur ad Dei laudē creatura inferiores, quæ sunt in regione elementari, & primo inuitatur natura irrationabilis: secundo rationalis, ibi*, Reges terræ. *Circa primum dicitur*, Laudate dominum de terra, *& in hoc tanguntur infimum elementum, & consequenter elementum aquæ, cum dicitur,*

12 Dracones & omnes abyssi *Dicuntur autem hic* abyssi *loca profunda Oceani, vbi habitant cete grandia, quæ dicuntur hic* dracones *vnde Gene. j. c. vbi nos habemus*, Creauit Deus cete grandia *in Hebræo habetur*, Creauit Deus dracones magnos. *Consequenter tangit elementum ignis & aeris cum dicitur.*

13 Ignis, &c. *Quantum ad superius elementum,*

14 Grando, nix; glacies, &c. *id est venti facientes procellas in mari, ista enim generantur in aere.*

15 Quæ faciunt ver. *Quia faciunt illud, ad quod ordinantur ex diuina institutione. Consequenter reuertitur ad elementum terra, quantum ad illud, quod supereminet, & eleuatur in aere, dicens,*

Montes

MORALITER.

✠ quantùm autē ad inuitationē creaturarū intellectu carentiū, sensus literalis est, quod Deū laudāt dupliciter, scilicet inquātum relucet in eis bonitas creatoris; & inquantū sunt materia laudis hominibus, & angelis Deū laudātibus ex operibus suis. Nec occurrit mihi alia expositio spiritualis conuenientior hic ponenda.

quod Deus ſuperiora regeret, ſed hæc inferiora deſpiceret, ſed à caſibus regerentur, ſed & hæc agit Deus, & in his minimis laudatur, & halleluia cantatur.

a *Reges terræ & omnes populi.* ✻ EVTHYM. Rurſum hoc in loco aliud pertractat diuinæ prouidentiæ genus, de principum ſcilicet, ac regum conſtitutione. Eſt enim diuinæ ſapientiæ opus, vniuerſum orbem in principes, atque in B ſubditos diſtinxiſſe, Reges autem, & principes, & iudices appellat, eo quod dominantur, regunt, ac iudicant. Laudate enim, inquit, dominum, vos quidem quia præpoſiti & præfecti eſtis; populi verò, quia ſtudio atque curæ, & ſollicitudini ſuperiorum à Deo donati ſunt.

b *Confeſſio.* CAS. Suprà dixit prius de cælo, poſtea de terra; hic de omnibus ſimul. Et accipit per cælum omnia ſuperiora, & per terram omnia inferiora.

AVGVST. *Confeſſio eius ſuper cælum & terram.* Illum omnia confitentur in ſe, vel in alijs; pulchritudo omnium vox eſt confitentium in attendentibus ea. i. attendentes laudent eum, & de terrenis & de cæleſtibus, quo non eſt aliquid melius. D

✻ BASILIVS. Auditorem iterum ad cæleſtia ducit dicens, *Confeſſio eius ſuper terram*, Cæleſtes enim virtutes à laude eius non ceſſant, nõ quod miniſterio illorum egeat, ſed vt bonitatem ſuam oſtendat, ſibi ipſi eos appropriauit. E

c *Exaltauit cornu populi ſui.* AVG. Ecce quod prophetauit Aggæus & Zacharias, Modo humile eſt in tribulationibus cornu populi ſui, ſed cum venerit dominus, exaltabitur. F

d *Hymnus omnibus ſanctis eius.* Tria habet, canticum, laudem, & Dei. i. hymnus eſt laus Dei cum cantico. Hunc ergo modo dicant ſancti, in fine æternum hymnum accepturi.

a ¶ Maiores, 1
Mõtes & omnes colles, ligna fructifera & omnes cedri. Bẽ- 2
a ¶ Minora. ¶ Alia reptilia, & volatilia pennata. 3
b ¶ Iam ad homines venit. 4
a ſtiæ & vniuerſa pecõra, ſerpẽtes & volucres pennatæ. Rẽges 5
terræ & omnes populi, principes, & omnes iudices terræ. Iu- 6
a ¶ De omni ſexu, de omni ætate. 7
uenẽs & † virgines, † ſenes cum iunioribus laudent nomen 8 9
a ¶ Cur? Ideo. b ¶ Magnificentia. c ¶ Nemo exaltatur, niſi ſub ipſo. 10
d ¶ Maior laus eius ex ſeipſo, quam ex creaturis: & quia populum ſuum exaltauit. 11
b domini: quia exaltatũ eſt nomẽ eius ſoliũs. † Confeſſio eius 12
a ¶ Quicquid fecit, infra illum; & quicquid in his placet, minus quam ille: ſi amas viſibile, quod 13
fecit, multo magis inuiſibilem qui fecit: per viſibilia intelliguntur eius inuiſibilia. 14
b ¶ Poteſtatem, vel dignitatem. 15
c d ſuper cælũm & terram, & exaltauit cõrnu populi ſui. Hym- 16 17
a ¶ Vnde Aug. modo ſit hymnus, quibus in fine erit perennis. b ¶ qui ſunt ſancti.
¶ quibus debet eſſe hymnus. c ¶ qui filij Iſrael.
nũs omnibus ſanctis eius: † filijs Iſraẽl, † põpulo appropin- 18
a ¶ Scilicet, non carne, ſed fide.
quãnti ſibi.

† etiam
† filij
† ſeniores
† Gloria, laus
† populi appropinquantes

NICOLAVS DE LIRA.

1 Montes & om. *Dicuntur autem colles, montes minores.*

2 Ligna fructi. &c. *Arbores enim adherent terræ, & ideo cum ipſa computantur: vnde & tertia die productæ ſunt arbores, ſicut & terra diſtincta Gen. j. Conſequenter deſcendit ad ea, quæ mouentur in, terra, cùm dicitur,*

3 Beſtiæ. *Quantum ad animalia ſylueſtria, vnde dicuntur* beſtiæ, *quaſi vaſtia.*

4 Et vniuerſa pecora, *Quantum ad domeſtica.*

5 Serp. *Quantum ad animalia reptantia, quæ non mouentur pedibus.*

6 Et volucres pennatæ. *Et in hoc tangit animalia ſe mouentia per aerem; Omnia autem iſta inuitantur ad Dei laudem, & ipſum laudant, inquantum in ipſis relucet diuina bonitas, & ſunt materia laudis diuinæ intelligibilibus creaturis.*

7 Reges terræ. *Hic conſequenter inuitatur ad Dei laudẽ, rationalis creatura: quæ eſt humana: & primò ponitur dicta inuitatio; ſecundò inuitationis ratio, ibi,* Laudent nomen domini. *Circa primum inuitantur primo ſuperiores, cum dicitur,* Reges terræ, *vnde dicitur. j. Pet. v. c.* Siue regi, tanquam præcellenti. *Conſequenter inuitantur alij in generali, cum dicitur,*

8 Et omnes popu. *ſ. regibus ſubiectis. Et vlterius inuitantur magis in ſpeciali, cum dicitur,*

9 Principes, *Qui dominantur ſub regibus.*

10 Et omnes iudices terræ, &c. *Qui ſunt inſtituti à regibus & principibus ad terminandum cauſas. Conſequenter inuitantur alij cuiuſcunque ſexus & ætatis, cum dicitur,* Iuuenes & virgines: *&c.*

11 Laudent. *Hic incipit verſus in Hebræo & in tranſlatione Hiero. vbi ponitur ratio dicta inuitationis ad laudem Dei, & ponitur hic duplex ratio. Prima accipitur ex diuina celſitudine, cum dicitur,* Laudent nomen domini. *ſ. omnes prædicti.*

12 Quia exaltatum eſt nomen eius ſolius, *Quia omnis creatura nihil eſt in comparatione ipſius: ideo ſubditur,*

13 Confeſſio eius, *id eſt, confeſſio laudis ipſius.*

14 Super cælum & terram, &c. *id eſt fiat ab habitantibus in cælo & in terra. Secunda ratio accipitur ex condeſcenſione diuina in ſua incarnatione benedicta, quod notatur, cum dicitur,*

15 Exaltauit cornu populi ſui, &c. *Quia per hanc incarnationem natura humana eſt ſupra modum exaltata: vnde & Chriſtus propter hoc vocatur cornu, in nouo teſtamento & veteri, vnde dicit Zacharias habita reuelatione de Chriſti incarnatione propinqua,* Erexit dominus nobis cornu ſalutis in domo Dauid pueri ſui. *Luc. j. g. Et Anna mater Samuelis ſimiliter de hoc prophetauit, dicens. j. Regum ſecundo,* Dabit imperium regi ſuo, & ſublimauit cornu Chriſti ſui. *Et quia aduentus Chriſti in mundum fuit angelis valde iucundus, propter quod cantauerunt,* Gloria in altiſſimis Deo, in natiuitate ipſius, *Luc. ſecundo. b. ideo ſubditur*

16 Hymnus omnibus ſanctis eius, &c. *id eſt angelis beatis, qui ſpeciali modo dicuntur ſancti, Deutero. xxxij. a.* Dominus de Sina venit, *& ſubditur,* Apparuit de monte Pharam & cum eo ſanctorum milia. *i. angelorum, vt ibidem fuit expoſitum. Et quia non ſolum fuit iucundus angelis, ſed etiam hominibus, & maxime debuit eſſe iucundus populo Iſrael, de quo fuit natus ſecundum carnem: ideo ſubditur,*

17 Filijs Iſrael. *Reſumatur* li hymnus, *qui ſignificat laudem de Deo cum cantico ſeu exultatione vt dictum eſt ſupra pſal. cxliij.*

18 Populo ap. *i. populo Iſrael ſecundum genus propinquo ſibi, vt dictum eſt ſupra, quia Maria mater eius fuit de populo illo.*

ADDITIO.

In pſal. cxl viij. Laudate dominum de cælis. *vbi dicitur in poſtilla.* Circa primum primo ponitur.

Nota, ſynagoga Hebræorum recitat quotidie iſtos ſeptem pſalm. qui incipiunt ab illo, Exaltabo te domine Deus meus, *& terminãtur in fine pſalterij præmittens eis, & ſubiungẽs aliquas orationes, in quibus orationibus expreſſe aſſerunt, quod iſti pſal. ſunt facti ab ipſo Dauid: vnde minus vere dicitur, quod ſecundum Hebræos nomen illius, qui hos pſal. compoſuit, ignoratur, imò ex hoc ſumitur ratio pro opinione Aug. circa autoritatem pſalmorum, vt ſæpe dictũ fuit ſupra. Item circa declarationem huius pſal. & duorum ſequentium, attendendũ eſt, quod hi tres pſa. proprie poſſunt applicari tribus ſtatibus eccleſiæ, principalibus, in quibus laus Dei conſideratur in ſingulis ſuo modo.*

Tres ſtatus eccleſiç.

Primus enim ſtatus eccleſiæ conſideratur in lege antiqua, in qua diuina veritas in ſeipſa nondum manifeſtata erat, nec adhuc via ſanctorum propalata, *ad Hebræ. ix. Erat tamen excellentior ſtatus ille reſpectu cæterarum nationum in ſex. Primo in hoc, quod cognoſcebat Deũ eſſe creatorẽ mundi, Quod quidem creationis beneficiũ celebrabant, in cuius memoria ſabbatũ ſeruabatur, vt patet Exo. xx. Et ad iſtum ſtatum referri poſſet pſal. iſte ſcilicet,* Laudate dominum de cælis, *in quo fit mentio expreſſa de creatione mundi, correſpondenter ad ea quæ continẽtur Gen. j. licet non omnino eodem ordine. Exprimũtur etiã in hoc pſal. angeli qui non fuerunt expreſſi in creatione mũdi, propter populi ruditatẽ, ſed includuntur in hoc quod dixit,* Fiat lux. *ſecundum Aug. de quibus creaturis dixit.* Quia ipſe dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit, & creata ſunt, *profitendo ipſarum creationem.*

Secundo iſte ſtatus præfertur cæteris in hoc, quod non ſolum Deũ profitebatur eſſe creatorem mundi, ſed etiam cõſeruatorem rerũ creatarum, quarum quædam ſic ab eo conſeruantur vt habeãt perpetuitatem etiam ſecundũ individua, ſicut ſunt cæleſtia, de quibus dicit, Statuit in ea æternũ, &c. *quædã verò perpetuitatẽ à Deo habẽt ſecũdũ ſpeciẽ, ſicut iſta inferiora de quibus dicit,* Laudate dominum de terra, &c. *exponantur cætera ſicut in poſtil. Conſequenter facit mentionem de regimine politico humano; eo quod deriuatur à lege naturali à Deo primordialiter inſtituta, in quo regimine principales ſunt reges, tanquam capita, & populi tanquam corpora, de quibus dicit,* Reges terræ & omnes populi, principes & omnes iudices terræ, *Minus vero principales in huiuſmodi regimine ſunt illi, qui non habent perfectã rationem ad regendum, ſicut illi qui nondum attingunt perfectam ætatem, de quibus dicit,* Iuuenes & virgines. *Similiter & illi qui iam tranſierunt ætatem virilem & ex ſenectute debilitantur, de quibus dicit,* Senes.

Tertio præfertur iſte ſtatus in hoc, quod profitebatur vnitatẽ Dei excluſa pluralitate deorũ, quam cætera nationes pernitioſè æſtimabãt & de hoc

hoc dicit, Laudent nomen domini, quia exaltatum est nomen eius solius.

Quarto præfertur iste status in exclusione idololatriæ, vt patet Exo. xx. Multi enim philosophantes, & alij, credebant tantum vnum Deum esse, qui tamen aliquas creaturas colebant tanquam deos: vt patet iij. Reg. xvij. de his, quos rex Assyriorum habitare fecit in ciuitatibus Samariæ. Et quia huiusmodi idololatræ colebant vt deos, quandoque creaturas cælestes, quandoque terrenas. ideo subdit, Confessio eius, scilicet, fidei vnitatis Dei, est, super cælum & terram. Profitebantur enim quod nullus alius Deus erat in cælo, nec in terra vt habetur Deu. iiij. f. Scito ergo hodie, & cogita in corde tuo, quod dominus ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum, & non sit alius.

Quinto præfertur iste status, quia sub fide & cultu vnius Dei miraculose exaltatum fuit cornu populi Dei, scilicet, per regiam potestatem sublimẽ multis miraculis acquisitã, vt patet in historia Dauid. j. & ij. Regum. Exultatio enim cornu in hoc loco non est necessarium vt intelligatur de regno Christi spirituali, prout in postil. sed de regia potestate sublimi sicut Deut. xxxiij. c. de Ephraim legitur, Cornua rhinocerotis cornua illius, quod dicitur propter regnum decem tribuum, quod ab eo descendit, non propter regnum Christi, quia non descendit de tribu Ioseph & Ephraim. Similiter cũ dicitur Thre. ij. a. Cõfregit in ira furoris sui omne cornu Israel, intelligitur ad literam de ablatione regiæ potestatis à Iudæis tempore Ieremiæ non de regno Christi.

Sexto præfertur iste status, quia non solũ adepti fuerunt filij Israel regiam potestatem modo prædicto, sed etiam quandam sanctitatem sortiti sunt, vnde Exo. xix. legitur, Vos eritis mihi in regnum sacerdotale & gens sancta: & de hoc dicit, Hymnus omnibus sanctis eius, & sequitur, Filijs Israel populo appropinquanti sibi, eò quod non fecit taliter omni nationi, vt dictum est in fine præceden. psal.

Secundus vero status ecclesiæ consideratur sub lege euangelica, ad quem quidem statum proprie applicatur sequens psal. scilicet, Cantate domino, &c. quod sic patet, nam hic status præfertur præceden. in sex.

Primo in ipsius nouitate: hic enim status nouus dicitur, cum respectu antiqui, qui vetus est, de quo Apostol. ad Heb. viij. dicendo. Nouum veterauit prius, Tum respectu legislatoris, de quo ad Eph. iiij. f. Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est; Tum respectu mandati principalis, vnde Ioh. xiij. d. Mandatum nouum do vobis. Tum respectu cuiuscunque legem euangelicam suscipientis, ad Gal. vj. d. Nec circuncisio aliquid valet, nec præputium, sed noua creatura. Et ideo in statu no. te. merito canticum nouum cantari debet: vnde Es. xlij. b. vbi de Christo in primo sui aduentu ad literam agit, dicitur, Cantate domino canticum nouum: laus eius in extremis terræ. Quod proprie concordat in forma verborum cum primo versu huius psa. scilicet, Cantate domino canticum nouum laus eius in ecclesia sanctorum, nisi quia vbi dicitur hic, Laus eius in ecclesia sanctorum, ibi dicitur, Laus eius in extremis terræ. Ex quo intelligitur, quod ecclesia sanctorum, scilicet, euangelica, de qua ibi, & hic agitur, diffundenda erat in extremis terræ, scilicet, per orbem terrarum, Secundo præfertur hic status nouus respectu primi in præsentia Christi: Fuerat enim Christus in antiquo testa. sub figura: modo est realis præsentia, & de hoc dicit psal. Lætetur Israel in eo, qui fecit illum, & filiæ Sion exultent in rege. suo. q. d. hic status non solum lætatur in Deum, qui fecit eum, scilicet, tanquam in creatorem, prout in primo statu; sed etiam tanquam in regem suum, scilicet, in regem saluatorem, iuxta illud Esa. xxxiij. d. Dominus rex noster ipse salua. nos: Tertio præfertur in exaltatione humilium, in veteri enim licet commendatur humilitas, non tamen sic laudatur, sicut in nouo, vbi Christus quasi totam doctrinam suam in hoc fundauit. Mat. xj. d. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Similiter & præmium vltimum, quasi totum humilitati attribuit d. Luc. xiij. c. Qui se humiliat exaltabitur, & de hoc dicit Psal. Quia beneplacitum est domino in populo suo, & exaltabit mansuetos in salutem. hoc est dicere; Populus huius noui status in quo beneplacitum est Deo, sunt mansueti, qui exaltabuntur in salutem.

Quarto præfertur hic status respectu primi in purificatione interioris hominis scilicet, conscientiæ. In primo enim statu, vt Augu. dicit manus prohibebantur, non animus, scilicet, vt in pluribus: in statu vero nouo tota gloria ipsorum in conscientia interiori consistit, vnde. ij. Corint. j. cap. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, de qua gloria dicit *Psalm*. Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis, scilicet, in conscientijs, vnde in glo. Iusti de actibus suis bonis non lætantur extrà, scilicet, in populari fauore, sed in cubilibus suis, scilicet, in conscientijs: vnde Matt. vj. a. Intra cubiculum tuum, & ora patrem tuum. *Quinto* vero præfertur hic status præcedẽti ei in potestate duplici sibi data, scilicet temporali, & spirituali, prout exponitur illud verbum euangelij, Lu. xxij. d. Ecce duo gladij, & de hoc dicit, Et gladij ancipites in manibus eorum, scilicet, gladius temporalis, qui apud imperialem potestatem principaliter residet; & gladius spiritualis, scilicet ligandi & soluendi, qui residet apud Petrum, & eius successores. Cum primo enim gladio quandoque fit Vindicta in nationibus, Cum secundo, increpationes in populis. Et ex hoc prouenit quod quandoque, Alligantur reges eorum in compedibus, quia secundum glos. in præceptu Dei, quæ dicuntur vincula ferrea, quæ quasi dura sunt & insolubilia, vt cum dicitur, Quod Deus coniunxit, homo non separet, Mat. xx. a. Alligatus es vxori, noli quærere solutionem. j Cor. vij. c. His enim vinculis ligantur gentium reges & nobiles seculi ab infirmis huius mundi, quos elegit dominus, fortia quæque confunderet: Hęc in glos. Et sequitur, Vt faciant in eis iudicium conscriptum, quia omnia ista in primo statu fuerunt conscripta saltem in figura, & modo complentur.

Sexto præfertur hic status præcedenti, quia primus pertinebat tantum filijs Israel populo appropinquanti sibi, vt in fine præcedentis psal. concluditur. Gloria tamen huius status, Et omnibus sanctis eius, scilicet per omnes gentes & per totum mundum, vt in glo.

Tertius vero status ecclesiæ consideratur in lege beatifica & æterna, scilicet in statu gloriæ. Ad quem quidem statum proprie applicatur ps. vlt. scilicet, Laudate dominũ in sanctis eius: & exponatur sicut vlti. loco exponitur in postilla ad istud propositum reducendo vsque ibi. cum dicitur, Omnis spiritus laudet dominum, Quod verbum præter expositionem postil. qua satis competens est, potest etiam aliter exponi, & forte magis proprie, Ad sciendum, quod secundum Grego. in ecclesia præsenti immolatur Deo sacrificium compunctionis iuxta illud, Sacrificium Deo spiritus contribulatus. In cælesti vero sacrificium laudis, vnde psa. Dirupisti vincula mea, & tibi sacrificabo hostiam laudis. Cuius ratio est, Nam in hac vita retardatur spiritus, ne feratur totus in ipsum Deum, Quandoque ex grauedine peccatorum; quandoque ex impedimento molis carnalis, quæ sunt vincula animæ, quibus diruptis in statu gloriæ sacrificatur Deo hostia laudis. In qua quidem hostia nihil reperitur, quin feratur in Deũ, ideo dicit, Omnis spiritus laudet dominũ. id est, totus spiritus. Dictio enim Hebraica כל Chal in hoc loco posita vtrumque significat indifferenter, scilicet totum & omne. Notandum est etiam quod vltimus versus huius psal vltimi, correspondet primo versui primi psal. sicut vltima perfectio alicuius rei prima inchoatæ perfectioni ipsius. Beatitudo enim de qua intelligitur illud, Beatus vir qui non abijt in cõsilio impiorum, est beatitudo via nondum perfecta, sed incipiens per recessum à malo: Sed in hoc verbo vltimo intelligitur perfecta & consummata beatitudo, quæ terminatur in totali adhæsione ad Deum per claram cognitionem & perfectum amorem, in quibus consistit summum gaudium, & vera laus Dei, de quibus Esa. lvj. b. Gaudium & exultatio reperientur in ea gratiarum actio & vox laudis: ad quod nos perducat Dies filius.

Supra 5. d.
Supra 115. b.

REPLICA. *In ps.* Laudate dominum de cælis. *vbi postilla dicit ex titulo non esse notum nomen autoris apud Hebręos, Bur. vult, quod Dauid sit autor huius psal. sicut & omnium aliorum secundum opinionem beati Aug. de qua opinione vide correctorium circa psal. primum. Sed probatio Burgens. est probatio ignoti per ignotius: quia nititur probare per orationes quasdam, quas nunc facit Synagoga, quæ orationes nobis sunt magis ignotæ: & dato quod essent nobis notæ, non essent tamen autenticæ, & absit eius orationes esse autenticas & efficaces, quia per synagogæ orationes Iudæi singulis diebus ecclesiæ Christi & Christianis maledicunt, vt dicitur in Glossa Ordinaria Esaiæ. Circa illum autem passum,* Et exaltauit cornu populi sui, *postilla. exponit de incarnatione Christi in qua exaltauit nobis cornu salutis, prout autoritatibus probat postillator. Burgensis exponit de potestate regia in veteri testamento miraculose data populo Israel: In quo Burgensis multipliciter peccat. Primo quia dicit potestatem regiam inter Iudæos miraculis multis acquisitam, cum tamen peccatis populi multum reprehensibiliter fuerint regalia Iudæorum exacta & introducta, de quo vide j. Re. vij. in correctorio satis lato: Secundo peccat quia cum cornu hic accipiatur in bono, & sit dicatur exaltatum, Burgen. ad probandum suum propositum adducit concordantiam, in qua cornu accipitur in malo, & dicitur de ipsius cornu deiectione. Nã quod allegat Dentero. penu. de* Ephraim cornua rhinocerontis cornua illius, *accipitur pro regno decẽ tribuũ secundum omnes, quod regnum supra sæpe detestatus est, & Gene. xlix. vt patet in eiusdem capituli correctorio. v. Similiter quod allegat Trenor. ij. sonat in deiectionem cornu regalis, hic autẽ sonat in exaltationẽ: quia ex optima causa consurgentem. Dicitur enim hic,* Confessio eius super cælum & terram, &, (*pro* quia) exaltauit cornu populi sui.

GLOSSA. ORDIN. Halleluia.

a *Halleluia*, CAS. Post omnes creaturas, quas in prędcdẽti psa. monuit laudare Deũ eo quod ab ipso creatæ sunt: hic proprius & specialius Israel inuitat ad nouũ canticũ, pro nouitate sibi facta, quæ mirabilior est Dei operatio: Hæc est sãctificatio Israel, per quã de veteri factus est nouus.

✠ BEDA. Reuersi de Babylone gratias agere iubentur, quia obsistentes sibi finitimas gentes Deo adiuuante deuicerint. Aliter. vox Christi ad fideles de futuro, & de resurrectione.

☞ PSAL.

PSALMVS CXLIX.

A a Cantate domi. CAS. Primò multis modis monet laudare regem, qui eis beneuolus & beneficus. Secundò agit de gaudijs sanctorum, ibi, *Exultabunt*.

b *Canti. no.* AVG. Qui vult cantare hoc canticum, diligat æterna, vt fiat nouus. Vetus enim homo, vetus canticum cantat de terrenis? Nouus homo nouum cantat, de spiritualibus, Canticum, scilicet, pacis,

B canticum charitatis & iucunditatis. Quisquis enim sequitur veterem animositatem non nouam charitatem, nouũ canticum non cantat.

✠ BASILIVS. Secundum anagogen, quæ noui sunt testamenti dicit, In hoc enim omnia noua facta sunt. Secundum historiam verò, canticum nouum dictum est, quod de victoriis, de insigniter gestis, & felicitate recepta cantaturi erant.

C c *Laus eius in ec.* CASS. Hic, vbi, & à quibus cantari debeat hoc canticum determinat.

d *Et filij Sion.* ✠ EVTHYMIVS. Filij dico nouæ Sion; vel ipse etiam Israeliticus populus canens Deo, lętetur, & lętus gratias agat, & quod creatus sit, & quod vt proprius & peculiaris populus à Deo vendicatus sit.

e *In rege suo.* CAS. id est, in Christo, qui est rex & sacerdos.

AVG. Vt rex pugnauit pro nobis de cruce, diabolum vincens: Vt sacerdos se pro nobis obtulit, nihil inueniens in hominibus, quod pro eis offerret.

f *In choro.* CAS. Quia nulla dispersio, sed charissima vnitas, tunc exultatio erit de tympano & psalterio, non ipsius actus.

✠ BASIL. & EVTHYM. Quidam & hunc sermonem de organis Anagogicè sumunt, *Tympanum* carnis mortificationem, & *psalterium* cælorum contemplationẽ significare dicẽtes, supernè siquidem illud pulsatur non inferne sicut *cithara*. Ego verò dixerim quod olim his instrumentis Deo cecinerunt.

D

PSAL. CLIX.

a ¶ De mysterio redemptionis, & promissione æternitatis.

a Antate domino canticum nouum: laus ¶ Alias laudatio. a ¶ Cas. hæc laus non vbicunque, non à quibuscunque, sed in ecclesia catholica, vel in futura Ierusalem. b ¶ Licet hic multa patiatur.

eius in ecclesiâ sanctorũ. Lætẽtur Israel a ¶ Etiam secundo, vt sit Israel. b ¶ Idem sunt Israel & filiæ Sion. ¶ Vel filij.

in eo qui fẽcit eũ: & filię Sion exultent a ¶ Christo, quem tunc videbunt.

✠ in regẽ suo. Laudent nomen eius in a ¶ Qualiter? ¶ In vnitate charitatis. ¶ Concordia morum. b ¶ Mortificatione carnis. c ¶ Spirituali operatione. d ¶ Quoniam benefecit dominus.

g chŏro, in tympăno: & psalterio psallant ei. Quia ¶ Vel bit.

placitum est domino in populo suo: & ✠ exaltauit man- a ¶ AEternam. b ¶ Exaltauit mansue. & pro eo. c ¶ In vindicta malorum. ¶ Casii. vindicta peccantium gloria est sanctorum.

suetos in salutẽm. Exultabunt sancti in gloria: ✠ lætabuntur in cubilibus suis, quia cubile est locus quietis. Et

1 Gen. 1.
2
E
3
Gen. 16. a.
4
5
6 Luc. 15. b.
7
8
9
10
11

g *Quia be. pla.* CAS. In prima conditione rerum legimus omnia placuisse Deo, sed pòst mutatis qualitatibus, & pœnitere, & gaudere: vnde Pœnitet me fecisse hominem. Et alibi, *Gaudebo super vno pœcatore pœnitentiam agente.* Secundum hoc dicit hic *Beneplacitum est domino in populo*, cum peccata dimittit, vel cum parem angelis faciet.

h *Exulta.* CAS. Secunda pars, vbi agit de gaudijs sanctorũ, & potestate.

✠ EVTHYMIVS. Iuxta anagogen *exultabunt sancti in gloria futura*: *Non enim condignę sunt*, vt inquit Apostolus, *passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis*. Gloria autem est Christi crux, iuxta illud, *Mihi absit gloriari nisi in cruce domini Iesu*. Laudat etiam propheta mites ac sanctos viros: ad mãsuetudinem minorum nos atque ad sanctitatem exhortans, quod iubilare dicit, in cubilibus suis, hoc est, in ęternis, indissolubilibusque tabernaculis, quæ eis parata sunt.

F

i *Gloria.* CASSIODORVS. est bonorum actuum frequens laudatio, de quibus iusti lætantur in cubilibus, id est in conscientia: ideo quia habent tam bonum dominum, qui dat peccãtibus gratiam, & in meritis vitam æternam; Fatuus extra in fabulis hominum lętatur, Sanctis hic modus gaudij est, vt ad illum referantur bona, qui dedit.

Fabularum reprobatio

☞ *Exul-*

NICOLAVS DE LIRA.

PSALMVS CXLIX.

A Cantate dom. canticum nouum. *Huic psalmo in Hebręo & in translatione Hier. præponitur pro titulo* Halleluia: *& per hoc designatur, quod est quędam laus diuina: & secundum Hebræos est diuina laus pro victoria, quam expectant sibi affuturam per regem Messiam, qui secundum eos subijciet populo Iudęorum omnes nationes & reges eorum. secundum quod videtur litera prætendere infra*, Ad faciendam vindictam in nationibus &c. *Sed hæc expositio innititur falso fundamento, scilicet, quod Christus sit venturus in mundum, cum iste aduentus iam transierit in præteritum, vt frequenter dictũ est supra: & ideo quantum ad hoc ista expositio tanquam erronea dimittatur, & pro quanto potest habere veritatem, accipiatur, vt psalmus iste sit quędam laus facta ab aliquo sancto viro pro victoria perfecta, quam habituri sunt fideles populi in secundo aduentu Christi, scilicet, ad iudicium: quia tunc tyranni & potentes huius mundi, qui fideles afflixerunt in corpore, & anima, detrudentur in infernum: & sancti cum Christo regnabunt in æternum. Quod præuidens in spiritu sancto aliquis vir sanctus, cuius nomen ignoratur, secundum Hebræos facit psalmum istum: secundum verò beatum Aug. Dauid fecit ipsum. Igitur secundum hanc sententiam psalmus iste in duas partes diuiditur. Quia primo fidelis populus ad laudem inducitur: Secundo ad hoc ratio adducitur ibi*, Quia beneplacitum est, &c. *Circa primum dicit Psalmista.*

1 Canta. domi. canti. nouum. *pro nouo beneficio fidelibus affuturo.*

2 Laus eius in ecclesia sancto. *scilicet, veteris ac noui testamenti, quorum vna est ecclesia: licet aliquando ecclesia magis stricte accipiatur, prout contra synagogam diuiditur.*

3 Lætetur Israel in eo qui fecit eum, *id est, in Christo venturo ad iudicium, qui potentia suę deitatis fecit totum mundum. Et vocatur hic populus fidelis quicunque, & potissimè Christianus, Israel: vnde dicitur, Ro. ij. d.* Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circuncisio: sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu non litera.

4 Et fil. *id est, ecclesiæ, quæ vocatur Sion, vt dictum est supra psal. clvij.*

5 In rege suo, *id est, in Christo, qui in iudicio apparebit in regia maiestate sicut in primo aduentu apparuit in nostra infirmitate.*

6 Laudent no. eius in choro, *id est, in societate concordi charitate, quia de beneficijs communibus Deus in commune est laudandus.*

7 In tympan. & psalte. psal. ei, *Per ista instrumenta designatur spiritualis gaudij redundantia de mente interiori ad extra, secundum illud Psal. lxxxiij. a.* Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. *Et etiam quia non solum in veteri testamento, sed etiam in nouo ecclesia vtitur, non solum sono vocum, sed etiam instrumentorum, vt tympanis & organis in pluribus locis.*

8 Quia beneplacitum est. *Hic adducitur ratio laudandi Deum. Circa quod sciendum, quod licet aduentus Christi ad iudicium futurus sit valde terribilis iniustis: erit tamen delectabilis iustis, propter quod saluator Lu. xxi. loquens apostolis de signis præcedentibus extremum iudicium subdit dicens*, His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, *id est, exhilarate corda, secundum quod exponit beatus Greg. hom. j. & ideo aduentus Christi ad iudicium debet esse delectabilis iustis, quia habebũt iudicem gratum. Et hoc est quod dicitur*, Quia beneplacitum est domi. *Licet enim omnes boni & mali sint sui, generaliter tamen iusti dicuntur populus suus specialiter, qui sunt à Deo electi ad regnandum cum eo in ciuitate cælesti.*

9 Et exaltauit mansuetos in salutem. *Loquitur hic de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetię. Et dicuntur hic mansueti potissimè illi, qui dulciter sustinent oppressiones tyrannorum amore Dei, qui in iudicio futuro erunt exaltati, ideo subditur,*

10 Exultabunt sancti in gloria, &c. *quia post iudicium sancti erunt glorioſi in anima & corpore: & sic augmentata gloria, augmentabitur eorum exultatio & lętitia. Et quia tunc totaliter quietabitur anima appetitus, ideo subditur,*

11 Lætabuntur in cubilibus suis, *quia cubile est locus quietis. Et*

☞ *dici-*

MORALITER.

† 1 *Cantat. domin. canti. nouum.* Psalmus iste secundum sensum literalem est quædam inuitatio ad Dei laudem de victoria quam habituri sunt sancti de suis oppressoribus in iudicio finali: & sequens, scilicet, *Laudate dominum in sanctis eius*: est inuitatio ciuium cælestium ad Dei laudem ex plenitudine gloriæ, quam tunc habebunt sancti in consortio eorum: quæ expositiones sunt spirituales, propter quod pertranseo de aliis hic ponendis.

a *Exultationes Dei.* ✻ BASIL. Bellum hic cum tripudio superandum esse ostendit, quod videlicet laudantes & canentes hostium sint victores euasuri.

✻ EVTHYMIVS. Per *Exultationes Dei* dignas Deo voces intellige, quibus illius laudes decantari solent, quæ magnitudinem, potentiam, ac bonitatem diuinam extollunt.

Ioha. 14. a. CAS. Virtus Dei & potentia prædicatur in gloria sanctorũ. In cubilibus, in diuersis mansionibus est gloria sanctorũ. De quibus dominus, *In domo patris mei mansiones multæ sunt.*

b *In gutture*, qui in corde & in lingua nõ desinunt laudare eũ, à quo æterna habent.

c *Gladij.* Potestatem verbi Dei accipientes, cum domino iudicabunt, sedentes, super duodecim sedes; & tunc vere fiet *vindicta & increpatio in populis*, tunc reges terrę ligabuntur: vnde non sit liberum exire. Et nobiles ferent ferrea vincula, vt grauia ad portandum, & quæ non possunt rumpi: & sic fiet iudicium conscriptum, id est, ab angelis comprobatum. De

1. Cor. 6. a. quo Apostolus, *Nescitis quia angelos iudicabimus.* & ne putes solos apostolos iudicare, addit, *Gloria hæc.* scilicet potestas iudicij, est omnibus sanctis eius, id est, perfectis qui pro Christo omnia terrena reliquerunt.

✻ EVTHYM. Per ancipitem gladium, hoc est valde cædentem & resecantem, ipsam crucem intellige, quæ instructas Dæmonum acies dissoluit, & resecat, vel quia Græca dictio ὀξὺς μοῖρομ deducta à Græco verbo ϛομόω, quod significat consolido: aliam apud latinos potest lectionem reddere, ita vt textus sit, & gladij vtrinque consolidati in eorum conuersatione intelligę, opere nimirum & sermone seu actione & contemplatione consolidatam. Est autem sermo de Apostolis, atque eorum successoribus, vt faceret vindictam in gentibus, dum scilicet de Dæmonum eos eripit tyrannide.

AVG. *Exultationes Dei in gut.* Sic enim lætantur in cubilibus & faucibus, id est, in corde & lingua, vt non sibi tribuãt, ϕ boni sunt, sed Deo, à quo acceperunt, quod sunt, & sperant id quod nondum sunt.

d *Ad alli.* His vinculis mandatorum & præceptorum Dei, ligantur gentium reges, nobiles seculi, ab infirmis & contemptibilibus huius mundi, quos elegit dominus vt fortia quæque confunderet, ipsosque impleuit spiritusancto, & dedit eis frameas bis acutas, vt ad Christi timorem nobilium corda conuerterent, & seculari nobilitate contempta paupertatem eligerent, & nobilitatem in Christo. Voluit enim prodesse imperatori de piscatore, non piscatori de imperatore.

AV. Per hos ligat reges, & nobiles in vinculis ferreis, ne progrederentur ad illicita.

✻ BASIL. Vide excellentiam victoriæ, non solum enim pepulerunt & abegerunt hostes, sed & vinctis regibus eorum, potentiam Dei omnibus demonstrantes redierunt.

✻ EVTH. Per reges & nobiles, dæmones intelligit, qui tunc super eos regnabant; & nobiles ab illis reputabantur, & quorũ dæmonũ manus Christus inefficaciæ atque imbecillitatis vinculis colligatur, infirmos prorsus eos reddẽs, vt faceret etiã in eis gẽtibus cõscriptum iudicium, hoc est, statuta & leges scriptas, de vita ac conuersatione illa humana, quæ Deo magis grata est.

e *Iud. If* AVG. A patribus sanctum. Ista antea scripta sunt, & modò complentur. Legebantur enim aliquando, nec fiebant, modo fiunt. Et concludit ita, *Glo. hæc est om. san. ei.* Per totum mundum, & per omnes, hoc agunt sancti, sic gloriantur, sic exultant in gloria, sic cãtant canticũ nouũ, sic dicũt *halleluia*, corde, ore, vita.

✻ EVTHY. Si quæras, quænam sit hæc gloria? dic: quod gloria est, omnia virtutis opera iam dicta adimpleuisse.

✻ BASILIVS. Quæ? Non quod vicerunt, sed quod ita auxilio Dei vicerunt. Mihi vero videtur, non victoriam modo, sed & melodiam, & hymnos dicere, quod Deum videlicet laudantes magnam sibipsis gloriam conciliauerint.

f *Halle.* CAS. Atomus est hic psalmus, & tertius eorũ, qui sine diuisione hic agitur. In quo intenditur vt laudetur Deus, quia sanctos congregauit: & deposita fragilitate, suæ imagini restituit, iam cõformes glorię suæ in beatitudine locauit, vbi omnis abundãtia.

✻ BED. Hortatur propheta tam posteros, quàm præsentes, vt psallendi insistant officiis. Aliter. Christi vox post seculum delectum in regno suo lætantis.

✻ IDEM. Hic psalmus proprie scriptus Dauid extra numerum quando pugnauit cum Goliath. Quinquagesimus est, de pœnitentia; Centesimus de misericordia & iudicio, centesimus quinquagesimus, de Dei laude in sanctis eius. Sic enim ad æternam beatamque tendimus vitam, primitus nostra damnando, deinde bene viuendo, vt post vitam condemnatam malam, & gestam bonam, mereamur æternam: vocati enim renunciamus diabolo per pœnitentiam, ne sub iugo eius remaneamus; iustificati sanamur per misericordiam, ne iudicium timeamus, glorificati transimus in vitam æternam, vbi dominum sine fine laudemus.

✻ EVTHYMIVS. Concludit Beatus Dauid psalmorum librũ in diuinis laudibus, atque in gratiarum actione, docens nos, vt per vniuersam vitam gratias Deo pro omnibus ad ipsum vsque mortis finem agamus.

NICOLAVS DE LIRA.

dicitur in plurali cubilibus pro diuersis gloriæ gradibus seu mansionibus, quia licet sit eadem beatitudo omnium obiectiuè, nõ tamen formaliter: quia licet omnes sancti videant Deũ, & eo fruantur, tamẽ vnus videt ipsum clarius altero, & dulcius fruitur ipso. Et quia tũc in corporibus gloriosis erit laus vocalis, secundum quod dicunt aliqui doctores, & probabiliter, ideo subditur,

1 Exultationes Dei in gutture eorum, *quia laus vocalis incipit à gutture, & ateriis.*

2 Et gladij ancipites, *id est, ex vtraque parte scindentes.*

3 In manibus eorum. Ad faciendam vindictam, &c. *Per hoc intelligitur constantia sanctorum, & potentia in extremo iudicio contra illos, qui iniustè oppresserunt eos in hoc mundo, secundũ quod dicitur Sapien. v. a.* Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, &c. *Vel potest referi illa litera ad angelos sanctos, qui erũt executores diuini iudicij, separãdo impios à iustis, & mittendo eos cũ dæmonibus in ignem inferni: secundum quod dicitur Matth. xiij. g.* Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorũ, & mittent eos in caminum ignis, &c. *Et quia ab illa pœna non poterant solus seu liberari, ideo subditur:* Ad alligandos reges eorum, *&c.*

4 Vt faciant in eis iudicium conscriptum, &c. *id est, exsecutione extremi iudicij in diuina præscientia ab æterno conscripti, & etiam in libris ve. & no. testamenti. Et quia talis executio diuinæ iustitiæ cedet ad augmentum gloriæ electorum, secundum quod dicitur suprà psal. lvij. b.* Lætabitur iustus cum viderit vindictam, *ideo subditur,*

5 Gloria hæc est omnibus sanctis eius, *Vel istud potest referri ad sententiam datam pro electis, quia sicut angeli erunt executores diuini iudicij, mittendo malos in gehennam, ita erunt executores, transferendo electos in animam & corpore ad gloriam sempiternam.*

---

a ¶ Intus in conscientia, non extra populari fauore. b ¶ Non Dei. c ¶ Id est lingua.

a buntur in cũbilibus suis. Exultationes Dei in gutture eorum: 1

¶ Alias faucibus. a ¶ Sermo Christi. b ¶ Ex veteri & nouo. ¶ Vel bis acuti.
c ¶ Potestate. ¶ Vt dicant vbi velint & cui velint.
d ¶ Vt occidant peccatores illo gladio bis acuto, secundum illud, Ego occidam & viuere faciam. ¶ Ne putares sanguinem fundi, subdit.

b c & † gladij ancipites in mãnibus eorum. Ad † faciendam 2

¶ Præceptis Dei.

d vindictam in nationibus, increpationes in populis. † Ad alli- 3

a ¶ Alias, vinculis. ¶ .i. Dei mandatis. ¶ Vt quod Deus coniunxit, homon non separet. Et item: Alligatus es vxori, noli quærere solutionem.
b ¶ Quia dura sunt vincula, hoc est iudicium, quod faciunt sancti per omnes gentes.
c ¶ Ad hoc habent gladios in manibus. d ¶ Et ita consequenter æternam gloriam.

e mãnicis ferreis. Vt faciãt in eis iudicium conscriptum, glo- 4
f ria hæc est omnibus sanctis eius. Halleluia. 5

† gladius anceps

† faciendam vindictam in gẽtibus obiurgationis Vt alligẽt

PSALMVS CL.

A Laude. do. CAS. de laude Dei in sanctis eius, qui glorificati sine fine laudant.

CAS. Monetur ciuitas Dei, scilicet, vnitas omnium sanctorum ore, & animo cantare, In hoc culmen omnis psalmodia perducitur, quæ nuptiali dulcedine cantatur.

a *Lauda. eum in firm.*

✠ EVTHY. Per firmamentum, ipsum intelligit secundum cælum, quod videtur, quodque in admirationem eos mouet, qui illius magnitudinem, pulchritudinem & reliquas illius laudandas partes cõtemplantur.

✠ BAS. Hoc enim diligentius Deo, quam illud agitur. Cœlum eius propter homines non homo propter cœlum est. Aliter, qui in firmamento cœli sunt angeli *laudate eum*, &c.

AVG. Virtus est in firmamento. Est enim virtutis magnę, quod sancti iam non morientur, & potẽtatus Dei dicitur in eis, qui regnant cum eo in æternũ. Ipsi etiam sunt multitudo magnitudinis, quia magnos fecit, & tam multos, scilicet milium vnde: *Milia milliũ ministrabant, & decies centena milia assistebant ei*, id est, ipsi sancti sunt in omnibus musicis pro significantia diuinæ laudis. In *tuba* propter excellẽtissimam laudis claritatem, In *psalterio & cithara*, id est, de cælestibus & terrestribus, tanquam eum qui fecit cælum & terram. *Psalterium* enim à superiori sonat, vt dictum est. *Cithara* ab inferiori: ideo per psalteriũ cælestia, & per citharam terrestria significantur. *Tympanum* sit corio siccato, & firmato, *Organum* est generale nomen omnium vasorum musicorum, licet vsu dicatur organũ quod inflatis follibus sonat, quod non hic accipitur sed aliquid quod chordas habet. *Chordæ*, caro iam à corruptione libera, quibus addit *organum*, non vt singuli sonent, sed vt diuersitate cõcordi consonent, vt ex diuersis vocibus, sed non aduersis fit cantu suauis. *Cymbala* inuicem se tangunt, vt sonent: ideo labijs nostris comparantur: sed melius in cymbalis, qui inuicem se honorantes, dant laudem Deo.

CAS. Quibus propheta in principio formam conuersationis ostendit, iam in illa Ierusalem receptis, dicit in eis laudandum esse Deum, qui omnia dedit. *In firmamento*, quia morte sua diabolum vicit, & credentes ad cælum perduxit In virtutibus vel potentatibus: quia omnia subiecta pedibus eius.

b *Secun. mult.* Quomodo hoc, cum magnitudinis eius non est finis, sed spiritualibus & sanctis dicitur hoc. Et cum non sit finis magnitudinis, secundũ eam laudatur Deus, cũ sine fine laudetur. Quomodo autem debeat laudari, per similitudines mysticas, vsque ad finem psal. dicit: *Tuba* concrepet regi, *psalterium* canat Deo: *cithara* cũ reliquis sponso. Tuba enim terribilis, vel in bello sumitur, vel, in aduentibus regum apparatur, psalteriũ à summo, cithara ab imo sonat: hæc omnia humanis actibus comparata, figuraliter ibi dicuntur laudes Dei personare. D

✠ EVTHYM. & BASILIVS. Iudæos quidem iubet propheta, vt omni musices genere, tam voce quam organis quibuscũque, Deum laudẽt: Christianos verò vt per corporis organa, hoc est per varia illius membra id faciant, oculis nimirum, ore, auribus, manibusque, & pedibus. Et quoniã omnem creaturam, & omnia organa, quibus hymni dicebantur, ad hymnodiã excitauit: iam ad omnem naturam, & quancũque ætatem conuertitur, & ad hymnodiã & doxologiam commonet. E

c *In ch. & c.* CAS. *Chordas* ponit pro omni instrumento musico, q̃ chordarum tentione sonat. *Organũ* est quasi turris fistulis diuersis fabricata, flatu folliũ sonãs; & vt hęc omnia de hominibus acciperes ad hominis os venit. Et exponens quid sit laudare *in chordis & organo* subdit.

d *Lau. in cym. & c. Om. spi. & c. Cymbala* bene sonantia labia nostra sunt, quæ cordi concinna in laudibus Dei bene sonãt, in quibus est similitudo cymbalorum, & harmoniam reddunt, & ideo bene inter musica instrumenta sunt.

In cymbalis bene sonan. CAS. Cymbala bene tinniẽtia sunt ex permistis metallis paruissimæ phialæ, quæ acutum sonum reddunt. Sed quia omnia spiritualiter intelligi vult, apto fine concludit.

Omnis spiri. angelicus & humanus, laudet dominum: Non caro & sanguis, non abitus seculi: sed quod est in natura rerum sublimius, quod cælestia sapit, æterna capit. Breuis & perfecta scientia, vt Deum spiritualiter omnia laudent, in his totius musicæ perfectio est. Est enim flatus in tuba, pulsus in cithara, & in cymbalis, vox in choro. Quibus musicis instrumentis significatur spiritualis harmonia, quæ non auribus, sed pura mente aduertitur. F

AVGVSTINVS. Tria sunt genera sonorum. Voce per chorum, Flatu vt per tibias, Pulsu, vt per citharam. Hæc omnia ad hymnos nuptiales pertinent. Quod valet xv. in ordine singulorum, id est, vnitatum, hoc. cl. in ordine denariorum, & mille quingenti in ordine centenariorum. & xv. milia in ordine millenariorum. Ideo quod significatur per xv. hoc idem per cl. & alios duos numeros. Quindenarius significat concordiam duorum testamentorum. In veteri obseruatur sabbathum, qui est dies septimus. In nouo dominicus, qui est octauus post septimum: idem & primus post sabbathum, & primus in prima rerum conditione. Secundum hoc mysterium numerus est psalmorum. Quinquagenarius constat de septima septimarum, addito vno tanquam ipso octauo ad determinãdum quinquagenarium. Per septenarium septiformis spiritus figuratur, & per ipsũ quoque quinquagenariũ. Tot enim dies

Tria genera sonorũ

Quindenarius numerus

☞ bus

CL.

a ¶ Pro his quæ sanctis suis dedit. b ¶ Id est, pro eo quòd morte sua diabolum vicit, & credentes ad cælum perduxit.

Audate dominum in ✠sanctis eius, laudate eũ in firmamẽto virtutis eius. Laudate eũ in virtutibus eius: laudate eum 1 2

a ¶ Cui flectitur omne genu; cælestium, terrestrium, & infernorum.

b ¶ Id est, sine fine, sicut non est finis magnitudinis eius.

secundum multitudinẽm magnitudinis eius. Laudate eum in sõno tubæ: laudate eum in psaltẽrio & 3 4

a ¶ Id est, vt regem, & quia vos in bello diaboli vincere fecit.

b ¶ Vt Deum & quia vos fecit summos.

¶ De cælestibus & terrestribus. ¶ Et eum qui fecit cælum & terram.

a ¶ Vt sponsum, & quia vos ab imis liberabit.

b ¶ Carne mutatus sine omni corruptione, & vocum concordium consonantia.

¶ Tympanum de corio sit extenso in ligno. c ¶ Chorus est temperata vocum collectio.

c cythãra. Laudate eum in tympãno & chõro: laudate 5 6

a ¶ In his qui se inuicem monentes delectant Deum.

d eum in chordis & organo: Laudate eum in cymbãlis be- 7

NICOLAVS DE LIRA.
PSAL. CL.

Laudate domi. *Huic psal. præmittitur talis titulus in Hebræo & in translatione Hieron.* Halleluia, *ad designandum, quod psa. iste est quædam inuitatio ad laudem Dei. Et exponitur communiter ad literam referendo, ad tempus veteris testamenti: & secundum hoc in hoc psalmo tria tanguntur. Primum est laudationis locus, cum dicitur,* Laudate dominum. *Et vocatur hic* sancta, *prima pars templi, quæ dicebatur sanctum, siue sancta; & secunda, quæ dicebatur sãctum sanctorum, vbi sacerdotes dicebant diuinas laudes: quia primam partem intrabant quotidie sacerdotes sacrificiorum officia consummantes. Secundam verò partem intrabat summus sacerdos semel in anno, vt habetur Hebr. ix. Et quia Deus non solum est laudandus in terris, sed etiam in cælis, ideo subditur,*

1 Lauda. eum in fir. *Et vocatur hic cælum empyreum firmamentum, eo quod immobile & firmum: & sic diuinæ contemplationi & eius laudi aptissimum.*

2 Laudate eum. *Hic ponitur secundum, scilicet, ipsius Dei laudandi magnificus status, cũ dicitur,* Laudate eum in vir. eius. *Licet enim diuina virtus sit vnica, sicut & eius substantia; tamen est multiplex in effectibus, ita quod nũquam tot effectus produxit, quin possit adhuc producere plures: ideo dicitur,*

3 In vir. eius. *id est, in effectibus suis iam factis, & fieri possibilibus. Et quia magnitudo virtutis eius est nobis incomprehensibilis, ideo subditur,*

4 Lauda. eum se. mul. ma. eius, *id est quantumcunque poteritis, quia adhuc ad debitam eius laudem non attingetis, Eccle. xliij. d.* Benedicentes dominum, exaltate eum quantum potestis, maior est enim omni laude.

5 Laudate eum. *Hic consequenter ponitur tertium, scilicet laudationis modus: Et quia in veteri testamento non solum laudabant Deum vocibus humanis, sed etiam musicis instrumentis, ideo dicitur,* Laudate eũ in sono tubæ. *Et nominantur hic plura instrumẽta musica, quibus vtebantur sacerdotes & Leuitæ, & descriptionem eorum pertranseo, quia sunt satis nota excepto vno cum dicitur.*

6 Et choro. *Et dicunt aliqui, quod chorus est instrumentum de corio factum: Et habet duas fistulas de ligno; Vnam per quam inflatur, & aliã per quam emittit sonum. & vocatur gallice cheurette. Credo tamen magis, quod hic accipiatur chorus pro laudantium societate.*

7 Laudate eum in chordis, &c. *id est, in instrumentis habentibus chordas de ære seu inteſtinis. Sed quia ista modulationes instrumentorũ vocum Deo non sunt acceptæ, nisi inquantum procedunt ex mentis deuotione, ideo concludit in fine,*

Om-

bus completis post resurrectionem venit spiritus sanctus super cõgregatos in Christo, qui spiritu septenario numero præcipuè in scripturis commendatur. Quinquagenarius in quadragenarium, & denarium diuiditur: vnde quadragesima die post resurrectionem ascendit. Inde post decem, spiritum misit. Per quadragenarium, temporalis habitatio huius mundi ostenditur, & lex Moysi. Per quaternarium, temporalis habitatio. Per denarium, lex. Quaternarius in quadragenario ex qua tuor & decem in se ductis multiplicato prævalet quantum ad significationem. Quatuor enim partes habet mundus, & annus, & quatuor sunt elementa, ex quibus omnia corpora constant. Denarius autem legem significat propter decalogum mãdatorum, quæ fuerunt scripta in tabulis. Huic autem numero, scilicet, quadragenario additur denarius, vt quinquaginta compleantur; denarius verò vitam æternam significat. Constat enim ex tribus & septem, Ternarius verò ad sanctam trinitatem refertur. Septenarius verò, qui constat ex tribus & quatuor, ad duplicem hominis naturam, qui constat ex anima & corpore. Ad animam pertinet ternarius, propter triplicẽ vim animę. Ad corpus quaternarius, propter quatuor elementa. Tunc enim in nobis æternitatis beatitudo perficietur, cum vtriusque naturæ nostræ sabbathismo potiti, trinitati increatæ coniungemur. Addito ergo denario quadragenario velut mercede pro impleta in hac vita lege reddita, ipsa æternitas figuratur. Quinquagenariũ autem cum trinitas multiplicat, fiunt cl.

Quæri solet vtrum vnus sit liber psalmorum an plures, Hiero. quinq; libros dicit, propter quinque distinctiones quæ fiũt per *siat siat*. Cui obuiare videtur quod dicitur in Actib. Apostolorum, *Sicut scriptum est in libro Psalmorum*, ideo non in libris dicit, sed in libro, quasi vnus sit liber, non plures. Quod tamen superiori non repugnat: Bene nanque multi libri vnus liber dicuntur, vt multæ ecclesiæ vna, multi cæli cælum, vnde, *Aqua super firmamentum*, id est, cælum; & aquæ *quæ super cælos sunt, laudent*, &c. idem significans per cælos & firmamentum id est, cælum. Potest etiam dici in libro Psalmorum, id est, in aliquo libro illorum quinque. Duodecim etiam prophetarũ vnus liber dicitur. Omnes etiam canonicæ scripturæ vnus liber dicuntur, eò quod mirabili vnitate concordent. Non vacat, quod primus quinquagenarius de pœnitentia est, Secundus de misericordia & iudicio, Tertius de laudibus Dei in sanctis eius. Sic enim ad æternam vitam tendimus, prius peccata damnamus, vocante Deo ad pœnitẽtiam, quos apud se in occulto prædestinauit, Inde per misericordiã bene viuimus, ne iudiciũ in futuro timeamus, Deo vocatos iustificante per misericordiam & timorem iudicij, vbi de ciuitate domini disperguntur qui operantur iniquitatem. Tandem ad vitam glorificati intramus, vbi Deum sine fine laudamus. Ad hoc pertinet quod dominus ait: *Ecce eijcio dæmonia: & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor.* Quod etiam in sua passione, & dormitione, & vigilatione ostendit, in cruce de diabolo triumphauit, in sepulchro requieuit, in resurrectione exultauit: pœnitentia cruciat, iustitia tranquillat, vita æterna glorificat atque iucundat, Pœnitentiæ igitur, vox est *Miserere mei Deus*, Iustitiæ vox, *Misericordiam & iudicium can.* Vitæ æternæ vox est, *Omnis spiritus laudet dominum.*

Lucę 13. g.

✠ Evthymivs. Collectiuo sermone propheta, omne hominum genus, omnem ætatem ad diuinas laudes, atque gratiarum actiones, aduocat, per spirationem animam ipsam intelligens, per quam etiam vniuersam significare voluit naturam, veluti à parte totum. In præsenti igitur vita fideles conuocat, in resurrectione verò ipsos etiã infideles; tũc enim vnà omnes Deum laudabunt atque omne genu ei flectetur. Laudemus igitur & nos Deum & gratias ei semper agamus, pro omnibus in omni opere & sermone. Hoc etiam necessarium & debitum opus est, quòd à nobis semper exigitur: sacrificiumque facillimum est, & angelicum ministerium. Hoc semper agentes præsentem vitam sine offensione transigemus, & futuris fruemur bonis. Gratia & misericordia Domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui sancto gloria, honor, & adoratio in secula seculorum. Amen.

a ¶ Ne putes cymbala sine anima, addit iubilationis. ¶ Augustinus. Est enim iubilatio ineffabilis laus Dei, quæ non nisi ab anima proficiscitur.

ne sonantibus: laudate eum in cymbalis iubilatiõnis: omnis spiritus laudet dominum.

Liber hymnorum siue soliloquiorum Dauid finit.

An vnus sit liber psalmorum Act. 1. b.

supr. 148. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Omnis spiritus laudet dominum. *Videtur autem mihi, quod psalmus iste potest aliter exponi, vt sit conclusio totius libri psalmorum, & consequenter se habens ad præcedentẽ psalmum, qui terminatur in translatione electorum ad cælestem gloriam peracto iudicio extremo, & ideo in hoc psalmo inuitantur omnes cælestes ad Dei laudem perpetuam, inter quos primo inuitantur homines ad gloriam assumpti, quia Christus in humanitate assumpta & beata virgo Maria excedunt omnes angelos in cælesti gloria, & ideo dicitur,* Laudate dominum in sanctis eius, *id est, in societate sanctorum ex hominibus.* Laudate eum in firmamento virtutis eius, *id est, in cælo empyreo, quod est bonorum locus, & dicitur firmamentum ratione prætacta. Secundo inuitantur cines cælestes quãtum ad angelos, cum dicitur,* Laudate eum in virtutibus eius *id est in societate angelorum, qui nominantur nomine virtutum, eo quod medius ordo mediæ hierarchiæ nominãtur ordo virtutum, extrema autem aliquando nominantur à medio:* Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. *Licet autem magnitudo diuina sit vna & non multiplicata in se, dicitur tamen quodammodo multiplicari, inquantum ab ea producuntur multi effectus magni. Et quia isti effectus maximè relucent in ciuibus cælestibus tam angelis quam hominibus, ideo vtrisque dicitur,* Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in sono tubæ, &c. *secundum quod dicit beatus Gre.* Balbutiendo, prout possumus, excelsa Dei resonamus, *scilicet, per sensibilia nobis nota: ideo hic exprimuntur multa instrumenta musica, non quia habent locum in cælesti patria, sed ad designandum magnitudinem iucunditatis cælestis, in qua licet sit laus vocalis secundãm aliquos doctores, vt dictum est psalm. præcedenti: tamen laus mentalis siue spiritualis est principalior, ideo in fine concluditur,* Omnis spiritus laudet dominum, *id est, spiritus angelicus & humanus, qui ibi continuè laudant Deum secundum quod dicitur supra Psal. lxxxiij. a.* Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. *Ad quam laudem nos perducat, qui cum patre, & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.*

Postilla super librum Psalmorum ædita à fratre Nicolao de Lira ex ordine minorum sacræ theologiæ doctore excellentissimo finit.

CANTICA IN LOCIS SVIS.

CANTEMVS DOMINO. Exod. xv. a.
AVDITE COELI. Deute. xxxij. a.
EXVLTAVIT COR MEVM. j. Regum ij. a.
CONFITEBOR TIBI DOMINE. Esaiæ xij. a.
DOMINE MISERERE NOSTRI. Esaiæ xxiij. a.
EGO DIXI. Esaiæ xxxviij. b.
BENEDICTVS ES DOMINE. Daniel. iij. c.
DOMINE AVDIVI. Abacuk iij. a.
MAGNIFICAT. Lucæ j e.
BENEDICTVS DOMINVS DEVS ISRAEL. Lucæ j. g.
NVNC DIMITTIS. Lucæ ij. g.

A *Epistola sancti Hieronymi presbyteri ad Chromatium & Heliodorum episcopos de libris Salomonis.*

IVngat epistola quos iũgit sacerdotiũ: imo charta non diuidat, quos Christi nectit amor. Commẽtarios in Osee, Amos & Zachariam, Malachiam quoq; poscitis. Scripsissem, si licuisset præ valetudine. Mittitis solatia sumptuum, notarios nostros & librarios sustentatis, vt vobis potissimũ nostrum desudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba diuersa poscentium, quasi aut æquum sit me vobis esurientibus & aliis laborare: aut in ratione dati & accepti, cuiquam præter vos, obnoxius sim. Itaque longa ægrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem, &

B apud vos mutus essem, triduo opus nomini vestro consecraui, interpretationẽ videlicet trium Salomonis voluminũ משלי misse quod Hebræi Parabolas, vulgata autem editio Prouerbia vocat, Coeleth, quem Græcè ἐκκλεσιάσην, Latinè con-

† Schirhaschirim cionatorem possumus dicere, † Sirasirim, quod in lingua nostra vertitur Canticum Canticorum. D Fertur & panarætos Iesu filij Sirach liber, & alius pseudographus, qui sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem Hebraicum reperi, non Ecclesiasticum vt apud Latinos, sed Parabolas prænotatum. Cui iuncti erant Ecclesiastes, & Canticum Canticorum, vt similitudinem Salomonis, non solùm numero librorum, sed etiam materiarum genere coæquaret. Secundus apud Hebræos nusquàm est, quia ipse stylus Græcam eloquentiam redolet, & nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudæi Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith & Tobiæ & Machabæorum libros, legit quidem eos ecclesia, sed inter canonicas scripturas non recipit: sic & hæc duo volumina legat ad ædificationem plebis, † non ad autoritatem ecclesiasticorum dogmatum cõfirmandam. Si cui sanè septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatã. Neque enim noua sic cupimus, vt vetera destruamus. Et tamen cum diligentissimè legerit, E sciat magis nostra scripta intelligi, quæ nõ in tertium vas transfusa coacuerint, sed statim de prælo purissimæ commendata testæ, suum saporem seruauerint.

Atnũc post concilium Tridẽtinũ, apud omnes catholicos recipiuntur vt canonici.

† Quia videlicet tũ temporis nõ recipiebantur ab omnibus

Incipit Prologus in libros eosdem.

TRIBVS nominibus vocatum fuisse Salomonem, scripturę manifestissimè docent: Pacificum, id est, Salomonem: & Idida, hoc est dilectum domini, & quod nunc dicitur Coeleth, id est

† ἐκκλεσίαστης Ecclesiastem. † Ecclesiastes autem Græco sermone est appellatus, quia cœtum, id est, ecclesiam congreget, quem nos nuncupare possumus concionatorem, eo quod loquatur ad populum, & sermo eius non specialiter ad vnum, sed ad vniuersos dirigatur generaliter. Porro pacificus

C & dilectus domini, ab eo quod regno eius pax fuerit, & eum dominus dilexerit, appellatus est. Nam & psalmo xliiij. & lxxj. dilecti & pacifici titulo prænotantur. Qui tamen, etsi ad prophetiã Christi ecclesięq; pertinentes, felicitatem & vires Salomonis excedunt, tamen secũdum historiam super Salomonem scripti sunt. Itaque iuxta numerum vocabulorum, tria volumina edidit,

Prouerbia Ecclesiastes Canticа Canticorum Prouerbia, Ecclesiastem, Canticum Canticorũ. In Prouerbiis paruulum docens, & quasi de officiis per sententias erudiens. Vnde & ad filiũ sermo crebro reperitur. In Ecclesiaste vero maturę virum ætatis institues ne quicquam in mundi rebus putet esse perpetuum, sed caduca & breuia vniuersa quæ cernimus. Ad extremum iam consummatum virum & calcato seculo præparatum, in Canticis Canticorum sponsæ iungit amplexibus. Nisi enim prius reliquerimus vitia, & pompis seculi renuntiantes, expeditos nos ad aduentum præparauerimus, non possumus cantare Cãticum Canticorum. Sed & hoc diligentius attendendum, tres libros autore diuerso esse intitulatos. In Prouerbiis enim notantur Prouerbia Salomonis, filij Dauid regis Israel. In Ecclesiaste verò, verba Ecclesiastæ filij Dauid regis Ierusalẽ. Superfluum quippe est Israel hic, quod malè in Græcis & Latinis codicibus inuenitur. In Cã- F tico autem Canticorum, nec filius Dauid, nec rex Israel siue Ierusalem præscribitur: sed tantũ Canticum Canticorum Salomonis. Sicut enim Prouerbia & rudis institutio ad duodecim tribus & ad totum pertinet Israel, & quomodo contẽptus mundi non nisi metropolitis conuenit, hoc est habitatoribus Ierusalem: ita Canticũ Canticorum ad eos propriè pertinet, qui tantum superna desiderant. Ad incipientes & proficiẽtes, & paterna dignitas, & regni proprij merito vendicatur autoritas. Ad perfectos vero vbi non timore eruditur, sed amore, proprium nomen sufficit, & æqualis magister est, & nescit esse se regem. Quæ omnia referuntur ad Christum.

Item

Item alius Prologus.

THres libros Salomonis, id est Prouerbia, Ecclesiastem, & Canticum Canticorum, veteri LXX. interpretum autoritati reddidi, vel antepositis lineis, superflua quæque designans, vel stellis titulo prænotatis, ea, quæ minus habeantur, interserés, vt plenius Paula & Eustochiñ cognoscatis, quid in libris nostris minus sit, quidue redundet: Nec non etiam illa, quæ imperiti translatores malè in linguam nostram de Græco sermone verterant, obliterás & antiquans, curiosissima veritate correxi. Et vbi præpostero ordine atque peruerso sẽtentiarum fuerat lumen ereptum, suis locis restituens, feci intelligi quod latebat. Porro in eo libro, qui à plerisque sapientia Salomonis inscribitur, & in Ecclesiastico, quem esse Iesu filij Sirach nullus ignorat, calamũ temperaui: tantummodo canonicas scripturas vobis emendare desiderás, & studium meum certis magis, quam dubiis commendare: Ideo Græco & Hebræo præfatiuncula vtraque in libro præmissa est, quia nonnulla de Græco hoc ad illuminationem sensus & legentis ædificationem vel inserta Hebraicæ translationi, extrinsecus iuncta sunt. Et idcirco qui legis semper peregrina memento.

Postilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lira super libros Salomonis incipit fœliciter. Et primo eiusdem præfatio.

ECce descripsi eam tibi tripliciter. *Prou. xxij. c. Secundum quod dicitur in principio libri de plantis, Tria (vt ait Empedocles) in tota rerum varietate, præcipuè excellentissimum diuinæ munificentiæ donum, philosophiam, scilicet, extollunt magnificè, mobilis affluentiæ contemptus, futuræ felicitatis appetitus, mentis illustratio. Quorum primò nihil honestius, secundo nihil felicius, tertio nihil ad amborum adeptionem cõpendiosam efficacius. Vera autem philosophia traditur in sacra scriptura. & quodã speciali modo in libris Salomonis, qui propter hoc sapiẽtiales dicuntur. Philosophia enim antiquitus sapientia dicebatur, & philosophi sapientes. Sed Pythagoras nomẽ sapientis refugiens, ne arrogantiæ notam incurreret, philosophũ se esse respõdit, id est, amatorẽ sapientiæ: quod potest etiã dici sine nota arrogantiæ. & extunc vocati sũt philosophi qui prius sapientes dicebantur, & sapientia extunc philosophia nominari incœpit. Igitur in libris Salomonis qui secundũ nominationẽ antiquam sapientiales dicuntur: tria prædicta philosophiam seu sapiẽtiam extollentia continentur, videlicet, Mobilis affluẽtiæ contẽptus, Futuræ fœlicitatis appetitus, & mentis illustratio. Licet autem mentis illustratio inter ista tria ponatur vltimo: tamen ordine temporis & naturæ præcedit alia duo, quia est via ad compendiosam adeptionem eorum, vt dictum est. Igitur in primo libro Salomonis, qui dicitur, Parabolæ, mẽtis illustratio continetur, quia ibi documẽtis ponuntur ad eruditionem simplicium, & ad augendum scientiam intelligentium, secũdum quod dicitur in principio libri:* Parabolæ Salomo. *filij Dauid regis* Israel, ad sciendam sapientiã & disciplinã, *&c. In secundo vero libro eius, qui Ecclesiastes dicitur, contemptus mũdi docetur, secundũ quod in principio libri dicitur,* Vanitas Vanitatũ, dicit Ecclesiastes, vanitas vanitatũ, & omnia vanitas. *In tertio vero libro eius, qui dicitur Canticũ Canticorũ, superna felicitatis appetitus exprimitur, secũdũ quod in principio libri dicitur in persona ecclesiæ, quæ à primo Abel iusto incipit, vt dicit Grego. Homi. vj.* Osculetur me osculo oris sui, &c. *quod quidem osculum habetur in fruitione beata.*

Igitur in verbo præassumpto circa libros sapientiales tanguntur quatuor causæ, scilicet, effectiua, subiectiua, formalis, & finalis.

Causa vero effectiua duplex est. Vna principalis, scilicet, Deus reuelãs sapientiam in his libris contentam, Alia instrumentalis, scilicet, ipse Salomon, qui habuit hanc sapiẽtiam diuinitus infusam, vt patet, iij. Reg iij. & eã descripsit spiritusancto dictante in tribus libris prædictis. Et hoc notatur cum dicitur: Ecce descripsi, *vnde dicitur Eccl. xij. c.* Cũque esset sapiẽtissimus Ecclesiastes, docuit populũ, & enarrauit quæ fecerat: & inuestigans composuit parabolas multas. Quæsiuit verba vtilia, & conscripsit sermones rectissimos ac veritate plenos.

Circa secũdum considerandũ, quod sicut corpus mobile sub ratione absolutæ subiectũ est in tota philosophia naturali, in partialibus vero libris sub rationibus contractis, vt in libro de Cœlo & Mundo, subiectũ est corpus mobile ad situm, & sic de aliis: Ita Deus est subiectum in tota sacra scriptura sub ratione Deitatis absolutæ, ideo dicitur Theologia, quasi sermo de Deo, In partialibus vero sacræ scripturæ libris est subiectum sub rationibus magis determinatis, vt in veteri testamento, Subiectum est Deus vt creator. & in nouo, vt redemptor. In libris vero sapientialibus, est subiectum vt sapientiæ dator. Nec obstat, si dicatur, quod hæc est ratio causæ effectiuæ: quia in tota sacra scriptura Deus est causa efficiens & subiectiua. Efficiens inquantum ab eo infunditur, & regulatur. Subiectiua vero, inquantum per ipsam infusam ab hominibus cognoscitur. Et ista causa subiectiua tangit cum dicitur, eam, *scilicet, sapientiam quæ est idem quod ipse Deus. Et quia eius cognitio est summe desiderabilis, ideo de ea dicitur Sap. viij. a.* Hanc amaui, & exquisiui eam à iuuentute mea, & amator factus sum formæ illius.

Tertio autem tangitur in verbo proposito causa finalis, cum dicitur, Tibi, *id est ad vtilitatem tuam. Ad bonum enim totius ecclesiæ descripti sunt isti libri continentes doctrinam sapientiæ, per quam habetur gratia in præsenti, & gloria in futuro. Propter quod de ipsis dicitur Prou. ij. a.* Longitudinẽ dierũ, & annos vitæ, & pacem apponent tibi. *Et dicit* annos vitæ *quantum ad gratiam, in præsenti viuificantẽ,* Pacẽ, *scilicet, triplicem, internam, fraternam, & supernã,* Et *quia superna habet eternitatem annexam, ideo dicitur,* Longitudinem dierum: *quia æternitas à nobis non capitur in præsenti, nisi secundum imaginationem temporis infiniti.*

Causa vero formalis tangitur cum dicitur, Tripliciter. *Est autẽ duplex forma, scilicet forma tractandi, & forma tractatus. Forma tractandi est modus agendi, qui triplex est in libris sapientialibus, quia procedũt monitiuè, comminatiuè, & promissiuè. De quo potest accipi quod dicitur Eccl. iij. c.* Funiculus triplex difficile rumpitur. *Quia si aliquis nõ acquiescit monitis, compellitur tamen comminationibus, vel attrahitur promissis. Et in hoc etiã huius doctrinæ soliditas designatur. Forma vero tractatus, est diuisio huius doctrinæ. Quæ vt iam dictum est, in tres libros diuiditur, scilicet, Prouer. Ecclesiasten, & Cantica Cãticorum. Cæteri vero vt liber Sapientiæ, & Ecclesiasticus non sunt de canone, vt patet per Hieronymum in prologo galeato, nec habentur in Hebr. ideo eorum expositionibus ad præsens intendere non propono.*

Finit præfatio.

DE GLOSSA IN PROuerbiorum librum.

⁂ Desumpta est fere tota ex cõmentariis inscriptis D. Hieronymo quæ & inter opera D. Hieronymi habentur: cuius tamẽ opus non sunt, sed Venerabilis Bedæ presbiteri, qui more suo siquid apud D. Hieronymum, Augustinum aut Gregorium reperit in prouerbiorum sententias explicatum, suis quasi defloratione quasdam commentariis inseruit: vt patet in quamplurimis sententiis quas ex S. Gregorii scriptis desumit, locis ad marginem annotatis.

☞ A *Glosa ordinaria Prouerbiorum libri Salomonis incipit.*

CAPVT PRIMVM

In Synopsi

a PArabola Salom. ✻ ATHAN. Salomon filius Dauidis : cum regnum patris sui accepisset à Deo, petiit vt sapientiã acciperet, magis quam diuitias, & hostium vltionem. Hanc cum esset adeptus præ omnibus mortalibus, qui ante & post ipsum fuerũt, sapiẽs, ac propter ea, quæ faciebat a ac dicebat, admirabilis factus, tria millia parabolarum, & quinque millia carminum prolocutus est: disputauitque de omnibus, tam de iis quæ ex terra proueniunt, quam de omnis generis animantibus, &c. prætentem autem librum, *Prouerbia*, inscripsit propterea quod verba sapientium prouerbia sunt, velut ænigmata, quæ quidem aliud ex superficie, aliud per allegoriam indicant: quoniam igitur non apertæ sed obscuræ plerumque sunt sententiæ, quæ sunt in hoc libro, ideo titulum illi *Prouerbia* fecit.

B

b

C

Notandum quod vulgata editio parabolas, quæ Hebraicè משלי misle, Græce παροιμιας paræmias, id est, prouerbia dicit. Sed satis conuenit. Quæ enim parabolæ (quia occulta sunt) nuncupantur, etiam prouerbia iure vocantur: quia talia sunt, quæ sæpe in ore colloquentium versari ac memoria debẽt retineri. Etiam prouerbia plerumque tam obscura sunt, vt parabolæ bene dicantur: vnde, *Hæc in prouerbijs locutus sum vobis, & cæte.* Prouerbiorum liber, non vt simplices arbitrantur patentia habet præcepta, sed quasi in terra aurum, in nuce nucleus, in hirsutis castanearum operculis absconditus fructus inquiritur: ita in eis diuinus sensus altius est inquirendus. Parabolę Salomonis secundum Hebraicam veritatem translatæ ab Eusebio, Hieronymo præsbitero petente Chromatio & Heliodoro episcopis; μεταβολη Græce, Latine similitudines, quod vocabulum adeo Salomõ huic operi imposuit, vt non iuxta literam intelligamus quæ dicit: In quo dominum parabolicè turbis locuturũ significat, sicut & nomine suo regno pacifico, regnũ Christi & ecclesiæ, de quo, *Multiplicabitur eius imperium, & regni eius non erit finis. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit.* Sicut templi constructione & dedicatione, ædificationem ecclesiæ in tempore resurrectionis. Ipse etiam Christus filius Dauid, & rex spiritualis Israel, secundum testimonium turbæ, quæ occurrit ei cum ramis palmarum, & laudibus. Quid autem vtilitatis habeant, in titulo monstratur, cum dicitur, *Ad sciendam sapientiam & disciplinam.* id est, quomodo recte credere & viuere oporteat, quemque quò intentionem cordis dirigere.

D

E

Luc.1.c.

F

Mat.21.a

Parabolæ Prouerbia.

Iohan 6.f.

b *Ad intelligenda verba pru.* id est, non solum sapientiam, quam perceperunt, amplectantur, & disciplinæ virtutum inseruiant. sed etiam verba prudentiæ, quibus proficiant, auscultent, & solerter intelligant.

Incipit liber Prouerbiorum, quem Hebræi משלי *misle apppellant.*

CAPVT I.

a ¶ Latine similitudo: Hebraice misle.
b ¶ Pacifici. ¶ Attentum facit. c ¶ A natura.
d ¶ A fortuna. ¶ A conuictu.

1 Arabolæ Salomonis filij Dauid regis
2 a ¶ Vel dandam. b ¶ De fide.
3 Israel. Adsciẽdã sapiẽtiam & disci-
4 a ¶ De vita. b ¶ Post hæc habita. ¶ Quibus proficiant.
5 plinam, ad intelligenda verba prudentiæ
6 & suscipiẽdam eruditionem doctrinæ

☞ *Astutia*

Postilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lira super librum Prouerbiorum Salomonis incipit.

CAPVT I.

Quis fuerit autor huius libri

PArabolæ Salomonis. *Circa primum librum Salamonis, qui dicitur parabolæ, aliqui dicunt, quod iste liber fuit ordinatè conscriptus à Salomone vsque ad xxxiij. capitulum inclusiue: & in residuo huius libri continentur parabolæ a sapientibus qui fuerũt cum Ezechia rege Iuda cõpositæ. Sed hoc videtur falsum, quia in principio xxv. capituli præmittitur quasi pro prologo,* Hæ quoque parabolæ Salomonis, quas trãstulerũt viri Ezechiæ. *Ex quo patet, quod illas composuit Salomõ, sicut & præcedẽtes. Propter quod dicunt alij, quod Salomõ omnes fecit, sed viri Ezechiæ omnes de schedulis & mẽbranis, vbi fuerant descriptæ, ab audientibus, illas collegerũt in hoc libro reponendo, & hæc vocatur trãslatio. Sed nec istud videtur verũ, quia in principio libri nõ fuisset positũ,* Hæ quoque parabolæ, &c. *de omnibus vniformiter prædicẽdo, vel in fine de omnibus præcedẽtibus cõcludẽdo. Hoc etiã videtur per hoc quod ibi dicitur:* Hæ quoque, &c. *quod videtur facere quandam distinctionem inter præcedentes, & subsequentes, per modum adiunctionis sequentium ad præcedentes, & subsequentes. Propter quod alij dicunt & melius, vt videtur, quod omnes parabolæ in hoc libro contentæ sunt verba notabilia à Salomone dicta, inter viros sibi assistentes & eius sapientiam audientes, vnde dixit ei regina Sab. iij. Regum. x. b.* Beati viri tui, & beati serui tui qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam, *& ab ipsis verba prædicta Salomonis scribebantur in membranis, postea fuerunt collecta, & in vno libro collocata: sed à quo fuit hæc collectio, non habetur ab Hebræis doctoribus vel Latinis, & vsq; ad capitulum xxv. exclusiue. Ab illo vero loco verba Salomonis notabilia, quæ non erant hoc modo collecta, tempore Ezechiæ regis Iudæ, in quo homines fuerunt studiosi in verbis prophetarum & dictis sapientum, residuum fuit collectum, & præcedenti collectioni in vno volumine coniunctũ vnde & vltimæ collectioni præmittitur:* Hæ quoque parabolæ Salomonis quas trãstulerũt viri Ezechiæ regis Iuda. *In Hebræo vero habetur: Quas* fortificauerũt viri Ezechiæ, *quia prius erant in schedulis dispersa, & quasi neglecta. & sic fuerunt quodammodo fortificatæ, quando fuerunt primæ collectioni coniunctæ, quæ iam inter libros sacros computabatur. Prima vero collectio, cuius autor ignoratur, duplex est: Vna à principio libri vsque ad decimum. c. exclusiue: alia à. x. o. c. vsq; ad. xxiiij. c. inclusiue. Vnde & in principio decimi capituli, quasi pro nono prologo ponitur,* Parabolæ Salomonis filij Dauid, &c. *Sciẽdum tamen, quod nõ omnes parabolæ à Salomone prolatæ repositæ sunt in hac triplici collectione, quo dicitur. iij. Regum. iij. d.* Locutusque est Salomon tria milia parabolas. *Tot vero non continentur in hoc totali libro. Sciẽdũ etiam quod autores istarum collectionum non sunt, nec dicuntur autores huius libri, sed Salomon, qui parabolas composuit, sicut Esdras non dicitur autor libri psalmorum, vel quicunque alius qui psalmos in vno volumine collegit, sed ipse Dauid, qui Psalmos pro maiori parte composuit: eo modo loquendi, quo totum à maiore parte denominatur: vtriusque tamen libri Deus est autor principalis, sicut & totius sacræ scripturæ.*

His igitur præmissis accedendum est ad diuisionẽ libri, qui in tres partes diuiditur secundum triplicem parabolarum collectionem, & cuilibet earum sua præfatio præmittitur. Secunda pars incipit. x. capit. tertia vero incipit. ca. xxv. Non tamen sunt tres libri, sed vnus: quia vnus autor & vnus modus procedendi, & materia similis in qualibet collectione habetur. Prima in duas, scilicet in proœmium, & in tractatum, qui incipit ibi, Timor domini. *Prologus autem iste non videtur factus à Salomone sed ab eo, qui fecit primam parabolarum collectionẽ, sicut & in libro psalmorum dictum fuit, quod primus psal. est prologus respectu totius libri, factus ab eo qui psalmos collegit in vno volumine reponendo. In hoc autem prologo primo ponitur loquendi modus, cum dicitur,*

1 Parabolæ, &c. *Parabola enim dicitur à para, quod est iuxta, & bole, quod est sententia, quæ non accipitur directè secundum verba prolata, sed iuxta scilicet, per aliquid aliud significatum, sicut per mulierem sapientem intelligitur sana doctrina, per adulteram vero seu meretricem doctrina falsa, & superstitiosa, vt dicit hic Ra. Sa, & tali modo loquendi vtitur communiter liber iste. Secundo notatur autoris nomen & genus, cum dicitur.*

2 Salomonis filii Dauid regis Israel. &c. *Tertio notatur huius libri fructus sequens, qui est eruditio simplicium, vt fiant sapientes: & sapientum vt efficiantur sapientiores. Et quantum ad primum dicitur,*

3 Ad sciendam sapientiam, *de diuinis,*

4 Et disciplinam, *de moribus humanis,*

5 Ad intelligenda verba prudentiæ, *quæ dirigunt in agendis.*

6 Et suscipiendam eruditionem doctrinæ, *in doctrinalibus scientiis vt Grammaticæ, Logicæ & huiusmodi.*

☞ Iu-

a *Iustitiam & iudicium.* ✻✻ In *iustitia*, actio recta: in *iudicio* discretio boni & mali; in *æquitate* verò rectitudo mẽtis intelligitur. *Iustitia* est in his, quæ secundum regulam veritatis benè operamur; *Iudicium* in illis, quæ recta discretione cum proximis agimus; *Æquitas*, in eo, cum syncera intentione Deo soli in his quæ rectè, vel gerimus, vel iudicamus, placere contendimus.

b *Astutia.* Quę incipientibus necessaria, vt sophismatũ cauere versutiam possint, ne abducãtur à simplicitate sapientiæ, quæ ducit ad vitam.

c *Adolescenti sci.*

B ✻✻ Paruuli dicuntur sensu simplices: adolescentes verò in fide & opere proficientes; Paruulos dicit eos, qui nuper sapiẽtiæ aurẽ accõmodare cœperant: Adolescẽtẽ, qui aliquãtũ iã in eius auditione profecit. Singulariter, quia quos sapientia, licet diuersos, suscipit, in vnã virtutis perfectionẽ erudiendo prouehit: vnde in Actibus apostolorũ, *Multitudinis credentium erat cor vnũ & anima vna.* Adolescenti, scientia quia qui predenter declinat falsa, consequenter scientiam veritatis percipiet.

Act. 4. f. 1. Paral. 1. c 3. Reg. 10. a Exod. 18. d

d *Aud. sap. sapientior.* Pulchrè à sapientia incipit, quia optione sibi data sapientiam petiit, & accepit.

C *Audiens sapiens sapientior.* Ostendit neminem tam sapientem in hac vita, qui non possit sapientior esse etiam dictis minorum. Audiuit regina Saba Salomonem, minor maiorem, & sapientior rediit. Audiuit Moyses socerum multo inferiorem, & sapientior factus est.

e *Et intelligens.* Nemo iactet se de sua scientia, quia qui sapientium verba audire negligit, vitam suam gubernare non nouit, multoque minus alienam. Quod ergo ait · Audiens sa. sapi. erit, ad cognitionem rerum quæ per sapientiam noscuntur respicit: sed hoc intelligens gubernacula possidebit, ad rectitudinem vitæ, Et congruit titulo quo dicitur: Ad sciendam sapientiam & disciplinam, &c.

f *Animaduerteret parabolam.* ✻ HIERONYM. *Animaduertere* est animum illuc auertere, hoc est sensus in id quod legitur intendere; *parabola* est comparatio ex dissimilibus rebus: aliud enim in superficie sonat, & aliud intellectu innuit. *Ænigma* est quæstio obscura quæ difficile intelligitur, nisi aperiatur.

g *Timor domini.* BEDA. Duo sunt timores domini; *Seruilis*, qui *principium sapientię*, vel scientiæ est; *Amicabilis*, qui perfectionem sapientiæ comitatur. Seruilis, principium sapientiæ, quia qui post errata sapere incipit, primo timore diuino corrigitur ne puniatur. Sed hunc perfecta charitas foras mittit. Succedit huic *Timor domini sanctus*, 1 *permanens in seculum seculi*, quem non excludit charitas, sed auget; quo timet filius, 5 ne vel in modico oculos amantissimi patris offendat. Vterque in futuro cessabit, charitas nunquam excidet.

1. Ioan. 4. d

Psal. 28. b.

† consilia 1. Cor. 13. c

h *Sapientiam.* Dixit ante *audiens sapiens sapientior erit*, nunc Dicit econtrario de stultis, quia *sapientiam* recti dogmatis, & *doctrinam*, id est, disciplinam puræ conuersationis, non modò non assequuntur, sed & nosse contemnunt.

i *Despiciunt.* Pluraliter; quia plures sapientibus stulti, & omniũ sapientium cœtus vnanimis est: errantium dissimilis vita, & dogma. Vnde singulariter, *Audiens sapiens, &c.*

k *Audi fili mi disciplinam*, Hactenus prouerbialiter de vtraque parte: hinc sedulò quenque fidelem admonet, vt disciplinam legis diuinæ præponat blanditiis reproborum: quia hinc corona, inde mors æterna; vnde & *filium* vocat, quem paternè instruere curat. Potest ex persona Dei patris dici; *mater* ecclesia, quæ tunc synagoga vocabatur, vel, ipsa Dei gratia. Apud Hebræos enim spiritus, qui gratiam præstat, genere fœminino רוח *ruah* dicitur.

l *Addatur gratia.* His, qui legem domini seruabant, in aduentu, Christi addita est gratia noui testamenti, cum spe regni cælestis, cuius splendor eximius, sicut corona, vel torquis nullo fine claudetur. Nobis quoque, cum pro bonis, quæ diuina gratia prærogauit, lux æterna tribuitur, quasi *capiti gratia, et collo torquis.* additur, *Vnde, accepimus gratiam pro gratia*, scilicet gratiam beatæ retributionis, pro gratia rectæ operationis.

m *Et torques collo tuo, &c.* Fulgor perfectæ operationis, quę prædicationem (quæ per collum procedit,) confirmet indeficienti virtutum connexione.

n *Fili mi.* Affectu patris alloquitur filium, blandiens, ne acquiescat peccatoribus.

☞ *Insidiemur.*

a ¶ Qua secundum regulam veritatis bene operamur.
b ¶ Vt recta discretione cum proximis agamus.
c ¶ Vt syncera intentione in his, quę recte agimus, vel iudicamus, soli Deo placere contendamus.
d ¶ Qui nuper autem sapientiæ commodauerunt.

a iustitiã & iudicium & æquitatem. Vt detur paruulis astu-
a ¶ Comprehensio veritatis. ¶ Subtilior.
b ¶ Incipit. ¶ Etiam minores, dum quicquid vtilitatis audit, in corde recondit.
b tia, & adolescenti scientiã & intellectus. Audiens sapiens sa-
a ¶ In rerum cognitione. b ¶ Vitæ proprię & alienæ. ¶ Rectitudinem.
c d piẽtior erit: & intelligens † gubẽrnacula possidebit. Ani-
a ¶ Hoc Christus discipulis dedit, vt eius parabolas intelligerent & ænigmata legis.
b ¶ Quæ aliud dicit, & aliud sonat. c ¶ Eius.
e maduẽrtet parabolam, & interpretationem: verba sapien-
¶ Obscura dicta. ¶ Seruilis.
f tium, & ænigmata eorum. Timor domini principium sa-
a ¶ Recti dogmatis. b ¶ Puręconuersationis. c ¶ Vt Pharisæi facta & dicta Christi.
d ¶ Tu autem fi. mi.
¶ Sic enim Deum diligere, & ei obtemperare debemus, vt vnitatem ecclesiæ fraterna charitate seruemus.
g h pientiæ. Sapiẽtiam atq; doctrinãm stulti despiciũt. Audi fili
i mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ,
a ¶ Corona. ¶ Charitas mentis, vt ardentius inflammetur.
b ¶ Sicut mos certanti legitimè, sic & nobis.
¶ Prædicationi. ¶ Ergo.
k l vt addatur grãtia cãpiti tuo, & torques collo tuo. Fili mi, si te
m n

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iustitiam, *quantum ad habitum:*

2 Et iudicium, *quantum ad executionem: quia iudicium est executio iustitiæ, et hæc duo pertinent ad maiores.*

3 Et æquitatem, *quantum ad populares qui secundum determinationem iudicum debent inter se æquitatem seruare.*

4 Vt detur paruulis, *id est, simplicibus, per adeptionem prædictorum,*

5 Astutia, *in malis euitandis:*

6 Et adolescenti scientia & intellectus. *Est autem* intellectus, *propriè cognitio principiorum:* Scientia *conclusionum, tam in speculabilibus quàm in agibilibus. Quantum vero ad secundum, scilicet, vt sapientes efficiantur sapientiores, subditur,*

7 Audiens sapiens sapientior erit: *quia in his, quę prius sciebat, magis habituatur, et ex hoc aliqua sibi apparent de nouo, ita quod eius sapientia intensiuè, & extensiuè augetur.*

8 Et intelligens guberna. pos. *quia non solum sciet se regere, sed etiam alios.*

9 Animaduertet parabolam, & interpretationem, *videndo verum eius intellectum.*

10 Verba sapientium & ænigmata eorum, &c. *Loquuntur enim sapientes aliquando ænigmaticè, vt occulteutur sententia eorum desiderosis, & aperiantur studiosis:*

11 Timor domi. *Hic incipit tractatus primæ collectionis, quæ ab aliquibus dicitur esse facta viuente adhuc Salomone, & de præcepto eius: propter quod videtur magis ordinata, & magis potest ibi diuisio reperiri, quã in aliis duabus sequẽtibus. Et diuiditur in duas partes: Quia primo ponitur doctrina per modum familiarem seu domesticum: Secundo per modum magis legalem, & politicum. s. ca. viij. Prima in duas, quia primò, docet à quibus sit abstinendum, Secundo, quibus sit adhærendum, scilicet iij. ca. Prima adhuc in duas, quia primò, docet vitare rapinam et auaritiam, secundo, idololatriam ca. ij. Prima adhuc in duas: quia primò docet propositum, modo familiari, sicut pater docet filium, secundo modo magis communi, sicut iudex vel doctor docet populum, ibi,* Sapientia foris prædicat. *Sciendum tamen, quod in toto isto libro non bene potest inueniri artificialis diuisio: quia non est liber ordinatè conscriptus, vt supra dictum est: sed verba notabilia Salomonis diuersis temporibus ab eo prolata, postea recollecta sunt modo supradicto absque ordine artificiali, sicut dictum fuit de libro Psalmorum; propter quod de diuisione parum est curandum. Igitur in prima parte dicitur,* Timor do. prin. sapi. *Timor enim consiliatiuos facit, vt dicit Philosophus secundo Rethoricæ. Consiliatio vero est inquisitio sapientis.*

12 Sapientiam atque do. stulti. *quia sola bona sensibilia attendunt, & vt brutaliter viuentes, concupiscunt, ideo subditur,*

13 Audi fi. mi disci. pa. tui. *i. ipsius Dei, vt dicit Ra. Sa. quia pater est omnium per creationem, & iustorum specialiter per gratiæ adeptionem.*

14 Et dimittis legem matris tuæ, *id est, ecclesiæ, quę à primo Abel iusto incepit, vt dicit Greg. homil. vij.*

15 Vt addatur gratia capiti tuo, *id est, corona gratiosa regalis, vel mitra pontificalis, quę sapientum capitibus debent imponi.*

16 Et torques collo tuo, *Antiquitus enim sapientes vtebantur torque aurea in signum sapientię, eo quod est ornamentum pectoris. Et quia per sapientiam euitatur iniquitas, ideo subditur,*

17 Fili mi, si te lact. pec. *verbis dulcibus ad malum te trahere volentes,*

A a *Insidiemur.* Vel generaliter de latronibus, qui innocentibus insidias parat, Vel, specialiter de illis, qui vitæ autorem neci tradiderunt. Cum generaliter ad omnes qui sanguini insidiantur hoc pertineat; specialiter tamen ad Iudæos, qui insonti domino tendiculas absconderunt, eiusque apostolos virtutibus pennatos dolis circumueniebant, qui contra sanguinem & animas suas agebant; qui timentes ne terrenum regnum perderent, cæli regem occiderũt, & cæli ciues persequebantur in terra. Ideóque & quod in terris habebant, & quod in cælis acquirere regnum poterant, perdiderũt. Generaliter autem dicendum, quia quicũque oculos fidei habet apertos, accipiet pennas à domino, vt columbæ, quibus æternam volet ad requiẽ: frustra talibus nectunt laqueos mali, & se potius præsumendo perimunt.

b *Insontem frustra.* Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.

c *Deglutiamus eum, sicut infernus viuẽtem.* Extinguamus memoriam virtutum, & doctrinę illius, vt etiam inter nos vixisse non memoretur.

d *Omnem pretiosam substantiam reperiemus.* Homines, scilicet, quos Christo adhærentes videbant, quos putabant ab eius amore & comitatu secernere, si eum occiderent, & spoliis talium domos suas replere; id est, eorum animabus sua conuenticula.

e *Sortem mitte nobiscum.* De latronibus generaliter patet, quia sociis, quos conquirunt, prædæ portionem promittunt; sed & Christi persecutores, quoscunque sibi poterant, adiungebant, quos eum sequi videbant, extra synagogam faciebant. i. sua communione priuabant.

f *Ad malum currunt.* Non solum quod facturi, sed quod pro factis passuri. Nam quanto ad facinus implendum properant, tantò ad pœnam pro facinore tolerandam propinquant.

g *Frustra.* Cætera de insidiatoribus Christi specialiter, hæc de fidelibus generaliter. Frustra autem laqueus persecutionis, aut mortis, tenditur electis, qui pennas habent spei & charitatis & aliarum virtutum, quibus & cælestia dũ viuunt desiderẽt: & post mortem contingant, habent & oculos mentis, quibus mala, quæ patiuntur, transitura; bona, quę merentur, mansura in æternum prouideant; & reproborum superbiam finiendam, tormenta in æternum mansura. Vel, per *rete*, prauam doctrinam quam ab eo loco contexuit, vbi ait, *Si te lactauerint peccatores*, hoc *frustra iacitur ante* eos, qui oculis cordis superna prospiciunt; qui dicunt cũ propheta, *Anima nostra sicut passer, erepta est de laqueo venantium.* Psal. 123.a.

h *Sic semitę omnis auari.* Non solum, qui rapinis & cædibus innocentium inuigilant, seipsos perdunt: sed similiter omnis auari cogitationes, quæ aurum Deo præferunt, hunc ad interitum trahunt.

Aliter sic: *Semitę omnis auaritiæ. &c.* Sicut præfatus sum, auarus quisque perimit, vel nudat eos, qui possessionibus abundant, vt ipse potius pereat: in pauperibus enim nihil habet causæ. E

i *Sapientia.* Hucusque persecutiones, quas Christo Iudæi intulere; hinc ea, quæ per apostolos persecutoribus eisdem post passionem loquitur. *Sapientia.* i. Christus, loquitur *foris*, id est in luce palam, vt relicta infatia sint paruuli malitia.

Sapientia quippe Dei Christus est, qui in mundo conuersatus, paucis suæ mysteria diuinitatis patefecit; ipsisque præcepit, ne ante passionem & resurrectionem suam quod ipse esset Iesus Christus prædicarent, ne gloriam eius, quam in monte conspexerant, cuiquam dicerent. F

k *Foris.* Apertè, post resurrectionem; quia misso spiritu per apostolos seipsam declarabat. Ante enim paucis mysteria diuinitatis patefecit: Vnde, *Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mor. resur.* Et potentiam suam magis operibus ostendebant; Impleta prophetia quæ *non audiet aliquis in platea vocem eius.* Matt. 10.c

l *In plateis dat vocem suam, etc.* Quę ante paucos docuerat, manifestè repliçabat: vnde, *Quæ dico vobis in tenebris, dicite in lucem.*

m *In capite turbarum clamitat, etc.* Quia etiam principibus, qui ei præualuisse, vt crucifigeretur, videbantur; reatum homicidij, quod perpetrarant, palam reducebat ad memoriam, eosque ad pœnitentiæ remedium vocabat.

☞ *In foribus*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Ne acquiescas eis, *sed magis resistas.*

2 Si dixerunt veni nobiscum, *promittendo tibi fidelem societatem vsque ad mortem,*

3 Insidiemur sanguini, *quia per istam viam citius possumus ditari, quàm per aliam,*

4 Abscondamus tendiculas, *id est, deceptionum laqueos,*

5 Contra insontem, *id est, innocentem vel ignorantem,*

6 Frustra, *id est, sine causa,*

7 Deglutiamus eum sicut infernus viuentem & in. *id est, factum nostrum ita erit occultum, & opertum, sicut illud quod descendit in infernum, seu in lacum profundum.*

8 Omnem pretiosam substantiam reperiemus, *in domo eius,*

9 Implebimus domos nostras spoliis. *i. diuitiis ex inde raptis,*

10 Sortem mitte no. *id est, communica nobis consentiendo,*

11 Marsupi. sit vnum om. no. *id est, omnia sint communia, ita quod inter nos equaliter diuidentur.*

12 Fili mi ne ambules cum eis, *Communicans eorum operibus malignis, ideo sequitur,*

13 Pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. *Et patet litera.*

14 Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum. *i. ante aues acutè videntes periculum, & vitantes per volatam. Per* rete *hic intelligitur deceptio prędicta malignantium, quæ frustra proponitur sapientibus, qui sunt occultati, ad videndum sequens malum, & per virtutem sunt pennati ad euitandum.*

15 Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur. *s. deceptores maligni prædicti contra sanguinem suum insidiantur: quia frequenter in suis malis capiuntur, & iugulantur, vt patet de latronibus & homicidis.*

16 Et moliuntur fraudes contra animas suas, *quia per talia merentur mortem gehennę.* Esa. 56.b.

17 Sic semitæ omnis auari, *id est, cogitationes eius, & machinationes ad rapiendum alienum,*

18 Animas possidentium, *scilicet bona aliena,*

19 Rapiunt, *ad infernum.*

20 Sapientia. *Hic consequenter docet sapientię acquisitionem, & mali vitationem per modum magis communem, cum dicitur,* Sapientia *scilicet increata,*

21 Foris prædicat, *per prophetas et doctores:*

22 In plateis dat vocem, &c. *quia habentes sanam doctrinam, docẽt in locis publicis, sicut econtrario, habentes malam doctrinam, et suspectã, docent in locis occultis, Ioan. iij. c.* Qui malè agit, odit lucem: & non venit ad lucem, ne arguantur opera eius: Qui autem facit veritatẽ, venit ad lucẽ, vt manifestẽtur opera eius, quia in Deo sũt facta.

☞ In

a ¶ In principibus, quibus mortem Christi ad memoriam reuocabat, & vocabat ad pœnitentiam. b ¶ Prædicatoribus. ¶ Ecclesiæ.

a cápite turbarum clamitat, in foribûs portarum vrbis profert

a ¶ Vetus testamentum, nouo clarescente; Vsquequo Moysen Christo, legem præfertis Euangelio, præcepta rudibus data per seruum, eis quæ perfectis per filium. ¶ Hoc. ¶ Sensu.

b verba sua, dicens: Vsquequo paruuli diligitis infantiâm, &

a ¶ Literam legis.

† stulti ea quæ sibi sunt nóxia cupient, & imprudentes odi-

a ¶ Euangelium. b ¶ O Iudæi. ¶ Nolite diligere ibfantiam, sed conuer. c ¶ Per apostolos, eo quod credere nolebant.

t d e bunt sciêntiam? Cónuertimini ad † correctionem meam. En

a ¶ Etsi adhuc negligitis. ¶ Vindictam. b ¶ Esse vera ¶ Quibus perditionem vestram prædixi. ¶ Venite ad me omnes qui laboratis.

proferâm vobis spíritum meum, & ostendam vérba mea.

a ¶ Non tantum vocaui, sed exten. b ¶ Primo benefaciendo, liberando omnes oppressos à diabolo, post in cruce.

f † Quia vócaui, & renuistis: extêndi manum meam, & non

¶ Sed etiam. a ¶ Mei dicentis: Pœnitentiam agite.

fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium mêum, & in-

a ¶ Quæ solent terrere. b ¶ Sicut vos mundo. ¶ Sapientia minatur contemptoribus suis.

f g crepâtiones meas neglexistis. Egô quoque in interitu vestro

h ridebo: & subsannabo, cùm vobis, quod timebatis, aduenerit.

a ¶ Subita. b ¶ A Romanis. c ¶ Vehemens.

i Cùm † irruerit repêntina calâmitas, & intéritus * quasi tem-

a ¶ Fotis ab inimicis.

k pestas ingruerit: quando venerit super vos tribûlatio, & an-

l a ¶ Intus Deo non consolante.

m gûstia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane con-

¶ Hæc illis a ¶ Non modo non habuerunt, sed odijs persequuti sunt.

n surgent, & non inuenient me: eò quòd exôsam † habuerint di-

a ¶ Correctionem morum, b ¶ Qui est principium sapientiæ.

sciplinâm, & timórem domini non † susceperint: nec † ac-

quieuerunt

1 In foribus portarum vrbis profert verba sua dicens, *hoc dicitur, quia antiquitus iudices, & sapientes eis assistentes, habebant locum in portis vrbis, vt omnes tam intranei quàm extranei haberent ad eos facilem accessum, & ibi fiebant correctiones delinquentium; ideo subditur,*

2 Vsquequo paruuli, *sensu, licet non corpore,*

3 Diligitis infantiam, *id est, insolentiam.*

4 Et stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient, *id est, bona delectabilia, sicut bruta animalia.*

5 Et imprudentes odibunt scientiam, *horrentes laborem studij, qui est in acquisitione scientia, vel, volentes ignorare, vt licentius peccêt absque remorsu conscientiæ. Et quia hoc est pessimũ, subditur,* Conuertimini ad correptionem meam.

6 Quia vocaui, *per sapientes scilicet & prophetas,*

7 Et renuistis *contemnendo eorum monitiones:*

8 Extendi manum meam, *quia Deus semper paratus est hominem leuare à peccato, dum tamen faciat quod in se est.*

9 Et non fuit qui aspiceret, *id est, pauci fuerũt, qui aspicerent, comparatiuè. Illud autem quod modicum est, quasi nihil computatur; & per talem modum communiter dicitur, Nullus est in foro, quando pauci sũt ibi, in comparatione ad multitudinem quæ solet ibi esse.*

10 Despexistis omne consilium meum, &c. *de bonis agendis, illa renuendo.*

11 Et increpationes meas, *de malis peractis,*

12 Neglexistis, *pœnitentiam non agendo.*

13 Ego quoque in interitu vestro ridebo & subsannabo. *id est, derisibiles & subsannabiles vos faciam. Est autem* subsannatio *quędã* specialis derisio, *quę fit cum naso rugato.*

14 Cum vobis id quod timebatis aduenerit, *per amissionem bonorum temporalium, & delectabilium huius vitę.*

15 Cùm irruerit repentina ca. *Quæ grauior est, quando subitò superuenit incunditati temporali, quàm si veniret paulatim.*

16 Et interius quasi tempestas ingru. *id est, cùm tanta violentia, quòd non poterit euitari.*

17 Quando venerit super vos tribulatio, *in corpore,*

18 Et angustia, *In mente:*

19 Tunc inuocabunt me, *pœna aperiente oculos, quos culpa tenebat clausos.*

20 Et non exaudiam, *quia transiit tempus meriti, quantũ ad defunctos. Vel quia non verè pœnitebunt, scilicet amore boni, sed tantũ timore, & horrore mali pœne, quantum ad viuentes, qualis fuit pœnitentia regis Antiochi: propter quod nõ fuit exauditus. ij. Machab. ix. dato etiã quòd sit vera pœnitentia, non tamen semper exauditur à Deo, quantum ad amotionem temporalis pœna, quę est quadam medicina, sed semper exauditur quantum ad amotionem culpę. Ista tamen litera videtur loqui in duobus modis primis, ideo subditur,*

21 Eò quòd exosam habuerint disciplinam; *sicut crinosus odit pectinem.*

22 Et timorem domini non fusce. *qui facit declinare à peccato.*

23 Nec acquisierint consi. meo, *de bonis agendis.*

a *In foribus portarum vrbis. Vrbs* domini, ecclesia ex vtroque populo adunata: cuius introducunt. In his verba *portarum fores*, prædicatores, qui in eam proferebat, cùm in apostolis loquebatur; è quibus vnus, *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus?* Vel, *fores* synagogæ, maiores sancti, in quibus sapientia disputabat, cùm per apostolos loquês, legisperitos, Pharisæos, & sacerdotes ad gratiã suam reuocabat; ita vt sicut Lucas ait, *Multa turba sacerdotum obediret fidei.*

b *Vsquequo. Iam* Christũ in carne vidistis miracula facientem, quem spreuistis: modò vel resuscitatum à morte diligite, & dimittet quod peccastis. *Paruuli*, dicũtur sẽsu tardiores, qui infantiã, hoc est ignorantiam complectendo diligunt. *Vsquequo paruuli* sensum veteris instrumenti, nouo clarescente, diligitis? Vsquequo Moysẽ Christo, euãgelio legem prẽfertis? quousque decreta, quæ rudibus adhuc populis per seruum data sunt, præponitis eis, quæ filius ipse veniês perfectis sensu contulit?

c *Conuertimini.* Sapientia hortatur conuerti ad Deum, & profert spiritum.

d *Ad correctionem.* Per apostolos Iudæos corripit, & vel post ascensionem & resurrectionem monet conuerti.

e *Spiritum.* Id est, vindictã. *Misisti spiritum tuum, & cooperuit eos mare.* vnde & in Iob; *Vidi impios, stante Deo perisse, & spiritu irę eius esse consumptos.*

f *Despexistis omne consiliũ meũ & increpationes meas &c. Vę vobis scribę & Pharisæi, &c.* Generaliter, qui non credit, iã iudicatus est. *Consilium inopis confudistis, quoniam dominus spes eius est.*

g *Ego quoque.* Similiter in psal. *Qui habitat in cælis, irridebit eos: et dominus subsannabit eos.* Nõ quòd buccis, aut naso irrideat, vel subsannet; sed sic vis designatur, quam dedit apostolis, quâ præuiderent, impios nihil contra eum insidij acturos, nisi quod permitteret: sed omnia eorum cœpta euacuanda, eius verò gloriam post passionẽ per orbem terrarum dilatandã; Ideòque superbiam eorum, etiã cum maximè valere conspicerent, quasi nihil contemnerent h *Quod timebatis.* Timebatis dicentes, Si dimittimus eum sic. omnes credẽt in eũ, & veniẽt Romani, & tollent nostrum locum & gentem.

i *Cùm irrue. repen. cala.* Obsidionẽ Ierusalẽ subitam, & expugnationem totius prouinciæ à Romanis factam dicit. De qua, *Vidẽs ciuitatẽ fle uit super eam.*

k *Quãdo venerit super vos.* Potest hęc tota correctio sapiẽtię de omnib⁹ reprobis generaliter accipi, quod in die iudicij clamẽt ad dominũ, ianuam regni sibi aperiri postulantes, nec audiẽtur. Quod enim sequitur,

Mane consur. & nõ inueniẽt me. Tempus iudicij significat, quo alij in vitam, alij in opprobrium resurgent sempiternum.

l *Tribulatio & angustia.* Sancti, cùm extrà patiuntur, spe certa salutis in corde dilatantur: Vnde propheta, *Cùm inuocarem, exaudiuit me Deus iustitię meę, in tribulatione di. mi.*

m *Inuocabunt.* Non leguntur Iudæi in obsidione dominum inuocasse: etsi qui inuocauerunt, quia verè non pœnituerunt, exauditi non sunt.

n *Exosam habue.* Iustus econtra *Iniquos*, inquit, *ódio habui, & legem tuam dilexi.*

Comedent

☞ a *Comedent igitur.* Quia vias meas ingredi noluerunt, vt viuerent, recipient mercedem viarum suarum, vt in æternum pereãt.
Psal.127.a At contrà de illis dicit, Qui timẽt dominum, *Beati qui ambulant in viis eius: Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit*

b *Suisque consi. satu.* Quibus dicebãt, *Abscõdamus tendiculas cõtra insontem*, quibus pro saluatore latronem eligebant, vt scilicet vastarentur à latronibus, & inter latrones damnarentur, quod de omnibus verbi Dei contemptoribus sicut cætera, potest accipi.
Mat.27.b † detraxerunt.
† Quia rebellio

c *Auersio.* Auersio & prosperitas perdit, cũ
B à timore conditoris auersus animus, ira eiusdem conditoris in

His, quæ peccat, nihil sustinere videtur aduersi. Sed vt Iob ait, *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt.* D Iob 21.b

d *Paruulorum.* Sensu, vnde supra, *Vsquequo paruuli di. infan.* qui sensu perfecti esse potuissent, si non à consilio sapientiæ autem auertissent: sed quia auertunt, se interficiunt.

a ¶ Cum consulerem eis, vnde inexcusabiles. b ¶ Imo. c ¶ Quod peius.

quieuerint consilio meo, & † detraxerint † correctioni meæ 1 †correptioni.

a ¶ Quia detraxerunt, nec acquieuerunt.

b ¶ De qua psal. Pedes eorum ad ma. ¶ Meis noluerunt.

vniuersæ. Cõmedent igitur fructus viæ suę, suisque consiliis

¶ Quia. ¶ Sua. a ¶ Sensu.

saturabuntur. † Auersio paruulorum interficiet eos, & pro- 3 4

a ¶ Quam putant beatitudinem.

b ¶ Expeditio, dum nihil retardat ab eo, quod meditantes aiunt, Omnem prætiosam substantiam repe.

sperítas stultorum perdet illos. Qui autem me audierit, abs- 5

a ¶ Bonorum operum nunc; tunc gaudiorum in præmio, vbi nihil aduersi. ¶ Qui corpus occidunt.

que terrore requiescet: & abundãtia perfruetur timore ma- 6 7 8

lorum sublato.

e *Qui autem me audierit, absque terrore requiesc. &c.* Potest in hac vita intelligi, & in futura. Qui enim Deo perfectè seruit, nõ terretur, imò gaudet, & in aduersis, & in morte, vt in ingressu vitæ lætetur, quietus à superuacuis cogitationibus, & à tẽtationibus: & cùm transierit à seculo, in gaudio speratæ re- E

surrectionis quiescet.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et detraxerint correctioni meæ, *Dicentes eam esse iniustam.*
2 Comedent igitur fructus viæ suæ. *id est, secundum opera sua mala punientur.*
3 Suisque consiliis saturabuntur, *quia displicebunt eis, sed nimis tardè.*
4 Auersio paruulorum inter. eos. *Ex hoc enim, quod multi sunt paruuli sensu, & stulti quantum ad Deum, à quo auertuntur, & tamen in vita presenti bonis temporalibus prosperantur: ex hoc alij accipiunt occasionem eos imitãdi; & sic auersio paruulorum & prosperitas stultorum est eis occasio mortis culpæ & perditionis gehẽnæ: sic exponit Ra.Sa.*
5 Qui autem me audierit, *preceptis diuinis obediendo,*
6 Absque terrore requiescet, *in patria, vbi terror locum nõ habet.*
7 Et abundantia perfruetur, *adeptione summi boni.*
8 Timore malo sublato, *quia nullum malum poterit ibi esse. Potest etiam hęc litera exponi de statu iustorum in presenti, cùm dicitur:* Absque terrore requiescet, *quia iustus* fortunas *aduersas, si superueniãt, optimè feret, vt dicitur. j. Ethicorum: propter quod dicitur infrà. xij. cap. c.* Non cõtristabit iustum, quicquid ei acciderit. Et abũdantia perfruetur, *scilicet bonorum spiritualium, quæ tantò sunt meliora corporalibus, quãtò anima est melior corpore;* Timore malorum sublato, *illo scilicet, qui non cadit in constantem virum.*

CAP. II.

a *Fili mi.* Duo hîc notat, sapientiã esse de cælestibus; prudentiam de secularibus.
C Abscondit mandata Dei penes se, qui hæc audiens sõ- b licitè in corde recon- c dit, iuxta illum, qui ait,
†intelligẽtiæ Psal.118.b *In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccam tibi.* Est enim summopere curandum, ne nobis hæc, iuxta parabolam euangelij, †inuestiga- dæmonia quasi semen ueris. Matt.13.d secus viam iactatum volucres, tollant.
b *Audiat sapientiam.* Audit, non aure, qui aure tantùm corporis percipiens, memoria retinere, & opere complere negligit; Si autem mandata Dei, fixo amore discendi, & custodiendi susceperis, primò humilitatis viã tene: hoc est enim quod sequitur,
c *Inclina cor.* Inclina, humilia, munda; vt dignum fiat ad perci- Mat.21.d pienda mysteria: vnde, *Abscõdisti hæc à sapiẽtibus, & prudẽtibus, & reuelasti ea parua.* i. abscõdisti à superbis, & reuelasti ea humilib⁹.
d *Si enim sa.inuo.* Innocare. i. in nos vocare orãdo, nihil nisi dominum debemus. Cùm ergo sapientiam inuocandam docet, ostendit se non quamlibet sapientiam, sed ipsam Dei cognitionem

CAP. II.

¶ Vt absque terrore quiescas.

a ¶ Sapientia hortatur susciperе sermones suos, sapientiam scilicet, & prudentiam.

Fili mi si susceperis sermõnes meos, & 1

a ¶ Ne volucres cæli comedant semen secus viam.

mandata mea abscõnderis penes te, vt 3

a ¶ Solicito corde: vnde psal. In corde meo abscõndi eloquia tua, vt non peccem.

b ¶ Humilia.

audiãt sapientiã auris tua. Inclina cor 4

tuum † ad cognoscendam prudentiam.

a ¶ Dei cognitionem, qua beatus est homo. b ¶ Quod à Deo c ¶ Quod à te.

Si enim sapiẽtiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum 5 6

a ¶ Tanta cura, quanta cupidi pecuniam, vt si tam solicite, quasi infinitas per hanc, & ineffabiles diuitias acquisiturus; præmium habebis, quod sequitur.

e prudentiæ: si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut 7

a ¶ Si solicito corde quæsieris.

thesauros † effoderis illam: tunc intẽlliges timorem domi- 8

a ¶ Respicit ad hoc quod supra: Si enim sapientiam vsque ad hoc, & scien. Dei inue.

a ¶ Diuinitatis. ¶ Tacet Pelagius.

g ni, & sciẽtiam Dei inuenies: quia dominus dat sapientiam, 9

nem nobis proponere: in cuius perceptione est summa beatitudo: secundum hoc, Ioan.17.a

1 *Hęc est autem vita æterna, vt cognoscãt te verũ Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Notã- F dum quòd & sapientiam inuocare, & nosmetipsos ad cognoscendam prudentiam, cor inclinare, suadet: 2 quia & diuinum necessariũ est auxilium, 7 nec liberũ debet abesse arbitrium.
e *Et sicut thesauros.* Qui thesauros effodit, terram reiicit, foueam in altum facit, sedulus insistit, donec iuueniat quod quærit. Sic qui thesauros sapientiæ inuenire desiderat, omne pondus terrenũ à se reiiciat, in se fossam humilitatis faciat, nec quiescat, donec inueniat.
f *Tunc intel.* Timorẽ amicabilem, qui non *initium*, sed perfectio cælestis sapientiæ, in hac duntaxat vita. Ideòque perfecta dilectio non eum foras mittit, sed facit *permanere in seculum seculi*: sed etiam scientiam ipsius diuinitatis (quæ perpetuò beatum facit) inuenies. *Quia do. dat sapient.*
g *Quia dominus dat.* Respicit hic versiculus ad hoc quod supra dixerat, *Si enim sapientiam inuocaueris, &c.*

☞ Ideo

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. II.

Fili mi. *In cap. præcedẽti docuit vitare auaritiam; hic consequenter docet vitare idololatriã: & quia per sapientiam euitatur, ideo primo inducit ad amorem sapientiæ secũdo ostendit, quod per hoc euitatur vitium idololatriæ, ibi,* Si intraueris. *Circa primum dicitur,*
1 Fili mi si su. *sicut discipulus docilis.*
2 Et mandata mea abscondes penes. *non celando ea alijs: quia talia sunt proximis cõmunicanda; sed ea custodiendo, tãquam rẽ prętiosã.*
3 Vt audiat sapientiam auris tua, *auris scilicet corporis & mentis.*
4 Inclina cor tuum. *intentio enim desiderij sapientię facit ad eam citius*

citius peruenire: ideo subditur,
5 Si enim sapientiam inuo. *deuote orando, vt tibi detur à Deo.*
6 Et inclinaueris cor tuum pru. *ad acquisitionem eius, quantum poteris, conando; ideo sequitur,*
7 Si quæsieris eam quasi pecu. *id est, cum tanto conatu, sicut auarus quærit pecuniam, & sicut fossor quærit thesaurum absconditum:*
8 Tunc intelliges timorem domini, & scientiam Dei inue. *id est, obtinebis intentum, Cuius causa subditur, cùm dicitur,*
9 Quia dominus dat sapientiam, *scilicet desiderantibus eam: vnde sapientia fuit data Danieli, eò quòd erat* vir desideriorum, *vt habetur Dan.x.*

Et

Ideo nanque *sapientia*, id est, Deus inuocandus est ad acciA piendam sapientiam: quia à nobisipsis haberi non potest, sed à domino datur.

a *Ex ore.* Æterna filij natiuitate, de qua alibi, *Ego ex ore altissimi* Isai. 58. d. *prodij, primogenita ante omnem creaturam.* Vel, os domini in sanctis, vnde, *Os domini locutum est.* Et ex ore eius scientia nascitur & prudẽtia, dum dominus os humanum a & ex ore eius prudentia & scientia. Custodiet rectorum salu- b
Eccl. 24. a. sãctificat, & suum facit, vt scienter & prudenter loquatur.

b *Custodiet.* Vt in quocũque virtutum gradu rectos iuuet & simplices. Iob *simplex & rectus: Simplex*, B
Iob. 1. a. per innocentiã mansuetudinis, *& rectus*, per cautelam discretionis, *Simplex*, nullum lædẽs imò cunctis proficiens, *rectus*, à nullo corruptus.

c *A via ma.* Ad quã vocant, qui dicunt, †Infra 7. a. *Veni nobiscum, insidie-* Supra 1. b. *mur sanguini, peruersa loquitur*, qui est autor huius persuasionis.

d *Qui relinquũt iter.* Pulchrè *vias tenebrosas recto itineri* C *opponit*, quia hoc in luce agitur & ad lucem Iob. 3. c. ducit: At *qui male agit, odit lucem, vt nõ arguantur eius opera*, & finis eius in tenebris exterioribus.

Iob. 3. c. e *Qui lætantur.* Quia per vias tenebrosas ambulant, & nesciunt quò eant. Si enim, ad quas tendunt, pœnas aspicerent, gressus cohiberent, noxiámque lætitiam salubri fletu castigarent.

f *Vt eruã. à mu.* Pendet hic versus à superioribus, vbi dictum fuerat, *Prudentia seruabit te.* Et est sensus, *prudentia seruabit te vt eruaris à muliere aliena.*

Postquam auditorem, quem sapientia docet admonuit, ne cum latronibus participaret, ne, si videret furem, curreret cum eo, sed rectè & simpliciter incederet: nũc, ne cum adulteris portionem suam ponat, de quibus potest & hoc specialiter intelligi, *Vt eruaris à via mala*, & *ab homine qui peruersa loquitur.* Quæ D peruersior locutio, quam ad stupra persuadere? quod capitulum incipit, *Fili mi, si susceperis sermones meos, &c.* Potest per *mulierem extraneam*, hæreticorum prauitas intelligi, à Christo ecclesiáque aliena, quæ mollitie eloquentiæ & linguæ blandimentis corda innocentium decipit: vnde, *Molliti sunt sermones* Psal. 54. b. *eius super oleum: & ipsi sunt iacula.*

a ¶ Cognatæ sunt, rectitudo & simplicitas, nec separantur: vnde sapientia vnam earum sine altera non requirit: sed in quibus ambæ conueniunt, hos custodit & protegit.

a ¶ Arctiora præcepta.

& ex ore eius prudentia & scientia. Custodiet rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter, seruans semitas iustitiæ, & vias sanctorum custodiés. Tunc intelliges iustitiam & iudicium, & æquitatem & omnem semitam bonam. Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit: consilium custodiet te, & prudentia seruabit te: vt eruaris † à viã mala, & ab hõmine qui peruersa loquũtur. Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas. Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: Quorum viæ peruersæ, & infames gressus eorum. † Vt † eruaris à mulière alienа, & ab extranea, & quæ mollit sermones suos: & relinquit dũcem pubertatis suæ, & pacti Dei sui oblita est. Inclinata est enim ad mortẽ dõmus eius: & ad inferos semitæ illius. Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertuntur:

a ¶ Generalia præcepta. b ¶ Dum inuocaueris sapientiam. c ¶ Vt recta discretione cum proximo agas.

a ¶ Quid per singula? illo illuminante nullius boni scientia te effugiet.

a ¶ Prauis operibus. b ¶ Doctore prauæ operationis. ¶ Si te lactauerint peccatores, &c. c ¶ A quo fugiendum est.

a ¶ Quod in luce agitur. ¶ Ideo.

a ¶ Prauæ dispositiones. b ¶ Operationes. c ¶ Prudentia seruabit, vt eruaris.

a ¶ Ne adulteres. b ¶ Hæretica doctrina, vel hæreticis. c ¶ Molliti sunt sermo. eius su. o. & ipsi sunt ia.

a ¶ Primum virum, vel doctorem fidei.

a ¶ Lata est via, quæ ducit ad mortem. ¶ Conuersatio vel caro. b ¶ Opera, vel occulta consilia.

a ¶ Nec sola perit, sed omnes. b ¶ Mortem scilicet. ¶ Per se.

Inclinata est enim ad mortẽ dõmus eius: & ad inferos semitæ illius. Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertuntur:

E *Pacti Dei sui, &c.* Quod cum viro suo tempore nuptiarum pepigit, domino testate, quod fidem, castitatis sibi inuicem seruarent; vel in baptismo. † eruat te.

Inclinata est enim. Omnis conuersatio adulteræ ad interitum ducit. Et quamuis blanda videatur ac mansueta, nõ minorem sentiet in fine vindictam, quàm qui latrocinando apertæ impietati famulantur. Potest *domus adulteræ*, ipsa eius caro (in qua turpitudini & luxuriæ substernitur) accipi, quæ in iudicio perpetuam resurget in mortem. Sed hæreticorum domus, quia super arenam constituitur, & cum stare videtur, vergit in occasum: suisque cremẽtis, quasi quibusdam semitis, ad impiorum consortia, id est, ad spirituum tendit tormenta malignorum.

F

k *Ad eam non reuer. Mortem* scilicet, non mulierem. Potest enim, qui adulteræ mistus est, domino iuuante reuerti, ac vitam in pœnitendo mereri, Potest, qui pollutus est hæresi, resipiscendo redire ad salutem: At qui semel æterna morte raptus est, nunquam rediet ad vitam. Hoc cõtra Origenem, qui etiam diabolo

☞ remi-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ex ore eius prudentia & scientia. *Sapientia enim propriè est cognitio diuinorum; & Prudentia agibilium humanorum: Scientia autem speculandorum.*

2 Custodiet rectorum salutem, *corporalem & spiritualem.*

3 Et proteget gradientes simpliciter, *id est, sine plica duplicitatis.*

4 Seruans, *id est, seruare faciens.*

5 Semitas iustitiæ, *quæ propriè respiciunt epikeiam, quæ dirigit ad legis intentionem, & non ad literam, sicut semita dirigit ad terminum declinans à via communi.*

Esai. 56. b. 6 Et vias sanctorum custodiens, *id est, custodire faciens. Aliter exponitur ista litera, ita quòd* semitę iustitiæ, *dicuntur hic consilia*, viæ iustorum, *præcepta.*

7 Tunc intelliges iustitiam & iudicium & æquitatem. *exponatur hoc vt supra primo capitulo.*

8 Et omnem semitam bonam, *id est, virtutem altam, quę compendiosè ducit ad felicitatem.*

9 Si intrauerit. *Hic consequenter ostenditur, quod per sapientiam idololatria excluditur, cum dicitur*, Si intrauerit sapientia cor tuum, &c. *sequitur*,

10 Vt eruaris à via mala, *id est, idololatria, vt dicit Rab. Sa. quia per illam homo directè auertitur à Deo.*

11 Et ab homine, qui peruersa loquitur, *cuiusmodi sunt sacerdotes idolorum, & doctores infidelium.*

12 Qui relinquunt iter rectum, *id est, legem naturalem & diuinam.*

13 Et ambulant per vias tenebrosas, *scilicet, in tenebris errorum quia de vno errore procedunt ad alium.*

14 Qui lętantur cum male fecerint, *quia ex consuetudine malè agendi acquiritur habitus vitiosus, qui facit delectari in malo opere. Signum enim habitus generati est delectatio in opere. ij. Ethicorum. Et dicitur hic:* Lætantur, *quantùm ad animum interius,*

15 Et exultant in rebus *pessimis quantùm ad corpus exterius, quia motus animæ redundant exterius in corpore.*

16 Quorum viæ peruersæ, *quia quod soli Deo proprium est, attribuunt creaturæ.*

17 Et infames egressus eorum, *in opinione bonorum hominum.*

18 Vt eru. à mu. *i. idololatria, quæ alienat à Deo, vt exponit Rab. Sa.*

19 Quæ mollit sermones suos, *promittendo idololatris delectabilia carnis: vnde in ludis idolorum exercebantur luxuria, maximè in venerationem Veneris & Priapi.*

20 Et relinquit du. puber. suę. *i. Deum, qui dicitur* dux pubertatis *synagogæ de Ægypto eam educendo, & in datione legis eam desponsando, quem reliquit multipliciter idololatrando, vt patet ex libris Iudicum & Regum. ideo subditur,*

21 Et pacti Dei sui oblita est. *i. legis sibi datæ.*

22 Inclinata est e. ad mor. *s. temporalem, quã multi incurrerunt propter idololatriam, vt patet in Exodo pro adoratione vituli, & in libro Numerorum pro peccato Phegor, & in multis aliis locis Veteris testamenti.*

23 Et ad inferos. *i. ad mortem gehennę.*

24 Semitæ ipsius, *id est, doctrina eius & opera.*

25 Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, *id est, pauci reuertentur ad latriam, quia idololatria laxat habenas vitijs, ad quæ homines sunt proni. Et est hic hyperbole, sicut cum dicitur, Omnes de ciuitate currunt ad tale spectaculum, ad denotandum multitudinem euntium, quamuis plures non vadant. Posset etiam istud totum exponi de muliere adultera, quantum ad peccatum luxuriæ.*

☞ remissionem promittit, deceptus Esaia dicente. *Et claudentur im-*
A py in carcere: & post dies multos visitabuntur. Sed Esaias, modo clau-
Esai.24. d. An remissio dabitur diabolo, sos tormentis pœnarum, tempore resurrectionis ad modicum visitandos significat, tantum, vt receptis in iudicio corporibus, grauius damnentur, & post iudicium atrocioribus in pœnis recludantur. Quamuis & ita rectè potest accipi, *ad eam.* i. ad meretricē, vel, domum eius, non reuertentur, quia quantum a attinet ad naturam iniqua sua voluntate damnatam, vel depranatam, recursum per semetipsam non habet, sed per Dei gratiam qua adiuuatur & instauratur, vt semitas vitæ apprehendat. Designat enim per hoc pondus iniquitatis, vt cum reuertantur quis, non sibi attribuat, sed gratię Dei.

a *Qui enim.* Hìc rectis iungit simplices, vt supra cum diceret. B *Custodiet rectorum sala. &c.* quia nimirum simplicitas sine rectitudine dissoluta est & stulta. Rectitudo autem sine simplicitate austera & dura. Verum vtraque virtus coniuncta, perfectum reddit hominem. Sed hoc interest, quia in illo, quod in præsenti dominus certantes adiuuet, in isto quod victores in futuro coro-

a ¶ Prudentia seruabit te vt am. b ¶ Vnitate rectæ fidei, de qua dominus: Ego sum via, veritas & vita. Et alibi. Nemo venit ad patrem nisi per me.

¶ Aggrauatio.

nec apprehendent semitas vitæ. Vt ambules in viâ bona: & 1
¶ Exempla. a ¶ Qui custodiendi? Qui enim. b ¶ Hic.
a calles iustorum custodias. Qui enim recti sunt, habitabunt in 2
a ¶ In ecclesia. ¶ In futuro.
b terra: & simplices permanebunt in ea. Impij verò de terra
a ¶ Aperte. ¶ Potest hoc de antiquo populo intelligi ita, quia cum viueret rectè, in terra feliciter sua remaneret: at cum peccaret, exterminaretur ab hostibus. ¶ Occulte.
perdentur: & qui inique agunt, auferuntur ex ea.

ner, indicatur. Terræ enim nomine ecclesia designatur, quæ spiritualē fructū Deo generat, in qua habitent & permaneāt, quia à consortio eius nec morte separantur. Sed terminata hac vita, ad illam eius partē, quæ cum Christo in cælis regnat, perueniūt. D
b *Impij.* De illis dicitur specialiter, qui ad terram domini. i. ecclesiam pertinere videbantur. Sed auferū tur ex ea, quidā aperto iudicio ipsius ecclesiæ, vt Simon, Arrius & Porphirius: Quidam verò secreto Dei iudicio, sicut multi, qui boni homi nibus, videntur. *Impios* enim, apertè; apostatas dicit, *iniquè agentes*, omnes, qui perceptis fidei sacramentis ab eius castitate degenerant. Vtrique autem in futuro de terra viuentiū perdentur. *Quia non habitabit iuxta te ma. neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.* Et rectè, quia de bonorum malorúmque vijs multa prædixit, de vtriusque fine in conclusione subiungit: quomodo in præcedente parabola, qua latronum consortia vetabat, fecit, dicens de fine malorum, *Prosperitas stultorum perdet eos*, De fine bonorum, *Qui autem me audierit, absque terrore quiescet.*

Psal. 5. b

E

Suprà 1. d. Ibidem.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt ambu. in v. *virtutum. & refertur hoc ad illud, quod supra dictū est.* Si intrauerit sapientia cor tuum: *quia sicut facit declinare à via mala, ita facit ambulare per bonam.*

2 Qui enim & in terra. *s. viuentium, de qua impij perdentur, & auferentur: non quia illic actu fuerunt, sed tantum in potentia, in quantum omnis homo factus ad imaginem Dei est capax ipsius per cognitionem & amorem: & sic quodammodo ad beatitudinem ordinatus. Potest etiam hac litera exponi de terra promissionis, quam habitauerunt Iudæi, quandiu fuerunt recti, Deo debitè seruiendo: sed cum per impietatem declinauerunt ab eo, fuerunt ab ea deiecti, vt patet de. x. tribubus. iiij. Regum xvij. & de duabus. iiij. Reg. vlt.*

CAP. III.

a *Fili mi ne.* Docet misericordiæ a operibus insistēdum, neq; nostris viribus esse fidendum: sed à Deo auxilium esse implorādum, vel flagitandum. Et satis cōgruo ordine, postquam cōercuit à crudelitate, & à luxuria C castigauit, ornat actibus bonis, quem instruit.

b *Pacem.* Id est, statum beatitudinis, de Esai. 9. b. quo Esaias, *Multiplicabitur eius imperiū & pacis non erit finis.* Sed & priori populo Dei datum est, vt cum legi Dei obediret, longo tempore in pacis quiete viueret.

c *Misc. & Ve.* Ab ore tuo nunquam absit veritas dicenda, nunquam ab opere proximo misericordia impendēda: Sic enim fit, vt & te Dei semper prosequatur misericordia, quæ deleat peccata; Veritas verò, quæ compleat promissa.

d *Circun. e. g. t.* In gutture organum vocis, in tabulis cordis latitudinem insinuat cogitationis. Sic ergo virtus misericordiæ, & veritas radici mentis infixa pronuntietur voce loquentis, vt & occulto inspectori placeant arcana intentionis, & proximos iuuent

CAP. III.

a ¶ Sapientia hortatur non esse obliuiscendam legem.

Ili mi, ne obliuiscaris legis meæ: & præ- 1
a ¶ Ne imposita præceptorum custodia turbaret audientem, præmisit certa præmia, & sic enumerauit præcepta.
cepta mea cor tuum custōdiat. Longi- 2 3
a ¶ Quæ custodienda? ¶ Sempiternam lucem.
b ¶ Transcensum mortalitatis huius.
tūdinem enim dierum, & annōs vitæ, & 4 5 6
¶ Ergo.
pacem apponent tibi. Misericordia & 7 8
¶ Sed. a ¶ Vox proximum iuuet. b ¶ Intentio Deum delectet.
d veritas non te † deserant. Circunda eas gūtturi tuo, & dēscri- 9 10
e be in tabulis cordis tui, & inuenies gratiā & disciplinam bo- 11 12 13
a ¶ Sed ne timeas, non posse seruare. ¶ Habenda est fiducia ad Deum, non hęsitandum in oratione: non confidendum propriæ prudentię.
b ¶ Non in te, non in tuis viribus, non in naturali scientia. 14
f nam coram Deo & hominibus. Hābe fiduciam in dōmino 15 16

† deserent.

uent officia locutionis. Bene autem virtutes circundari docet gutturi, cum vox loquentis potius in gutture fieri soleat: quia videlicet prędicationis vox de in- F ternis emanat, sed extra circundat. Nā quo alios ad bene operandum & viuendum excitat, eò ad bene agendum opera prædicationis seipsum ligat, ne extra sermonem actio trāseat, nec voci vita contradicat.

e *Et inue. gra.* Coram domino *inuenit gratiam & disciplinam bonam*, qui vsu virtutum iugi promeretur à domino, vt per dies seipso perfectior inueniatur & melior. Sed & coram hominibus *gratiam inuenit & disciplinam bonam*, vt cuius operibus iure laudatur pater, & proximis exemplum viuendi præbeat.

f *Habe fidu. in dom.* Ne metuas ob imbecillitatem tuam, diuina nō posse seruare mandata: Nec te rursum putes tuis implere viribus posse, vel tua naturali scientia nosse, si non per illius legem instruaris; sed potius & in dicendo & in agendo eius quære auxilium: & quod iussit, vt implere valeas, donabit.

☞ *Ne*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. III.

Fili mi ne. *Postquam docuit à malo declinare, hic consequenter docet bono adhærere. Ista enim sunt duæ partes iustitiæ, & diuiditur in duas partes: quia primo inducit ad beneficentiam, secundo ad beneficentiæ diligentiam, ca. vj. Prima in duas, quia primo inducit ad bonum verbo. secundò, exemplo, ca. iiij. Prima adhuc in duas: quia primò inducit ad beneficentiam, secundo ad sapientiæ concupiscentiam, ibi:* Beatus. *Circa primum dicitur,*

1 Fili mi ne obli. legis meæ. *i. legis naturalis, qua à Deo impressa est cordibus humanis, & legis diuinæ à Deo per reuelationem data. Et quia non proficit eam habere in corde, nisi exerceatur in opere, ideo sequitur,*

2 Et præcepta mea, &c. cus. *opere adimplendo.*

3 Longitudinem e. di. *id est, vitam longam in præsenti,*

4 Et annos vitæ. *i sanitatis.* (*Anni enim languoris, magis sūt mortis*)

5 Et pacem, *internam & fraternam,*

6 Apponent ti. *Illi enim. qui præcepta diuina custodiunt, vt frequenter hæc consequuntur in præsenti. Potest enim hæc litera exponi de præmio futuro, cum dicitur.* Longitudinem enim dierum. *i. æternitatem, quæ est de ratione veræ beatitudinis,* Et annos vitæ. *i. claram Dei visionē, quæ est vita æterna, (Ioan. xvij. a.* Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te Deum solum, &c.) Et pacem, *id est, beatam fruitionem, quæ totaliter quietat appetitum.*

7 Misericordia. *erga infirmos & pauperes,*

8 Et veritas, *erga omnes,*

9 Non te deser. *id est, non deserantur à te: quia virtutes non deserunt hominem, nisi quia deserit eas.*

10 Circunda eas gutt. t. *eas docendo,*

11 Et describe in ta. cor. tui. *firmiter retinendo:*

12 Et inue. gratiam, *iustificantem in mente,*

13 Et dicipli. bo. *i. modestiam & honestatē in exteriori conuersatione,*

14 Coram Deo, *quantum ad primum:*

15 Et hominibus, *quantum ad secundum.*

16 Habe fi. in do. *qui non deficit in necessitate,*

☞ Et

a *Ne sis sa.* Videtur idem dixisse, *Ne innita. pru. t.* Sed prudẽtiæ suæ innititur, qui ea, quæ sibi agenda vel dicenda videntur, patrum decretis præponit. Sed sapiens est apud semetipsum, qui in illis, quæ ex patrum magisterio potuit rectè cognoscere, sese præ cæteris, quasi doctor extollit. Quæ sit autem vera hominis sapiẽtia, sic ostendit,

b *Time Deum & rece. à ma.* Quale est illud, in Iob, *Ecce timor domini, ipse est sapientia, & recedere à malo intelligentia.* Perfecti enim ita se debent à malis omnibus continere, vt

† agnosce Iob. 28. b.

† Tob. 14 b 2. q. 1. c. nõ est. da pauperibus. non est in Heb. B

diuinæ præsentiã maiestatis cum metu sẽper recogitent. Et notandum, quod supra, fiduciam habere in domino nunc autẽ Deum timere admonet: Ibi fragilium animos, ne desperent promisso Dei auxilio corroborat, hic fortiores, ne de se præsumant, diuini timoris memoria coercet.

† 14. q 4. c. vindicta

* Quia.

c *Sanitas quippe erit.* In *ossibus*, solida virtutum opera: in *vmbilico* (qui in interiore parte corporis medius est) infirma adhuc, & imperfecta bonorum actio designatur. Si ergo Deum timueris, & non tuis viribus, sed Deo confisus, à malis abstinueris: & infirmitas operis C ad statum perfectionis conualescet, & fortia, vnde amplius roborentur, accipient.

† margaritus.

d *Honora dominũ de tua substãtia.* Vt scilicet homines, qui eius palma sunt, qui ad eius imaginem facti sunt recreentur.

e *Et de primitijs omnium.* Non solùm de substantia pecuniæ, quam pauperibus damus: sed de omnibus quæ bene agimus, de gratia quam à domino recepimus. Ille etiam dominum de suæ substantiæ suarumque frugum primitiis honorat, qui quicquid boni agit, non sibi, sed ei tribuit.

Matt. 6, c.

f *Implebuntur horrea tua saturitate. Thesaurizate vobis the. in cę.* Si sancti thesauros habent in cælo, quia veras diuitias ibi inueniunt, habent vtique ibi & horrea, & torcularia: scilicet quia non esurient, neque sitient amplius. Et in præsenti nonnunquam doctori, qui panem verbi, qui poculum gratiæ spiritualis indigenti ministrat, maiora ministrandi dona, dominus pro mercede condonat. Qui terrena subsidia largitur in opibus, ditior dando, cæleſti remuneratione, redditur.

g *Torcularia redunda.* Quia interna suauitas æternorum, corda cuncto-

D Luc. 21. c.

rum fidelium in laude sui conditoris accendit. Hic etenim dicit. *Vt eda. & bi. s. mems. m. in re. me.*

h *Disciplinã.* Sunt qui in prosperis seruiunt domino, sin aduersis recedunt: Vnde sapiẽtia, quem in prosperis viuere docuit, etiam ne in correctione deficiat, hortatur, ne accedente infirmitate, vel paupertate, vel huiusmodi, pietatem, quam in tranquillitate videbatur habere, amittat.

† De cõstit. c. ne innitaris.

† dominũ.

i *Quem enim dili. dominus cor.* Tanto ergo minus de flagello, quo castigamur, murmurare debemus: quanto certius in eo paternæ dilectionis pignus tenemus. Vnde ipse ait, *Ego quos amo, arguo et castigo.*

Apoc. 3. d.

† Heb. 12. b

k *Beatus homo, &c.* Quia positos sub disciplina & correctione cõsolabatur, quod cœperat, addit, insinuans, quod beatitudo vera est hominis, non aduersis carere, quæ in præsenti sunt, sed æternæ sapientiæ perceptione lætari: quod est in hac vita domini voluntatem cognoscere, & in futuro eius visione perfrui.

E

† tædio affi ciaris.

l *Et qui affluit pru.* Bene, cum diceret, *qui inuenit sapientiã*, addidit, & *qui affluit pru.* Sunt enim qui inueniunt sapientiam, doctrinam veritatis aure percipiendo, sed affluere prudentia negligunt, nolendo corda sua ad percipiendam eius amplitudinem laxare.

F

m *Melior est.* Non metuat de correctione impiæ, quisquis opes acquisiuit sapientiæ, omnibus enim thesauris munus cęleste præcellit.

n *Primi & purissimi.* Quia radix sapientiæ timor domini, hi sunt primi ac purissimi fructus: Siue quia Deus, qui videtur, ab initio est, & nihil inquinatum in eius visione occurrit, Siue quia primo ad hanc contemplandam homo creatus est. Vnde & filio ad patrem redeunti prima stola datur, Siue quia primum & rude aurũ solet esse purissimum, & prima stola nostra beatitudo credenda, quæ nobis in resurrectione reddenda, à domino perfectius promittitur.

Supra 1. d.

o *Longitudo dierum in dextera eius, & in si.* Visione suæ diuinitatis, electos in perpetua luce donat, & eosdem in præsenti vita, incarnationis suæ sacramentis & charismatibus illustrat & roborat, dat eis, qui ob se comparandum omnia sua vendunt, centuplum in hoc seculo, & in futuro vitã æternam. Iuxta antiquam

☞ tran-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ne innita. prud. tuæ, *præsumendo de te.*

2 In omnibus vijs tuis cogita. illum. *i. in omnibus operibus tuis dirige intentionem tuam ad ipsum.*

3 Et ipse diriget gressus tuos. *i. opera tua ad finem bonum.*

4 Ne sis sapiens apud temet. *de tua industria præsumendo.*

5 Time Deum. *Timore filiali.*

6 Et recede à malo. *diligenter cauendo ab offensa Dei.*

7 Sanitas quippe erit in vmbilico tuo, & irrigatio ossium. *In Hebræo habetur*, Et medulla ossium tuorum, *quæ fortia sunt, quãdiu sunt medullis plena. Et est hic metaphorica locutio: Per* sanitatẽ *enim* vmbilici, *intelligitur bona dispositio animæ in prosperis, & per* irrigationẽ ossium eius, *constantia in aduersis. Et quia homo non solum debet esse bene dispositus ad seipsum, sed etiam ad Deum, ideo subditur,*

8 Honora dominum de tua substantia, *faciendo ei oblationem de proprio, non de alieno.*

9 Et de primitiis omnium frugum tuarum, *de melioribus bonis sicut Abel, Gen. iv. Et quia pauperes sunt membra Dei, ideo subditur.*

10 Da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, *id est, bonis, vnde tu & familia tua saturari poteris. Et quia Deus aliquando flagellat bonos, vt per meritum patientię eorum præmium augeatur, ideo subditur.*

11 Disciplinam domini fili mi ne abiicias, &c.

12 Beatus homo. *Hic consequenter inducit ad concupiscentiam sapientię. Et diuiditur in duas partes: Qui a primò commendat sapientiã, secundo inducit ad eius concupiscentiam, ibi,* Fili mi. *Circa primũ dicit,* Beatus ho. *s. in spe, quæ est certa expectatio futuræ beatitudinis.*

13 Qui inuenit sapientiam. *i. notitiam de diuinis:*

14 Et qui affluit prudentia, *in agilibus humanis.*

15 Melior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti, *quã. tò meliora sunt spiritualia bona corporalibus.*

16 Primi & purissimi fructus eius. *Et dicit* primi, *quia nullũ opus hominis bonum est, nisi virtute prudentiæ dirigatur,* Et purissimi, *quia bona spiritualia non habent aliquod malũ admistũ, sicut frequenter habent bona corporalia, sicut aurum & argentum & similia habent annexam mentis solicitudinem, eleuationem mentis in Deum impedientem, ideo subditur,* Pretiosior est cunctis opibus & omnia quæ.

17 Longitudo dierum in dextera eius. *quia primo & principaliter habet aspectum ad cęlestia & ęterna.*

☞ translationem, parabolarū post *diuitię et gloria*, sequitur, quod nostri codices non habent, *Ab ore eius proficiscitur iustitia, legem autem & misericordiam lingua portat.*

A *Viæ eius.* Actiones & doctrinæ, quæ in euangelio continentur, pulchræ sunt: quia diuinæ, ac puri hominis modū longe trāsgressæ, & omnia eius iussa ad pacem ducunt æternam. Omnia quæ in carne gessit, ad reconciliādos Deo mortales, ad pacificādum cum angelis genus humanum, ad demōstranda suis seruandæ adinuicem pacis & dilectionis exempla pertinent.

b *Lignum vi.* Sicut in medio paradisi lignū vitæ, ita per sapientiā Dei, quę est Christus, viuificatur ecclesia: cuius nunc sacramētis corporis & sanguinis, pignus accipit vitæ, & in futuro, præsenti beatificabitur aspectu.

c *Dominus sapi.* Typice, per filium ecclesiam fidei soliditate locauit, *stabiliuit cælos pru.* cum per eum sublimium prædicatorum corda illustrauit.

d *Sapientia illius eruperunt abyssi.* In diebus Noé, vel cùm quotidie fontes & flumina de abysso per terræ venas emanant. Aliter, *Sapientia illius eruperunt abyssi*, cum largiente Christi gratia, profunda sacramentorum cælestium fidelibus innotescunt, *& nubes rore concrescunt*, ecclesiæ scilicet magistri sublimes per contemplationem & vitam, rigantes corda bonorum auditorum, quasi subiectam sibi terram, Quæ *rore concrescunt*, quia subtilissima discretione, virtutes suas quibus proficiant, quibus alta petant, quæque minoribus in exēplum monstrent, examinant.

e *Fili mi, ne effluant.* Ne disciplina temporali fatigatus, sapientiæ, quæ tanta est, gratiam perdas, pręcaue.

f *Et erit vita animæ tuę.* Habet anima tua vitam cùm Deo, si eius decreta custodieris: quamuis caro disciplina correctionis, aut etiam mortis prematur.

Psal 118.b. g *Et gratia faucibus tuis. Quā dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo.* Habet ergo sensus animi fauces suas, quibus verba, quæ audit, diiudicet: quibus res gestáque singulorū discernendo examinet, & hæc amplectendo recipiat, illa reprobando contemnat. Quibus nimirum faucibus, cum legem atque consilium Dei custodimus, gratia multiplicatur: quia quātò solertius quisque diuinis obtēperat iussis, tanto dulcius eius amorem cōcipit, quem nobis in esse desiderans propheta, ait, *Gustate, & videte, quoniam suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo.*

h *Tunc ambulabis fiducialiter.* In via nostra fiducialiter incedimus, cum Dei gratia cōfisi, profectum in bona nostra conuersatione suscipimꝰ. Si ergo eius imperiis humiliter subdimur: & gustum superni amoris suauius faucibus mentis attingimus, & operationis bonæ augmentū semper obtinebimus. Sed & in tētationibus, ne deficiamus, ipso adiuuante defendimur. Hoc est enim, quod sequitur.

i *Et pes tuus non impinget.* Quoniam dilectionem Dei omnia cooperantur in bonum.

k *Si dormieris, non timebis quiescens, & sua* Patet iuxta literam, quia securus & dormit & vigilat, & quiescit & ambulat, qui se innocentem ante Deum, & iustè viuere meminit. Sed & iustus cùm dormierit in morte, non solum potentias malignorum spirituum non metuit, sed in pace quiescit, ac securus diem resurrectionis expectat: quia Deū vbique protectorem habet & custodē: vnde *Si ambulauero in medio vmbræ mor. non ti. ma. quoniā tu mecum es.*

l *Noli prohi. bene fa. eū qui.* Quia supra diligēter legē domini & cōsiliū obseruare monuit, & æternā requiē obseruātibus promisit: nunc multipliciter, quæ obseruanda sunt, replicat. Primoq; ad id, quod intermiserat, rediēs, misericordiā proximo exhibendā, & iuste, cum illo docet esse viuendū. Deinde & ab inimico cauendum esse præmonet, *Noli* ergo, inquit, *prohibere*, Ne audias à domino, cū Pharisæis: *Ipsi non introistis, & eos qui intrabāt, prohibuistis.*

☞ Ne

Psal. 33. b.

Rom. 8. F

Psal. 22. a.

Luc. 11. g.

† à desolatione, cum venerit.

Hi sunt qui pallēt & ad omnia flumina mutant.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Et in sinistra illius diuitiæ & gloria. *quia secundario et ex consequenti habet aspectum ad temporalia bene administranda.*

2 Viæ eius vię pulchræ & omnes semitæ eius pacificæ, *quia nullam turpitudinem admittit, & ad decorem virtutum inducit: & sic hominem pacificum reddit, redigēdo vires inferiores in obsequiū rationis.*

3 Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam. *Sicut enim per lignum vitę continuabatur vita, vt sic homo manēs in statu innocentiæ de vita naturæ transisset ad vitam gloriæ sine morte media, sic sapientia & prudentia de vita gratię ducunt hominem ad vitam gloriæ sine morte mortalis culpæ intermedia, dum tamen homo in eis perseueret, ideo sequitur,*

4 Et qui tenuerint eam, beati. *quia certitudinaliter ad beatitudinem deducentur.*

5 Dominus. *Postquam autem commendauit sapientiam ex perfectione humana, hic consequenter commendat eam ex perfectione diuina cum dicitur.*

6 Sapientia. *id est, per sapientiam suam, quæ licet sit idem cum essentia diuina: tamen significatur per modū cuiusdam perfectionis ei superuenientis, sicut et alia attributa, quia diuina nō intelligimus, nisi ex creaturis, & sic nominamus, in quibus sapientia, & consimilia, sunt quædam perfectiones superuenientes essentiæ.*

7 Fundauit terram. *quia est centrum mundi sensibilis:*

8 Stabiliuit cœlos. *quia sunt incorruptibiles,*

9 Sapientia illius eruperunt abyssi, *tempore diluuij, Geneſis vij. b.* Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ.

10 Et nubes rore concrescunt, *quia calore solis eleuantur exhalationes humidæ, & condensantur in nubes.*

11 Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. *Post sapientiæ commendationem inducit, ad eius acquisitionem & conseruationem, dicens,* Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. *scilicet mentalibus, quia sunt iugiter attendenda.*

12 Custodi legem. *quantum ad præcepta,*

13 Atque consilium. *quantùm ad superaddita consilia:*

14 Et erit. *talis conseruatio.*

15 Vita animæ tuæ. *quantum ad perfectionem mentis.*

16 Et gratia faucibus tuis, *quantum ad veritatem locutionis.*

17 Tunc ambulabis fiducialiter, *procedendo de virtute in virtutē.*

18 Et pes tuus non impinget, *cadendo in culpam mortalem.*

19 Si dormie. nō timebis, *quia obdormies in Deo, et in statu salutis.*

20 Quiescs & suauis erit somnus tuus. *Mali autē homines propter mala quę fecerunt alys, semper timent sibi insidiari: & propter hoc in somno occurrunt sibi phantasmata terribilia, propter quæ non dormiunt suauiter, nec quietè. Boni vero in somnis habent phantasmata bona. Propter quod dicit Philosophus. j. Ethicorum. Pertranseuntibus autem à vigilia, scilicet ad somnum, meliora sunt phantasmata virtuosorum quam quorumcunque.*

21 Ne paueas repentino terrore, *id est, ab aliquo terribili repente tibi superueniente. Et causa subditur.*

22 Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris. *Quod si non vult te custodire à pœna temporali, hoc erit ad bonum tuum scilicet ad exercitium patientię, & meritum gloriæ.*

23 Noli prohibere benefacere eum qui potest, si vales, & ipse, *quia talis omissio boni imputaretur tibi.*

☞ Ne

☞ A a *Ne dicas amico tuo, Vade & reuertere, cras dabo.* Non solum de eleemosynis, sed de omnibus mandatis Christi, qui ait, *Vos amici mei estis, si feceritis, &c.*

Ioan. 15. b. b *Non contendas aduersus ho.* Non vetat contendere aduersus eum, qui malè facit, vt corrigatur: quia hoc frustra non fit, quod certa necessitas cogit. Imò qui ait, *Si*

Matt. 18. b *peccauerit in te frater tuus, increpa illum,* ipse vult, vt errantem, quantum vales, ad viã veritatis reducas.

c *Quia abominatio domini est omnis illusor.* Omnis *illusor*, inquit; quia illusor est, qui vel verba Dei, d quæ nouit, implere contemnit, vel eadem

B peruersè intelligendo ac docendo corrũpit. Illusor est & ille, qui promissa eius, quasi praua, despicit, ac iram districtionis, quasi tolerabilem, spernit. Nec non & ille, qui proximorum simplicitati improbus insultat. Ideoque omnem huiusmodi illusorem meritò diuina abominatur iustitia. Bene autem subditur,

d *Et cum simplicibus sermocinatio eius,* quia superbi, dum simplicibus illudunt, prudentiores se illis, quos irrident, iudicant. Sed horum prudentia, vt Iacobus ait, *terrena est, animalis, diabolica* Sermocinatio autem domini, cum simplicibus est: quia illos sapientiæ secretis illustrat, quos terreni fastus ac duplicitatis nihil habere considerat. Vnde ait, *Abscondisti hæc sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis.*

D Iacob 3. d. Luc. 10. d.

a ¶ Ne differas.

a Nẽ dicas amico tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo tibi, cum 1
a ¶ Id est benefac & recede à malo. b ¶ Id est, contra amicum, quamuis pessimum, c ¶ Vel quod est.
statim possis dare. Ne mõliaris amicõ tuo mãlum: † cum ille 2
¶ Etiam.
b in te habeat fiduciam. Non contendas aduersus hominem 3
a ¶ Ne facias malum: Ne æmuleris hominem iniustum.
frustra: cum ipse tibi nihil mali fecerit. Nẽ æmuleris hominẽ 4
c iniustum, nec † imiteris vias eius: quia abominatio domini 5 6
¶ Quos facile decipit. a ¶ Ne imiteris: Hgestas enim à do.
eligas
est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius. Egẽ- 7 8
¶ Alias tabernacula.
d stas à domino in domo impij: habitacula autem iustorum be- 9 10
a ¶ Ab Antichristo permittet deludi. b ¶ Iudæos, qui eum deriserunt.
nedicentur. Ipse deludet illusores: & † mansuetis dabit gratiam. 11 12
a ¶ Vnde: Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.
Gloriam sapiẽtes possidebũt: † stultorũ exultatio ignominia. 13 14

e *In domo impij.* Vt purpurati diuitis, qui in hac vita spiritualibus eguit, & post ad tantam peruenit inopiam, vt nec guttam aquę, quam quęrebat, acciperet: vnde, *Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cęlestibus in Christo, qui in remuneratione audient, Venite benedicti, &c.* Sed ad literam sæpe contingit, eos, qui aliena diripiunt, ad vltimum inopia consumitat illos qui sua largiuntur, etiam bonis abundare terrenis.

† & ipse habitat fideliter tecum.

E Matt. 15. c. † humilib.

† Stulti exaltant quod ignominiosum est

Iacob. 4. d.

f *Illusores.* Hos versus Iacobus, & Petrus iuxta antiquam translationem posuerunt, *Quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ne dicas amico tuo Vade & reuertere, *quia acceleratio doni augmentat meritum, secundum quod dicitur communiter, Qui citò dat, bis dat.*

2 Ne moliaris amico tuo malum, *hoc enim est pessimum: nulla enim pestis grauior ad nocendum, quam familiaris inimicus.*

3 Non contendas aduersus hom. *id est, sine rationabili causa.*

4 Ne æmuleris homi. *id est, imiteris.*

5 Quia abominatio est domini omnis illusor, *qui promittit bonum in ore, & cogitat malum in corde.*

6 Et cum simplicibus sermocinatio eius, *scilicet, illusoris, quia facilius decipit simplices, quàm astutos. Vel aliter,* Sermocinatio eius, *scilicet domini, qui simplicibus revelat secreta sua, Mat. xj. d.* Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

C 7 Egestas, *id est defectus bonorum temporalium, & spiritualium,*

8 A domi. *scilicet immissus.*

9 In domo im. *In pœnam impietatis suæ.*

10 Habi. au. iu. be. *id est multiplicabuntur in temporalibus & spiritualibus bonis.*

11 Ipse deludet illuso. *id est eos delusos ostendet, manifestè puniendo.*

12 Et mansue dab. gra. *Mansuetudo enim reddit hominem gratiosũ, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.*

13 Gloriam sa. pos. *Commentator super. j. Ethicorum dicit, quod ista tria, reuerentia, honor, & gloria, se habent per additionem. Est enim reuerentia, quando aliquis defert honorem alicui quacunque causa, etiam si ex timore hoc faciat. Si autem hoc faciat propter virtutem honorati, tunc proprie dicitur honor; propter quod dicitur ibidem, quod honor est præmium virtutis, & hoc quando fit in secreto, vel coram paucis. Sed quando exhibetur propter virtutem, & coram multis, tunc proprie est gloria, quę est clara notitia cum laude. Sapientia autem reddit hominem honorabilem coram multitudine, non solum in terra, sed etiam in cœlesti patria.*

F

14 Stulto. exul. *id est ignominiosa: quia lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, vt dictum est suprà. ij. c. In Hebræo habetur,* Stultorum exaltatio, ignominia: *quia tunc magis apparet turpitudo sua fatuitatis, sicut turpitudo posteriorum simia magis apparet, quando ascendit in altum. Et translatio nostra videtur vitiata per scriptores propter similitudinem dictorum.*

CAP. IIII.

a *Vdite fi.* Hinc exhortaturus ad philosophiam, qualiter ipse sapientiam sit à patre edoctus, explicat.

b *Nam & ego.* Nihil magis ad spem percipiendæ sapientiæ mentes erigit, quam cum eos, quos in sapientia iam clarescere miramur, aliquando par-

CAPVT IIII.

¶ Quia stultorum exultatio est ignominia. ¶ Amplectendam.

a Vdite filij disciplinam patris: & attendite, vt 1
a ¶ Audite Donum bonum &c.
sciatis prudentiam. † Donũm bonum tri- 2
a ¶ Ergo.
buam vobis, lẽgem meam ne derelinqua- 3 4
a ¶ Ne despereris de sapientia: nam & ego. ¶ Dauid. ¶ Dei.
c tis. † Nãm & ego filius fui patris mei tenellus, & vnige- 5 6

parvulos & indoctos fuisse meminimus.

c *Vnigenitus coram ma.* Quare autem Salomon se *vnigenitum coram matre* nominat, quem fratrem veterinum præcessisse scriptura testatur? nisi quia ille mox natus sine nomine, quasi nũquam esset, de vita decessit.

2. Reg. 12. d.

☞ *Susci-*

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT. IIII.

AVdite filij. *Hic consequenter inducit ad sapientiam, & beneficentiam exemplo. Et primo ponitur exemplum; secundo exequitur propositum, ibi,* Posside sapientiam. *Prima pars exponitur tripliciter: Vno modo, quod exemplum hic positum intelligatur de Salomone: & iste modus duplicatur, Vno modo, quod Dauid dicatur hic pater Salomonis, et Bethsabee mater eius, et sic loquitur hic,*

1 Audite filij, &c. *sicut et ego audiui à patre meo Dauid. Et dicitur hic* disciplina *in moribus,* prudentia *in agibilibus.*

2 Donum bonum tri.vo. *scilicet sapientiam, quæ melior est auro et argento, vt dictum est ca. præc.*

3 Legem me. ne de. *Id est documenta bene viuendi à me vobis tradita. Et inducit ad hoc exemplum etiam de seipso dicens,*

4 Nam & ego filius fui pa.m. *Dauid,*

5 Tenellus, *Vnde dicit Dauid. j. Paralip. xxix. a.* Salomonem filium meum elegit dominus adhuc puerum & tenellum.

6 Et vni. coram ma. mea. *Bethsabee. Licet enim tres alios filios habuerit Bethsabee, vt habetur, j. Paralip. iij. tamen illi fuerunt filij Vriæ naturales, & ipsius Dauid adoptiui tantum. Ille enim quem habuit de Dauid ante Salomonem, non computatur ibi, neque hic. Tum quia fuit adulterinus. Tum quia fuit mortuus ante diem octauum: & sic incircuncisus: & per consequens non numeratur inter filios Israel, quia circuncisio est signum distinguens Israel à Gentilibus.*

Legem

☞ Doce

A a *Suscipiat, &c.* Huiusmodi monita Salomoni à Dauid patre data: qui verba dierum relegit, inuenit.

b *Posside.* In omnibus, quæ possides, bonis, sapienter te agere memento. Vel, omnia, quæ possides, terrena contemne, dummodo sapientiam percipias, quod ipse fecit. Data enim fibi oppositione, amorem sapientiæ cunctis prepositi rebus. In euangelio, qui pretiosam margaritam quæsiuit, iuuentam venditis omnibus comparauit.

3 Reg. 3.a. Matt. 23.f.

B

c *Dabit capi.* Patet de Salomone: quia dum pro sapientia cũcta despiceret, ea percepta maiore gloriæ sublimitate refulsit: sed & nostro capiti, id est principali mentis, si sapiẽtiam amplectimur, amplior gratia spiritus augetur: & corona insuper vitæ in futuro dabitur.

† consecuabit

C

d *Audi fili mi.* Expositis his, quæ à patre acceperat, redit ad docendum auditorem sapientiam, quam cœpit.

e *Audi fili mi. & suscipe verba mea, vt multiplicentur.* Monet suscipi verba sua. D

f *Per semitas equi.* Semitæ, id est actiones æquitatis, dum inchoãtur, arctæ videntur & angustæ: Dum verò profectum capiunt, iam ex consuetudine spatiosæ videntur, & latæ, propheta testante, qui cum incipiens domino dixisset,

a ¶ Vnde charior. ¶ Aliter enim, quasi non fuisset, cito mortuus. b ¶ Bethsabee. ¶ Ecclesia. c ¶ Pater.

a nitus coram mãtre mea: & docebat me, atque dicebat: Susci-

a ¶ Non tantum auris. b ¶ Et post. ¶ Opere. c ¶ Inde.

piat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & viues.

a ¶ Si custodi. ¶ Vt hereditatem. b ¶ De diuinis. c ¶ De humanis. d ¶ Inculcatio.

b Posside sapientiam: posside prudentiam. Ne obliuiscaris,

a ¶ Etiam. b ¶ Quod minus. c ¶ Quia. ¶ Custodita.

neque declines à verbis oris mei. Ne dimittas eam, & custo-

¶ Alias dirige. a ¶ Futuræ. ¶ Est hoc.

diet te: dilige eam, & seruabit te. Principium sapientiæ, possside sapientiam: & in omni possessione tua acquire prudentiam, arripe illam, & † exaltabit te: glorificaberis ab ea, cum

a ¶ Vel accipe. b ¶ Quasi delideratam. ¶ Sic. ¶ Alias gloriaberis.

a ¶ Quasi rem amatam. b ¶ Principali mentis. c ¶ Temporalium vel spiritualium.

c eam fueris amplexatus. dabit capiti tuo augmenta grãtia-

a ¶ Vitæ æternæ. b ¶ In futuro. c ¶ Doctus meo exemplo. d ¶ Audiens.

d rum, & corona inclyta protẽget te. Audi fili mi, & suscipe

a ¶ Vt vitę æternæ dona percipias. ¶ Quia.

e verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. Viam sapien-

a ¶ Per quas semitas æquitatis: cum.

f tiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis, quas

1 *Propter verba labiorum* Psal. 16. b.
2 *tuorum ego custodiui vi.* E
3 *duras*, postmodum proficiens, iam canebat, Psal. 118. d.
4 *Viam mandatorum tuorum cu. cùm dila. cor meum.* Etsi ergo semitæ æquitatis, cum ingredi cœperis, arctæ
5 tibi videbuntur: cum
6 eas ingressus fueris,
7 non arctabuntur gressus mentis tuæ, sed iux-
8 ta quod dominus ait,
9 *Iugum enim meum suaue est, & onus meum le-* Matt. 11. d.
10 *ue*, reperies. Etenim F
11 reprobi & in hac vita
12 latum intrant iter, ac
13 in die nouissimo *liga-*
14 *tis manibus et p. emit.*
15 *in tene. exte.* Pedes ve-
16 rò electorum in viam Matt. 22. b.
17 pacis dirigentur.

Audi

☞ *Et*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Docebat me. *scilicet pater meus Dauid. In Hebræo enim habetur,* וירני Vaioreni, *id est docebat me qui modus loquendi non dicitur nisi de masculo. Si autem refertur ad matrem: diceretur in Hebræo* ותרני *Vathareni.*

2 Susci. verba mea. *Sic enim dicebat Dauid Salomoni, instruens eum de cultu Dei, & de moribus, et de ædificatione templi: vt patet. j.* Paral. xxviij. & xxix.

3 Custodi præ. mea & viues *vita gratia: quãdiu. n. Salomõ custodiuit præcepta Dauid patris sui, habuit gratiam Dei. Alio modo exponitur exemplum hic positum, ita quod Deus dicatur pater Salomonis, sicut ij. Regũ vij. c. dicit de eo dominus,* Ego ero illi in patrẽ, & ipse erit mihi in filiũ, *& mater eius dicatur synagoga, siue populus Israel, sicut ecclesia dicitur mater cuiuslibet Christiani: et sic exponit Ra. Sa. cũ dicitur,* Audite filij disciplinam patris, *scilicet Dei, qui est pater omnium per creationem:* Donum bonũ tribuã vobis, *In Hebræo habetur,* Tribui vobis, *scilicet legem in monte Sinai, quę debet cum diligentia custodiri* Nam & ego fui filius patris mei, *id est, Dei, vt allegatũ est. ij. Regũ.* Tenellus, *quia à Deo in pueritia electus, vt dictum est,* Et vnigenitus corã matre mea, *id est dilectus à synagoga, sicut vnigenitus filius diligitur à matre sua naturali* ; Et docebat me, *s. Deus parte meus, quia Salomon habuit scientiam diuinitus infusã, vt habetur. iij. Regũ. iij. b. Tertio modo exponitur, vt exemplum ponatur hic de Christo & Deo patre, & Maria virgine: et sic exponit frater Raymundus in quodam libro quem fecit contra Iudæos, dicens in persona Christi,* Audite filij disciplinã patris, *id est Dei,* Donum bonum tribuã vobis, *id est legem euangelicam diligentissimè custodiendam,* Nã & ego fui *ab æterno.* Filius patris mei, *id est Dei patris, à quo distinguitur filius in persona, licet sit idem Deus in essentia,* Tenellus & vnigenitus, *quia fuit & est vnigenitus Deo patri & Mariæ virgini: Et tenellus teneritudine pietatis in vtraque natura, scilicet diuina & humana,* Ante matrem meam, *quia præcessit matrẽ in natura diuina.* Et docebat me: *Deus pater scientiam diuinam et humanam: quia licet sit eadem scientia diuina in patre et filio, illam tamen habet filius à patre sicut & naturam. Item, Christus homo habet scientiam infusam à Deo ab instanti conceptionis, Istas tres expositiones hic posui, vt lector eligat quam voluerit. Prima tamen mihi videtur magis consona literę hic, & primi Paralipo. ij. Tamen tenendo illam, soluendum est vnum, quod dicit hic Raymundus in expositione sua, dicens, quod hæc est litera :* Tenellus & vnigenitus ante matrem meam. *ita quod per li antè, secundum eum significatur antecessio durationis filij ante matrem, quod non potest esse verum de Salomone, sed solum de Christo tantum modo prædicto. Sed in hoc dictum suum non valet, quia dictio Hebraica hic posita, scilicet* לפני liphne, *indifferenter significat antecessionem, & assistentiã: sicut & hęc præpositio ante in Latino. Dicitur enim de Christo, quod fuit ante tempora secundum naturam diuinam, & ante faciem Pilat. secundum humanam, et frequentius accipitur dictio Hebraica hic posita pro assistentia, quàm pro antecessione.*

4 Posside sapientiam, posside prudentiam. *Hic consequenter Salomon exequitur propositum. & primo inducit ad amorem sapientię: Secundo ad actus bonę vitæ, ibi,* Ne delecteris. *Circa primum dicit,*

5 Principium sapientiæ, posi. sa. *quod sic exponitur communiter, id est, possessio sapientię in via est principium habendi sapientiam in patria, quæ consistit in clara visione. Rab. Sa. exponit sic,* Principium sapientiæ eme sapientiam; *sic est in Hebræo; id est, principium acquirendi sapientiam est comparare sibi, precespretio, vel obsequio doctorem sapientem, qui dicitur hic sapientia in abstracto, eo modo loquendi, quo à liquis notabiliter liberalis dicitur liberalitas.*

6 Et in omni poss. tua acquire pruden. *id est præ omnibus, quæ emi possunt, vel haberi ab alio quocunque modo. Et ad eundem intellectum, qui videtur magis literalis, potest trahi litera nostra,* Principium sapientiæ, *id est acquirendi sapientiam,*

7 Posside sa *id est stabiliter ad modum possessionis adhęreas sapienti doctori.* Et in omni possessione tua, *id est præ omni re, quæ potest à possideri,*

8 Attripe illam, *id est, festina ad eius acquisitionem.*

9 Et exalta. te. *in præsenti, et in futuro.*

10 Glorificaberis ab ea, *id est honoraberis coram multis propter eam.*

11 Cum eam fueris am. *sicut rem valde dilectam.*

12 Dabit capiti tuo au. gratiarum. & *pro id est.*

13 Corona incly. proteget te. *Antiquitus enim sapientibus dabantur corona in signum, quod debebant ab aliis honorari, & in periculis adiuuari.*

14 Audi fili mi, *aure corporis,*

15 Et suscipe verba mea, *aure mentis,*

16 Vt multiplicentur tibi anni vitæ, *quia sapientes sciunt euitare pericula mortis in præsenti vita, & per sapientiam veniunt ad vitam æternam.*

17 Viam sa. mon. tibi. *scilicet processum in virtutibus intellectualibus et moralibus.* 18 Ducam te per se. æquitatis. *quia vię virtutum non habent aliquid distortum.*

19 Quas cum in. fue. non a. g. tui. *In principio enim via virtutis videtur arcta: quia difficile est tenere medium rationis non habenti habitum virtutis: sed per consuetudinem operis dilatatur hęc via, & efficitur facilis ad tenendum, ideo subditur,*

☞ *Et*

a *Et currens.* Quò amplius, & alacrius ad implenda Dei mandata cucurreris: eò minus aduersa, quæ te impediant timebis. Nam quicunque in praua actione desudant, offendiculum in medio cursu reperiunt: quia extemplo, dum non prouident, rapiuntur ad pœnam.

b *Comedunt panem impie.* In actione scelerum, iniqui, quasi epulis delectãtur acquisitis; vel certè vinum damnatorũ bibunt: & esuriẽtibus spicas tollere gaudent, vt esse moris impiorum, testatur scriptura.

c *Iustorum autem se.* Iustorum opera in luce scientiæ perꝑaguntur, & æternam ducunt ad vitã, quæ est perfecta dies.

d *Via impiorum.* Dicit de his Ioannes Apostolus, *Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est.* 1.Ioã 2.b. *Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat: quia tenebræ obcæcauerũt oculos eius.* Cui contra superius dicitur sapienti: quia currens non habebit offendiculum.

e *Fili mi ausculta sermones meos.* Auscultandum monet sermonibus suis, & recedendum à cogitationibus prauis.

f *Omni custodia serua cor tuum.* Sunt qui rectè viuere videntur hominibus: sed quia recta intentione non faciunt, à Deo, qui cor respicit prauum, & vita reprobatur, quæ credebatur bona. Omni ergo diligentia cordis munditiam serua, quia ad eius examen, modus estimatur vitæ.

g *Remoue à te.* Duobus modis sciendum est, vt os tuum ne prauum loquatur aliquid: Tua labia ne detractionibus assuescant custodias, Et alios quoque, quos huic vitio subditos nosti, ne te corrumpant, fugias.

h *Et palpe.* Iter iustitiæ, quod ingredi debeas, diligenter edisce: & in cunctis, quæ agere disponis, solicitus, ad quẽ finẽ sint ventura, prænde. Hoc est enim, palpebras recta videntium oculorum tuos præcedere gressus, bonum opus quod acturus es, sedula cogitatione prævenire: & quia secũdum Deum fit, meditando præuidere.

i *Stabilientur.* Ne leuitate mentis à proposito bono mouearis: vnde Apostolus, *Stabiles estote & immobiles, abundantes in opere domini semper.* 1.Cor.15.g

k *Ne decli.* Dextera via, bona est, sinistra accipitur reproba. Non ergo dextera via ambulare, sed ad sinistram declinare prohibemur. Declinat enim ad sinistram, qui iniustus est. Declinat autem ad dexteram, qui sibi vult arrogare, quòd iustus est. Declinat à dextris, qui de suis viribus præsumit. Declinat ad sinistram, qui præ sua fragilitate desperat se posse saluari; Declinat ad sinistram, qui stultitiæ famulatur. Declinat ad dexteram, qui vult plus sapere quam oportet sapere: quod & de cæteris virtutibus & vitijs eodem modo intelligitur.

☞ a *Auerte*

¶ Etsi ante. ¶ Mentis.

cùm ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui: & currens a ¶ Vt mali, qui in medio cursu offendunt. ¶ Ergo.
non habebis offendiculum. Tene disciplinam, ne dimittas ¶ Sed. a ¶ Æterna. ¶ Ecce præmium. b ¶ Ingredere semitas eius: sed ne delecteris.
eam. Custodi illam: quia illa est vita tua. † Nè delecteris in a ¶ Subtilia consilia malorum. b ¶ Aperta. c ¶ Non placeat, sed fuge.
sẽmitis impiorum: nec † tibi placeat malorũ viã. Fuge ab ea, ¶ Etiam. a ¶ Adeo soliciti ad malum.
nec transeas per illam, declina, & desere eam. Nõn enim dor- a ¶ Aperte. ¶ Quod delectet. b ¶ Vel, nec etiam.
miunt, nisi cùm mãlefecerint, & nõn capitur somnus ab eis, a ¶ Quod delectat, ¶ Fraude. b ¶ Igitur. ¶ Ita actione.
nisi † sũpplantauerint. Cõmedunt panem impietatis, & vi- a ¶ Semitas impiorum fuge, quia tenebræ: iustorum autem semita.
num iniquitatis bibunt. † Iustorum autem semita, quasi lux a ¶ Hic crescendo. ¶ Æternam. ¶ Autem.
splendens, prõcedit & † crescit vsque ad perfectam diem. Via ¶ Est. ¶ Ergo. a ¶ Tu autem ne cum eis tuas. b ¶ Aurè cordis.
impiorum tenebrosa, nesciunt, vbi corruant. Filì mi ausculta a ¶ Expositio est, ¶ Humilia. ¶ Etiam.
sermones meos, & ad elõquia mea inclina aurem tuam. Ne a ¶ Quos debent illuminare. b ¶ Non in angulo.
recedant ab õculis tuis, custodi ea in mẽdio cordis tui. Vita ¶ Imperfectis operibus.
enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ carni*sanitas. Omni a ¶ Ne cogites malum. b ¶ Et mors. c ¶ Etiam. ¶ Ne loquaris, vel loquenti auscultes.
custodia serua cõr tuum, quia ex ipso vita procedit. Rẽmoue a ¶ Tua vel aliena. b ¶ Quia, ¶ Cordis, ¶ Monuit custodire cor & linguam? nunc oculos.
à te os prauum, & detrahentia lãbia sint procul à te. Oculi ¶ Præuisio. ¶ Opera,
tui rectè videant, & palpebræ tuæ † præcedant gressus a ¶ Ne videlicet etres in actibus vel fide.
tuos. † Dirigẽ semitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ sta- a ¶ Ne moueantur à proposito, b ¶ Dirige semitas, ne declines, c ¶ Præsumendo de iustitia, d ¶ Peccando,
bilientur. Ne dẽclines ad dẽxteram, neque ad sinistrãm,

† ruere fecerint. Quia comedunt.
†De pœni dist 2.c.nõ reuerteba-tur.
† lucet.
† Ponderа semitã pedũ tuorum

D
E
F
† ne eius.
† recte coram te. - Vias enim &c. hoc totum non est in Hebræo, nec in antiquis exẽplaribus.

† Ne ingrediaris semitam. †gradiarie in.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cur non ha. offen. *quia habitus acquisitus: facit prompte & delectabiliter operari.*

2 Tene disci. *id est formam discipuli, magis desiderans addiscere ab alijs, quam docere.*

3 Quia illa est vita tua, *hoc est, profectus in vita tua.*

4 Ne delecteris. *Hic consequenter inducit ad actus bona vita. Et primò, respectu sui: secundo, respectu Dei. v. ca. Prima adhuc in duas, quia primò inducit ad euitandum malum: secundo ad operandum bonum, ibi,* Fili mi. *Circa primum dicit,* Ne delecteris in se. im. *quia cum aliquis incipit in aliquo delectari, trahitur ad illud per consensum & operationem, ideo subditur,*

5 Fuge ab ea, *ne appropinquando ad eam trahatis ad concupiscendum, & operandum, & sequendum eam, sicut auicula laqueo appropinquans capitur.*

6 Non enim dormiunt, nisi cum malefecerint, *habentes enim habitum vitiosum inclinatur ad opera mala, quasi sibi connaturalia, eò quod habitus inclinat per modum naturæ: & ideo sicut lapis non quiescit nisi in centro, ita mali non habent quietem mentis, nisi in operibus malis.*

7 Et non capitur somnus ab eis nisi supplantaue. *id est simplices deceperint.*

8 Comedunt panem iniquitatis, *id est, ex iniquitate acquisitum.*

9 Iustorum autem semita, quasi lux splen. *qui enim* facit veritatem, venit ad lucem, *Ioan. iij. c. b.*

10 Procedit & crescit vsque ad perfectum diem, *incedendo de* virtute in virtutem, donec videatur Deus deorum in Sion, *vbi est dies perfecta sine nocte sequenti.*

11 Via impiorum tene. *tenebris errorum.*

12 Nesciunt vbi corruant, *scilicet in infernum, quem casum modò nolunt attendere.*

13 Fili mi ausculta sermones meos. *Hic consequenter inducit ad operationem boni, cui præuia est doctrina bona: ideo dicitur,* Fili mi ausculta sermones meos, *id est, attende cum diligentia.*

14 Ne recedant ab oculis tuis, *ea iugiter meditando.*

15 Custodi ea in medio cordis tui, *firmiter retinendo.*

16 Vita enim sunt inuenientibus ea, *id est causa vitæ gratiæ.*

17 Et vniuersæ carni sanitas, *quia cum hoc faciunt bonam dispositionem corporis seruantibus ea.*

18 Omni custodia serua cor tuum, *sicut castrum obsessum à carne, mundo, & diabolo: & contra carnem, pone custodiam castitatis, contra mundum, custodiam liberalitatis, contra dæmonem custodiam charitatis.*

19 Quia ex ipso vita pro. *Sicut enim à corde carneo procedunt spiritus, qui sunt causa motus & sensus in membris exterioribus: sic ab anima, (quæ vocatur hic cor) bene disposita ad gratiam, opera exteriora viuificantur, & meritoria efficiuntur.*

20 Remoue à te os pra. *id est verba mala detractionis, murmurationis, & huiusmodi.*

21 Et detra. la. *scilicet alterius.*

22 Sint pro. *à te fugiendo detractores.*

23 Dirige se. pedibus tuis. *i. affectibus tuis, quibus anima incedat.*

24 Et omnes viæ tuæ, *id est opera.*

25 Stabilien. *ex intentione bona, dum tamen opera sint bona de genere.*

26 Ne declines ad dexteram, *id est attractus prosperis vel promissis.*

27 Neque ad sinistram, *fractus aduersis.*

☞ Auerte

a *Auerte pedē tuum.* A Hoc est, ne huc vel illuc à recto deuies: quia virtutes discretionē quærunt, quarum nimietas omnis in vitio est. Si auerteris à malo pedem

a ¶ Vt hoc fiat.

auerte pedem tuum à malo. Vias enim quæ à dextris sunt, no-

a ¶ Eligit, placent illi: ideo displicentibus & reprobis dicturus est, Non nouí vos, id est, non vos elegi; non placetis mihi.

uit dominus: peruersæ verò sunt, quæ à sinistris sunt. Ipse autē

¶ Hic. a ¶ Vel cursus. b ¶ Vt videas peruenire.

rectos faciet gressus tuos: itinera autē tua in pace producentur.

tuũt. Si bona, quæ do D
1 cui, domino adiuuā-
2 te facere studueris: aderit ipse propitius conatibus tuis, vt & nũc rectè ingredi, & tũc ad pacem valeas peruenire æternam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Auerte pedem tuum à malo, *i. affectum tuum.*
2 Vias enim quę à dextris sunt, *Totum istud non est de textu, vsque ad finem capituli, quia non est in Hebræo, sed vt credo fuit quædã glo. postea vitio scriptorum textui inserta, sicut & in pluribus aliis locis veteris ac noui testamenti contingit.*

At non est concedendum vllo modo, similes glossas irrepsisse in textũ, quia sic idē poterit de ōnibus locis fingi.

CAP. V.

a *Fili mi. au.* Hactenus generaliter castigauerat auditorem, hinc sub specie meretricis ab hereticorum nequitia prohibet.

Inclina au. Sapientiæ inclinandam aurem, & à metetrice fugiendum, præcipuè à fornicaria monet.

c *Labia tua.* Labia, quibus ipsam fidem per simplicia verba, & cõsueta, atque ecclesiastica profitearis. Sed & iuxta literam. Qui adhæret meretrici, etiam labia vel osculãdo, vel turpia faciẽdo commaculat.

d *Fauus enim.* Cum enim hæretico, dulcedo eloquẽtiæ non ad sufficientiam solummodo, verum ad superfluitatem resonat, ob id falsitas, quia apertè proferri cernitur, veritas à stultis æstimatur.

e *Labia meretricis.* Patet de meretrice, quia & sermonis suauitatem, & formositatem corporis, ad capiendos miseros quærit.

f *Oleo guttur.* Oleo spiritussancti fides catholica consecratur: quo nitidius suũ guttur ostentat, qui sua sensa patrum fide anteponit.

g *Nouiss. au.* Potio absinthij intus amarescit in visceribus: Gladio foris mẽbra feriũtur: Vt igitur ostẽdat iniquos in nouissima vltione, & interius amaritudine impleri, & extra circũdari pœnis perennibus; *& amaritudine* illos *absynthij* torquendos, & *gladio* asseuerat illos esse trucandos. Quare autẽ idem gladius *biceps* sit dictus, aperit dominus cùm ait, *Sed eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennam.*

h *Vagi, &c.* Vagi sunt gressus hęreticorũ: quia alij Christũ Deũ, alij hominẽ negãt, & huiusmodi. Et in tam innumera hęc pestis se fundit itinera, vt penitus quæ sint inuestigari nequeãt. At catholica veritas vaga & inuestigabilis non est, quia vna eadémque cunctis est agnita per totum orbem fidelibus.

i *Long. fac.* Apostolus ait: *Fugite fornicationem*; Quia nimirum huius vitij primum est remedium lõgé fieri ab eis, quorum præsentia, vel illicit, vel cooperatur ad vitiũ.

CAPVT V.

a ¶ Modo fauus.

Fili mi attende sapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam: vt cu-

a ¶ Quibus rectè credas.

stodias cogitationes, & disciplinam labia tua conseruent. Ne intenderis falla-

a ¶ Pro dulcedine. b ¶ Pro affluentia.

ciæ mulieris. Fauus enim † distillãs labia meretricis: & nitidius oleo guttur e-

¶ Intus. ¶ Foris.

ius. Nouissima autem illius amara quasi absynthiũ, & acuta

¶ Voluntates.

quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem: & ad

¶ Opera. ¶ Ergo.

inferos gressus illius penetrant. Per semitã vitę * nõ ambulat:

¶ Per diuersas hæreses. a ¶ Vitij dedecus infinitum est.

vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles. Nunc ergo fili audi

a ¶ Ne ambules cum eis.

me: & nẽ recedas à verbis oris mei. Longè fac ab ea viam

a ¶ Diabolo.

tuam: & ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis

a ¶ Quo etiam imago Dei es. b ¶ Spatium vitæ. c ¶ Diabolo.

honorẽm tuum: & ānnos tuos crudẽli. Ne fortè impleantur.

a ¶ Dæmones. b ¶ Animę vel corporis. c ¶ Quia qui inique agunt, laborant. d ¶ Conuenticulo hæreticorum.

extrānei viribũs, & laborẽs tui sint in dõmo aliena: & gemas

a ¶ In morte vel iudicio. b ¶ Lasciuiendo.

in nouissimis * quando cõsumpseris carnes tuas & corpus

a ¶ De fornicariis patet. b ¶ Ecclesiasticæ fidei. c ¶ Quibus redarguuntur hæretici.

tuum, & dicas: Cur dẽtestatus sum disciplinā̃m: & increpātionibus non acquieuit cor meum? Nec audiui vocẽ docentium

me, & magistris nõ inclinaui aurem meam. Penè fui in omni

Gladius biceps. Luc. 12. a

1 Sed & ab hæreticorum auditu prorsus segregari infirmis auditoribus prodest. E
k *Ne des, &c.* Ne honorem, quò ad imaginẽ Dei creatus es,
† stillans.
3 immũdorũ spiritũ,
4 volũtatib. subdas, neq;
accepta viuẽdi spatia ad libitum aduersarij crudelis expendas.
l *Ne for. impl. extranei.* Ne demoniorum
a cta adiuues, vt
* directè.
vel ingenium animę, vel corporis tui vires ad patranda facinora tradas, *domũq; alienã.* i. numerũ perditorum te adiecto multiplices. Et pulchrè dixit, *Labores tui in domo sint aliena*, quia Iere. 9. b
F
14 sunt qui, iuxta pro-
15 phetã, vt etiã iniqua
16 agant, laborãt, & hæ-
17 retici quantũ laborẽ
18 subierint contra eccle-
19 siã, vtinam lateret.
20 m *Et ge.* i. ideo te ca-
21 stam custodi, ne for-
22 tè in pœnis gemere cogaris, quãdo non solum carnales illecebræ transeunt: sed & ipso torpore derelicto, anima quæ per corpus gessit, cuncta reddere cõpellitur. Et in hac vita sæpe contingit, vt qui in adolescentia luxuriose viuendo sua disperserant, tempore senectutis inopia deficiant, & refrigescente calore carnis, ac flore iuuentutis marcescente, rebus suis, quas lasciuiæ vendiderant, alios vti conspiciant, gementèsque sera pœnitentia dicant quæ sequuntur: *Cur detestatus sum. &c.*

n *Cur de te.* De hæreticis specialiter patet, quia nec veterũ patrum nec nouorũ dictis & exẽplis potuerũt ab errore reuocari.

NICOLAVS DE LIRA CAP. V.

Fili mi attende sapien. meam. *Hic consequenter inducit ad bonum respectu ipsius Dei. diuiditur in duas partes: Quia primò, sub metaphora meretricis retrahit à vitio idololatriæ; Secundò, inducit ad studium sapientiæ, ibi,* Bibe aquam. *Hoc modo exponit Ra. Sa. dicens, quod in hoc capitulo est parabolica, seu mataphorica locutio. Circa primum dicitur.*

1 Fili mi attende sa. meam, *& non vanam & superstitiosam.*
2 Ne in. fal. mu. *Hoc non est in Hebræo, nec in libris correctis.*
3 Fauus e. di. la. *idolatriæ, cuius doctrina concedit delectabilia carnis.*
4 Et ni. oleo gut. e. *id est doctrina eius videtur insipientibus pulchra.*
5 Nouissima au. illius amara. *amaritudine culpæ & pœnæ.*
6 Et acuta quasi biceps. *i. scindens ex vtraque parte, quia vulnerant hic vulnere culpæ, & in futuro vulnere gehennæ; ideo sequitur,*
7 Pedes de. in mortem. *Aliqui libri habent hic interpositum, &* lingua eius. *sed nõ est in Hebræo, nec in libris correctis.*
8 Per semi. vi. nõ am. *i. per semitã morũ, quę ducit ad vitã beatorum.*
9 Vagi sunt gressus eius & in. *quia nullum fundamentum habent ex ratione seu diuina lege.*
10 Longe fac ab ea viam tuam, *ne decipiaris ab idololatris.*
11 Et ne ap. fo. dom. e. *i. phani, in quo idololatria exercetur, seu docetur.*
12 Ne des alie. *f. dijs.*
13 Honorem tu. *i. honorem, Deo debitum, qui dicitur* tuus, *quia honor est in honorante, & non in honorato, primi Ethicorum.*
14 Et annos tuos crudeli, *i. dæmoni, qui colitur in idolis.*
15 Ne forte im. extra. *i. sacerdotes, & doctores idololatriæ qui sunt à Deo alieni.*
16 Viribus tuis. *i. opibus (quas acquisisti viribus tuis) idolis offerendo, & eorum sacerdotibus dando.*
17 Et labores tui. sint in do. alie. *in domo idolorũ, & domo sacerdotũ.*
18 Et gemas in no. *i. post mortem: ideo sequitur,* Quando consumpseris carnes, &c.
19 Et dicas, *pœnitendo licet serò, sicut Sap. v. dicitur de existentibus in inferno,* Dicentes intra se, pœnitentiam agentes, &c.
20 Cur dete. sum disci. *legis diuinæ.*
21 Et increpa. *sapientiũ.* Non aquieuit cor meũ, *per emendationẽ vitæ, ideo subditur,*
22 Penè fui in omni malo. *pœna & culpa.*

a *In*

a *In me.ec.* idem est Græcè, quòd conuentus populorum. Subtilius tamen *ecclesia*, conuocatio; *synagoga*, congregatio. Et vetus quidem populus Dei vtroque nomine vocabatur. Nunc autem pro differentia, ille, synagoga; noster, ecclesia dicitur, merito. s. fidei & scientiæ maioris: quia irrationabilia possunt congregari, sola rationabilia cõuocari. Verũ aliquãdo in malis accipiũtur, vt *Exarsit ignis in synagoga eorum, & flã.* &c. Et, *Odiui ecclesiam malignantiũ.* Cõtemptor ergo sapiẽtiæ, dũ mala sua considerat, videtur sibi omni malo pœnæ irretitus: & hoc ad cumulum mali accedit, quod non extremus, sed in medio, in exẽplũ aliis, etiam quasi autor. Vel certè, *in medio* sanctorũ corpore positus, alienam ab eis vitam ducere non timuit.

† Dispergantur. Psal. 105. c. Ibi. 25 b. † triui aquarum.

† delectabaris in aliena † Iob. 34. c. Psal. 138 b † põderat.

b *Bibe aquã.* Docet, ab hæreticis cauẽdũ, & custodiæ scripturarum ac lectioni attendẽdum: scientiã, inquit, quam aliis prædicas, ipse serua, & tui rigatione sermonis infundere.

c *Deriuentur.* Cum ipse seruaueris, tunc & aliis prædica, & in magna auditorum amplitudine diuina eloquia, iuxta vniuscuiusque qualitatem, dispensa.

d *Habeto, &c.* Aquas in plateis diuidimus, & tamen soli habemus, quando & exterius latè prædicationes fundimus, & tamen per eas laudes humanas non ambimus.

e *Nec sint alie.* Immũdi spiritus, participes fiũt doctoris, si eius mentem, vel elatione dum prædicat; vel quolibet vitio corrumpunt. *Solus* autem *aquas possidet*, cum membris ecclesiæ fideliter connexus, ab extraneis se conseruat.

f *Sit vena.* Sit doctrina tua, & quæcunque nascuntur ex ea, in benedictione ecclesiæ; & *lætare cum ea, cui ab adolescentia.* i. ex quo credidisti, coniunctus es.

g *Cerua cha.* Vel *gratissima*, vt quidem codices habent, sancta est ecclesia, quæ serpentinam conterit doctrinam, *Gratissimus hinnulus*, populus eius virtutũ varietate delectabilis; cuius *veberibus inebriamur*, dum vtriusque testamenti paginis, contra hæreticorũ fraudes instruimur.

h *Amore, &c.* Non vxorio amori insistere docet: sed ne prima viuẽte aliã ducas, vel meretrici vnquam socieris.

i *Respicit do.* Non se putent adulteri noctis tenebris, vel parietum obtegi, non hæretici sua molimina posse celari: quia *tenebræ non obscurabuntur à domino: & nox sicut dies illu.*

k *Iniquitates, &c.* Peccator, qui vel in magnis decidit scelestibus, vel in prauis impius vel infidelis, post acceptam fidem anathema factus, vt hæretici, vel catholici nimiis flagitiis inuoluti, qui vitiis vel funibus peccatorum constringuntur, cum incessabili augmento suæ prauitatis intereunt: qui enim funem facit, torquendo semper & inuoluendo fides fidibus auget, talis est fortitudo operum malorum, tales libri hæreticorum, inquibus praua prauii nectentes non aliud scribendo quàm quò se arctiùs obligent, agunt.

* Chordã chordis innectit.

l *Ipse morietur.* Quia de adulteris multa disputauerat more suo in clausula narrandi, qualis sit finis talium ostendit, id est, quia ad mortem tendant æternam, quia disciplinam vitæ detestati sunt.

f *Sit* ☞ CAP.

a ¶ Longe fac ab eo viam tuam: sed bibe aq. b ¶ Desiderio propriæ vtere mulieris, & ministerijs eius.

a malo, in medio ecclesię & synagogę. Bibe aquam de cisterna 1
a ¶ Serua quod prædicas. b ¶ Filium tuum ac filias alijs nuptum trades: & hoc manifeste, cum pluribus consciis. 2
b 3
tua: & fluenta putei tui. † Deriuẽtur fontes tui foras: & in pla- 4
a ¶ Prædicationes. b ¶ In potestate retine, qualibus matrimoniis liberos tuos socies. 5
c ¶ Fornicarij, meretrices.
c
d
teis † aquas tuas diuide. Habẽto eas solus: nec sint alieni par- 6
a ¶ Tuę sobolis. b ¶ Prolis. ¶ Tantam temperantiam cum muliere, quam adolescens accepisti, etiam cum senuerit, serua: vt merito fidelis castimoniæ benedictionem consequaris in prole. 7
e
f ticipes tui. Sit vẽna tua benedicta: & lætare cum muliere ado- 8
a ¶ Illa sit tibi coniunx charissima, quæ sicut cerua serpentes, persequatur scorta: & suis fuget ab ædibus, sit natus ex ea filius & ipse castitatis amator gratissimus. 9
g 10
h lescẽtiæ. Cerua charissima, & gratissimus hinnulus. Vbe- 11
ra eius inebrient te omni tempore: & in amore eius delectare 12
a ¶ Illius, non alterius: Quare enim sedu. b ¶ Muliere, vel hæretico. 13
iugiter. Quare † seduceris fili mi ab alięna: & foueris in sinu 14
i 15
k alterius? † Respicit dominus vias hominis: & omnes gressus 16
l eius † considerat. Iniquitates sue capiunt impium: funibus 17
18
peccatorũ suorum constringitur. Ipse morietur, quia non ha- 19
a ¶ Quæ hæretici sanctis patribus sapientiores se autumant, vel cum opera tenebrarum facientes iniqui, à domino non videri, ac se facile eius iram putant posse tolerare. 20
buit disciplinam: & in multitudine stultitiæ suæ decipietur. 21
22

NICOLAVS DE LIRA.

1 In medio, &c. *i. inter illos de populo meo. q. d. dum adhuc essem viuens in congregatione populi mei, parum distabam à gehenna, vt exponit Ra. Sa. vnde de homine nequam adhuc viuente dicitur vulgariter, quod habet vnum pedem in inferno. Idem autem significat ecclesia & synagoga, nisi quod* ecclesia *dicitur connocatio populi*, synagoga *verò congregatio.*

2 Bibe aquam *Hic consequenter inducit ad studium sapientiæ, cum dicitur*, Bibe aquam *sapientiæ salutaris.*

3 De cisterna tua. *i. de sacra scriptura.*

4 Deriuentur fon. tui fo. *sapientiam à te hausam aliis communicando per doctrinam.*

5 Et in pla. *i. in locis cõmunibus, et manifestis: in talibus enim locis debet doceri sana doctrina: superstitiosa verò, et mala docetur in latibulis.*

6 Habeto eas solus. *per hoc enim non excluduntur alij fideles discipuli, sed illusores & increduli: sicut dicit saluator Matth. vij. a.* Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, &c. *ideo subditur,*

7 Nec sint alieni. *s. à Deo & veritate,*

8 Participes tui, *id est, doctrina tua.*

9 Sit vena tua benedicta. *i. sapientia tua, vnde alij proficiunt.*

10 Et lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. *i. lege diuina, quæ fuit data populo Israel tempore adolescentię suæ. s. post exitum de Ægypto. Tunc enim propriè incepit esse populus Dei: vnde dicitur Ieremię secundo.* Recordatus sum tui, miserans adolescentiã tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es in deserto, &c. *Studium enim legis diuinę habet delectationem annexã ideo subditur.*

11 Cerua charissima, *supple, est lex diuina,*

12 Et gratissimus hinnulus. *i. discipulus in ea studiosus.*

13 Vbera eius, *id est, conciliationes scripturę,*

14 Inebrient te omni tempore, *id est repleant te iugiter.*

15 Quare seduceris. &c. *s. à superstitiosa & mala doctrina? quasi dicat, nullo modo debes declinare ad eam, etiam occultè: ideo sequitur,*

16 Respicit. &c. *quantuncunque occultetur.* 17 Iniquita. &c. *i. ostendunt captum coram Deo, cui omnia nuda sunt, & aperta.*

18 Et funibus, &c. *ita quòd non potest faciliter operari bonum, propter habitum vitiosum inclinantẽ ad contrariũ.* 19 Ipse morietur. *morte culpæ & gehennæ.* 20 Quia non, &c. *i. non recepit eam, sed repulit.* 21 In mul. stul. suæ. *qua sapiens sibi videtur, qua est maxima stultitia.* 22 Decipietur. *per hoc enim de peccato in peccatum labitur. Expositores autem Latini dicunt, quòd in hoc capitulo non est locutio quantum ad primam partem metaphorica, sed plana, ita quod in prima parte excluditur adulterij: & secũdo cõsulitur matrimoniũ, ibi*, Bibe aquã. *& exponatur principiũ primæ partis vt suprà, vsque ibi*, Fauus enim distillãs labia meretricis: *quæ per verba blanda & mendacia consueuit hominẽ decipere.* Et nitidius oleo guttur eius, *quia incontinens attẽdit & miratur eius pulchritudinem, & sibi multò maior videtur, quam sit, propter motũ concupiscentię;* Nouissima autem eius amara *amaritudine culpę & pœnæ*, Et acuta quasi gladius biceps, *abbreuiat enim incontinentis vitam, & minuit eius substantiam.* Pedes eius descendunt in mortem *naturę, quia vitium luxurię est abbreuiatiuum vitę, vt dictum est*; Et ad inferos gressus illius penetrant, *quia meretur pœnam gehennæ.* Per semitam vitę non ambulat *rectè viuendo*, Vagi sunt gressus eius, *quia tales mulieres sunt vagabundæ.* Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius, *quia in talibus prostibulis solent esse ribaldi, & homicidæ; ideo subditur*, Ne des alienis honorem tuum. *i. bona vnde debes honorari*, Et annos tuos crudeli. *vitam tuam homicidę in prostibulo latenti.* Ne fortè impleantur extranei. *i. meretrices & earum ribaldi*, Viribus tuis. *i. bonis, quę tuis viribus acquisisti. Cętera exponantur vt suprà.* Bibe aquam de cisterna. *Hac est secunda pars, in qua inducit ad matrimoniũ, quòd est concupiscentia carnalis remedium, de quo tamẽ loquitur metaphoricè, dicens*, Bibe aquã de cisterna tua. *i. si nõ potes, vel nõ vis cõtinere, refrigera te cũ vxore tua.* Deriuẽtur fõtes tui foras. *i. pueri à te in matrimonio geniti*, Et in plateis aquas tuas diuide. *i. pueros tuos iã adultos coniugio trade:* Habeto eas solus. *i. sic custodi vxorẽ propriã, quod pueri ex ea sint tui; ideo sequitur*, Nec sint alieni participes tui, *in propria vxore, vel prole.* Sit vena tua benedicta. *i. proles tua de vero matrimonio nata;* Cerua charissima, fidelis *sponsa, &* gratissimus hinnulus. *fidelis sponsus*, Vbera eius inebriẽt te omni tempore: *& in societate eius delecteris in iuuẽtute & senectute.* Quare seduceris fili mi ab aliena. *s. muliere fornicaria, vel adultera? q. d. nulla est causa vel excusatio tua, habes vxorem propriam.* Respicit dominus viam hominis, & omnes gressus eius considerat: *exponatur, vt suprà.*

☞ CAP.

CAP. VI.

A Ex.5.Greg pastor p.3. c 5. initio.

a *Illi mi*. Literaliter patet, quia suadet ei, qui sponderit pro amico suo, vt eum solicitus admoneat, quatenus reddita pecunia, quam debet creditori, & seipsum liberet. Allego autē in hac, perio-

cha doctorē, insequēte autem vacantem †Infra 17.c De renū.c nisi cum.§ verum. quēlibet vt se gerere debeat instruit. Dicitur enim præceptori a ecclesiæ, *Si s. pro. ami. defixsti apud.* Quòd est apertè dicere, Si animā fratris in periculo tuæ conuersationis acceperis, iam ligasti mentem apud curam solicitudinis, quæ ante deerat. *Illaqueatus es ver. oris t. &* B b c *ca. pro ser.* quia dum commissis tibi cogeris bona prædicando dicere, teipsum prius necesse est, quæ dixeris, custodire.

b *Susci.* non tantum ipse bene viuendo vigilare memento: sed †præfectū. illum, cui præes, à †Infr.24 d peccati torpore prædicando suscita.

c *Ne dede. Somnum dat oculis*, qui subditorum curam omnino negligit: *Dormitat* † complisabis. C autem, qui quidem reprehensibilia eorum gesta cognoscit, sed hæc propter mentis tædium digna inuectione non corrigit.

d *Eruere*. q. d. *Velut damula* de manu captantis quærit euadere, sic nitere, vt auditore tuo salubriter instituto, ipse à sponsione vitæ eius liber effugias. Vel certè, quia damula mundum natura est animal, velox cursu, visu acerrimum: vnde Græcè ἀπὸ τοῦ δέρκειν. i. à videndo dorcas nuncupatur. Auis autem volando alta petere consueuit: & tu cum in docendis occuparis subditis, mundus à peccatis omnibus, strenuus in bonis operibus, perspicax in deprehendendis malorum insidiis, & virtutum pennis tutus esse satage: quatenus expleto prædicandi negotio, ad superna transuolari, & cælestis vitæ pascua merearis intrare.

e *Vade ad for.* Hinc vacantem hortatur, vt si ad alios erudiendos non sufficit, saltem suimet curam agere non negligat: & si sapientiam docendi nequit ab homine discere, vel operandi sapientiam, discat â formica, quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate sibi cibum, & congregat in messe quòd comedat. Si tantillum animal principe carens, rationis expers, natura duce sibi in posterum prouidet: multò magis tu ad imaginem Dei †proximo conditus, ad videndam eius gloriā vocatus, †tuis. doctorum tāto magisterio adiutus, ipsum conditorē habens ducem, debes in præsenti fructus bonorum operum cōgregare, qui- E bus in æternum viuas in futuro. Hæc vita messi comparatur & æstati, †caprea. quia nunc inter ardores tentationum, tempus est colligendi futurorum merita præmiorum. Dies iudicij hyemi, quia nulla relinquetur facultas laborandi pro † dormis vita, sed tamen cogetur quisq; de horreo priscæ actionis quod recōdidit proferre.

f *Vsquequo piger dormies, quando*. Vsquequo piger dormies F in vitiis, quando potes surgere ad bene operandum, qui noxio torpore depressus semper dicis, Paululum adhuc iacebo, & sic postea pœnitendo resurgam. Fit nanque vt te semper differente opus bonum, repente iudex, qui tua facta trutinat, adsit, hoc est enim quòd sequitur, & *veniet tibi quasi viator.*

g *Egestas, & pau.* Patet iuxta literam, quia pigritia nutrix est egestatis & penuriæ. Egestas & paupertas pœna est vltima, in qua damnati nihil diuitiarum merentur, quæ *quasi viator veniet*, quia improuisa & subitanea.

h *Si verò impiger*. Fructus terreni, quos metimus, non fonti comparantur, sed cisternæ: quia ad tempus pascunt colligentem, & in tempore deficiunt. At qui impiger fuerit, pro cælestibus laborare diuitiis, huius messis vt fons aduenietz quia mercedem laborum indeficientem percipiet.

☞ a *Homo*

CAPVT VI.

a ¶ Quem custodiendum accepisti.

Fili mi † si spoponderis pro † amico tuo, 1
defixisti apud extraneum manum † tuā. 2
Illaqueatus es verbis oris tui: & captus 3
a ¶ Quia illaqueatus.
propriis sermonibus. Fac ergo quod di-
a ¶ Sic. ¶ Et opus est.
co fili mi, & tetemetipsum libera: quia in-
a ¶ Libera sic. b ¶ A somno peccati
cidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscitā ami- 4 5 6
a ¶ Subditorum curam omnino negligendo. b ¶ Prę tædio non corrigendo.
cum tuum. Nē dederis somnum oculis tuis: nec dormitent 7
a ¶ Non dormites sed oro. b ¶ Mundus, strenuus, perspicax. c ¶ Capienti.
d ¶ Pennis virtutum.
palpebræ tuæ. Eruere quasi † dāmula de mānu: & quasi aūis 8
a ¶ Diaboli. b ¶ Et si ad erudiendum alios non sufficis, saltem tui curam non negligas.
de insidiis aucupis. Vade ad formicam ô piger, & considera 9
a ¶ Si non potes ab homine. b ¶ Sicut tu Deum.
vias eius, disce sapientiam. Quæ cum non habeat ducē, nec 10
¶ Alias in hyeme.
† præceptorē, nec principē: parat in æstate cibū sibi, & cōgre- 11 12
a ¶ Vade ad formicam, & vsquequo. 13
gat in messe quod comedat. † Vsquequo piger † dormies, quā- 14
a ¶ Peccati b Qui dicis. c ¶ In vitijs. d ¶ Qui dicis,
do consurges è somnō tuo? Paululū dormiēs, paululū dormi- 15
a ¶ Qui dicis b ¶ Vacabis à bono opere. c ¶ Interim.
tabis, paululū † cōserēs manus, vt dormias: & vēniet tibi qua- 16
a ¶ Improuisa. ¶ Aeterna. b ¶ Id est, inuincibilis. c ¶ Ad laborandum.
si viātor egestas: & pauperies quasi vir armātus. Si verò impi- 17 18

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT VI.

Fili mi, &c. *Superius Salomon induxit ad beneficentiam, hic consequenter inducit ad beneficentiæ diligentiam, et primò hęc diligentia consulitur; secundò eius oppositum concluditur, ibi,* Vade ad formicam. *Circa primum dicitur,*

1 Fili mi spo *obligando te alteri pro ipso.*

2 Defixisti a. ex. ma. *Talis enim obligatio per dationem manus fieri consueuit.*

3 Illaquea. es. *i. obligatus*, Fac ergo fili mi quod dico, *scilicet ea quæ faciunt ad tui & amici liberationem diligenter exequendo.*

4 Discurre, *ad loca tuę liberationi apta,*

5 Festina, *quia periculum est in mora.*

6 Suscita ami. tuum, *pro quo spopondisti, monendo eum solicitè, vt se & te expediat. Vel aliter:* Suscita amicum tuum. *i. si tu et ille pro quo spopondisti, estis impotentes ad istam expeditionem, quęre ab amicis tuis aliis consilium, & auxilium. Quod enim per amicos facimus, quodammodo per nos ipsos facimus: quia amicus est alter ipse.*

7 Ne dederis somnum oculis tuis, *id est, non sis negligens in hoc negotio.*

8 Eruere quasi da. *id est, velociter;* de manu, *scilicet illius, cui te obligasti.*

9 Vade ad formi. ô piger. *Hic consequenter excludit vitium oppositum. Et primò, excludit pigritiam; secundò, apostasiā, ibi,* Homo apostata; *tertiò luxuriam, ibi,* Conserua. *Consequentia partium patebit prosequendo. Circa primum dicit,* Vade ad formi. ô pi. *eius diligentiam considerando.*

10 Quæ cum non habeat ducem, *eam dirigentem.*

11 Nec præcepto. *cogentem,*

12 Nec princi. *sibi mandantem de diligentia in prouisionem sui:*

13 Parat, *cum magna solicitudine,*

14 : In æstate ci. sibi. *quia tunc inuenit grana in campis, quę comedat. In aliquibus libris additur,* In hy eme, *sed non est in Hebrao, nec in libris correctis, subintelligitur tamen: propter quod aliquis doctor posuit in glo. interlineari, quę postea tracta est ad textū per scriptores ignorantes. Quod autem dicitur hic, quod* formica non habet ducem, &c. *intelligendum est in istis inferioribus, sed habet eo modo quo opus naturæ dicitur opus intelligentiæ: quia ab intellectu diuino procedunt inclinationes, & sic formica per instinctum naturalem à Deo sibi datum monetur ad sibi prouidendum. Habet etiam principem, inquantum subditur diuinæ prouidentiæ.*

15 Vsquequo piger dormies. *Piger enim videtur quasi semper somnolentus.*

16 Et veniet tibi quasi viator egestas, *Id est, cito, & ex improuiso.*

17 Et pauperies quasi, vir armatus. *Ita quòd tu non poteris contra eam te defendere.*

18 Si verò impiger fueris. *Iste versus non est in Hebrao, patet tamen sententia.*

☞ 1 Homo

a *Homo apo.* Dixerat de hæresi & alijs vitiorum generibus, instituerat præceptorem, excitauerat pigrum: at nunc redarguit, & schimaticum. Vbi notandum, quia quem seminantem iurgia dicere voluit, prius apostatam nominauit: quia nisi more superbientis angeli, à conspectu conditoris, prius intus auersione mentis caderet, foras postmodum vsque ad seminanda iurgia non veniret, de quo rectè dicitur, *Qui annuit o. t.p.* quia interior custodia est, quæ ordinata seruat exterius mẽbra: qui ergo statum mẽtis perdidit, foris in constantia motionis fluit, atque exteriorum mobilitate indicat, quod nulla interius radice subsistat.

b *Sex sunt.* De eodem quam sit odibilis Deo seminando discordiam insinuat.

c *Detestatur anima.* Secundum consuetudinem hominum loquitur, vt eũ valde tales odisse significet: vnde in Esaia, *Solẽnitates vestras odiuit anima mea.*

d *Oculos, &c.* Enumerat sex capitalia crimina, quæ tamen cõparatione discordiam seminãtis, quasi minora deponit: quia maius est facin⁹ illud, quo vnitas & fraternitas, quæ per spirituſſancti gratiam est connexa, dissipatur. Potest enim quilibet oculos iactanter extollere, lingua mentiri, homicidio pollui, & mala proximo machinari, alijs sceleribus membra subdere, falsum contra quempiam testimonium proferre (quod non idem esse putandum est, quod supra linguam mendacem nominat: Potest etenim mendacium, sed non contra proximum dici) Potest inquam perditus quisque homini mala, & sibi & alijs inferre, pace seruata ecclesiæ. At Donatus & Arrius eorumque sequaces grauius est quod fecerunt: qui cõcordiam fraternę vnitatis sciderunt.

e *Conserua fili.* Nũc sub adulteræ mulieris specie prohibet ab auditione hæreseos.

f *Liga ea in cor.* i. in cogitatione præcepta Dei fixa tene.

g *Cum ambulaueris.* Tanta sit meditatio diuinæ legis, vt cum vigilans aliquid operaris, hãc sedulo mẽte recolas cum dormieris: in huius memoria requiescas cũ euigilaueris: hanc sedula mente primum ad mentem reuoces, sic enim fiet, vt nec vigilãs offendas, nec à timore nocturno lædaris. Aliter. *Cum ambulaueris in profectu iustitię, gradiatur tecum mandata Dei, vt te instruant.*

h *Cum dormieris,* in morte custodiant animam tuam, ne rapiat hostis. Cum eui gilaueris in resurrectione, loquere cum eis expectando præmia, quæ tibi si ea seruasses, promissa erant.

i *Non concupiscat.* Patet de adultera. Sed hæretici si bene viuere, & apte se agere videntur, vide ne seducaris eorum doctrini.

a *Pretium*

¶ Indeficiens. a ¶ Satiabor cum ap. g. t.

ger fueris, veniet vt fons messis tua: & egestas lõge fugiet
a ¶ Talis impiger, sed homo apostata. b ¶ Schismaticus.
a à te. Homõ † apostãta, vir inutilis, graditur ore peruerso:
annuit oculis, terit pede, digito † loquitur, prauo corde ma-
a ¶ Supradicta. b ¶ Tali.
chinatur malum, & omni tempore iũrgia seminat. † Hũic
¶ Sicut fur.
extemplo veniet perditio sua, & subitò conteretur: nec ha-
a ¶ Erubescat Origen. b ¶ Omni tempore iurgia seminat, quod testatur Deus.
bebit vltra medicinãm. Sex sunt quæ odit dominus: & septi-
a ¶ Quia pessimum est. b ¶ Scilicet superbiam.
¶ In quolibet: alias in quoslibet.
mum detestatur ãnima eius. Oculos sublimes, linguam men-
a ¶ Hic peccatum. b ¶ In proximum.
dacem, manus effundentes sanguinem innoxium, cor mãchi-
a ¶ Alia scelera. b ¶ Ad rumpendam vnitatem vel veritatem.
nans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendũ in ma-
a ¶ Ne vnitatem corrumpat. ¶ Dei.
lum, proferentem mendacia, testẽ fallacem, & eum qui seminat
inter fratres discordias. Cõserua fili mi præcepta patris tui,
a ¶ Ecclesiæ. b ¶ Conserua sic. ¶ Ad cogitandum.
& ne dimittas legẽ matris tuæ. Ligã ea in cõrde tuo iugiter, &
a ¶ Ad loquendum. ¶ Loquelam tuam horum dulcedine vndique munito, ne labaris in lingua,
b ¶ Instruendo.
circũnda gutturi tuo. Cum ambulaueris † grãdiantur tecum:
a ¶ In morte. b ¶ Ne rapiat hostis. c ¶ In resurrectione.
d ¶ Expectando quæ promiserant.
cũ dormiẽris, custõdiãt te: & euigilãs loquẽre cũ eis. Quia man-
¶ Minoribus. a ¶ Maioribus. ¶ Incipientibus.
datum lucerna est, lex lũx: & via vitæ increpatio disciplinæ, vt
custodiãt te à muliere mala, & à blãda lingua extraneę. Nõ con-

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 Homo apostata. *Hic detestatur apostasiam à fide (quæ solet sequi ad negligentiam sciendi ea, quę sunt de necessitate credenda,) cum dicitur,* Homo apostata. vir inu. *id est efficitur vir inutilis: tanta enim est grauitas huius peccati, quod vix potest homo ad bonum reparari. Hoc modo loquitur Apostolus ad Hebræos. vj. a.* Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, &c. *s. per fidem & sacramenta,* Sequitur *ibidem,* Et prolapsi sunt. *s. per apostasiã,* Rursus renouari ad pœnitentiã. *Et accipitur ibi* impossibile *illud quod de difficili est possibile. Hic est enim vnus modus impossibilis, vt habetur. v. metaphysices.*

2 Graditur ore. per. *loquens mendacia.*

3 Annuit ocu. *ostendens mulieribus impudicitię signa.*

4 Terit pe. *vagabundus per loca inhonesta.*

5 Digito lo. *i. cum superbia vnde Esa. lviij. c.* Si desieris digitum extendere, & loqui quod non prodest, &c.

6 Prauo corde ma. malum. *contra innocentes.*

7 Et omni tem. iurgia se. *i. nititur seminare inter concives.*

8 Huic extem. *i. repente.*

9 Veniat perditio sua. *in morte, ideo subditur.*

10 Nec ha. vl. me. *quia non est locus pœnitentiæ post mortem. Et quia in omni peccato mortali est quadam apostasia à Deo, & maxime in peccatis enormibus, ideo subditur.*

11 Sex sunt quæ o. do. *tanquam horrida.*

12 Et septi. detesta. anima eius, *tanquam horribilius.*

13 Oculos sub. *per signa superbiæ manifesta.*

14 Linguam men. *s. mendacio permixtoso assuetam.*

15 Manus effun. innoxium san. *voluntarie & ex electione.*

16 Cor machinans cogitatio. *contra illos, quibus ostendit amicitię signa.*

17 Pedes veloces ad currendum in malum, *ex habitu vitioso ad hoc inclinante.*

18 Proferentem men. testem fal. *scilicet in iudicio: quia tunc non solum solùm peccat contra proximum, sed etiam cõtra publicę iustitię bonum.*

19 Et eum qui se inter fra. di. *qui non solùm debent esse amicitia coniuncti ex cohabitatione in vna terra, vel ciuitate, sed etiam sanguinis propinquitate, vel etiam vna religione, sicut omnes Christiani sunt fratres generaliter: & religiosi eiusdem religionis magis specialiter.*

20 Conserua Fili, &c. *Hic consequenter excludit lasciuiam, quæ solet sequi ad desiderium, de qua prius locutus est: vnde dicit Poeta,* Otia si tollas, periere Cupidinis artes. *Et diuiditur in duas partes: quia primo retrahit à luxuria ex meretricis vilitate, Secundo eius inuerecundia & importunitate. cap. vij. Prima in duas, quia primo retrahit a luxuria ex meretricis vilitate, Secundo ex criminis grauitate, ibi,* Non grãdis. *Et quia talis luxuria per sapientiam euitatur, ideo primo inuitat ad ipsam dicens,* Conserua fili mi præcepta patris tui, *scilicet Dei.*

21 Et ne dimittas legem matris tuæ, &c. *ideſt sacra scripturę, vel ecclesiæ.*

22 Liga ea iugi. in corde tuo. *firmiter retinendo.*

23 Et circunda gutturi tuo. *de his loquendo.*

24 Cum ambulaueris gra. te. *ea meditando.*

25 Cum dor. cu. te. *quia obdormiendo in eorum meditatione obdormis in domino, & sic es in eius protectione.*

26 Et euigilãs loquere cũ eis, &c. *i. resume meditationem de ipsis.*

27 Lucerna est. *scilicet minoribus, vel iunioribus: quia minus clarè intelligunt, Lucerna enim est lumen in testa.*

28 Et lex lux. *maioribus, qui capiunt clarius.*

29 Et via vitæ incre. disciplinæ. *ex ignorantia seu infirmitate peccantibus.*

30 Vt custo. te. *s. prædicta.*

31 A muliere mala. *id est fornicaria.*

32 Et à blan. lin. extraneæ. *i. adulterę quæ à viro suo extraneat se, vel cum viro suo recipit extraneum.*

33 Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum ne capiaris nutibus illius. *quia habet vilitatem annexam, ideo subditur,*

i Pretium

a *Pretium enim scorti.* Breuis voluptas fornicationis, & perpetua pœna fornicatoris. Sicut enim ieiunus diurnam solum effugit esurietem, & nihilominus postmodum esurit, qui comesto pane saturatus absscesserat: sic qui intrat ad scortũ, ad horam quidem euaporat libidinem, sed post paululum ardentior redit.

b *Nunquid potest homo abscõdere ignem.* Soli ei conceditur hæreticorum libros legere, qui adeo solidatus est in fide catholica, vt verborum dulcedine vel astutia nequeat ab ea separari.

c *Non grandis est culpa.* Furtum non ex se, sed ex comparatione peccati maioris, idest adulterij, *non grandis esse culpę* perhibetur. Sic Ieruſalem grauius peccanti dicitur, *Iustificata est Sodoma ex te, &c.* non quia Sodoma nulla vel pauca, sed quia Ieruſalem pluracommisit.

d *Quia zelus & furor viri non, &c.* Et de domino intelligendum est, quia quod nunc parcit reprobis, non parcit in die mortis: nec acquiescit precibus sero clamantium ad se. Nec dona (quorum non est ibi tempus vel facultas) suscipit. Zelatur enim si quis sponsam suam, ideſt ecclesiam, siue animam quanque fidelẽ, corrumpere præsumit.

a ¶ Auerte oculos tuos ne vi. vani.

cupiscat pulchritudinem eius cor tuum, nẽ capiaris † nutibus illius. Pretium enim scorti vix est vnius panis: mulier autem viri pretiosam animam capit. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, & non comburantur plantę eius? Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam. † Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit. Furatur enim vt esurientem impleat animam. Deprehensus quoque reddet septuplum, & omnem substantiam domus suæ tradet, & liberabit se. Qui autẽ adulter est * propter cordis inopiam, perdet animam suam. † Turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur. Quia † zelus & furor viri, nõ parcet in die vindictę, nec acquiescũt cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

a ¶ Sed tamen. a ¶ Ad imaginem Dei factam. ¶ Fuge ergo, quia nunquid. a ¶ Meretricis aut hæretici confabulationem. ¶ Sicut illud non potest. a ¶ Quod implum. a ¶ Quia. b ¶ Etiam. c ¶ Ad comparationem adulterij. a ¶ Non grandis est, quod patet, quia depre. ¶ Insuper. a ¶ Quod contingit prop. cor. b ¶ Insipientiam. ¶ Non tamen sua: sed &. c ¶ In hoc. ¶ In hac via. a ¶ In futuro. ¶ In morte. a ¶ Proprij vel Christi. b ¶ Iudicij. a ¶ Non aspiciet me misericorditer visus hominis. b ¶ Domine do.ape.no. c ¶ Quia non tempus orandi, sed remunerandi.

† splendoribus eius. Quia propter mulierem meretricem, vsque ad hucce llam panis mendicat homo. Ezech. 16. f

† Nõ spernent furẽ, si furatus fuerit, Quis hæreticorum libros legere possit. † cũ zelotypia vretur. † Plagam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Pretium enim scorti vix est vnius panis, &c. *In Hebręo habetur*, Fruſtum panis, *quod est modicum: & tamen accedens ad eam perdit maximum, ideo subditur.*

2 Mulier autem viri pretiosam, &c. *tanquam laqueus diaboli. Dicitur autem* anima pretiosa, *quia ad imaginem Dei facta, et ad supernaturalem beatitudinem ordinata.*

3 Nunquid po. homo abs. ignem. *q. d. Sicut impossibile est ignem in sinu abscõdere aut super prunas ambulare absque combustione vestiũ & plantarum, sic impossibile est, quod adulter sit sine macula culpæ.*

4 Non grandis est culpa, &c. *Hic consequenter retrahit ab adulterio ex grauitate criminis, quia multo grauius est furto, quanto vxor est res magis dilecta & chara, (in qua adulter facit iniuriam proximo) quam res, quę subtrahitur furto. Item quia per hoc substituũtur frequenter hæredes falsi. Itẽ quia furtum frequenter committitur ex defectu rei necessariæ ad victum, vel vestitum, et hoc est quod dicitur,* Nõ grandis est culpa. *ſ. furtum respectu adulterij.*

5 Furatur enim vt esurientem impleat animam, *Id est, vt sibi prouideat de re necessaria ad victum vel vestitum,*

6 Deprehensus quoque reddet septuplum. *Exod. xxij. dicitur, quod de rebus inanimatis reddatur duplum, de ouibus quatuor oues pro vna vna, & de bobus quinque pro vno: ita quod in lege nõ scribitur quod debeat reddi septuplum. Ideo dicendum, quod propter incrementum furti fuit additum ad pœnam legis, vt homines à furto cohiberentur. Nec est contra legem, quę non inhibuit addere ad pœnam pro bono reipublicæ.*

7 Et omnem sub. domus suę tra. *pro sua redemptione: & si non sufficeret, debebat vendi, & de pretio eius satisfieri.*

8 Qui autem ad. est propter cor. inopiam. *Adulterium enim non committitur ad supplendum indigentiam victus vel vestitus, sicut dictũ est de furto: sed ex defectu rationis, quæ vocatur hic* cor *quę negligens est reprimere concupiscibilem, quæ nata est ei subijci.*

9 Perdet ani. suam. *commissione culpæ.*

10 Turpitudinem & ig. con. sibi. *quia vitia carnis sunt maioris infamiæ.*

11 Et opprobrium illius non deleb. &c. *Interminabilis est enim pœna gehennæ, ad quam iudicabitur sententia irretractabili in die iudicij: ideo subditur.*

12 Quia zelus & furor viri, &c. *Dei, qui dicitur hic* vir, *quia frequẽter in veteri testamẽto legitur apparuisse in humana specie. Et quia Christus Deus & homo in forma humana, gloriosa tamen, apparebit in iudicio. Actu. j. b.* Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum sic veniet. *ſ. ad iudicium, quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum in corpore glorioso.*

CAP. VII.

CAP. VII. a *Fili mi.* Hæc perioche eadẽ quę superior plenius explicat.

¶ Ne hęc contingant tibi fi. mi.

Fili mi, custodi sermones meos, & a ¶ In corde m. ab. e. t. vt nõ pec. ti. b ¶ Ne rapiantur. c ¶ De tua substantia. præcepta mea recõde tibi. Fili hõnora dominum, & valebis: præter eum vero ne timueris a ¶ Contra hostes. b ¶ Nolite timere eos, qui cor. occidunt. a ¶ Diabolum, vel quemlibet. b ¶ Hæc scilicet. alienum. Serua mãdãta mea & viues, & legem meã quasi ¶ Diligenter. pupillã oculi tui. Liga eam a ¶ Actibus tuis. in digitis tuis, scribe illã in a ¶ In latitudine cogitationis. tabulis cordis tui. Dic sa-

Fili hono ra, &c. non est in Hebræo.

b *Et legem meam.* Tam solerter serua, quæ doceo, quasi nil recti sine his aspicias.

c *Dic sa. soror.* Sapientiam ecclesiasticæ doctrinæ sororia tibi dilectione coniunge, vt hæc te à pollu-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VII.

Diuisio.

1 Fili mi cu. ser. *Hic consequenter retrahit à luxuria ex meretricis inuerecundia & importunitate, quæ euitatur per sapientiam: ideo primo inducit ad sapientiæ amorem, Secundo, describit periculum mulieris adulterę, ibi,* De feneſtra, *Tertio monet ipsam fugere, ibi,* Nunc ergo. *Circa primum dicitur,* Fili mi cu. *opere adimplendo.*

2 Et præ. mea re. *sicut thesaurum pretiosum.*

3 Fili ho. do. & va. *Ille versus non est in Hebræo: propter quod ipsum transeo, & quia patet eius sententia.*

4 Serua mandata mea & viues. *vita gratia in presenti, & glorię in futuro.*

5 Et legem meam quasi pupillam ocu. tui. *Ideſt valde diligenter & solicite.*

6 Liga eam in digitis tuis, *opere adimplendo: quia manus est organum organorum. iij. de Anima.*

7 Scribe illam in ta. *indelebiliter retinendo.*

8 Dic sapientiæ, Soror mea es. *i. dilige eam charissime.*

1 Vt

☞ pollutione seruet hæretica, quæ à vera castitate ecclesiæ probatur extranea.

a *De fenestra.* Pater iuxta literam, quia sapientium aspectus magistrorum, & infirmorum actus sedulò speculatur, & fortium. At æterna Dei sapientia de cælo prospexit, & vidit omnes filios hominum. Aptè autem Salomon de fenestra domus suæ se per cancellos prospexisse dicit, vt paruulorum gesta dijudicaret. Qui enim de fenestra per cancellos perspicit, ipse quidem quæ foris aguntur plenè considerare sufficit: nec tamen ipsum, qui foris sunt, intra degentem aspiciunt. Hinc enim Apostolus, *Spiritualis omnia iudicat, & ipse à nemine iudicatur.* Iuuenem vocat adulterum, non propter virtutem, sed propter instabilitatem, qui *transit in platea*, quia deseruit angustâ viâ, quæ ducit ad vitam.

b *Iuxta angulũ.* quia deflectit à rectitudine; & *prope viam domus illius graditur*: quia à via veritatis declinauit, meritò viæ domus meretricis vel hæretici appropiat.

c *In obscuro aduesperascente.* Quia iam talis per cęcitatem cordis, ad tenebras festinat peccati, & damnationis.

d *Et ecce mulier occurrit ornatu illi meretricio.* Patẽt hæc cuncta de meretricis operibus iuxta literam. Verum doctrina hæretica quencunque incautum reperit, & vecordem, hunc decipere tentat. Ipsa enim ornatu meretricio apparet, & immunda refulget, eloquentia, præparata est ad decipiendas animas, & quoscunque associare potest, spirituali morte perimit.

e *Nec valens in domo.* Nulla est hæresis, quæ primis contenta sit discipulis (hi enim sunt domus eius) sed semper nouos, quos decipiat quęrit.

f *Apprehensumque deosculatur iuuenem*, id est, falsorum verborum blandimentis tentat instabilem.

g *Et procaci vultu blanditur dicens.* Iuxta literam patet, quia meretrix conuiuium se magnificum præparasse fatetur. At hæretici in cunctis, quæ agunt, victimas se suæ salutis, Deo immolare, vel autumant, vel autumare gestiunt. Nam & dominus ad discipulos, *Sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.* Ioh. 16 a.

h *Intexui funibus lectulũ.* Solẽt lecti, qui ex funibus, vel iuxta aliam translationem, institis, intexuntur, molliores fieri quàm ex ligno: vel ex qualibet alia materia. In lecto ergo de funibus meretrix mollitiẽ quietis designat: In tapetibus ergo pictis ex Aegypto etiam oculorum tẽtat illecebras, quibus nefando aspectu irretitis, facilius ad seducenda mentis arcana penetret. Quia verò nomine funium aliquando solent diuina præcepta figurari, quæ nos à vitijs coercendo religant: promittunt se hæretici, rum cælestium, lubre suis auditoribus quasi stratum parare, in quo à vitiorum tumultibus libero corde quiescãt; sed veraciter illis fu- nibus peccatorũ construunt locum perditionis, vt ligatis manibus & pedibus dãnentur, vnde, *Ecce mitto eam in lectum, & qui mœchantur cum ea.*

In tapetibus verò pictis ex Aegypto, ornatus eloquentię & dialecticæ artis versutia, quæ ab ethnicis originem sumpsit, intelligitur: per quam hęretica mens sensum doctrinæ pestilentis, quasi meretrix thorum facinoris, se texuisse gloriatur.

i *Aspersi cubile meum.* Promittunt se, tales odorem cælestium habere virtutum, quibus sua suorumque corda, velut funibus cubilia venusta, consecrantur, quasi, Christi bonus odor sumus Deo.

k *Veni inebriemur uberibus.* Doctrinæ sanctę poculis se inuicem satiandos iactant hæretici, & virtutum gratia coniungendos, donec eorum gesta lux sequatur æterna.

☞ *Sacculum*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt custodiat te à muliere extranea. *id est, adultera, quę extraneum recipit cum marito.*

2 Quę verba sua dulcia. *blãditiis et adulationibus hominẽ decipiẽdo.*

3 De fenestra. *Hic consequenter describit mulieris adulterę periculum ex sua importunitate, di.* De fenestra enim domus, *id est, de secreto conscientię meę cõsideraui periculum mulieris malę. Vel potuit esse ad literam, quòd Salomon de fenestra domus suæ vidit iuuenes incontinentes ad domos meretricum declinantes, quæ solent manere prope domos magnatum, eò quòd plures eis seruientes subiecti sunt vitio incontinentiæ: sicut Dauid pater eius vidit mulierem se lauantem ex aduerso domus suę. ij. Reg. xj.*

4 Et video paruulos. *id est, incontinentes, qui sunt sensu paruuli.*

5 Considero vecordem iuuenem. *id est, habentem vę in corde ex dominio carnalis concupiscentia.*

6 Qui transit per plateas iuxta angulum, *vt perueniat ad meretricis domum, quę solet esse in locis angularibus.*

7 In obscuro, *quia* qui malè agit, odit lucem. *Iohan. iij.*

8 Et ecce mulier occurit illi. *ad captandum eius beneuolentiam.*

9 Ornatu mere. *admagis accendendam concupiscentiam,*

10 Præparata ad ca. ani. *laqueo concupiscentię carnalis.*

11 Garrula, *multiplicatione locutionis,*

12 Et vaga, *ex mobilitate mentis,*

13 Quietis impatiens, *per tactus & gestus impudicos corporis.*

14 Nec va *sed semper vult ad spectacula, & loca inhonesta currere.*

15 Nunc foris, *in aliena domo:*

16 Nunc in pla. *in publico.*

17 Nunc iu. an. in. *quasi dicat, modus est meretricis per omnem viã & modum inducere ad actum concupiscentię carnalis; ideo subditur,*

18 Apprehen. *brachiis amplexantibus.*

19 Deosculatur iu. *sibi consentientẽ.* 20 Et proca. vul. *id est, improbo & effronti.* 21 Victi. pro sa. *sic est in libris correctis.* 22 Hodie red. vo. q. d. *tempus est reuertendi ad delectabilia: sicut multi accepta communione solennitate paschali post prandium recurrunt ad choreas & lasciuias.*

23 Idcirco e. sum in oc. *sciens, quod tu habeas simile desiderium, ideo subditur,* 24 Intexui fu. *vt sit mollior, quàm si stramenta essent immediatè super terram.* 25 Straui tapetibus, *id est, curiosè ornaui.*

26 Aspersi cu. *vt odore talium fiat in eo delectabilior concubitus.*

27 Veni. ine. *i. satiemur.* 28 Vberibus. *i. cum tactu vberũ; qui est cõcubẽtiũ ad inuicẽ, maximè nudi cũ nuda in lecto. Et quia timor in tali actu delectationẽ minuit: ideo remouetur, cũ dicitur,* 29 Nõ est enim vir. *scilicet meus.* 30 In domo sua. *quasi dicat potes ibi esse secur°.*

a ¶ In tempore, quo electorum suorum numerum ecclesia compleuerit, reuertetur ad iudicium

a Sacculum pecuniæ secum tulit: † in diē plenæ lunæ reuersurus 1
¶ Ecclesiam. 2
est in domum suam. Irretiuit eum multis sermonibus, & blan- 3
a ¶ Quasi stultus nesciens ipse ductus ad interitum.
ditiis labiorum protraxit illum. Statim eam sequitur quasi bōs 4
ductus ad victimā: & quasi agnus lasciuiens, & ignorans, & quōd 5
a ¶ Sententia iudicis. b ¶ Omnia interiora. ¶ Quasi bos, & velut auis.
ad vincula stultus trahatur: donec trāsfigat sagittā iecūr eius, ve- 6
¶ Non corporis solum. ¶ Ab inferioribus ne abstrahatur in vijs illius. 7
lut si auis festinet ad laqueū: & nescit quia de periculo animæ il- 8
lius agitur. Nunc ergo fili audi me: & attēde verbis oris mei. Ne 9
abstrahatur in viis illius mens tua: neque decipiaris semitis eius. 10 11
b ¶ Fac tibi periculum in aliis. 12
c Multos enim vulneratos deiecit: & fortissimi quique interfecti 13
a ¶ Ne abstrahatur in vijs illius, mens.t. Viæ inf. 14
d sunt ab ea. Viæ inferi domus eus, penetrantes † interiora mortis. 15

magistrum fuisse, quam diu rectè sapuit, qui negauerit, errat. D

c *Via inferi domus eius: penetrantes.* Sed de ecclesia dominus ait, *Portæ inferi non prævalebunt aduersus eam.* Mat. 16 c E

d *Interiora mortis.* Obscuriora & arctiora gehennæ tormenta, quibus hæreticos & fornicatores constat esse mergendos. F

† Inferiora

A † ad statutum dem Qui decepti à mulieribus

B

C

a *Sacculum pecuniæ secum tulit.* Gloriam resurrectionis, immortalitatis decus, quo illius patriæ ciues lætificaret & ditaret.

b *Et fortissimi quique interfecti sunt ab ea.* Vt ipse Salomon sapiētissimus, Samson fortissimus Dauid māsuetissimus, à mulieris decipula; vt Origenos ab hęretica, quem, post apostolos, ecclesiæ magi

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sacculum. *ad emendum mercimonia in longinquis partibus.*
2 In die plenæ. *In Hebrǫo habetur*, In termino constituto, *qui adhuc satis dilat. Nescio autem quare translator noster posuit*, In die plenæ lunæ: *nisi quia ātiquitus Gentiles, & alij in hoc eos sequētes) qui credebant omnia ista inferiora prouenire ex corporum cęlestium dispositione) redeuntes mercationibus libenter intrabant domos proprias in plenilunio, vt sic plenitudo lucri sequeretur; vnde adhuc in aliquibus terris Christiani volentes encæniare domum nouam, vel mutare domicilium non faciunt hoc libenter in defectu lunæ, ne sequatur defectus bonorum temporalium: sed faciunt hoc in augmento lunę vel eius plenitudine, vt sequatur plenitudo bonorum temporalium; & hoc est de reliquiis Gentilium, propter quod est magis vitandum.*
3 Irretiuit eum multis sermonibus, *id est detinuit, & passione concupiscentię quasi rēti inuoluit.* 4 Statim eā sequit. *id est, credens ire ad bonum suum, cum tamen vadat ad malū maximū.* 5 Igno. quod ad vincula. *scilicet pœnæ & culpę.* 6 Donec tran. sagitta. *s. diuinę vltionis.* 7 Velut si auis festi. ad laque. *quæ ex appetitu moduci cibi illaqueatur, & interficitur: sic incontinens ex appetitu delectationis momentaneę incurrit laqueum culpæ, & mortem gehennæ.*
8 Nunc ergo fili mi audi me. *Hic consequenter monet dictum periculum fugere, dicens*, Nunc ergo fili mi audi me, *aure corporis.*
9 Et at. verbis oris mei, *aure mentis.*
10 Ne abstra. *per consensum.* 11 Neque decipiaris, *per operis complementum.* 12 Multos enim vul. *vulnere concupiscentię*
13 Deiecit, *à statu gratiæ.*
14 Et for. quique. *vt patet de Adā maximo, quia erat in statu innocentiæ perfectus sciētia & virtute; & de Sāsone fortissimo; et de Dauid sanctissimo; & Salomone sapientissimo, & multis alijs in veteri & nouo testamento.* 15 Viæ inferi do. eius. *quia in domo eius committitur culpa: quæ est via ad gehennam.*

CAP. VIII.

Ioan. 18. d

a *Vnquid nō sa. etc.* Dominus palā locutus est mundo: & in occulto locutus est nihil. Quid ergo neglecto euangelio eius, ad hæresim & lasciuiam miseri confluunt?

b *In summis. &c.* In monte discipulos simul & turbas docuit. Sed & per vias sæpe

† clamat Lucæ 7. b. † stulti.

his, qui conueniebāt, prædicabat: & eos, qui cura indigebant, sanabat, in ipsa porta ciuitatis Naim mortuum suscitans, exem-

* enim † loquetur

plo miraculi verba, quæ docuerat, commendabat. Quasi, quid sequimini eos, qui contra eum in occulto loquuntur?

* Vniuersi ipsi

c *O viri ad vos.* Ad viros clamat, id est, ad strenuos verbi auditores: In vtroque sexu, nanque fœminæ, id est, fluxæ mentes sapientiæ verba percipere nequeunt.

a ¶ Prædicationibus b ¶ Attentos facit. c ¶ Non ad fœminas.

CAP. VIII.

a ¶ Quantum ad cælestia. ¶ In diuinis.

Vnquid non sapientiā clamitat: & † pru- 1
¶ In Humanis. a ¶ Si non potest capere diuina. 2
b ¶ Sermo in monte.
dentia dat vōcem suam? In summis ex- 3
a ¶ In itinere. ¶ Stans autem Iesus, iussit eum adduci ad se.
celsisque verticib⁹, super viam in mediis 4
a ¶ In Naim mortuum suscitauit in porta.
semitis stās iūxta portas ciuitatis, in ipsis 5
a ¶ Rationales, non ad iumenta. b ¶ Vox mea hoc. s.
foribus † loquitur dicens. O viri ad vōs clamito, vox mea 6
a ¶ Attentos facit. b ¶ Quia regnum cœlorum: & promisit & dedit: fidemque sanctæ trinitatis docuit; atque alia innumera, quę prophetæ ei relinquebant loquenda.
d ād filios hominum: Intelligite † paruuli astutiam & insipien- 7 8
a ¶ Ex præmeditatione loquetur veritatem, quod est cordis: sed nihil nisi prēmeditatū & discretum loquetur.
e tes animaduertite. Auditē quōniā de rebus magnis locutura 9 10
a ¶ Diabolum & membra eius. b ¶ Eloquia domini eloquia casta argentum igne examinatum.
sum: & aperientur labia mea vt recta prędicem. Veritatem 11
*† meditabitur guttur meū & labia mea detestabuntur † im-
a ¶ Iusti non omnibus sed Rec. sunt. b ¶ Aliis non ita videtur
pium. Iusti sunt omnes sermones mei: non est in eis prauum
a ¶ Aliis iniqui. sed. ¶ Vel accipientibus. b ¶ Quia recti sunt intelligentibus & æqui inue. Acci. disci, 12
quid neque peruersum. * Recti sunt intelligentibus & † æqui
f inuenientibus scientiam. Accipite † disciplinam meam & nō 13

d *Intelligite paruuli, &c.* Manifestum est de domino, quia cum esset ipse in mundo, omni ætati, sexui, cōditioni locutus est; Immo etiam clamabat, stans in templo, *Si quis sitit, veniat ad me et bibat*, Et nunc per doctores ecclesiæ (Ipsi enim sunt *fores ciuitatis* eius) & viris simul & fœminis, sapientibus & insipientibus, grandæuis prędicat & paruulis. At contra, doctrina fallax clam, & priuatim, quos seducere valeat, quærit.

† Intelligēsia

Iohan. 7. f.

† Impietatem

e *Labia mea.* Duo testamēta sibi cōcordi ad inuicem veritatis contestatione coniuncta: quæ ipsa Dei sapientia in carne apparente, per sanctū spiritus donum sūt

† recti † eruditionem

a per orbem.

Matth 6 d Matt. 18. c

ad prædicandum salutem vniuersum aperta

f *Accipite disciplī. etc. Non potestis Deo seruire et mammonæ.*

☞ Ego

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VIII.

NVnquid. *Superius Salomon docuit domesticè, sicut pater filiū: hic consequēter docet scholasticè, vt doctor discipulum; vel politice, vt legislator subiectū. Et diuiditur in duas partes quia primo facit hoc verbo magis plano; Secūdomagis parabolico. c. ix. Prima adhuc in duas, quia primo Salomon loquitur in persona sapientiæ creatę, secundo increatæ, ibi:* Dominus possedit me. *Circa primum dicit*, 1 Nunquid, *id est, frequenter clamat: quia* clamitare *est verbū frequētatiuū.* 2 Et prudentia. *Dicitur autem sapientia, noticia de diuinis: prudētia de agibilibus humanis.* 3 In summis. *id est, in prophetis et sacris doctoribus.* 4 Supra. *id est, in publico, vbi debet docere sana doctrina.* 5 Iuxta portas ciuitatis, *Ibi enim antiquitus sedebant iudices, et sapientes eis assistentes, vt dictum est supra.*
6 O viri ad vos clamito, *non ad bestias irrationabiles:*
7 Intelligite paruuli, *scilicet sensu,*
8 Astutiam, *ad præcauendum mala.*
9 Et insipientes animaduertite, *id est, sapientiam accipite.*
10 Audite quoniam dere. magnis locutura sum, *scilicet de diuinis: quę sunt maxima et auditu digna.*
11 Et aperientur labia vestra, *id est, tunc poteritis loqui rectè. Cætera patent vsque ibi,*
12 Recti sunt intellig. *Nō intelligētibus autē videtur distorti: Sicut habenti oculos humore sanguineo videntur rubea illa, quæ sunt alba.*
13 Accipite disci. me. & non pecu. *quia melior est, quàm bona temporalia, quanto melior est anima corpore.*

☞ Et om-

☞ a *Ego sapien. Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo : ibi ego sum in medio eorum.*

b *Arrogantiam, &c. Arrogantiam & superbiam*, in eis, qui cæteris se meliores existimant; *Viam prauam* in eis, qui apertè mala faciunt, *Os bilingue* in eis qui in bonis, quæ loquuntur, stabile quippiam non habent: sed iuxta auditorum libitum sua verba commutant.

c *Meum est consiliū.* Non se extollat humana præsumptio: plenitudinem virtutum sola Dei sapientia possidet, ab hac humana infirmitas, quicquid habet virtutis, accipit.

d *Per me reges.* Reges dicit apostolos vel alios sanctos: qui & seipsos primum, deinde & ecclesiam sibi subditam bene regere sciunt, *legum conditores*, autores vtriusque Test. & sequētes ecclesiæ scriptores, *principes & potentes*, cæteros fidelium præceptores & rectores appellat. Qui vtique omnes, non nisi per sapientiā, vt essent aliquid, habent. Ait enim, *Sine me nihil potestis facere.*

e *Ego diligentes, &c. Qui diligit me, diligetur à patre: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Mane* quippe ad sapientiam *vigilat*, qui innouato mentis studio ad Christi visionē attingere satagūt.

f *Mecum sum diuitiæ.* Opes superbas, opes excelsas dicit, vt cælestia dona significet. Græcè superbus hyperiphanos, id est, super apparens dicitur: & ideo recte sapientia opes hyperiphanos secum esse dicit: quia quidquid bonorum fidelibus cælitus datur, cunctis mundi operibus excellentius est, quod etiam reddendo iustitiam manifestius inculcat. Nam terrenas opes & gloriam sæpius habent iniusti: Nos autem in resurrectione sicut Petrus ait, Nouos cœlos & nouam terram, & promissa ipsius expectamus in quibus est iustitia.

pecuniam: doctrinam magis quàm † aurum † eligite. Melior
a ¶ Mundi. b ¶ Vt videtur. c ¶ Quia cætera creata, ipsa creatrix: Illa caduca, hęc ęterna.
est enim sapientia cunctis ōpibus pretiōsissimis: & ōmne de-
a ¶ Accipite, dico: quia, Ego sum quæ ha. in con.
siderabile ei non potest comparari. Egō sapientia habito † in
a ¶ Sanctorum. b ¶ Deus, qui glorificatur in co. san. c ¶ Non stultis
d ¶ Timete dominum vt habitet in vobis. Ti. enim do.
cōsilio: & erūditis interfum cogitationibus. Timōr domi-
ni odit malum. Arrogantiam & superbiam & viam prauam,
a ¶ Non hominum. ¶ In consilio habito. Meum est consilium cui do est.
& os † bilingue detestor. Mēum est consilium & † æquitas.
a ¶ Et hoc patet, quia Per me re. b ¶ Apostoli. & alij sancti.
Mea est prudentia: mea est fortitudo: pēr me rēges regnant,
& legum conditores iusta decernunt: per me principes spe-
a ¶ Et quia talis, diligite me. Ego enim.
rant, & potentes decernunt iustitiam. Egō diligentes me di-
a ¶ Innouati mente. b ¶ Quod magnum: quia Mecum
ligo, & † qui māne vigilauerint ad me, inuenient me. mēcum
¶ Excelsæ.
sunt diuitiæ, & gloria, opes † superbæ, & iusticia. melior est
fructus meus auro & lapide precioso, & † genimina mea argento electo. In viis iustitiæ † ambulo, in medio semitarum
a ¶ Si antigraphus.
iudicij, vt ditem diligentes me, & thesauros eorum replēam.
a ¶ Diligite me, quia diligenda sum. Dominus enim po me.
b ¶ Non temporaliter, quia antequam quic. face.
g Dōminus pōssedit me in initio viarum suarum: antequam
¶ Antequam quicquam, quia ab æter.
quicquam faceret † à principio, ab ęterno † ordinata sum,
a ¶ Quia. ¶ Ad literam.
& ex antiquis antequam terra fieret. † Nōndum erant abyssi,
a ¶ A patre genita; vel idem secundum hominem, vndè, Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi; vel, qui occisus est ab origine mundi.
& egō iam concepta eram. Necdum fontes aquarum eruperant, necdum montes † graui mole constiterant. Ante colles
egō † parturiebar: adhuc terram non fecerat, & flumina & † cardines orbis terrę. Quando præparabat cælos aderam, quando certa lege & gyro vallabat abyssos. Quando æthera firmabat sursum, & † librabat fontes aquarum. Quando circunda-

g *Dominus possedit me.* Hucusque locutus est parabolicè ad filiū; nūc verò quia mentionem fecerat de sapientia, & non dixerat quæ esset, & quantæ dignitatis: quasi incidenter ostendit, & commendat eam secundum vtramque naturam, scilicet diuinam & humanam dic. *Dominus &c. Via* domini sunt opera, quorum consideratione ad fidem, vel eius cognitionē peruenit genus humanū. *Inuisibilia* enim *ipsius à creatura mūdi per ea, quę facta sunt intellecta conspiciuntur.* Viæ eius, ipsæ illuminationes per quas se & angelicis spiritibus & mentibus ostendit humanis. In quorū *initio sapientiam possedit*: quia in primordio creaturæ nascētis filium, qui cum eo cuncta disposuerat, habuit. Sed ne aliquis putaret harū in initio viarū, vel aliquādo ante tēpora, filiū esse cœpisse, vigilanter adiunxit, *antequam faceret à prin. ab ęter. ordi. su & ex an. antequā ter.* fie. vsq; dū ait: *Quādo appendebat fun. ter. cum eo erat cuncta componens*: hoc est: *In principio erat verbum, & ver. erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt.* Pereant ergo qui negant Dei

☞ virtutem

† loquens peruersitates

† quęrentes me

† multæ

† ambulare faciam

† ex eo tēpore eram Iohan. 15. a Iohā. 14 c.

† fundati erant. † formata eram

† describebat circino superficiē abyssi

† thesaurū † electum.

† cum astutia, & scięntia cogitationum inueni.

† successus E

† fructus prouentus mei

† principatum habui F

† Nec.

† præcipuas terras orbis

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et omne desiderabile, *scilicet appetitui sensitiuo,*

2 Et non potest comparari, *quia non sunt eiusdem generis: Et quia excedit improportionabiliter talia.*

3 Ego sa. ha. in consi. *quia per sapientiam datur sanum consilium.*

4 Et eruditis interfum cogit, *quia tales cogitationes procedunt ex sapientia, & eam augmentant.*

5 Timor domini, *scilicet filialis.*

6 Odit malum *ipsum fugiens propter Dei offensam: & non tamen propter pœnam, quod facit timor seruilis.*

7 Arrogantiam. *in ore,* 8 Et superbiam. *in corde,*

9 Et viam prauam, *in opere,*

10 Et os bilingue, *quod sapientia loquitur in præsentia, & contrarium loquitur in absentia:*

11 Detestor, *tanquam horribilia.*

12 Meum consilium & æqualitas, *id est, per me sunt ista.*

13 Per me reges regnant, *iustè.*

14 Et legū conditores iusta decer. *Ista enim ex sapiētia procedunt.*

15 Ego diligentes me di. *quia studentes ad habendum sapientiam, ex eius amore ipsā inuenient, & in eis manet: et in ea delectabiliter viuūt.*

16 Mecum sunt diuitiæ, *s. spirituales & etiam corporales.*

17 Et gloria, *id est, honor corā multis: qui impendendus est sapientibus.*

18 Opes superbæ, *id est, supereminentes: ita quod superbia non sonat hic in vitium. Per talem modum dicit dominus Isa. lx. c.* Ponam te in superbiam seculorum, *id est, in eminentiam.*

19 Melior est fructus meus auro, *quanto anima est melior corpore.*

20 In viis iustitię ambulo, *id est, ambulare facio.*

21 In medio. *quia virtus consistit in medio.* 22 Vt dit. dil. *diuitiis spiritualibus, quæ sunt thesauri veri.* 23 Dominus pos. *Hic consequenter Salomon loquitur in persona sapiētię increatę cum dicitur,* Do. pos. m. in. vi. sua, *id est, operum suorum:* 24 Antequam. *Ante enim omnem creationem non erat sapientia nisi increata: ideo sequitur,*

25 Ab æter. ord. *Vbi autem est ordo, ibi est aliqua distinctio: Licet autem in Deo sit vna simplex essentia indistincta, tamen ibi est distinctio filij à patre, qui filius propriè nominatur verbum, seu sapientia genita.* 26 Nondum erant abys. & ego iam concep. *Verbum enim in nobis est cōceptus mentis: & sic in diuinis ver bū est conceptus patris, siue sapientia genita.* 27 Nec dum font. aquar. erup. *de locis subterraneis.* 28 Necdum mō. *super terram planam eleuati.* 29 Ante omnes. col. eg. partu. *i. procedebā à fœcunditate paterna. Iste enim processus ęternitate mēsuratur.* 30 Adhuc terrā. *i. creaturā visibilē.*

31 Et cardi. *i. partes mūdi principales, quæ sunt oriēs, occidēs, austrū, et aquilo. Vel* cardines *hic dicūtur duę extremitates axis mūdi. s. polus arcticus & antarcticus: quia circa eos voluitur calū sicut ostiū circa cardines suos.* 32 Quando præ. cœlos aderā. *Indiuisa sunt enim opera trinitatis, & ideo filius, qui est sapiētia genita, vt dictū est, semper operatur cum patre. Io. v. c.* Pater meus vsque nūc operatur, & ego operor. 33 Quando certa le. & gyro vall. abys. *concauitates, vbi congregatę sunt aquæ, vt appareret arida habitationi hominum, & animalium terrestrium apta.* 34 Quando æthe. fir. *i. spheram ignis, qui naturaliter fertur sursum. Illa enim pars elementorum, quę continuatur sphęræ lunæ,* æther *vocatur.*

35 Et libra. fontes. *constitues eos in pondere, numero, & mensura.*

36 Quando circunda. *ne effluerent et operiret aridam.*

☞ A †veluti nutritius

virtutem, & Dei sapientiam, id est, Christum, ab initio, immo & ante omne, quod dici vel cogitari potest initium, ab ipso patre fuisse progenitum. Alia translatio: *Dominus creauit me principium viarum suarum in opera sua.* Quod de incarnatione domini legitur, *Creauit me dominus*, secundum carnem: Caro Deum agnoscit; gloria patrem significat; creatura dominum confitetur: charitas patrem nouit principium. Vel *in principio viarum suarum* vt ipse ait, *Ego sum via*

bat mari terminũ suũ, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Quando appendebat fundamenta terræ, cũ eo eram

a ¶ Omnia in sapientia fecisti. b ¶ A diebus æternitatis eius gaudebat vnum esse cum patre. ¶ Gaudens.

†cũcta componens. Et dẽlectabar per singulos dies, ludẽs co-

a ¶ Sunt.

¶ Quia desiderat in nostro amore quiescere: & nos bonorum gratia meritorum ad se videndum perducere.

a ram eo omni tempore, ludens in orbe terrarũ, & deliciæ meæ

a ¶ Quia

esse cum filijs hominum. Nunc ergo filij audite me. Beati qui

¶ Sic.

custodiunt vias meas. Audite † disciplinam & estote sapiẽtes,

¶ Tantum.

& nolite abijcere eã. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat

a ¶ Ad postes me inueniat. Qui enim inuene.

b ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. * Qui

a ¶ Vnde: Ego sum via, veritas & vita, b ¶ Copiosè, c ¶ Vnde. Torrente volup. tuæ. po. eos.

me inuenerit, inueniet vitã, & hãuriet † salũtem à domino.

Qui autem in me peccauerit † lædet animam suam. Omnes

a ¶ Qui sum vita.

qui mẽ oderunt diligunt mortem.

quæ ducit ad ecclesiam ad vitã, *in opera sua*, s. redimẽda. De virgine creatus est: Caro enim eius propter opera, diuinitas ante opera.

a *Ludens in orbe.* Quia cum tempora & creaturæ orbis terræ cœpisset: ipse, quod erat, in patre filius manebat: hoc ideo, ne quis eũ cũ creaturis & tẽporibus esse prohiberet.

b *Ad fores.* Scripturas, vel doctores; ijdem & postes, sine quibus ad vitam, quam pollicetur, non valemus ingredi.

D

† eruditionem

† expoliat

B

* Quoniã † quod voluerit

E

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quando appen. funda. ter. *id est, partes terræ inferiores circa centrum, quæ sunt quædam fundamenta superiorum partium.*
2 Cum eo eram. *quia indiuisa sunt opera trinitatis, vt dictum est.*
3 Et delectabar. *id est, æternaliter gaudebam cum patre & spiritu sancto.*
4 Ludens coram eo omni tempore, *& quid sit iste ludus, subditur.*
5 Ludens in orbe terrarũ, *id est, ludum faciens de orbe terrarum: qui similis est ludo pilæ, quæ de vno transfertur in alium, secundum quandam reuolutionem: quia regna terræ transfert, atque constituit de gente in gentem.*
6 Et deliciæ meæ, esse cum filiis hom. *scilicet per gratiam. Istud enim esse, est delectabile respectu esse Dei per præsentiam, & potentiam, & hoc modo, scilicet, per gratiam, est in sola creatura intellectuali, et non in omni, sed solum in iusta,*
7 Nunc ergo filij. *Hic consequenter inuitat ad amorem sapientiæ, dicens,* Nunc ergo filij, *per adoptionem.*
8 Audite me, *per debitam attentionem.*
9 Beati cui custodiunt. *i. viam mandatorum, & viam consiliorum.*
10 Audite disciplinam, *de moribus humanis.*
11 Et estote sapientes, *in diuinis.*
12 Beatus homo qui audit me, *mihi obediendo.*
13 Qui vigilat ad fo. me. *In loco diuini cultus deuotè orando.*
14 Qui me inuenerit, *per gratiam,*
15 Inueniet vitam, *æternam.*
16 Et hauriet salutem à domino, *qui est fons salutis.*
17 Qui autem in me peccauerit, lædet animam suam, *quia mihi non potest inferre lesionem.*
18 Omnes qui me oderunt, *qui sum veritas & vita,*
19 Diligunt mortem, *non quia mors sit per se eligibilis, aut diligibilis: sed quia diligunt inordinatè delectabilia mundi et carnis, ad quod sequitur mors culpæ & gehennæ.*

F

C

CAP. IX.

a *Sapientia ædificauit.* Quia de æternitate diuinitatis Christi sufficienter dixerat, addit & de assumpta humanitate, *Sapientia ædificauit sibi domum:* quia hominem filius Dei, quem in vnitatem suæ personæ susciperet, ipsum creauit. Vel sapientiæ *domus* ecclesia Christi, *columnę* doctores sanctæ ecclesiæ septiformi spiritu pleni, quales fuere Iacobus, Cephas & Iohãnes; quas *sapientia excidit*, quia ab amore seculi disiunctos ad portandam ecclesiæ fabricam erexit.

b *Columnas septem.* scilicet ecclesias per orbem septiformi gratia spiritus erexit: quia *domum*, id est, mysterium incarnationis eius, ne perfidorum improbitate memoria toleretur, credendo, colendo, & prædicando, quasi sustentando continerent.

c *Immolauit victimas.* His victimis, meretricis contrariæ sunt victimæ, ad quas stultos inuitat, vt supra di. *Victimas pro salute deuouit: ho. red. vota mea.*

supra 7 d.

CAP. IX.

¶ Verbum Dei. ¶ Carnem.



Apientia ædificauit sibi domum, exci- 1
a ¶ Ecclesias septiformi spiritu illustratas. 2
b ¶ Suis passionibus ecclesias consecrauit: vel vitam prædicantium mactari in persecutione permisit.
dit columnas † septẽm. Immolauit victi- 3
a ¶ Diuinitatis suę arcana capere non valentibus, assumptæ humanitatis sacramenta patefecit, & scripturæ sacrę, pabula nobis aperiendo præparauit. 4
mas suas: miscuit vinum * & proposuit 5 6
mensam suam. Misit ancillas suas vt vo- 7
carent † ad arcem & ad mœniã ciuitatis. Si qũis est † pãruulus 8 9
a ¶ Nihil habentibus de fastu humanæ sapientiæ, tales aduocat: vt eos sua doctrina sapientes reddat, & raptos. 10
e veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite 11

¶ Cæli. a ¶ Ædificia. b ¶ Hierusalem. c ¶ Dicens per ancillas. d ¶ Humilis.

d *Misit ancillas suas vt vocarẽt.* Elegit prædicatores infirmos ac despicabiles, qui fideles ad superna cælestis patriæ ædificia colligerent.

Greg. moral. 33. c. 15.

e *Venite comedite panem meum.* In vnam Christi personam iũctam diuinitatem & humanitatem Vel, in *pane* corpus, in *vino* sanguis eius, quo in altari satiamur.

* suum

† stultus

☞ *Relinqui*

† eius

† ad summi tares excellorum.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. IX.

Sapientia ædificauit. *Hic consequenter describitur eminentia sapiẽtię magis parabolicè, scilicet sub metaphora domini vocantis ad conuiuium intra palatium suum. Et quia opposita iuxta se posita magis elucescunt: ideo primo ponitur hic inuitatio sapientia, secũdo, inuitatio insipientiæ, ibi,* Mulier stulta. *Prima in duas, quia primo ponitur sapientiæ inuitatio: secundo inuitatorum conditio, ibi,* Si quis est paruulus veniat ad me. *Circa primum dicitur de sapientia increata, continuando scilicet sententiam ad finem capituli præcedentis,*
1 Sapientia ædificauit sibi domum, *scilicet ecclesiam, quam ædificauit verbo & exemplo in humanitate assumpta.*
2 Excidit columnas septem, *id est, septem dona spiritus sancti dedit, vel septem sacramenta instituit, quibus fulcitur tota ecclesia.*
3 Immolauit victi. *id est seipsum in cruce: quod dicitur* victimę *in plurali, quia cõtinet virtutem cuiuslibet alterius sacrificij, Et huius victimæ memoriale est sacramentum eucharistiæ, in quo sub specie panis continetur corpus Christi immolatum, quod est fidelium cibus.*
4 Miscuit vinum, *id est, dedit nobis sanguinem suum: quod conficitur in vino aqua mixto.*
5 Misit ancil. su. *id est, apostolos, alios que discipulos, qui dicuntur hic* ancillę, *quia fuerunt humiles, et obsequiosi. vnde Rab. Sa.* ancillas *vocat hic Moysen & Aaron, qui fuerunt humiles & prompti ad diuinum obsequium.* 6 Vt vocarent ad arcem, *id est, ad Christi fidem.*
7 Et ad mœnia, ciuitatis, *id est, ea, quæ sunt annexa fidei articulis.*
8 Si quis est paruu. *Hic consequenter describitur inuitatorum conditio, & iuxta hoc conditio repulsorum, vt opposita iuxta se posita magis appareant: Dicit igitur,* Si quis est paruulus, *id est, humilis,*
9 Veniat ad me, *quia talis est dispositus ad sapientiam diuinã. Mat.* xi. *d.* Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. *Et dicuntur hic* Paruuli *specialiter apostoli, & alij de Iudæis vocati. Consequenter subditur de vocatione Gentium, cum dicitur,*
10 Et insipientibus, *id est. Gentilibus, qui diuinitatem attribuebant lignis & lapidibus, quod insipientissimum erat.*
11 Venite, comedite panem meum *s. corpus meum, sub specie panis exhibitum.*

4 Miscuit

☞ Et bibi

a ¶ Diuina eloquia. b ¶ Bibite & Relin.

pánem meum: & bibite vinum quod miſcui vobis. Rélinqui-
a ¶ Vere. b ¶ De virtute in virtutem. c ¶ Opera bona. d ¶ Paruulos iniuto: Qui enim eru.
b te infantiam & viúite: & ambúlate per viás † prudentiæ. Qúi
a ¶ Quia dat ſanctum canibus.
† erudit deriſorem: ipſe ſibi † iniúriam facit: & qui arguit im-
a ¶ Margaritas proijciens porcis. ¶ Ergo.
c pium, ſibi macúlam generat. Noli arguere deriſorem ne ode-
a ¶ Sed. b ¶ Paruulum. c ¶ In profectu. d ¶ Amatoré ſapientię: nã perfecte ſapiens non habet opus argui: c ¶ Argue & ſic.
rit te. Argúe ſapiéntem & diligét te. † Dá ſapienti occaſioné:
& addetur ei ſapientia. Doce iuſtum: & feſtinabit accipere.
a ¶ q. d. doce iuſtum, & primum timere dominum: quia, Prin ſa. ti. do.
† Principium ſapientię timor domini: & † ſcientia ſanctorum
a ¶ Eſt. ¶ Vera. b ¶ q. d. Ego ſum ſanctorum principium: Per me enim multi. c ¶ Virtutes.
d prúdentia. Per me enim multiplicabuntur diés tui: & adden-
a ¶ Æternitatis.
e tur tibi ánni vitæ. Si ſapiens fueris, tibimetipſi eris: ſi autem
a ¶ Vnuſquiſque onus ſuum portabit. b ¶ Sapientia miſit ancil. ſuas vt vo. ad ar. & ad mœ. ci. Mulier autem ſtul. &c.
illuſor, ſolús portabis malum. Múlier ſtulta & clamoſa plena-
¶ Veritatis.
que illecebris, & nihil omnino ſciens: ſedet in foribus domus
a ¶ Cathedram peſtilentiæ. b ¶ In ſupercilio elationis.
c ¶ Vocat hæreſis ad perfidiam ſæpe catholicos: quos iter rectum agere, & viam huius ſeculi tranſire citius velle atque ad æternam patriam feſtinare conſpicit. d ¶ Catholicos.
f ſuæ ſuper ſellám in excélſo vrbis loco: vt vócaret tranſeuntes
a ¶ Huius ſeculi. b ¶ Ad patriam æternam. c ¶ Dicens.
per viám: & pérgentes in itinere ſuo. Qúis eſt † paruulus,
a ¶ Sapienti non audet. b ¶ Hoc ſcilicet.
g declinet ad me. Et væcórdi lócuta eſt: Aquæ furtiuæ dul-

a *Relinquite.* Poſt oblatas epulas addit & vitæ monita: vt quos perceptis ſuæ incarnationis myſterijs reficit: doctrinæ pariter inſtruat verbis.

b *Qui erudit, &c.* Quaſi interrogares, Cur ſapientia paruulos præ cæteris, & inſipientes ad ſuas inuitaret epulas? Ideo, inquit, fecit, quia fruſtra laborat, qui verbum ſapientiæ inculcare nititur ei, qui audire cõtemnit: ſapientiorem ſe doctore, & maiorem credens.

c *Nolí arguere.* Non eſt timendum, ne tibi deriſor, cum arguitur contumelias inferat, ſed hoc potius prouidendum, ne tractus ad odium, inde fiat peior: ideo tibi aliquotiens ab eius correctione, non tuæ timiditatis ſed dilectionis eius gratia ceſſandum.

d *Si ſapiens.* Moneo te ad ſapiẽtiam, quod tamen tibi prodeſt, non mihi. Si enim *ſapiens fueris, &c.*

e *Mulier ſtulta.* Superius commendauit ſapientiam per diuinitatem & humanitatem: nunc per contrarium illam eandem commendabiliorem oſtendit, vbi *mulier ſtulta, &c.* quæ eſt ei contraria, *ſedet, &c. Mulier, &c,* Mulier hic hæreſis eſt, contraria ſapientiæ, quæ ſua ſuperius ſacramenta cecinit: *Sedet* autem *in foribus domus ſuę,* id eſt, in doctoribus falſitatis, qui etiam penetralia perfidiæ miſeros fallendo introducunt. *Supra*

præſellam autem, quia cathedrã ſibi prædicationis vſurpat: Hęc eſt enim cathedra peſtilentiæ, *In excelſo vrbis loco,* dicit de ſapientia, quia in ſummis & excelſis verticibus dat vocem ſuam: ſed illa in ſublimitate virtutum, hæc in ſupercilio mentis attollitur.

12 Exaltat stul. suam. *id est, manifestat eam.*

13 Vita carnium sanitas cor. *A corde enim procedit sensus & motus, qui sunt operationes vitales ad membra exteriora.*

14 Putre. ossium inui. *Inuidia enim est tristitia de bono alieno. Tristitia vero est passio corruptiua & mortificata. Vel, per ossa intelliguntur virtutes quæ corrumpuntur superueniente inuidia.*

15 Qui calumniatur egentem expr. facto. suo, *quia factus est ad imaginem Dei, sicut dicit; ideo subditur,*

16 Honorat autem eum, qui mis. paup. *in imagine sua,*

17 In malitia sua, *id est, pro malitia sua,*

18 Expellitur impius, *de consortio bonorum:*

19 Sperat autem iustus in mort sua, *quia sperat consequi beatitudinem quã haberi non potest in præsenti vita.*

20 In corde prudentis re. sapi. *quia habituatur in ea: habitus autem est qualitas de difficili mobilis.*

21 Et indoctos quosque eru. *hoc est enim opus sapiẽtis alios docere.*

22 Iustitia eleuat. *Sicut patet in decursu vet. testa. quandiu enim filij Israel fuerunt iusti, fuerũt in prosperitate eleuati, vt tempore Dauid, & Salomonis, & aliorum bonorum regum: & quãdo declinauerunt à iustitia fuerunt depressi, & captiuati de terra sua, vt temporibus Osee & Sedechiæ, vt patet iiij. Reg. xvij. & xxiiij.*

23 Acceptus est regi minister intelli. *sicut Ioseph, Pharaoni. Ge. xlj.*

24 Iracundiam eius, *scilicet, regis,*

25 Inutilis *seruus,*

26 Sustinebit, &c. *sicut magister pistorum, qui iussu Pharaonis fuit suspensus. Genes. xl. Potest etiam exponi hæc litera de bono & malo prælato: quorum vnus est acceptus regi Christo: & alius acriter punietur ab eo.*

12 Putr.

CAPVT XV.

a *Responsio mollis frangit iram.* a Qui verba increpantis humiliter suscipit, iam propinquat veniæ reatus quem gessit. b Qui arguenti resultat, contra se iram iudicis

CAP. XV.

Esponsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem. Linguã sapientium ornãt sciẽtiam: 1 2 3

a ¶ Catholicorum patrum. b ¶ Exponendo. c ¶ Diuini eloquij.

a ¶ Hæreticorum. b ¶ Oculi domini super iustos. 4

os fatuorũm ebullit stultitiam. In omni loco oculi domini: 5

iudicis prouocat.

b *Ebullit stulti.* scripturam peruertendo, suos sensus autoritati præponendo; velut fatui philosophi, vt Porphirius, & Iulianus, qui contra ecclesiæ doctores stultitiæ suæ

☞ fluen-

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XV.

Responsio mollis frangit iram, *Superius Salomon informauit hominem in moribus quantum ad partem rationalem: hic incipit eum informare quantum ad irascibilem. Et diuiditur in quinq; partes secundum quinque capitula: tamẽ ista diuisio accipitur secundum principia capitulorum, non secundum prosecutionem: vt dictum est suprà. In prima parte dicit sic,*

1 Responsio mollis fran. iram, *increpantis vel comminantis, sicut patet Iudi. viij. de Gedeone, qui respõdẽdo dulciter illis de tribu Ephraim, fregit iram eorum.*

2 Sermo durus, *sicut patet ij. Regum. xx. quod viri de tribu Iudæ durè respondentes decem tribubus, fecerunt eas recedere à Dauid.*

3 Lingua sapientium ornat sci. &c. *quia tempore & loco, gratiosè proponit eam.*

4 Os fa. ebullit stult. *id est, feruenter & impetuosè profert eam.*

5 In omni lo. ocu. do. *dicitur contra illos, qui dicebant, diuinam prouidentiam se non extẽdere ad ista inferiora, & maximè ad actus humanos, propter arbitrij libertatem. In quorum persona dicitur Iob. xxij. b.* Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat.

☞ fluenda fundebant.

a *Stultus irridet.* Stultus est omnis peccator, qui terrenis actibus deditus futurum nihil præuidet: is disciplinam irridet, dum derogat diuinæ correctioni.

b *Cor stultorum dissi.* Vel dissimile sibi ipsi, varijs cogitationibus, & nunquam idem manet. Cõtra quod de Anna dicitur, *Vultusque eius non sunt amplius in diuersa mutati.*

c *Doctrina mala. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus est in regno cælorũ.* Talibus tamen, si correcti fuerint, patet reditus ad veniam: Si autem increpationes non recepe-rint, omnino morientur.

d *Omnes dies.* Omne tempus

a ¶ Vultus autem domini super facientes mala. b ¶ Catholici doctoris. c ¶ Ad fructum vitæ ducit.

contẽmplantur bonos & malos; lingua † placabilis lignũ vitæ: quæ au- 1
a ¶ Ignorans fructum, vel modum ecclesiasticæ regulæ. b ¶ Male loquendo. c ¶ Suum, & auditorum. 2
d ¶ Peccator. e ¶ Dei, vel prælati. 3
tem † immoderata est, conteret spiritũ. Stultus irridet disciplinã pa- 4 5
¶ Non irridet. a ¶ Sapientior. 6
tris sui: qui autem custodit increpationes, astutior fiet. In abundanti iu- 7 8
a ¶ Contra iustitiam. b ¶ Quia sine virtute. 9
stitia virtus maxima est: cogitationes autem impiorum erradicabuntur. 10
a ¶ Ecclesiæ. ¶ Christi. b ¶ Fundata est supra firmam petram. c ¶ Operibus. d ¶ Diaboli. 11
e ¶ Feruet, quia Christi domum ejicere tentat, vel per falsos fratres, vel per apertos aduersarios. 12
Dom⁹ iusti plurimã fortitudo: & in fructibus impij cõturbatio. Labia 13
a ¶ Catholicorum. b ¶ Prædicando. c ¶ Rectæ fidei. d ¶ Hæreticorum. 14
¶ quia pro scientia perfidiam concipit, & docet. 15
sapientium disseminabũt scientiam: cor stultorũ † dissimile erit. † Vi- 16
a ¶ Orationes, opera, sacrificia. b ¶ Hæreticorum. c ¶ Quia quicquid non est ex fide, peccatum est. 17
d ¶ Qui fidem catholicam iustis operibus affirmant. e ¶ Deo grata. 18
ctima impiorum abominabiles domino: † vota iustorum placabilia. 19
a ¶ Contra, abomin. b ¶ Iniustitiæ. ¶ Non abominabitur. 20
Abominatio est domino via impij; qui sequitur iustitiã, diligitur ab eo. 21
¶ Est. a ¶ Veritatis. ¶ Ecclesiæ. 22
Doctrina mala † deserẽtium viam vitæ: qui increpationes odit morie- 23
a ¶ Omnino. b ¶ Omnia nuda in conspectu eius. c ¶ Ego dominus scrutans corda. 24
d ¶ Bonorum.
tur. Infernus & perditio coram domino: quãtò magis corda filiorum 25
a ¶ quia iam sedet in cathedra pestilentiæ, & corruptus alios corrumpit. 26
hominum. Nõn amat † pestilens eum qui se corripit: nec ad sapientes 27
a ¶ qui timet argui. b ¶ Bona conscientia. c ¶ Exteriora. d ¶ Conscientiæ. 28
e ¶ Vel ducitur. 29
graditur. † Cor gaudens exhilarat faciẽ: in mœrore † animi deiici- 30
¶ Non solum facies. ¶ Alias quærit. ¶ Cordis. 31
tur spiritus. Cor sapientis quæret doctrinam: & os stultorum † pasci- 32
a ¶ Populi Dei. b ¶ Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. 33
c ¶ Amore Dei, alias, à timore Dei. 34
d tur imperitia. Omnes dies pauperis mali: * secura mens, quasi iuge 35
a ¶ Vnde: Melior est modicum iusto super diuitias pec. &c. b ¶ Melius est vt seruato Dei timore egeas opibus, 36
vel etiam quotidiano victu, quàm vt desiderio plura acquirendi, Dei timorem deseras. 37
cõuiuium. Mẽlius est parum cum timore domini, quàm thesauri mag-
e ni † & insatiabiles. Melius est vocari ad olera cum charitate, quàm ad
vitulum saginatum cum odio. Vir iracũdus prouocat rixas: qui patiẽs

populi Dei, quã diu in præsenti pauper est, afflictionibus abundat: quia nõ peruenit adhuc ad veras diuitias, vnde Apostolus, *Redimẽtes tẽpus quoniã dies mali sũt.* At reprobi, qui sine timore Dei mundo fruuntur, quasi iugi delectãtur conuiuio: vnde rectè subdit, *Melius est parũ cũm timore domini.*

e *Melius est vocari ad olera.* Multò enim vtilius est simplicis vitæ innocentiam cũm charitate seruare: quàm virtutum extorius fulgere miraculis, & interiora mentis ab odiorum sorde non expurgare; vnde dicẽtibus, *Domine nonne multas virtutes fecimus: dicit dominus, Nõ noui vos; discedite à me operarij iniquitatis.*

☞ *Pagno*

Eph. 5. d.

† Infr 21. d. 1. q. 1. c. nõ est putãdũ. 14. q. 5 cap. scriptũ est.

† deserenti

Matt. 5. c. † illusor

† Inf. 17. d.

† in quibus est cõtritio

† non erit sic. † oratio

† pestilens

† cordistristis erit. † pascetur

* sed

NICOLAVS DE LIRA.

1 Lingua placa. *id est, suauis eloquio erga proximum, & orationi intenta erga Deum, ad ipsum placandum,*

2 Lignum vitæ: *quia sicut per lignum vitæ continuabatur vita corporalis, ita per talem linguam vita corporalis.*

3 Quæ autem immo est *ad loquendum,*

4 Conteret spiritum: *sicut dictum est supra. x. ca.* In multiloquio non deerit peccatum.

5 Stultus irridet disci. *quia non cognoscit eius fructum:*

6 Qui autem custodit increpa. *se corrigendo,*

7 Astutior fiet. *futura mala præcauendo.*

8 In abundanti iustitia, &c. *quæ consistit in obseruatione consiliarum,*

9 Virtus maxima est, *respectu obseruationis peccatorum, sicut castitatis virginalis respectu castitatis coniugalis.*

10 Cogitationes autem *quia auferetur eis potestas & facultas adimplendi mas cogitationes malas. Sicut Absalom ablata fuit potestas regnandi loco Dauid patris sui. ij. Regum. xviij.*

11 Domus iusti plurima fortitudo *quia dominus protegit eam.*

12 Et in fructibus, *id est, operibus,*

13 Impij conturbatio. *quia malus non potest habere pacem ad proximum, nec etiam ad seipsum: vnde dicit Philosophus vij. Eth. de impijs:* Contendit eorum anima, & hoc quidem trahit huc, hoc autem illuc quemadmodum discrepantia; *quia ratio, quæ non totaliter absorbetur, trahit ad bonum: sensualitas autem, quæ præualet, ad malum.*

14 Labia sapi. d. sle. scien. *populum docendo.*

15 Cor stulto. dissimi. e. *scilicet cordi sapientis, & etiam sibijpsi: quia diuersis & varijs cogitationibus agitatur.*

16 Victimæ impiorum abo. domino. *sicut oblatio Cain, quia fit de alieno, vel mala voluntate.*

17 Vota iustorum placa. *sicut patet de Abel.*

18 Abominatio est domino via imp. *quia proprium Dei est parcere, & misereri, & per consequens esse pium: propter quod abominatur oppositum.*

19 Qui sequitur iusti. *secundum eam operando,*

20 Dili-

20 Diligitur ab eo, *scilicet, Deo, qui est regula iustitiæ.*

21 Doctrina mala deserentium viam vitæ, *quia sicut viuunt, ita docent:*

22 Qui increpationes odit morietur. *morte culpæ, & frequenter corporali morte: sicut patet de latronibus, & alijs malefactoribus, qui occiduntur, eo quod correctionem oderunt.*

23 Infernus & perditio coram domino, *id est, sibi manifesta, licet sint sub terra, & à Deo longinqua:*

24 Quanto magis cor. ia filiorum hominum *? quia adhuc sunt in via; Hoc dicitur contra illos, qui negabant diuinam prouidentiam se extendere ad actus hominum, & cogitationes eorum.*

25 Non amat pestilens eum, qui se corrip. *sicut nec tineosus amat pectinem, sed refugit,*

26 Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deiicitur spiritus. *Dispositio enim cordis magis apparet in facie, quàm in cæteris partibus corporis, eò quod ibi vigent omnes sensus.*

27 Cor sapientis quæret doctrinam, &c. *quia semper desiderat in sapientia proficere.*

28 Et os stultorũ pascitur imperitia. *id est, delectatur loquẽdo stulta.*

29 Omnes dies pauperis ma. *malo, pœna quia paupertas est defectus necessariorum vitæ.*

30 Secura mens, *à timore paupertatis,*

31 Quasi iuge con. *id est, delectabiliter viuit, sicut homines in cõuiuio.*

32 Melius est parum cum timore domini, *quia illud modicum sufficit homini.*

33 Quam thesauri magni & insatiabiles, &c. *quia non supplent indigentiam, sed magis augent, Auaro enim deest, tam quod habet, quam quod non habet, vt dicit Hieron. in epistola ad Paulinum de omnibus sacræ scripturæ libris.*

34 Melius est vocari ad olera, &c. *id est ad modicum cibum amicabiliter datum.*

35 Quàm ad vitulum saginatum cum odio, *sicut Absalom vocauit Amnon fratrem suum ad magnum conuiuium, vt ipsum interficeret temulentum. ij. Regum. xiij. e.*

36 Vir iracundus prouocat rixas, *quia ira est appetitus vindictæ: Exemplum de Siba filio Bochri. ij. Regum. xx.*

37 Qui patiens est, mitigat suscitatas, *patet de Gedeone Iudi. 8.*

☞ Iter

a ¶ Non solum non prouocat. b ¶ Ab aliis.

a b est mitigàt iusciràtas. Iter † pigrorum quasi † sepes spinarum: via iusto-
a ¶ Vt suprà.
rum absque offendiculo. Filius sapiẽs lætificat patrem: & stultus ho-
mo despicit matrem suam. Stultitia gaudium stulto: & vir prudens
a ¶ Ne gaudeat de stultitia sua.
diriget grẽssus suos. Dissipantur cogitationes, vbi non est consilium:
¶ Alias scientia.
c vbi verò plures sunt cõsiliarij, cõfirmantur. Lætatur homo in † sententia
oris sui: & sermo opportunus optimus est. Semita vitæ † super eru-
a ¶ Id est, scientia & opere perfectum, cui semita vitæ desuper aperta, & ianua cæli pater.
b ¶ Pœna vltima damnationis. c ¶ Conuenticula hæreticorum, & ecclesiæ persecutorum.
d ditũm: vt declinet de inferno nouissimo. † Dõmum superborum de-
a ¶ Per vniuersum orbem. b ¶ Ecclesiæ.
e molietur dominus: & firmos faciet terminos viduæ. Abominatio
a ¶ Dicentium. Quis est hic, qui etiam dimittit peccata? b ¶ Tu es Christus filius Dei viui. Cui respondit: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pa. &c.
f domini cogitationes malæ: & purus sermo pulcherrimus firmabi-
a ¶ Cordis. b ¶ Beatus qui excutit manum suam ab omni munere.
tur ab eo. Conturbat domũm suam qui * sectatur auaritiam: qui b au-
a ¶ In æternum.
tem odit munera, viuet. Per misericordiam & fidem purgantur pecca-
ta: per timorem autẽ domini declinat omnis à malo. Mens iusti medi-
a ¶ Gratis non essentia, non loco.
tatur † sapientiam: os impiorum redundat malis. † Longè est domi-
g nus ab impijs, & orationes iustorum exaudiet. † Lux oculorum læ-
a ¶ Discipuli. b ¶ Obediendo. c ¶ Doctorum.
tificat † animam: fama bona impinguat ossa. Aũris quæ aũdit increpa-
¶ Proficiendo ad cathedram vsque conscendit.
tiones vitæ: in medio sapientium commorabitur. Qui abijcit disci-
a ¶ Cuius vita disciplina.
b ¶ Contra abiicit.
plinam despicit animam suam: qui autem acquiescit increpationibus,
a ¶ Non despicit animam suam.
possessor est cordis. Timor domini disciplina sapientiæ: & gloriã præ-
cedit † humilitas.

1 uentes. D
2 e *Viduæ Ecclesiæ*, scilicet spõsæ suæ, pro cu-
3 ius vita mori
4 dignatus est.
5 f *Firmabitur.*
6 in iudicio, quãdo non solùm
7 factis, sed &
8 verbis omni-
9 bus digna præ-
10 mia reddet.
11 g *Lux oculo-*
12 *rum lætific. ani.*
13 Iure mentem
14 delectat huma-
15 nam, quę se lu-
16 cem cęlestium
17 arcanorum do-
18 mino reuelante
19 percepisse
20 cognoscit. Fa-
21 ma quoque il-
22 la, qua angę-
23 lis deferenti-
24 bus, non solum
25 opera nostra,
26 sed & sermones
27 & cogitationes
28 Deo nuntian-
29 tur, oleo chari-
30 tatis fortitudi-
31 nem nostræ a-
32 ctionis impin-
33 guat. Sic enim
34 magis feruet o-
35 pus.
36 *Lex oculor.*
37 Alia translatio.
38 *Videns bona oculus delectat corda bona*, scilicet, domini in terra viuentium, quæ quia in oculo mentis contemplatur, merito corde delectatur, quamuis affligatur exterius.

☞ a *Pigro.* quos piget operari iustitiam. Qui cum vitã Dei appetunt, eos velut spinę obsistentium sepium, formidinum suarum oppositæ suspiciones pungunt. Sed quia hoc bonos nõ præpedit, adiungit.

b *Via iustor. absque offendiculo.* Iusti enim quicquid aduersitatis in sua conuersatione inuenerint, nõ offendũt: quia æternæ spei, & internæ contẽplationis saltu aduersa trãsiliunt.

c *Lætatur homo.* Humanum est de sententia quasi prudenter prolata lętari. Sed verè sapiens non solum quod loquitur, sed etiã opportunitatẽ loci, & temporis, & personæ cui loquitur, diligenter inquirit.

d *De infer. no. &c.* Primus infernus cæcitas peccantis animæ, & veræ lucis scientia carentis: De quo, *Descendunt in infernum viuentes.*

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Iter pi. quasi se. spi. *Semper enim timet piger inuenire obstaculum in via, vnde infrà xxvj. b. dicitur:* Dicit piger, leo est in via, & lęæna in itineribus.

2 Filius sa. læ. pa. &c. *sicut patet de Salomone, qui lætificauit patrem suum Dauid.*

3 Et stult. ho. despi. ma. &c. *Sicut Nero, qui fecit matrem suam interfici.*

4 Stultitia gau. stul. *quia quilibet secundum habitum delectabiliter operatur, siue sit habitus bonus siue malus. y. Eth.* Signum habitus generati est delectatio in opere.

5 Dissipantur cogitationes *id est, non deducuntur ad effectum.*

6 Vbi non est con. *quia consilium bonum dat viam adimplendi cogitata.*

7 Vbi ve. plures sunt consiliatij. *id est fideles & boni.*

8 Confirmantur. *id est, ad effectum deducuntur.*

9 Læ. h. in sen. o. *quando ab alijs approbatur, quia per hoc insurgit æstimatio propriæ perfectionis, in qua quilibet naturaliter delectatur.*

10 Et ser. oppor. *id est, tempore opportuno, & seruatis alijs circunstantijs debitis prolatus.*

11 Optimus est, *in se & in suo effectu.*

12 Semita vi. super eruditum, *in sana & bona doctrina.*

13 Vt decli. de infer. nouissimo. *qui est infernus damnatorum.*

14 Domum superb. dem. domi. *vt patet de domo Holofernis, quam dominus dissipauit.*

15 Et fi. &c. *quia Bethuliam & terminos eius meritis Iudith saluauit.*

16 Abomina. do. co. ma. *quia ab eis procedunt mala verba & opera.*

17 Et purus ser. *non habens admistum aliquid iniquitatis, vtpote detractionis, murmurationis, & consimilium.*

18 Pulcherrim. *pulchritudine honestatis.*

19 Firmabitur ab eo, *ad effectum deducendo. Potest etiam hoc exponi de sermone euangelico carente omni impuritate, & omnem sanctitatem continente qui per apostolos prædicatus à Deo miraculis est confirmatus. Mar. vlti. d.* Illi autem profecti prædicauerunt vbique, domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

20 Contur. do. suam, *id est, familiam.*

21 Qui sec. aua. *nimis eam restringendo à modo viuendi debito.*

22 Qui au. odit munera. *pro iniustitia oblata.*

23 Viuet, *vita gratia.*

24 Per misericordiam, *id est, per opera misericordiæ erga pauperes.*

25 Et fidem, *erga Deum.*

26 Purgantur pec. *quantum ad culpam & pœnam. Dan. iiij. e.* Peccata tua eleemosinis redime.

27 Mens iusti med. obe. *id est, obedire Deo & superiori suo; hic enim est debitum, quod iustitia reddit, qua reddit vnicuique quod suum est.*

28 Os im. redun. ma. *rebellando Deo & superioribus suis.*

29 Longe est dom. ab impios, *per gratiam, licet sit præsens per essentiam & potentiam.*

30 Et oration. iustor. exaud. *tempore tamen opportuno: quia aliquando differt exauditionem, vt tanto gratiosius recipiatur, quod ab eo datur, quanto per dilatationem magis desideratur.*

31 Fama bo. im. ossa. *id est, augmentat virtutes, in quibus consistit robur mentis. sicut in ossibus robur corporis: virtus enim laudata crescit.*

32 Auris quæ au. incre. vi. *id est dirigentes ad vitam virtuosam.*

33 In me. sa. commorab. *ad audiendum eorum sapientiam.*

34 Qui abijcit disci. despicit anim. suam. *id est, reddit eam despicabilem Deo & omni homini bono.*

35 Qui autem acquie. incre. pos. est cor. *quia sedatis passionibus, est suiipsius dominus.*

36 Timor domi. *filialis.*

37 Disciplina sapientiæ, *id est, disciplinata.*

38 Et gloriam præcedit humilitas: *sicut dispositio necessaria ad ipsam. Lu. xiiij. c.* Qui se humiliat exaltabitur. *Vnde Dauid ex humilitate sua exaltatus fuit primo ad gloriam regni terreni, y. Regum v. & postea ad gloriam regni cælestis.*

CAPVT XVI.

A Ioh 13.a. a *Hominis est.Sine me,ait nihil poteſtis facere.* Quomodo ergo hominis eſt animum præparare, & Dei gubernare linguam? ſed perſecutionis tempus ſignificat, de quo dicitur, *Nolite cogitare quomodo, aut quod loquamini: datur enim in illa hora, quid loquamini.*

Matt.10.c.

Omnes viæ. Ita actiones omnium bonorum,ſcilicet, & malorũ quid in occulto cogitent, certa lance diſcernit:vnde ſubdit.

b *Reuela dom.* Opera noſtra reuelamus, quãdo, quem nihil latere nouimus, in cunctis, quæ agimus, in memoriã reducimus, atque illius flagitamus auxilium:& tunc non ſolum opera,ſed cogitationes dirigit.

B c *Vniuerſa pro ſe.&c.* Nulla fuit domino cauſa operandi, niſi ſola voluntas:vt ſuam ſcilicet, bonitatem rationabili creaturę,quã perpetuo faceret beatam, oſtenderet: eum vero qui bonum conC ditionis propria ſponte deſeruit, id eſt, diabolum, cũ ſuis ſequacibus, iuſta ſeueritate damnauit.

d *Abominatio eſt.* Quicunque tribuit ſibi bonum, quod facit etiamſi nihil videtur, malis manibus operari, cordis innocentiam perdit, in quo largitori bonorum ſe præſtulit: & ideo talem dominus abominatur virum, quem ſibi in beneficijs videt ingratum.

e *Cum pla.do.* Tanta eſt ſanctitas diuinæ religionis, vt eam plerunque etiam qui foris ſunt, venerentur: & cum his pacem habeant, quos Deo ſeruire perfectè conſiderant; quamuis religione diſcordent, vt in Daniele & tribus pueris. Sæpe etiam perſecutores, non ſolùm ad pacem cum prædicatoribus, ſed etiam ad veritatem fidei conuerſi ſunt.

CAPVT XVI.

¶ Ex libero arbitrio.

a HOminis eſt † animũ præparare:& domini gubernare linguã. Omnes vię ho- 1 † animam
¶ Actiones. ¶ Cogitationum.
minũ † patẽt oculis eius: ſpirituũ põderator eſt dominus. Reuela domino o- 4 † mundi ſi. bi videtur.
a ¶ Non tantum opera.
pera tua:& dirigẽtur cõgitationes tuę.
a ¶ Id eſt,ſola bonitate ſua.
Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus:impium
a ¶ qui ſibi bona attribuit.
* corde d quoq; ad diẽ malũ. Abominatio eſt domini omnis arrõgãs*:
a ¶ Nihil operans. b ¶ Non eſt de textu verſus hic.
etiam ſi manus ad mãnum fuerit,non erit innocens. Initium
a ¶ Miſericordia redimitur iniquitas peccatoris cum dat & dimittit alijs.
viæ bonæ facere iuſtitiam:accepta eſt autem apud Deũ magis quàm immolare hoſtias. Miſericõrdia & veritate redimitur iniquitas: & in timore domini declinatur à malo. Cùm
a ¶ Beati pauperes ſpiritu,quoniam ip. eſt reg.cælorum. b ¶ Alias lætitia.
placuerint domino viæ hominis:inimicos quoque eius con-
f uertet ad pacem. Mẽlius eſt parum cum iuſtitia, quàm
a ¶ Væ vobis diuitibus,qui habetis hic conſolationem veſtram.
mul'ti frũctus † cum iniquitate. † Cor hominis diſponet
g viam ſuam:ſed domini eſt dirigere greſſus eius. Diuinatio in
a ¶ Alia litera: Nihil falſi exiet de ore eius. b ¶ Diuidens ſingulis prout vult.
h lãbijs regis: in iudicio non errabit os eius. Põdus & ſta-
a ¶ Omnia fecit in numero,& pondere,& menſura.
tẽra † iudicia domini ſunt: & opera eius omnes lapides ſe-

e *Cum pla.do.* Tanta eſt ſanctitas diuinæ religionis, vt eam plerunque etiam qui foris ſunt, venerentur: & cum his pacem habeant, quos Deo ſeruire perfectè conſiderant; quamuis religione diſcordent, vt in Daniele & tribus pueris. Sæpe etiam perſecutores, non ſolùm ad pacem cum prædicatoribus, ſed etiam ad veritatem fidei conuerſi ſunt.

f *Melius eſt parum cum iuſtitia, &c.* Melius eſt in ſimplici 2 conuerſatione Deo 3 ſeruire deuotè:quam 4 multis abundare virtutibus, & proxi- 6 morum facta deſpi- 7 cere. 8

g *Diuinatio in labijs regis. Deus iudicium tuum regi da.* 9 Quis alius rex non 10 errat in iudicio: & in 11 cuius labijs diuina- 12 tio? Hic autem non 13 ſolùm ſermones ſuo- 14 rum, & facta dirigit: 15 ſed diuinos Gẽtilium, 16 qui reſpondent in- 17 terrogantibus, diſponit; teſte propheta, 18 qui ad deceptionem Achab miſſum ſpiritum dicit à ſolio Dei, 19 20 qui prophetarum eius 21 ora impleret.

b *Pond. & ſta.* Lapides iuſti fortes, vnde, *Lapides viui ſuper ædificati in domos ſpirituales.* Nullus ergo ab initio ſeculi ſua virtute electus, & cæleſti 22 23 24 25 26 27

B Pſal. 71.a.

Initium &c. hic verſus non eſt in Hebr.

3.Reg 22.c.

F Sap.11.d. 1.Petri.2.a.

ædificio aptus eſt:ſed eius opere, qui omnia in menſura, & pondere, & numero conſtituens, vnicuique, ſicut voluit, menſuram fidei,& gratiarum diſtribuit.

☞ *Volun-*

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XVI.

HOminis eſt ani. *Capitulo præcedenti docuit Salomon refrenare motum iræ, per quod quietatur animus: & ſic ad orandum & docendum redditur aptus, ideo dicitur conſequenter in hoc capitulo,*

1 Hominis eſt animum præparare, *per orationem & ſacræ ſcripturæ meditationem.*

2 Et do. gu.lin. *ſine quo non habet ſanam doctrinam. Mat. x.c.* Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpi.pa.&c.

3 Omnes viæ ho. *id eſt, cogitationes & actus ipſorum,*

4 Patent ocu.e. *quia omnia ſunt ei nota, quantumcunque occulta.*

5 Spirituum, *id eſt, voluntatum,*

6 Ponde.eſt.do. *ad retribuendum ſecundum merita & demerita.*

7 Reue. do. opera tua, *non manifeſtando illi aliquid, quod ignorat, quia hoc eſt impoſſibile: ſed quærendo ab eo auxilium, & conſilium in operibus tuis.*

8 Et dirigen.cog.tuæ. *ad bonum effectum.*

9 Vniuerſa propter ſe. *quia ſicut eſt principium effectiuum omnium, ita eſt finis vltimus. Prima enim cauſa conuertit in ſeipſam omnes ſuos effectus: Apo.j.b.* Ego ſum α alpha & ω, principium & finis.

10 Impium quoque, *Scilicet præparauit.*

11 Ad diem malum. *Id eſt, extremi iudicij, vt in reprobis reluceat eius iuſtitia, ſicut eius miſericordia in electis; vt deducit Apoſtolus diffuſè in epiſtola ad Romanos.*

12 Abominatio eſt domini omnis arrogans. *ſicut per oppoſitum, verè humilis eſt ſibi amabilis.*

13 Etiam ſi manus in manum. *exponatur vt ſuprà.xj.*

14 Initium viæ bonæ. *Ille verſus non eſt in Heb. propter quod pertranſeo: & quia ſatis patet ſententia.*

15 Miſericordia & veritas, *id eſt, iuſtitia: quia vna ſine alia non eſt virtuoſa, vt dictum eſt ſuprà.xiij.ca.*

16 Redimitur iniquitas, *id eſt, pœna pro iniquitate debita.*

17 Cum placuerint domino viæ hominis, *id eſt, facta eius, dicta & cogitata.*

18 Inimicos quoque eius conuert. ad pacem, &c. *ita quod erunt ſibi amici. Exemplum de Ioſeph. Geneſ.xlj. & de Moyſe Exo.ij. & de tribus pueris in camino poſitis, Dani.iij.*

19 Melius eſt parum cum iuſtitia, *ſcilicet, acquiſitum, quia illud eſt ipſius acquirentis.*

20 Quam multi fructus cũ iniquitate, *acquiſiti; quia non ſunt acquirentis, ſed tenetur reſtituere.*

21 Cor hominis diſponit viam ſuam, *proprium enim eſt hominis per deliberationem, procedere in factis ſuis, quod non conuenit animalibus brutis,*

22 Sed domini eſt dirigere greſſus eius, *quia non ſufficit humana prouidentia, niſi aſſit directio diuina.*

23 Diuinatio, *id eſt, diuina electio,*

24 In labiis re. *vnde Deut.xvij.d. dicitur de eo:* Poſtquàm autem ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deutero.legis huius in volumine. *ſequitur:* Legétque illud omnibus diebus vitę ſuæ, vt diſcat timere dominum.

25 In iudicio non er. *dando malam ſententiam: ſi in lege ſtuduerit, & Deum timuerit.*

26 Pondus & ſta.iu.ſunt. *id eſt, iudicia Dei ſunt iuſta.*

27 Et opera eius. *in Heb. habetur* Lapides ſacculi. *& videtur litera noſtra corrupta per ſcriptores propter ſimilitudinem dictionum. Ad cuius intellectum ſciendum, quòd antiquitus fiebant pondera cum lapidibus, quorum vnus erat ponderoſior alio ſecundũ diuerſos gradus, ſicut modo fiunt per diuerſas portiones metalli, quarũ vna põderat marchã, alia libr ã, alia vnciam, & ſic de aliis: & lapides illi ponebantur in ſacculo, eſt igitur ſenſus,* Et opera eius omnes lapides ſa.i. *opera Dei fiunt cum debito pondere & menſura: & hoc modo dicitur Sap. xj.d.* Omnia diſpoſuiſti domine in pondere, numero, & menſura.

☞ *Abo-*

culi. Abominabiles regi qui agunt impiè: quoniam iustitia
a firmatur solium. Voluntas regum labia iusta: qui recta lo-
b quitur, dirigetur. Indignatio regis nuntij mortis, & vir sa-
c piens placabit † eum. In hilaritate vultus regis vita: & clemē-
d tia eius quasi imber serotinus. Possidē sapientiam, quia auro
e melior est: & acquire prudentiam, quia pretiosior est argento. Semita iustorum declinat mala: custos animæ suæ seruat
† vitam suam. Cōtritionem præcedit superbia: & ante rui-
nam exaltabitur spiritus. Melius est hūmiliari * cum mitibus,
quàm diuidere spolia cum superbis. Eruditus in verbo † re-
periet bonā: & qui sperat in dño, beātus est. Qui sapiens est
corde, appellabitur prudēs: & qui dulcis est eloquio, † maio-
f ra reperiēt. Fons vitæ † eruditio possidentis: doctrina stulto-
rum fatuitas. Cōr sapientis erudiet os eius: & labiis † illius ad-
g det gratiam. Fauus mellis verba cōposita: dulcedo animæ sanitas ossium. † Est via, quæ videtur homini recta & nouissima
h eius ducunt ad mortē. Anima † laborantis laborat sibi: quia

a ¶ Contra: Vir linguosus non diri. in terra, &c.

a ¶ Vt rectis operum gressibus ad vitam perueniat æternam. In manu malorum dolus dirigitur non homo: vnde de Antiocho. Dolus in manu eius dirigitur.

a ¶ Contritionem futuræ damnationis præcedit superbia vitæ præsentis: & vnde hic omnis reprobus eleuatur, inde illue iuste deiicitur.

a ¶ Humilia pati.

a ¶ Prædicando.

a ¶ Æterna. b ¶ Etsi prædicare non nouerit. c ¶ Etsi non prædicet.

a ¶ Solum. b ¶ Prædicando, hæreticis resistendo.

a ¶ Præmia. b ¶ Ipsam eruditionem.

a ¶ Et si prædicatorem non nouerit, qui per prædicatorem spem ponit, beatitudinis eius fit particeps.

a ¶ Quæ non amat requiem sibi in hoc exilio.

frugibus in Dei horreo recondimur. Et bene regis clementia imbri serotino comparatur: quia quod fructum vitæ bene agentes percipimus, non libertas arbitrij, sed superni facit irrigatio domini.

f *Fons vitæ.* Quia ille prædicator verè suis auditoribus vias vitæ aperit, qui exercet ipse, quod prædicat: quia amorem verbi, quo alios erudit, fixum in corde possidet; nec tam memoria retentum, quàm collectum gremio semen iactat in terra. Ideo namque *doctrina stultorum fatuitas* est: quia etsi qua bona vsu eruditionis didicerint, quæ dicunt bona, fatuo corde contemnunt.

g *Fauus mellis compositaverba, &c.* Multi per eloquentiam possunt amantibus & fauentibus suauiter pronūtiare bona, quæ ipsi non amant. Ea autem solùm ad ostium, id est, virtutum spiritualium incrementa proficiunt, quæ ex interna animæ dulcedine procedunt.

h *Anima laborantis laborat sibi, &c.* Constat ad literam, quia expulsus de paradiso homo quotidianum laborem, ne deficiat, exercet; *compulit eum os suum*, quando cum serpente locutus est, quando vetitum tetigit, vt exilium longum cum labore sufferat, & in sudore vultus sui comedat panem. Sed & doctorem vt laboret, os suum compellit, quia necesse habet facere bona, quæ dicit.

☞ *Vir*

A a *Voluntas regum, &c.* id est, iustorum. *Multi reges & prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt.* Hi enim & vitijs resistunt, & virtutum obsequio, quasi satellitum, constipantur. Reges enim terræ sæpe labia iusta detestantur, vt Herodes Iohannem.

b *Nuntij mortis.* Angeli sathanæ, hæretici, vani philosophi, omnes qui verba mortifera nuntiant proximis. Hi quò magis autori mortis seruiunt, eò grauius vitæ largitorem offendunt, quibus tamen pœnitentia non negatur. Nam

B subditur, *Et vir sapiens placabit eum.* Potest enim respiscēdo placare, quem contigit stultè loquendo offendisse.

c *Placabit.* HIER. de morte Fabiolę: Dauid homicidium, & adulterium septē dierum fame purgauit. Idem, *Difficilius arrogantia, quàm auro caremus & gemmis.*

d *In hilaritate vultus regis vita.* Quicunque hilarem Christi vultum videre merentur, his in æternum cū illo viuere dabitur. Aliter etiam *videbit omnis caro salu. Dei:* Sed tunc iusti placatum, reprobi videbunt iratum.

e *Et clementia eius quasi imber seroti.* Serotinus imber in Iudæa vsque hodie iam maturis messibus venire consuevit, vbi dominus & matutinam pluuiam, & serotinam promittit dicens, *Dabo vobis pluuiam matutinam, & serotinam terræ.* Pluuia matutina, vel tēporanea, vt alibi dicitur, quando prima credendi in Christum semina susscepimus: Serotinus, imber quādo iam maturi virtutum fru-

C

D

E

F

† eam

† viam

2. Reg. 12. a

† percipiet

† Lucæ 3. a. est intelligētia domini sui.

† eius.

† Su. 14. b.

† adflicta, sibiipsi molesta est.

Deut. 11. b.

Gene. 3.

† raddet doctrinam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Abominabiles regi, *scilicet, iusto.*
2 Qui agunt impie. *quia distorti sunt ab eius mente.*
3 Quoniam iu. firm. so. *scilicet, regni: quia sicut dicit Aug. amota iustitia, quid aliud sunt regna nisi latrocinia magna?*
4 Voluntas regum, *scilicet iustorum.*
5 Labia iust. *in iudicibus ab eo instituti.*
6 Qui recta loquun. dirigentur, *à Deo in finem debitum.*
7 Indignatio regis. *Exemplum. iij. Reg. ij. de Salomone, qui indignatus contra Ioab & Semei, mandauit eos occidi.*
8 Et vir. sa. pla. eum. *sicut patet de Ioab. ij. Reg. xiiij. qui per mulierem Thecuitem placauit iram Dauid contra Absalom.*
9 In hilarit. vult. regis vita, *scilicet, illorum qui offenderunt quia per hoc est dispositus ad condonandum eis: ideo subditur.*
10 Et clementia eius, quasi imber serot. *quia sicut imber serotinus est bonus & suauis terræ nascentibus, sic clementia regis remissione indigentibus.*
11 Possidē sapientiam quia melior. &c. *quia auro melior est, quanto anima bona corporalibus præferuntur. Et auro bene comparat sapientiam quæ est notitia de diuinis: & argento prudentiam, quæ est notitia de humanis.*
12 Semi. in. de. ma. *patet sententia.*
13 Contri. præce. su. & an. rui. ex. spir. *Hoc patet de Absalom, qui post nimiam elationem in superbiam, in quercu pendens fuit occisus. ij. Reg. xviij. de Antiocho superbissimo, quia à Deo fuit percussus in tantum, quod eius fœtore grauabatur exercitus: & in montibus miserabiliter est mortuus. secundi Machabæorum. ix.*
14 Melius est humiliari cū mitibus. *propter quod dicit psalm. lxxxiij.* Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.
15 Qui sapiens est corde appellabitur, prudens &c. *absque tamen doctrina aliorum appellabitur prudens, id est, denominari potest ab habitu ipsum perficiente.*
16 Et qui dulcis est eloquio, *ita quod cum sapientia habitu exercetur in doctrina actu.*
17 Maiora reperiet, *quoniam non solum habebit auream, sed etiam aureolam, quæ debetur ad alios à tali doctore.*
18 Fons vitæ eruditio possidentis, *id est, erudire potentis per sapiētiam suam, & eloquentiam. Sicut enim riuuli deriuātur à fonte, sic aquę sapientia derivatur ad alios à tali doctore.*
19 Doctrina stultorum fatuitas, *quia de sacco non exit, nisi quod intus habetur.*
20 Cor sapientis erudiet os eius, *dirigens ipsum in loquendo.*
21 Et labijs illius addet gratiā, *quia eloquentia per sapientiam directa efficitur magis gratiosa.*
22 Fauus mellis verba composita, *quia sunt dulcia auri, sicut fauus mellis ori.*
23 Dulcedo animæ sanitas ossium, *id est, bona dispositio & robur corporis, quibus existentibus anima dulciter viuit in corpore. Potest etiā hoc exponi de robore spirituali, quod consistit in virtutibus intellectualibus & moralibus, in quibus anima delectatur, tanquam in suis perfectionibus.*
24 Est via quæ videtur homini recta, & nouissima. *Exponatur vt supra xiiij. c.*
25 Anima laborantis, *id est, homo laborans, eo modo loquendi, quo tum denominatur à parte digniori.*
26 Laborat sibi, *id est, propter necessaria vitæ suæ familiæ.*
27 Quia compulit eum, *scilicet ad laborandum.*

☞ a *Vir insipiens fodit malum.* Potest hoc de hæretico specialiter intelligi, qui florentes diuini eloquij campos noxiæ linguæ vomere rumpit, vt de internis eorum finibus sensus impios eruat; in cuius labijs ignis ardescit, à quo se suosque auditores in perIacob. 3. b. petuum perdat; vnde Iacobus: *Lingua inflammat rotam natiuitatis nostræ inflammata à gehenna.*

b *Vir iniquus lactat amicum suum, &c.* Potest hoc de hæretico, & de omni fautore malorum accipi: *quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur.*

c *Qui attonitis oculis cogitat, &c.* Grauius est perficere malum, quàm facere. Non solum autem perficit, qui actu operatur; sed & qui patrare disponit. Solent superbi indignantes, labia mordere, attonitos habere oculos, & præsentia non videre, dum taciti

¶ Vnde. Vt inique agerent laborauerunt.

a compulit eum os suum. Vir † insipiens fodit malum: & in labijs eius * ignis ardescit. Homo † peruersus suscitat lites, &

a ¶ Discordiam seminando.

† verbosus separat principes. Vir iniquus lactat amicum suum: & ducit eum per viam non bonã. Qui † attonitis oculis cogitat † praua: mordens labia sua perficit malũ. Corona dig-

a ¶ Maturitas mentis. b ¶ Manus est se a se superari, quam ea quæ extra se sunt.

nitatis senectus: quæ in vijs iustitiæ reperietur. Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. Sortes mittuntur in sinum, sed à domino † temperantur.

† impius belial. * velut. † volubilis psalm. 9. d. † suffurro

† annuit oculis suis. † mala.

† est omne iudicium eorum.

Greg past. p. 3. c. 9.

D

E

F

1 extrà sunt quæ vin-
2 cuntur: Maius est au-
3 tem quod per patiẽ-
4 tiam vincitur, quia
5 à se animus superatur, & seipsum sibi-
6 metipsi subijcit, &
7 8 patientiæ humilitate
9 substernit.
10 e *Sortes mit. in sinum.*
11 Sicut sortes mittun-
12 tur in sinũ, aut clau-
13 sæ in sinu continen-
14 tur: diuini autem est
15 iudicij, cuius elatam
16 palmã teneat, Sic homi-num facta in præ-

senti quidem vita latent cuius sunt meriti, patescunt verò in iudicio prolato, quasi de sinu examinis diuini,

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Os suum, *Eo enim ipso quod oportet eum comedere, oportet eum laborare: propter quod dicit Apostolus. 1. Thes. iij.* Qui non vult operari, non manducet.

2 Vir insipiens fodit malum, *id est, quærit cum diligentia, sicut fodiens thesaurum, inclinatus ad hoc ex habitu malo.*

3 Et in labijs eius ignis ardescit, &c. *scilicet, ignis iracundiæ, & superbiæ.*

4 Homo peruersus suscitat lites, &c. *Exemplum de Siba filio Bochri. ij. Reg. xx.*

5 Et verbosus separat principatus, *Sicut Doeg separauit Saul à Dauid genero suo. j. Reg. xxij.*

6 Vir iniquus lactat amicum suum, *ei adulando:*

7 Et ducit eum, *per talem adulationem.*

8 Qui attonitis oculis. *Hic ponit duo signa hominis cogitantis mala. Vnum est, quod habet oculos attonitos ex intensa cogitatione ad malum, & sic obscuratur visus exterior: quia motus maiores expellunt minores, secundum Philosophum. Secundum est quod mordet labia sua; ex imaginatione enim perficiẽdi malum mouentur dentes ad talem actum, ideo dicitur,*

9 Mordens la. sua perfi. ma. *id est, imaginatur perficere.*

10 Corona digni. senec. *id est, debetur senectuti, non cuicunque sed bonæ: ideo subditur,*

11 Quæ in vijs iustitiæ reperietur, *scilicet, processisse.*

12 Melior est patiens viro forti, *fortitudine corporali, quanto melior est anima corpore. (Patientia enim propriè est fortitudo animæ, per quam æquanimiter volerat aduersa:)*

13 Et qui dominatur animo suo, *per repressionem concupiscentiarum,*

14 Expugnatore vrbium: *propter quod Diogenes Philosophus dixit Alexandro magno, qui multas vrbes expugnauerat, quod erat seruus serui sui: quia Diogenes per rationem dominabatur suo sensitiuo appetitui; Alexander vero magis seruiebat suo appetitui sensitiuo.*

15 Sortes mittuntur in sinum, *id est, in aliquo loco occulto, vt inde recipiantur fortuito, vel sine prouisione humana.*

16 Sed à domino tẽperantur. *Ex diuina enim prudentia proueniunt, quod talis sors cadat super talem.*

An vti sortibus sit licitum.

Ad maiorem huius autoritatis intelligentiã, quæritur hic, vtrum vti sortibus sit licitũ? Ad quod dicendũ, quod vti sortibus est, ex vario euentu, seu dispositione alicuius rei sensibilis proposita, determinare aliquod dubiũ vel incertũ: sicut ex festucis propositis, per hoc quod aliquis accipit breuiorem, vel longiorẽ; seu in proiectione taxillorum, ex hoc quod aliquis proiecit plura, vel pauciora puncta; vel ex consimilibus, aliquod dubiũ inter homines determinatur. etsi hoc fiat ad alicuius rei diuisionem inter homines, vt per hoc determinetur quis quam partem accipiat, vocatur sors diuisoria: Si autem hoc fiat ad aliquid determinatiuè agendũ, vocatur sors cõsultoria. Igitur si dispositio, vel euentus sortiũ expectetur à fortuna tantum, nullum est vitium: vt si mittantur sortes ad determinãdum inter homines, quis quam partem accipiat alicuius rei, & ex hoc communi consensu cõmittitur fortunæ. Causa tamen mouens potest esse peccatum, vt si propter cupiditatem propriam, vel aliud vitiũ, non possint concorditer alio modo diuidere. Si autem dispositio sortium vel euẽtus nõ expectetur solũ à fortuna sed ab alia causa: hoc est dupliciter, Vno modo à causa corporali, vt à dispositione stellarum: & sic cũ actus stellarum ad hoc se extendat, superstitiosum est, & illicitum, & non caret occulto pacto damoniũ. Alio modo quia expectatur euentus & dispositio sortiũ à causa spirituali dirigente, & hoc est dupliciter, Vno modo à damone, & hoc est illicitum: quia includit familiaritatem & pactũ cũ damonibus; Alio modo à Deo expectatur immediatè, vel mediãtibus sãctis angelis, & hoc non est illicitum secundum se si fiat cum debita reuerentia, vnde dicitur hic, Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur. *Potest tamẽ in hoc quadrupliciter peccatũ incidere. Primo si absque vlla necessitate ad sortes excurratur, hoc enim videtur ad Dei tentationẽ pertinere. vnde dicit Amb. super Lu.* Qui sorte eligitur, humano iudicio nõ comprehenditur. *Secũdo si aliquis etiam in necessitate, absque reuerẽtia debita sortibus vtatur, vnde super Act. apostolorũ dicit Beda.* Si qui necessitate aliqua compulsi Deum putant sortibus, apostolorum exemplo, esse cõsulendum: videant hoc ipsos apostolos non nisi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deũ fusis egisse. *Tertio si diuina oracula ad terrena negotia conuertãtur, at dicit Aug. ad inquisitiones Ianuarij:* His qui de paginis euangelicis sortes legunt: etsi optandũ sit vt hoc potius faciant, quàm ad dæmonia consulenda cõcurrant; tamẽ mihi displicet ista consuetudo ad negotia secularia, & ad vitæ huius vanitatẽ diuina oracula velle cõuertere. *Quarto si in ecclesiasticis, quæ ex spiritusãcti inspiratione fieri debent, aliqui vtantur sortibus. vnde dicit Beda super Actus apostolorũ,* Matthias ante pentecostẽ ordinãdus sorte quæritur, quia, scilicet, nondum erat plenitudo spiritussancti in ecclesia effusa. Septẽ autẽ diaconi postea nõ sorte, sed electione discipulorũ sũt ordinati. *Secus autẽ est in temporalibus dignitatibus, quæ ordinãtur ad terrena disponẽda: & ideo in electione illarũ possunt homines vti sortibus, sicut & in diuisione rerum temporalium vt prædictũ est. Si vero aliqua necessitas alia ab electione dignitatis ecclesiastica immineat, licitum est cũ debita reuerẽtia sortibus diuinum auxilium implorare: vnde dicit Aug. in epistola ad Honoratũ,* Si inter Dei ministros sit disceptatio qui eorum tempore persecutionis maneant, ne fuga omnium, & qui eorum fugiãt, ne morte omniũ deseratur ecclesia: si hæc disceptatio aliter non poterit terminari, quantum mihi videtur, qui maneant & qui fugiant, sorte eligendi sunt. *Et hoc modo vsi sunt sortibus viri sancti, qui in ve. ac no. test. vsi fuisse sortibus leguntur, sicut Iosue iudicio sortium puniuit Acham, Iosue vij. & Saul deprehendit Ionatham filiũ suum melcomedisse. j. Reg. xiiij. & Zacharias sorte exijt vt incensum poneret, Luca. j. & sic patet responsio ad quæstionem.*

Apostoli quomodo & quando sorte vsi fuerint.

Ecclesiastici quando sorte eligẽdi sunt.

☞ CAP.

CAPVT XVII.

A a Melior est buc. Melius est parua bona cum charitate facere, sine scientia prædicandi (hoc est enim siccam buccellam esse) quàm magis effulgere virtutibus, cum admistione discordiæ.

b Corona senum, &c. Senes, patriarchę, prophetæ, qui à filijs filiorũ, id est, successoribus apostolorũ, diuina laude celebrantur: & gloria est prædicatorum noui testa- B menti, qui veterum patrum filij esse meruerunt.

c Gemma gratiosum. † attendit sermoni iniquo, mẽdax auscultat linguã prauam. † 24. c. qui præmia futura fideliter expectat, & quasi gemmæ splendidissimæ possessione lætatur, pro cuius acquisitione sapiens negotiator omnia vẽdidit: Hîc siue prospera, siue aduersa cõtigerint, à sua intentione non flectitur, C prudenter intelligẽs, † mendax Roman. 8. † duces Quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

d Semper iur. quærit ma. angelus crudelis immundus spiritus, qui à domino contra peccatores mittitur, vt in præsenti affligat, vt Ægyptios; vnde, Psal. 77. c. Misit in eos iram indignationis suæ, vsque, per angelos malos. Vel etiam vt post mortem ad interitum rapiat æternum. Econtra, Immittit angelum dominus in circumitu timentium eum, & eripiet eos.

e Expedit ma. vr. Facilius erat sanctis doctoribus furori Gentilitatis occurrere, raptis ad se populis aliquibus, & à bestiali eius sæuitia, ad fidei pietatem prædicando conuersis: quàm in hæretico confidenti in sui perfidia dogmatis, qa ibi contra exteros, hic contra viscera sua certamen agebant.

Potest in vrsa, hostis antiqui malitia intelligi; cui fœtus rapimus, cum eos, qui filij sui erant, catechizando, baptizando Dei filijs adiungimus; & hoc sæpe facilius fit, quàm hæreticum ad fidem rectam reuocare, vel catholicam prauè agentem ad bonum opus reducere.

f Qui. Aquam dimittere, est linguã in flua eloquia relaxare: Quod contra in bonã partem dicitur, Aqua profunda verba ex ore viri. Qui ergo dimittit aquam, caput est iurgiorum: quia qui linguã non refrenat, concordiam dissipat; vnde contra, Qui imponit stulto silentium, iras mitigat.

☞ Quid

D Psal. 33. b.

E † conflatorio † Deus

† pace

† Vt lapis pretiosius est munus in oculis domini eius, ad omnem locũ, ad quem se verterit, prosperabitur.

F Grego pastoral. p. 3. c. 15. - confidenti sibi † Id est, principium iurgiorum est, sicut aqua prorumpẽs.

CAPVT XVII.

a Melior est buccella sicca cum † gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. Seruus sapiens dominabitur filijs

a ¶ Vel partem inter eos accipiendo, vel vnicuique sicut arbiter assignando.

stultis: & inter frãtres hęred. tatem diuidet. Sicut igne † probatur argẽtum, & aurũ camino: ita corda probat † dominus. Malus † obedit linguæ iniquæ: & fallax obtemperat labijs mendacibus. † Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui in ruina lætatur alterius, nõ erit impunitus.

b Corona senum filij filiorum: & gloria filiorum patres eorum. Non decent stultum verba composita: nec principem labiũ

a ¶ Expectatio vitæ æternæ, quasi gemmæ possessio lætificat expectantem.

c † mentiens. † Gemmã gratissima expectatio præstolãtis: quo

a ¶ Primus sermo est cum fit delictum, alter cum manifestatur.

cunque se vertit, prudenter intelligit. Qui celãt delictum,

¶ Alias alto. a ¶ Scilicet delictum.

quærit amicitias: qui altero sermone repetit, leparat † fœderatos. Plus proficit correctio apud prudentẽ, quã centũ plagę

¶ Diabolus.

d apud stultũ. Sẽper iurgia quærit malus: angelus autẽ crudelis

a ¶ Gentilitati vel diabolo. b ¶ Conuersis ad fidem.

e mittetur cõtra eũ. Expedit magis vrsæ occurrere rãptis fœti-

a ¶ Hæretico. b ¶ Doctrina sua praua.

¶ Retributio, quam Deus nescit.

f bus: quam fãtuo confidẽti sibi in stultitia sua. Qui reddit ma-

¶ Corpore vel familia. ¶ Non refrenat linguam suam.

la pro bonis, non recedet malũ de domo eius. † Qui dimittit

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XVII.

Melior est buc. *Superius Salomon repressit iræ impetum, hic reprimit triplicem eius effectum, in tribus cap. sequentibus: tamen (sicut dixi suprà) ista diuisio & consimiles accipiuntur secundum principia cap. & non secundum prosecutionem eorum. Primus autem iræ effectus est iurgium, de quo dicit,*

1 Melior est buc. *id est, parum frustum panis.*

2 Sicca. *id est, sine pulmento.*

3 Cum gaudio, *id est, hilariter data.*

4 Quàm domus plena. victi, *id est, magnis epulis.*

5 Cũ iurg. *vnde dicit Poeta:* Super omnia vultus Accessere boni.

6 Seruus sapiens dominabitur filijs stul. *Hoc videtur impletum Parisijs, & in pluribus ciuitatibus alijs: quia filij stulti vendunt hæreditatem paternam, saltem in parte, & frequenter illis, qui prudenter seruiunt patri.*

7 Et inter fra. hæ. di. *id est, habet hæreditatem cum fratribus. Alio modo exponitur de Iosue ministro Moysi, qui successit ei in ducatu populi Israel, & non filij Moysi. Diuisit etiam hæreditatem duodecim tribubus, vt patet libro Numę. & Iosue.*

8 Sicut igne probatur. *quia sicut aurum magis examinatur, quàm argentum; ita dominus maiori tribulatione examinat corda magis fortium, quam minus; vnde dicit Apostolus. j. Cor. v. c.* Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis; *& secundum hoc dixit beatus Sixtus ad sanctum Laurentium,* Nos, quasi senes, leuioris pugnæ cursum recipimus, te autem, quasi iuuenem, gloriosior de tyranno expectat triumphus.

9 Malus obedit lin. iniquæ. *id est, tyranno præcipienti iniqua.*

10 Et fallax obtemperat labijs menda. *quia* secundum iudicem populi, sic & ministri eius. *Eccl. x. a.*

11 Qui despicit pauperem exprobrat facto, e. *exponatur vt suprà. xiij.*

12 Et qui in ruina læ. alte. *per se directè,*

13 Non erit impun. *quia in hoc peccat. Secus est autem si lætatur in ruina alicuius per accidẽs, vtpote, quia ille est malus homo, turbãs aliorum pacem, & sic cessat hoc malum. Lætari autem per se de pace reddita populo, & per accidens de ruina perturbantis eam, est licitum.*

14 Corona senum, *id est, honor eorum,*

15 Filij filiorum, *vnde ad gloriam plurium patrum vet. testa. dicitur, qui viderunt filios, & filios filiorum, vsque in tertiam & quartam generationem.*

15 Gloria fi. patres eorum, *In hoc enim gloriantur, quod de bonis patribus, & nobilibus sunt orti.*

17 Non de. stul. ver. com. &c. *hoc est, dictum non est decẽs, quod stulto imponitur aliqua ambasiata, in qua oportet habere verba composita.*

18 Non principem labium men. *quia debet esse regula aliorum ad quod requiritur veritas labiorum.*

19 Gemma gratissima expectatio præ. *id est, est res expectata à desiderante, est quasi lapis pretiosus in oculis eius.*

20 Quocunque se vertit, *id est, in quocunque negotio,*

21 Prudenter intelligit, *id est, diligentiam apponit, vt prudenter agat, ne suo desiderio defraudetur. Aliter exponitur de expectatione regni cælestis, quod dicitur pretiosa margarita. Matth. xiij. & talis in omni tempore studet prudenter agere ne frandetur sua expectatione.*

22 Qui celat delictum, *alterius,*

23 Quærit amicitiam, *illius;*

24 Qui altero sermone repetit, *sine causa iusta publicando,*

25 Separat fœderatos, *quia rumpit fœdus inter se & illum.*

26 Plus proficit correctio, *scilicet fraterna,*

27 Apud prudentem, *qui eam recipit:*

28 Quàm centum plagæ apud stultum, &c. *qui non emendatur verbo, vel verbere.*

29 Semper iurgia quærit malus, *ad hoc inclinatus ex complexione vel assuefactione:*

30 Angelus autem crudelis, *id est, nuntius iudicis.*

31 Mittetur contra eum, *ad eum incarcerandum, vel occidendum, tamquam seditiosum.*

32 Exped. mag. vrsæ occurrere, *quia homo destitutus à lege et iustitia, qui dicitur hic stultus, est pessimũ animaliũ, vt dicitur. j. Politicorũ.*

33 Qui reddit mala pro bonis, non rec. *quia ista est ingratitudo mala, & maximum vitium.*

34 Qui dimittit aquam, *bibens vinum nimis forte.*

☞ A Infrà.26 b.

a *Quid prodeſt.* Quid prodeſt populo Iudæorum infideli habere diuitias ſcripturarum, cum in his intelligere Chriſtum non poſſit? Quid hæretico eiſdem abundare diuitijs, cum vnitatem fidei in eis diſcernere nequeat? Quid malo catholico expedit diuitias habere rectæ fidei, cum ſapientiam piæ actionis habere neglexerit?

b *Omni tempore.* Qui Deũ verè amat, omni tempore eius cuſtodit amorem; neque in anguſtia paſſionis deſerit, quem in pacis tranquillitate confeſſus eſt.

c *Homo ſtultus plaudet manibus.* Stultus eſt, qui cum fratris ſui animam ſuſcipiat regendam, de ſuis gloriatur actibus: & non potius ei humili compaſsione quicquid poteſt auxilij ſalutaris impendit.

d *Animus g.* Qui interna ſancti ſpiritus conſolatione lętatur, etiam bonæ actionis flore decoratur: & fructum cęleſtis præmij expectat, qui triſtitia ſeculi

aquam, caput eſt iurgiorum: & antequam † patiatur cõtumeliam, iudicium deſerit. Et qui iuſtificat impium, & qui cõdemnat iuſtum: abominabilis eſt vterq; apud † Deũ. † Quid prodeſt habere diuitiãs ſtulto cùm ſapiẽtiam emere non poſſit? Qui altam facit domum ſuam, quærit ruinam: & qui euitat diſcere, incidit in mala. Omni tempore diligit qui amicus eſt: & frater in anguſtijs comprobatur. Homo ſtultus † plaudet manibus, cùm ſpopõderit pro amico ſuo. Qui meditatur diſcordias, diligit rixas: & qui exaltat os ſuum, quærit ruinã. Qui peruerſi cordis eſt, nõ inueniet bonum: & qui vertit linguam, incidet in malum. † Natus eſt ſtultus in ignominia ſua: ſed nec pater in † fatuo lætabitur. Animus gaudens ætatẽ floridam facit: ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Munera de ſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij. In facie prudẽtis lucet ſapientia: oculi ſtultorum in finibus terræ. Ira patris filius ſtultus: & dolor matris quæ genuit eum. Non eſt bonum dãmnum inferre iuſto: nec percutere principem qui recta iudicat. Qui moderatur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt: & pretioſi ſpiritus vir eruditus. Stultus quoque ſi tacuerit, ſapiens reputabitur: & ſi compreſſerit labia ſua, intelligens.

a ¶ Diſcretionis. b ¶ Non miſereris pauperis in iudicio. c ¶ Barrabam.
a ¶ Chriſtum. b ¶ Etſi non apud ſe.
a ¶ Scripturarum, vel rectæ fidei. b ¶ Iudæo, vel hæretico, vel malo catholico. c ¶ Chriſtum, vel vnitatem, vel actiones.
a ¶ Qui ſe exaltat, humiliabitur.
a ¶ Non horarie. b ¶ Deus. c ¶ Qui facit voluntatem pa. &c.
a ¶ Paſſionis. b ¶ De honore.
a ¶ Deo. b ¶ Cuius animam ſuſcipit regendam.
a ¶ Diſperdat dominus vni. fa. do. & lin. mag.
a ¶ Ex quo debet procedere vita. b ¶ Qui bilinguis eſt. ¶ Nigrum in candida vertit.
a ¶ Gehennæ. b ¶ Peccator.
a ¶ Deus, vel prædicator. b ¶ Conſolatione ſpiritus ſancti. c ¶ Actiones vnde fructus cęleſtis.
a ¶ Seculi triſtitia, quæ operatur mortem. b ¶ A pinguedine charitatis. c ¶ Virtutes. d ¶ Occultè.
¶ Iudex aliquis. a ¶ Chriſti.
a ¶ Diuinitatis. b ¶ Iudæorum. c ¶ Terrenis. d ¶ Dolor. e ¶ Dei vel prædicatoris.
a ¶ Eccleſiæ. ¶ In fide. b ¶ Mortis vel facultatis.
a ¶ Chriſto vel ſanctis. ¶ Chriſtum rectorem eccleſiæ. ¶ Prohibe linguam tuam à malo.
¶ Eſt.

D

1 ſeculi (quæ mortẽ operatur) angitur, pin
2 guedinẽ diuinæ cha-
3 ritatis in robore vir-
4 tutum, quas exercere
5 videtur, habere nulla
tenus valet: ſed quaſi
oſſibus exiccatis mar
ceſcit, quia in bonis,
6 quæ facit, gloriam
dilectionis amiſit.

e *In fa pru.* In facie Chriſti lucebat ſapiẽ
7 8 tia deitatis, vel diui- E
9 nitatis: quia in carne
10 apparens, virtutẽ &
11 doctrinę teſtimoniũ
12 oſtendebat; ſed oculi
13 Iudæorum terrenis
14 potius, quã eius mo-
15 nitis intendebãt. Ge-
16 neraliter, Sæpe pru-
17 dentes grauitatem
18 ſenſus in ipſo frontis
19 hoſpitio præmõſtrãt:
20 nec tamen ſtulti ad i-
21 mitãdum oculos ar-
22 tollunt, ſed qualiter
23 ad finem voluptatum
24 pertingant, tota in- F
25 tẽtione perquirunt.
26 f *Non eſt bon. dãnum*
27 *inferre iuſto.* Et de ip-
28 ſo iudice ac principe
29 ſeculorũ, qui pro no-
30 ſtri ſalute percutivo-
31 luit, accipi poteſt, &
32 de omnibus rectori-
33 bus eccleſiæ, qui vel
34 facultatibus nudati
35 ab impijs, vel ipſa ſũt
morte conſumpti.

† miſceatur lis, dimitte eam.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Caput eſt iurgiorum. *quæ oriuntur ex ebrietate.*
2 Et anteq. patiatur contumeliam. *à proximo.*
3 Iudicium deſerit, *ledendo proximum ſine cauſa. In Hebr habetur,* Qui aperit aquam, principium eſt iurgiorum, &c. *quod exponens Ra. Sa. dicit, quod ille, qui alueo fluminis fecit aperturam vt aqua inde decurrat; & ille, qui incipit iurgia, faciunt ſimilia: quia in principio apertura eſt parua, ſed procedendo dilatatur; ſicut iurgiũ eſt in principio paruum, procedendo fit magnum malum.*
4 Et qui iu. impi. & qui cond. iu. *quia vterque facit iniuſtitiam.*
5 Quid pro ha. diui. ſtult. *q. d. nihil: quia eis non vtitur ad bonũ. ſed ad malum, nec per eas poteſt acquirere ſapientiam.*
6 Qui altam fa. do. *Iſte verſus non eſt in Hebr. ideo pertranſeo, quia ſententiã ſatis patet.*
7 Om. tẽ. diligit. *ſcilicet tẽpore aduerſitatis. ſicut & tẽpore proſperitatis.*
8 Qui ami. eſt, *verus & certus,*
9 Et frater in anguſtijs. *ſuccurrendo fratri in magnis anguſtijs, ſicut Ioſeph ſuccurrit fratribus ſuis afflictis.*
10 Homo ſtultus plau. m. *quaſi gaudens, & non curans,*
11 Cum ſpo. pro ami. ſuo. *In Heb. habetur,* pro ſocio ſuo, *periculoſe obligans ſe pro eo: & tamen deberet* ſolicitari de liberatione ſua & amici ſui, *ſicut etiam dictum eſt ſuprà. vj. ca.* Fili mi ſi ſpoponderis pro amico tuo, &c.
12 Qui meditatur. diſcor. *ſeminare,*
13 Diligit rixas, *quia ſequuntur diſcordias.*
14 Et exal. os ſuum. *ſe iactando. & alios contemnendo,*
15 Quærit rui. *licet præter intentionem ſuam, quia talis exaltatio eſt inimicorum acquiſitio.*
16 Qui peruerſi cor. eſt non inuen. bonũ. *quia alijs efficitur odioſus, & quia ſemetipſo eſt diuiſus, propter ſyndereſin recalcitrantẽ malo, & ſenſualitatem ad malum inclinãtẽ: propter quod dicit Philoſophus viij. Ethic. quod malus non habet amicitiam ad alterum, neque ad ſeipſum.*
17 Et qui vertit linguam. &c. *in præſentia adulando & in abſentia diffamando.*
18 Natus eſt ſtultus in ignom. ſua *quia ab alijs deſpicitur, vnde patri occaſio triſtitiæ tribuitur.*
19 Animus gau. æta. flo. fa. &c. *quia vitam producit vſque ad canitiem:*
20 Spiritus triſtis exiccat oſſa, &c. *& ſic abbreuiat vitam: quia triſtitia eſt paſſio mortificatiua.*
21 Munera de ſinu. *id eſt, in occulto tradita,*
22 Impius accipit. *ſcilicet, iudex,*
23 In prudentis lucet ſapientia. &c. *per maturitatem & honeſtatem; quia diſpoſitio cordis magis apparet in facie, in qua ſunt omnes ſenſus, quàm in partibus alijs.*
24 Oculi ſtul. in finibus terræ. *id eſt, habent vagos aſpectus, ſicut cor varios cogitatus.*
25 Ira patris filius ſtultus. *quia pater repraſentatur in filio, & ſic ſtultitia eius redundat in patrem, ſimiliter & in matrem.*
26 Non eſt bo. &c. iuſto. *cui debetur honor & bonum.*
27 Nec per. prin. *id eſt, occidere, ſicut Iſmahel peſſimus interfecit Godoliam, qui rectè iudicabat populum, Ierem. xlj.*
28 Qui moderatur ſer. ſu. &c. *ita quod nihil eſt ibi ſuperfluum, nec diminutum.*
29 Doctus & pru. eſt, *quia hoc eſt valde difficile: circa quod eſt magna virtus.*
30 Et pretioſi ſpiritus. *id eſt, anima,*
31 Vir erud. *in ſcientia & moribus: ex quibus pretioſitas animæ attenditur.*
32 Stul. quoque ſi ta. *inter ſapientes,*
33 Sapiens repu. *ab ignorantibus ipſum, credentibus hanc taciturnitatem procedere ex ſapientis maturitate: qui ſolet eſſe tardus ad loquendum.*
34 Et ſi compreſ. lab. *ab inclinatione loquendi.*
35 Intelligens, *ſcilicet, proprium defectum, ex quo cõprimit labia ſua, ne prorumpat in aliquod.*

☞ CAP.

CAP. XVIII.

a ¶ Calumnias. b ¶ Iudæus. c ¶ Non cogitur

† Occasiones quærit qui vult recedere ab ami- 1
a ¶ Christo.
co, omni tempore erit exprobrabilis. Non re- 2 3
cipit stultus verba prudentiæ, nisi ea † dixe- 4
¶ Quæ placeant.
rit quæ versantur in corde eius. Impius cum 5
¶ Peccare.
in profundum venerit peccatorum contemnit, sed se- 6
a ¶ Futuræ damnationis. b ¶ Sacramenta vtriusque testa-
quitur eum ignominia & opprobrium. Aqua profunda ver- 7 8
¶ Ad vetus. a ¶ Christi & apostolorum. ¶ Quo ad nouum.
ba ex ore viri, & torrens redundans fons sapientiæ. † Acci- 9
a ¶ Non est personarum acceptio apud Deum. 10
pere personam impij non est bonum, † vt declines à verita- 11 12
te iudicij. Labia stulti miscent se rixis, & os eius iurgia pro- 13
a ¶ Vita & mors in manibus linguæ. ¶ Expositio. 14 15
uocat. Os stulti contritio eius, & labia ipsius † ruina animæ e- 16
ius. Verba † bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vs- 17
¶ Vsque ad viscera. a ¶ Non est de textu. b ¶ A bono opere. c ¶ Ne possit. 18
que ad interiora ventris. Pigrum deiicit timor, animæ autem 19
a ¶ Debilium.
effœminatorum esurient. Qui mollis & dissolutus est in 20 21
a ¶ Similis. ¶ Destruentis. b ¶ Domine refugium fa.es nob. 22 23
opere suo, frater est † sua opera dissipantis, Turris fortis- F
¶ Vel ipsam a ¶ Expedite. ¶ Inde. 24
sima nomen domini, ad ipsum currit iustus & exaltabitur. 25 26
¶ Virtutes. ¶ Intransitiue.
† Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus vali- 27 28
¶ Ab insidiis. a ¶ In futuro. b ¶ In hoc seculo. 29
dus circundans eum. Antequam conteratur, exaltatur cor 30
¶ In futuro. a ¶ In hoc seculo. ¶ Humilitas præcedit gloriam. 31
hominis, & antequam glorificetur, humiliatur. † Qui 32
a ¶ Quasi magister. b ¶ Vt discipulus.
prius respondet, quam audiat, stultum se esse demonstrat,
a ¶ Christi, vel sancti cuiuslibet. b ¶ Carnis. 33
& confusione dignum. Spiritus viri sustentat imbecillita- 34
mitatur. D

CAP. XVIII.

a Occasion. quę. &c. Impius cũ in profun. Qui lõgis peccatorum tenebris inuolutus semel de luce desperat, ex desperatione sibi peccandi frena relaxat: sed opprobrium futuræ dãnationis nulla ratione euadit, quem nulla diuini timoris memoria cohibuit.

b Aqua prof. quia dominus & apostoli palam vtriusque testa. sacramenta mundo reserabant, de quibus subdit, Et torrens redundans fons sapientię. Aqua profunda id est, verba sapientium lauant mentes & rigant, ne peccatorum sorde deformes remaneant aut ariditate deficiant. Et quia quædam mystica latent quædam aperta sunt: recte hic aquã profundã & torrẽtẽ redũdãtẽ esse dicit.

c Qui mollis & dissolutus qui enim cœpta bona districte non exequitur, dissolutione negligentiæ manum destruẽtis imitatur.

d Substantia diuitis vrbs roboris eius. Substantia terrena non semper defẽdere potest imò plerique per eam pereunt: vnde Ecclę. Diuitię conseruatę in malum domini sui, pereunt enim in afflictione pessima. Ergo de substantia virtutum dicit, quæ cum abundat, quasi inexpugnabili muro cunctas hostium arcet insidias.

e Qui prius respondet quam audiat. Qui prius magister esse desiderat, quàm discat, stultitiæ noxam non declinat. Qui iudicare proximorũ facta, prius quam vtriusque plene causã nouerit, inordinatè festinat, se dignum cõfusione monstrat.

f Spiritus viri sustentat infirmitatem suam. Marc. 14. c.

† Quem delectat facere discordias, is omni tempore inuolutur.

† Inf. 14. c.

† suffurationis sunt vt vulnera.

Pigrum, &c. hic versus non est in Hebræo

† viri.

† Su 10. b.

Greg. pastor. p. 3. c. 35.

† direxit.

Eccle. 5. c.

† vt iustum.

à iudicio abducas.

† laqueus

† Eccl. 11. a.

☞ Spiri-

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XVIII.

OCcasiones. *Hic consequenter reprobat effectum iræ, secundum quod est recedere ab amico fideli, quod frequenter facit ira. Dicit igitur,*

1 Occasiones quærit, *allegando non causam pro causa,*

2 Qui vult recedere ab ami. *sine rationabili causa.*

3 Omni tempore erit exprob. *quia corrumpit & falsat amicitiam, quod est peius quam falsare pecuniam: quanto pretiosior res est amicitia, quam pecunia, secundum quod dicit Philosophus. viij. Ethico.*

4 Non recipit stultus verba prudentiæ. *quia sibi desipiunt, propter habitum contrarium.*

5 Impius cum in profundum venerit peccatorum, *per obstinationem mentis,*

6 Contemnit. *omnem correctionem & pœnæ comminationem.*

7 Sed sequitur eum ignominia & opp. *sempiternum in gehenna,*

8 Aqua profunda verba ex ore viri. *vt dicit: Rab. Sa. hic accipitur vir perfectus in scientia & virtute, cuius verba continent profundam scientiam, ad quam quilibet non potest de facili attingere, sicut nec ad profundum aquæ profundæ.*

9 Et torrens redundans. *in alios per bonam doctrinam.*

10 Fons sa. *in mente sapientis, à quo fonte ad alios deriuatur aqua sapientia.*

11 Accipere perso. im. *siue diues sit siue pauper.*

12 Non est bo. *minus dicit, & plus signat; quia hoc est malum, cum sit contra iustitiæ veritatem.*

13 Labia stulti miscent se rixis, *scilicet, aliorum adinuicem rixantium.*

14 Et os eius iur, pro. *quia rixantes ad maiora iurgia incitat, sicut ille qui canes incitat ad mordendum se inuicem.*

15 Os stulti contritio eius, *quia propter verba sua frequẽter punitur in corpore; & cum hoc, peccat in mente, ideo sequitur,* Et labia ipsius ruina animæ.

16 Ver. bilin. *qui in præsentia adulatur & in absentia detrahit.*

17 Quasi sim. *id est, sine pluca delositatis videntur, quando in potentia loquitur.*

18 Et ipsa p. *id est, vsque ad cor, quod est in medio ventris, hoc est dictum, sunt valde nociua.*

19 Pigrum de. *Iste versus non est in Heb. potest tamen sic exponi,* Pigrum deijcit *ab aggressu boni operis,*

20 Timor. *laboris:*

21 Animæ autem effœminatorum. *id est, homines vt fœmina molles ad bene operandum,*

22 Esuri. *quia non laborant ad necessaria acquirenda.*

23 Qui mollis & dissolutus est. *à virtute operandi,*

24 Frater est sua opera dissipãtis, *id est similis est illi. Non manet in toto, quia peior est dissipans opera sua, quàm mollis & remissus in suis operibus inchoatis.*

25 Turris fortissima, *id est protectio firma,*

26 Nomen domini. *i. eius potentia.*

27 Ad ipsum currit iustus. *inuocando diuinam potentiam in suis necessitatibus.*

28 Substant. d i. *i. eius diuitiæ,*

29 Vrbs ro. e. *quia in ipsis confidit, sicut in munita vrbe; licet frequenter in hoc decipiatur.*

30 Antequam conteratur, exaltatur cor hominis, *sicut dictum est suprà de Absalom, & de Antiocho illustri.*

31 Et antequam glorificetur, humiliatur: *sicut Ioseph humiliatus fuit in carcere, antequam præficeretur Ægypti prouinciæ. & Dauid in persecutione Saulis, antequam sublimaretur in regnum.*

32 Qui prius respondet. *Hoc dupliciter exponitur. Vno modo de illo, qui ad quæstionem respondet, antequam perfectè audiat eius propositionem; & iste frequenter ostendit se esse stultum & confusibilem, quia non respondet ad intellectum quærentis. Alio modo de illo, qui tanquam doctor respondet discipulis, qui tamen non audiuit discendo ab alys: & iste est stultus, & confusione dignus; quia accipit formam doctoris, cùm nondum fuerit discipulus.*

33 Spiritus viri, *id est bonitas cordis,*

34 Sustentat imbecillitatem suam, *ex parte corporis, quia plus aliquando facit, quam habens corpus forte, & cor debile: vnde dicit Gregor. homi. xij.* Vires, quas imperitia denegat, charitas subministrat

☞ Spiritum

A a *Spiritum ve. a.i.* Dicit enim sæpe iratus ea, quæ placatus, quia dixit, pœniteat, & plerunque an dixerit, ignoret: cuius tamen væsania per sapientium modestiã facillime suffertur, atque sopitur.

b *Donum ho.* Donũ charitatis, siue aliarum virtutũ, quas fideles accipiunt, dilatat viam actionis eorum: quò enim magis gratia spiritus sancti intus replentur, eò latius foris bonorum operum gressus multiplicant, atque inter B magnos ecclesiæ rectores in futuro culmen sortiuntur honoris. Aliter. Donum spirituale saluatoris, quod mundo attulit, dilatauit viam eius, quòd ad plurimas orbis nationes per fidei & dilectionis suæ præsentiam veniret, nec solùm populos, sed ipsos dominos concupiscentijs renuntiare, ac sibi libẽter obtemperare faceret.

c *Iustus prior.* Omnis qui verè iustus est, vbi peccantium errata conspicit, primò seipsum inspicit: dumque sollicitus se accusauerit, alios benignè corrigit. Et qui dixit, *Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis*, venit in cor eius per præsentiam diuinæ contemplationis; & cum mundum à sorde iniquitatis cognouisset, eius humilitatẽ digna mercede remunerat.

d *Frater qui a.* Cum populus Iudæorũ & gentium fraterna sibi in Christo charitate consentit, vnam catholicę ecclesię ciuitatem constituit: & sicut vectes vrbium portas muniunt, ita E dogmata vtriusque testamenti ecclesias per orbẽ, quæ vnam catholicam faciunt, ab infidelium incursione defendunt.

e *Cum ob. lo. p.* Humiles spiritu, humiliter dominum adorant, vt Publicanus: superbi sua merita iactant, vt Pharisæus.

f *Vir a.* Gentilis cõuersus magis amatur F à domino, quàm Iudæus infidelis perdurans, de quo secundum carnem natus est. Potest & de apostolis, de Iudæa natis, intelligi; quia magis amarent credentes ex gentibus, quàm suæ gentis incredulos.

† mœrentẽ

† fructus.

† manu

Qui expellit, &c. non est in Hebræo.

† amabilis.

a ¶ qui ad iram facilis est, nec seipsum potest sustinere.

a tem suam, spiritum verò † ad irascendum facilẽ: quis poterit sustinere? Cor prudentis pos-

¶ Tamen. a ¶ Vt possit sustinere.

sidebit scientiam, & auris sa-

a ¶ Virtutum, vel quod Christus attulit. b ¶ Fidelis, vel Christi. c ¶ in operibus, vel per vniuersum orbem.

b pientium quærit doctrinam. Dõnum hõminis dilatat viam

a ¶ Ecclesiæ, vel mundi.

c eius, & ante principẽs spatium ei facit. Iustus prior est accu-

a ¶ Quam alterius. b ¶ Christus. c ¶ Cognoscet facta eius. d ¶ Iudica me Deus, & discerne causam meam.

sator sui, venit amicus eius, & inuestigabit eũ. Contradictiõ-

a ¶ Iudicii. ¶ Iudæus.

nes comprimit sors, & inter potentes quoque dijudicat. Fra-

a ¶ Gentili. ¶ Ecclesia. ¶ Vtriusque testamenti.

ter qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma, & iudicia quasi vectes vrbium. De fructu oris viri replebitur venter eius. & † genimina labiorum ipsius saturabunt eum. Mors &

a ¶ Bonos vel malos, mortem vel vitam.

vita in † manibus linguæ, qui diligunt eam, comedent frũctus

a ¶ Carnem rationi subditam, vel sensualitatem. b ¶ Pro operibus eius.

eius. Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hau-

a ¶ Aeternam. b ¶ Nemo carnem suam odio habuit.

riet iucunditatem à domino. Qui expellit mulierem bonam,

a ¶ Vim animæ circa terrena bene disponenda. b ¶ Non corrigit.

expellit bonum, † qui autem tenet adulteram, stultus est &

a ¶ Ad Deum. b ¶ Spiritu. c ¶ Superbus.

insipiens. Cum obsecrationibus loquetur pauper, & diues

a ¶ Merita iactans. b ¶ Gentilis conuersus. ¶ Ecclesiæ.

effabitur rigidè. Vir † amicabilis ad societatem, magis ami-

a ¶ Iudæus infidelis.

cus erit quàm frater.

Iohan. 15.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Spiritum vero ad irascendum facilem quis poterit sustinere? *q. d. nullus, nisi valde patiens & mansuetus.*

2 Cor prudentis possidebit scientiam, *tanquam rem charissimam; & quia non potest auferri ab eo violenter, sicut possunt bona exteriora.*

3 Et auris sapientium quærit doctrinam, *ab alijs libenter audiendo, propter quod dicitur supra cap. j.* Audiens sapiens sapientior erit, *&c.*

4 Donum hominis dilatat viam eius *Hoc patet in curijs principum, & prælatorum, quia qui dat ostiarijs & mediatoribus, procedit vltrà vsque ad præsentiam eorum.*

5 Iustus prior est accusator sui, *reuelando delictum suum amico, antequam ab alijs accusetur.*

6 Venit amicus eius, *ei, compatiendo,*

7 Et inuestigabit eum, *quærens viam liberationis suæ.*

8 Contradi. con. s. & inter. p. quoque diiu. *Cum enim in diuisione alicuius rei non inuenitur alius modus, quam sors, tũc vsus sortium discindit inter eos litigium, quia quilibet est contentus portione sibi per sortem obueniente.*

6 Frater qui adiu. à fr. *i. congregatio hominum, & potissimè religiosorum, ad inuicem concordantium & supportantium.*

10 Quasi ciui. fir. *quia si ab alijs inuadatur, bene defenditur.*

11 Et iudicia, *à talibus data,*

12 Quasi vectes vrbium. *quia sunt firma & immobilia.*

13 De fructu oris viri. *i. de doctrina virtuosi,*

14 Replebitur venter e. *id est augmẽtabitur scientia eius, eo modo loquendi, quo dicitur de parum sciente aut ignorante, quod parum aut nihil habet in ventre; ex actu enim docẽdi augmẽtabitur scientia doctoris.*

15 Et genimina. *i. germina, vel generationes, & dicuntur à gigno.*

16 Labio eius. *i. doctrina ipsius. Et est repetitio eiusdem sententiæ ad maiorem repressionem.*

17 Mors & vita in ma. ling. *In abusu enim ipsius est mors culpæ & in bono vsu vita gratiæ.*

18 Qui di. eam. *quia diligentes bonam linguam reportant bonum fructum; & diligentes malam, malum.*

16 Qui in. mu. bo. *i. sacra scriptura notitiã, vt exponit Ra Sa. Potest etiam intelligi de muliere ad literam, quia vir & vxor sunt vna caro, & ideo si sit bona, est ad bonum viri, ideo dicitur. Gene. ij. c.* Faciamus ei adiutorium simile sibi.

20 Et hau. iu. *quia gaudium causatur ex adeptione boni.*

21 Qui ex. mu. bo. *Iste versus non est in Hebræo, propter quod pertranseo, & quia satis patet sententia ex prædictis.*

22 Cum obsecrationibus loquet. pa. *quia indiget, & non potest aliter supplere suam indigentiam.*

23 Et diues effab. rig. de. *quia non est in tali necessitate.*

24 Vir amicabilis. ad so. *i. delectabilis alteri in conuictu.*

25 Magis a. erit quam fra. *i. quàm consanguineus in conuictu malè portabilis & durus.*

Qua-

CAP. XIX.

a *Melior est pa.* Melior est simplex auditor verbi Dei, si ea, quæ in scripturis intelligit, ope-

† Infrà. 28. a

* ipse

a ¶ Idiota. b ¶ Operando. ¶ Sensus.

a † Elior est pauper qui ambulat in simplicitate sua,

a ¶ Doctus. b ¶ Ad hæresim.

quàm diues torquens labia sua & * insipiens.

operando proficit: quã eruditus, si in his, quæ cautè intellexerit, ad hæresim prædicandam labia detorquet.

☞ *Vbi*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XIX.

MElior est pau. *Hic consequenter reprobat tertium iræ effectum, qui est alterius, cui aliquis irascitur, contemptus, ideo dicitur,*

1 Melior est pau. qui am. in sim. sua. *non se efferendo, sed alios venerando.*

2 Quam di. tor. *alios contemnendo, non solum in corde interius, sed etiam in signo exterius faciendo alijs violentiam.*

3 Et in. *alias insipidus.*

Vbi

¶ a *Vbi non, &c.* Animæ humanæ scientia vitæ cælestis necessaria est, quia sine ea beata esse non potest; Attamen qui effrenatis sensibus mentis plus appetit sapere, quàm decet; plerunque offensionem hæreticæ stultitiæ temerarijs tractatibus incurrit. Quod in primis parentibus mysticè signatum est, qui dum appetitum scientiæ maioris vetitũ cõtingere properabant, à statu beatitudinis in pœnam miseriæ & mortalitatis inciderunt.

b *Stulti, &c.* Stulti, cum viam veritatis deserunt, non se erraſſe fatẽtur: sed culpam suam in conditorem referunt, quasi occasionem ipse peccandi tribuit, quod vel hominem fragilem fecerit, vel ad tentandum hostem versutum admiserit. vnde Adã post peccatum increpatus à domino, se excusauit, dicens, *Mulier quam dedisti mihi socia, dedit mihi de ligno, & comedi.* Et mulier, *Serpẽs*, inquit, *decepit me.* Ambò culpam in creatorem retulerunt, ille, quod mulierem sociam dederat: illa, quod serpentem in paradiso posuerat. Contra quod sapiens, *Ne declines cor meũ in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis.* Hic quoque contra dominum seruet animo, qui diuina imperia per suam inertiam contemnens, ipsum dominum quasi importabilia onera imposuerit, mente reprehendit insana.

c *Diui. ad. a.* Diuitiæ regni cælestis, quæ per sanctos doctores fidelibus tribuendæ prædicantur, multos amicos & eisdem prædicatoribus, & earum largitori Deo asciscunt. A prophetis autem

a ¶ Cælestis. ¶ Aeternum. ¶ Per similitudinem.

a Vbi non est † scientiâ animæ, non est bonũ, & qui festinus ¶ Hæresibus. a ¶ Excusandi.

b est pedibus, offendit. Stultitia hominis supplantat gressus e- a ¶ quasi importabilia onera homini imposuerit. b ¶ Vt insanus.

c ius, & contrà Deum †seruet animo suo. Diuitiæ addũt ami- c ¶ Cæli. d ¶ Deo & prædicatoribus eius.

a ¶ Philosopho.

cos plurimos, à paupere autem & hi, quos habuit separantur.

a ¶ Isidorus. Falsus testis tres offendit, Deum, cuius veritatem annihilat, iudicem quoque atque reum.

d Testis falsus non erit impunitus, & qui mendacia loquitur, a ¶ Non honores vultum potentis.

non effugiet. Mũlti colũt personam potentis, &* amici sunt a ¶ Fratres mei elongauerunt à me. b ¶ Ego sum pauper & dolens.

*dona tribuẽtis. Frãtres hominis paupẽris oderunt eum, in- a ¶ Apostoli. b ¶ Fugerunt. c ¶ Christo. d ¶ Inde Apostolus, Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores.

super & ãmici procul rẽcesserunt ab eõ. Qui tantùm verba a ¶ Ne vagetur. b ¶ Intelligentiæ.

sectatur, nihil habebit: qui autem possessor est mẽtis, diligit a ¶ Tam hic quam in futuro.

animam suam, & custos prudentiæ inueniet bona. Falsus a ¶ Interpres diuini verbi. b ¶ Perdes omnes qui loquuntur mendacium.

testis non erit impunitus, & qui lõquitur mendacia a ¶ Hæreticum. b ¶ Scripturarum deliciæ. c ¶ Peccati.

e peribit. Non decent stultũm † diuitiæ, nec seruũm do- a ¶ Iustis.

f minari principibus. Doctrina viri per patientiam noscitur, &

g gloria eius est iniqua prætergredi. Sicut fremitus *leonis, ¶ Dei. ¶ Iniustis. a ¶ In iudicio iustis.

ita & regis ira, & sicut ros super herbam, ita & † hilari-

tem, quia nihil certæ beatitudinis promittunt, & hi quos habent separantur, conuersi ad certissimam dominicæ fidei promissionem.

d *Testis fal.* Redarguerat eum, qui tantum verba sectabatur, nunc illum redarguit, qui verba dominicæ autoritatis malè interpretãdo corrumpit. Quod multa sæpius iterantur, cõfirmatio est: vt Ioseph ait, eò quòd sermo sit Dei, & velocius cõpleatur.

e *Non de stul.* Non decẽt hæreticum delicieſcripturarũ, quia his bene vti non nouit, neque illum, qui adhuc seruus est peccati, præferri decet iustis in regimine ecclesiæ.

f *Doctri. vi.* Doctrina ecclesiastica per patiẽtiã doctorũ, quàm sit perfecta, monstratur; quia dum magis afflictionib⁹, ac morti corpus subdere, quàm à docẽdo cessare voluerũt: ostendebãt, quantum esset salutaris, quam tanta constantia, defensare curabant. Aliter. *Doctrina viri per patientiam noscitur*, quia tãto quisque minus offẽditur doctus, quãto minus patiẽs. Neque potest veraciter bona docendo impendere, si viuendo nescit aduersa æquanimiter tolerare. Rectè autem subditur,

g *Et glo. eius est iniqua præ.* Perfecti est enim doctoris, sic aliorum improbitatem patienter sufferre, vt se nouerit ab iniquis patienter obseruare. Neque enim propria munditia sine tolerantia sufficit, neque tolerantia sine munditia.

☞ Dolor

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vbi non est scie. animæ. *i. de salute animæ.*

2 Non est bonum, *quia bona corporalia ad bonum animæ finaliter ordinãtur: sicut corpus est propter animam, remoto antẽ fine, remouentur ea, quæ ad finem ordinantur.*

3 Et qui festinus est pedibus, *id est precipitanter agens in suis operibus.*

4 Offendit. *quia de contingentibus omittit.*

5 Stultitia hominis supplan. *quia facit eum ab alijs despici & conculcari.*

6 Et contra Deum feruet animo. *quia ex impatientia prorumpit in blasphemiam Dei.*

7 Diuitiæ addunt amicos pluri. *quia multitudo hominum sequitur bonum vtile. quod habere possunt à diuite, & non à paupere, ideo subditur,*

8 A paupe. a. & h. quos, *cùm adhuc diues fuit,*

9 Separantur, *quando depauperatur.*

10 Testis fal. non erit impunitus. *in futuro, & aliquando in præsenti sicut patet de sacerdotibus falsum testimonium cõtra Susannam dantibus, quia deprehensi fuerunt occisi, Dan. xiij.*

11 Et qui menda. loq. nõ effugiet. *diuinum iudicium, in quo de omni verbo otioso oportebit reddere rationẽ Deo, Matth. xij. c. & multo fortius de verbo mendoso.*

12 Multi col. per. potentis. *i. venerantur & honorant, quia bonum vtile ab eo consequi sperant, ad quod prona est populi multitudo, vt præ dictum est.*

13 Et ãmi sunt. *saltem apparenter.*

14 Fratres. *i. consanguinei.*

15 Hominis pa. o. eũ. *quia vt frequenter verecundantur de eius præsentia, & quia timent ne petat ab eis relevari à sua indigentia.*

16 Insuper & amici procul, *id est, familiares ei antequam depauperaretur.*

17 Qui tantum verba sectatur *hoc exponitur dupliciter. Vno modo de discipulo, qui magis diligit ornatum verborum, quàm bonam scientiam: & ille nihil reportat veritatis à doctore, aut ita parum, quod pro nihilo est computandum. Alio modo de doctore, qui habet bona verba, & nulla facta: & iste nihil præmij reportabit à Deo: & huic consonat littera sequens, cum dicitur,*

18 Qui au. possessor est mentis. *per virtutes morales, quibus vires sensitiuæ sunt in obedientia rationis,*

19 Dili. a. su. *quia vult ei verum bonum, quod est bonum virtutis.*

20 Et custos prudentiæ. *quæ dirigit virtutes morales.*

21 Inueniet bona. *gratia in præsenti, & gloria in futuro.*

22 Falsus testis. *exponatur vt suprà.*

23 Non decent stultum diuitiæ. *sed magis austeritates, vt sic eius stultitia reprimatur.*

24 Nec seruum dominum. *quia nihil asperius seruo consurgit in dominum, de communi cursu.*

25 Doctrina viri patient. *vnde antiqui philosophi, vt Socrates, & plures alij, fuerunt in patientia valde perfecti. Potest etiam hoc propriè exponi de doctrina apostolorum, & aliorum doctorum in primitiua ecclesia, cuius veritas apparebat per patientiam, quia non reformidabant mori pro ipsa.*

26 Et glo. eius. *s. viri patientis.*

27 Est iniqua prætergredi. *i. mala non inferre, sed magis pati.*

28 Sicut fre leo. *id est rugitus est valde terribilis aliis bestijs.*

29 Ita & regis ira. *terribilis est suis subditis: vnde, & leo dicitur rex bestiarum.*

30 Et Sicut ros sup. herbam. *est consolabilis.*

31 Ita & hi. eius. *s. regis est consolabilis subditis.*

☞ Dolor

a *Dolor pa.* Deus in natura semper impassibilis, dolere tamen nostro more dicitur, cum homines, quos ad se credendum, laudandumque creauit, diabolo seruire conspicit. Vnde pœnituit eũ quod hominẽ fecisset super terram, & *tactus dolore cordis intrinsecus, Delebo, inquit, hominem quem creaui à facie terra.*

Genes.6.a.

b *Tecta iugi.* Sicut tecta perstillantia pluuiam quidem suscipiunt, nec ad vtilitatem, sed ad molestiam inhabitantium: sic ecclesia hæreticorum diuina verba non ad salutem animarum, sed ad vsum suæ nequitiæ malè interpretando, & contra catholicos litigando cõuertit. Tecta enim mundas pluuiæ guttas accipiunt, sed sub tectis in domo sordidas reddunt: & hæreticus limpidissima cælestis oraculi verba suscipit, & sorde mista auditoribus reddit.

†26 dist. c. deinde.

-propriè.

†remissa, otiosa.

†morietur.

†Mutuat.

†donec est spes.

†Magna enim irade. trimentum affert, dimitte, eum, vt. & deinceps corripias.

C c *Pigredo im. so.* Piger dicitur, qui rectè sciendo vigilat, sed nihil operando torpescit: sed *pigredo immittit soporem*, quia paulisper rectè sentiẽdi vigilantia ammittitur, dum ab opere cessatur. Rectè autem subditur.

†consilium Grego. pastor. p.3.c. 16.

†Decorat hominem beneficentia sua, †saturus.

a tas eius. Dolor patris filius stultus, & tecta iugiter perstillã-
a ¶ Hæreticorum ecclesia. b ¶ Scripturæ.
tia litigiosa mulier. Domus & diuitiæ dantur à parẽtibus, †à
a ¶ Ecclesia. b ¶ Operandi. c ¶ Intelligendi.
domino autẽ propriè vxor prudẽs. Pigredo immittit soporẽ,
a ¶ Voluptates.
& anima † dissoluta esuriẽt. Qui custodit mandatum, custo-
a ¶ Mandatum scilicet. b ¶ In anima.
dit animã suã, qui autem negligit †viã suã, † mortificabitur.
a ¶ Centuplum accepturus. ¶ Quam feciſtis vni ex minimis his, & mihi feciſti.
b ¶ In paupere. ¶ Alias, pauperi.
†Fœneratur domino qui miseretur pauperis, & †vicissitudi-
a ¶ Remunerando. b ¶ Subditum. c ¶ Alias & non.
d ¶ Occasionem peccandi.
nẽ suã rẽddet ei. Erudi filiũ tuũ, † nẽ desperes: ad interfectiõ-
a ¶ Animæ. b ¶ Fratris contradicentis.
nẽ autẽ eius ne ponas animã tuã. † Qui enim impatiẽs est, su-
a ¶ Virtutis. b ¶ Spem pœnitentiæ. c ¶ Rationem Deo pro perdito.
¶ Hoc.
stinebit dãmnũ: & cùm rapuerit, aliud apponet. Audi consi-
a ¶ Spiritu sapientiæ. b ¶ Saltem. ¶ In morte. c ¶ Variæ.
liũ, & suscipe disciplinã, vt sis sapiẽs in nouissimis tuis. Mul-
a ¶ Inuariabilis. b ¶ Humilis, qui se veris bonis indigere recolit.
tæ cogitationes in corde viri, † volũtas autẽ domini in æter-
c ¶ Vt misericordiam consequatur, de quo adiungit, melior.
nũm permanet. †. Hõmo indigẽs misericõrs est, & melior est
a ¶ Non fidens in se. b ¶ Ducit.
pauper iustus, quàm vir mendax. Timor domini ad vitã, &
a ¶ Beatitudinis sanctorum. b ¶ Faciet commorari. c ¶ Nihil ibi reperiet inimicus.
c ¶ Diaboli.
in plẽnitudine cõmorabitur ãbsque visitatione pessimi.

1 concordat quod se-
2 quitur,
3 f *Qui impatiẽs est sustinebit dãn. & cũra.*
4 Si enim pro duritia
5 cõtradicentis fratris
6 in impatientiæ vitiũ
7 labaris, tuæ virtutis
8 dãnũ patieris, & cũ
9 illi spẽ pœnitẽtiæ sa-
10 lutisq;, quam forsitã
11 habuerat, durius in-
12 crepando rapueris,
13 rationem pro fratre,
14 quem scandalizasti,
15 districto iudici red-
16 des. Ad literam pa-
17 tet. Qui enim per im
18 patientiã inopiæ fur
19 est aut raptor, dãnat
20 animam suã, & cum
21 proximo rem tollit,
22 & si nõ homini, Deo
23 iudici rationẽ red-
24 det: vnde alij, *Malè*
25 *cogitans homo, mul-*
26 *to damno affligitur,*
27 *& si pernitiosus fue-*
28 *rit, & animam suam*
29 *apponet.* Cum enim
30 pecuniam violẽtus
31 abstulerit, pro hac
32 animam inuitus da-
33 bit.

E

† vias suas

† retribu-tionem.

F

-in æternum.

d *Et anima diſ.eſu.* Nam quia se ad superiora stringendo non dirigit, neglectam se inferius per desideria expandit: & dum studiorum subtilium vigore non constringitur, cupiditatis infimæ fimę fame sauciatur, vt quò per disciplinam ligari dissimulat, eò esuriens per voluptatum desideria se spargat.

D

e *Erudi fi.* Subiectum tibi, si errare conspicis, diligenter castiga: quòd si castigari renuerit, ita cautè erga illum age, ne quid in tuis verbis vel operibus, vnde amplius peccet, inueniat. Huic

g *Melior eſt pau.* quàm qui se per excellentiam virtutum virũ nomine dignum dicens, fallitur nescius, dum superbiendo perdidit bona quæ gesit.

☞ Absconſ.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dolor. pa.fi. *quia filius repræsentat patrem, & ideo stultitia filij dat ei doloris materiam.*

2 Et tecta iugiter perstil. *ita quòd pluuia cadens per illa iniquietat domum.*

3 Litigiosa mulier, *quia quasi continuè suis litigijs conturbat virũ & familiam,*

4 Domus & diuitiæ dantur à parentibus, *Filijs, quando emancipantur ab eis:*

5 A domino autem vxor. *Datur eis, quia prudentia non potest dari à parentibus & amicis.*

6 Pigredo immittit soporẽ, *mentis & corporis. Piger enim videtur semper dormitare.*

7 Et anima dissoluta. *à vinculo legis & iustitiæ.*

8 Esuriet, *patiendo bonorum spiritualium defectum, & frequenter corpo ralium.*

9 Qui cu. man. *Dei, & superioris sui*

10 Custo. ani. suam, *à transgressione culpæ, & per consequens ab obligatione pœnæ.*

11 Qui autem negligit viam suam, *id est, obseruationes mandatorum,*

12 Mortifica. *morte culpæ & gehennæ.*

13 Fœneratur domino qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet, &c. *dando ei eleemosynam, quia dominus reddit ei centuplum in præsenti, & vitam æternam in futuro, Mat. decimonono. d.*

14 Erudi. fili. *in scientia, & moribus,*

15 Ne despe. *de eius eruditione, si parum aut nihil accipiat in principio, quia frequenter contingit, quod aliqui tales finaliter sunt bene eruditi.*

16 Ad interfectionem. *corporalem vel spiritualem.*

17 Ne po. ani. *Sicut aliqui patres occultè procurant corporalem mortem filiorum malè corrigibilium, veneno, vel alio modo, ne publica iustitia suspendantur, & aliqui patres interficiunt eos spiritualiter, subtrahendo correptionem, & desperantes de eorum correctione, eo quod sunt male corrigibiles: quod tamen non est desperandum, quandiu sunt in vita præsenti, in qua possunt per liberum arbitrium ad bonum reuerti.*

18 Qui enim impatiens est sustinebit damnum. *scilicet patientiæ quam perdit,*

29 Et cum rapuerit. *rem alienam ex impatientia,*

20 Aliud apponet, *scilicet, damnum innocentiæ cum damno patiẽtiæ.*

21 Audi consilium. *de bonis agendis in futuro.*

22 Et suscipe disci pli. *de malis præteritis te corrigendo.*

23 Vt sis sapiens in nouissimis tuis, *quanuis in iuuentute insipiens fueris.*

24 Multæ cogitatio. in corde viri. *quia quasi continue variatur de via in aliam.*

25 Voluntas autem domini in æternum per. *scilicet immutabilis, quia vnico actu volendi vult & alia.*

26 Homo indigens misericors est, *quia experientia suæ miseriæ mouet eum ad miserandum alijs in affectu, licet non valeat in effectu.*

27 Et melior est pauper iustus, *qui non declinat à veritate iustitiæ,*

28 Quam vir mendax. *scilicet potens, qui declinat ab ea per mendacia.*

29 Timor domini, *scilicet filialis, qui cauet offensam.*

30 Ad vitam, *ducit beatam: Ideo subditur,*

31 Et in pleni. *scilicet beatitudinis.*

32 Commorabitur. *perpetuè.*

33 Absque visitatione pessimi. *i. diaboli, qui nullo modo potest accedere ibi.*

Abscon-

¶ Desidiosus prædicator.

a ¶ Absconditpiger manum suam sub ascella, *i. tempore frigido interrumpit conjectionem propter manuum calefactionem: vnde in Hebræo habetur*, Absconditpiger manum suam, *id est, manus suas accipiendo singulare pro plurali, (sicut Exod. xv. f.* Venit musca grauissima, *id est multitudo muscarum)* Sub caldaria, *porrigēdo manus ad ignem, sub caldaria existentem.* 2 Pestilente flagellato, *Publice,*

B 3 Stultus sapientior erit, *id est, minus stultus, quia in aliquo corriget se, timens ne contingat sibi simile.*

4 Si autem corripuerit, *aliquis,*

5 Sapientem, *In aliquo delinquentem, (quia vita præsens sine delicto omnino non transigitur.)*

6 Intelliget disciplinam, *In emendando ab illo delicto.*

7 Qui affligit patrem *Sicut fecit Absalon,*

8 Et matrem fugit, *subtrahendo ei debitum obsequium.*

9 Ignominiosus. *in præsenti.*

10 Et infelix *in futuro.*

11 Non cesses au.fi.do. *quia quantuncunque homo sit in scientia perfectus, tamen audiendo semper potest proficere vlterius; vt dictum est supra cap j.a.* Audiens sapientior erit, &c.

12 Nec ig.ser.sci, *quos addiscere audiendo.*

13 Testis ini.de iu.*i. deludit iustam sententiam, quia suo falso testimonio errare facit iudicem.*

E 14 Et os im.*i. testium iniquorum,*

15 Deuorat ini.*i. auidè transglutit, sicut gulosus cibum, & bene dicit* deuorat. *& non masticat: quia si per deliberationem masticaret, amaritudinem culpæ & pœnæ sentiret, & sic non transglutiret.*

16 Parata sunt derisoribus, *legis diuinæ & humanæ,*

17 Iudicia. *i. iustæ sententiæ, quæ determinantur in vtraque lege:*

18 Et mallei percutien. *i. pœnæ graues.*

19 Stultorum. *i. transgressorum,*

20 Corporibus *quia aliqui suspenduntur, & aliqui decapitantur, & aliqui comburuntur, & alijs pœnis corporalibus puniuntur, secundum diuersa flagitia ab eis commissa, & hoc ad terrorem aliorum.*

a ¶ Vt quæ dicit faciat.

† Absconditpiger manum suā sub ascella, nēc ad os suum applicat eam. † Pestilente flagellato, stultūs † sapientior erit, si autem corripueris sapientem, intēlligat sapiētiam. Qui affligit pātrem & matrē † fugit, ignominiosus erit & infelix. † Non cesses filii audire doctrinam, nec ignores sermones scientiæ. Testis iniquus deridet iūdicium & os impiorum deuorat iniquitatem. b Parata sunt dērisoribus iūdicia, & † māllei percutientes stultorum corporibus.

a ¶ Correctus. a ¶ Correctionem. ¶ Alias disciplinam. a ¶ Deum, vel prædicatorem. ¶ Ecclesiam. ¶ In futuro. ¶ Hic.

a ¶ De quo dicitur, Non dices falsum testimonium, vel venturum, de quo dicitur, Testis falsus non erit impunitus, & qui loquitur mendacia peribit.

a ¶ Diuini præcepti, vel comminationis futuri iudicij. b ¶ Damnationis.

a ¶ Vt quasi ferrum candens, in inuidegehennæ sine fine verberent.

b *Deuorat.* Vt famelicus cibos, iniquitatem patrare ardenter exquirit.

† infrà 26. c. in sinu

† Derisore

† astutior

† fugat

† Cassefilimi audire eruditionē, quæ te abducit à sermonibus.

† percussiones.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XX.

CAP. XX.

a *Vxu. res.* Sequitur.

b *Aestate.* Regnum Dei æstati comparatur, quia nunc mœroris nostri nubila trāsient, & vitæ dies æterni solis claritate fulgebunt.

c *Beatos post se filios relinquet.* Nō ad literā sed exēpla eius sequentes. Vnde omnes electi, filij Abrahæ quibus nō præsens, sed futura beatitudo promittitur: vnde, *Rex qui se.*

¶ Sine Cerere & Baccho friget Venus.

a ¶ Desidiæ. b ¶ Deo seruire. c ¶ Die iudicij. d ¶ quæcunque seminauerit homo hæc & metet.

a ¶ Apud homines.

a ¶ qui iudicat æquitatem. b ¶ Etiam hic. ¶ Respexit dominus Petrum.

† Derisōrē efficit.

† quiescit

† miscētur se.

-ergo

† auditione

† Vxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas. Quicunque his delectatur, non erit sapiens. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis; qui prouocat eum, peccat in animam suam. Honor est homini, qui † separat se à contentionibus, omnes autem stulti. † miscentur contumelijs. Propter frigūs piger arāre noluit, mendicabit ergo æstāte, & non dābitur ei. Sicut aqua profunda, sic cōsiliū in corde viri, sed homo sapiens exhauriet illud. Multi homines misericordes vocantur, virū autē fidelē quis inueniet? Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios dereliquet. Rex qui sēdit in solio iudicij, dissipāt omne malum intuitu

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XX.

L Vxuriosa res vinum. *Superius Salomon repressit rationabilem partem & irascibilem, hic reprimit concupiscibilem. Et primo, quantum ad potum: secundo quantum ad cibum, xxiij. Prima in tres secundum tria cap. ita quòd in primo facit propositum, in secundo remouet dubium in tertio ponit dictę repressionis effectū. Circa primū dicitur*

1 Luxuriosa res. *supple* est vinum *scilicet effectiuè: vnde dicit Hieron.* Venter mero æstuans, cito spumat in libidinem, *vnde & Lot per vini potum commisit cum filiabus suis incestum, Genc. xix. c.*

2 Et tumultuosa res. *scilicet* est,

3 Ebrietas, *Quia tunc homines loquuntur effrenatè & clamosè.*

4 Quicunque his delectatur, *scilicet ebrietate & luxuria.*

5 Non erit sapiens, *Quia vtrumque absorbet rationem, causat mentis hebetudinem.*

6 Sicut rugitus leonis, *est terribilis animalibus,*

7 Ita terror regis, *malis hominibus:*

8 Qui prouocat eum, *ad iram,*

9 Peccat in animam suam, *id est in vitam suam, sicut patet de Semei. ij. Reg & de Ioab prouocantibus regem Dauid ad iram, propter quod fuerunt occisi de mandato eius per Salomonem filium suum. iij. Reg. ij.*

10 Honor est ho. *quia per hoc ostendit se pacificum & mansuetum esse, quod est honorificum: quia honor est præmium virtutis.*

11 Omnes autem stulti, *sequentes impetum passionis iræ,*

12 Miscentur contumelijs, *ad hoc inclinati ex impulsu passionis.*

13 Propter frigus piger arare noluit, *tempore ad hoc debito:*

14 Mendicabit ergo æstate, *collectione fructuum carendo,*

15 Et non dabitur illi *propter demeritum suæ pigritiæ.*

16 Sicut aqua profunda, *in qualatent ea, quæ sunt inferius,*

17 Sic consilium *id est, secretum,*

18 In corde viri, *sapientis & astuti:*

19 Sed homo sapiens, *id est, discipulus diligens,*

20 Exhauriet illud, *solicitè quærendo ab ipso.*

21 Multi homines misericordes vocantur, *qui tamen non sunt secundum veritatem, sed magis pusillanimes impunita vitia dimittentes: ideo subditur,*

22 Virum au. fi. *in correctione vitiorum secundū officiū sibi impositū.*

23 Quis inue. *q d. raro inuenitur, Propter quod dicitur Luc. xviij. b.* Filius hominis veniēs, putas inueniet fidem in terra? i. *fidelem hominem, timore humano postposito, & fauore iustitiam facientem.*

24 Iustus qui am. in sim. sua. *i. sinè falsitatis plica,*

25 Beatos post se filios derel. *instructos doctrina sua, vnde frequēter contingit, quòd propter bonitatem patrum defunctorum imprecantur bona filijs eorum,*

26 Rex qui sedet in solio iudicij. *id est ad iustitiam exequendam,*

27 Dissipat omne malum. *scilicet culpæ quod debet dissipare,*

28 Intuitu suo, *quia mali talem principem formidant videre.*

Om-

☞ Quis

☞ a *Quis po.di.* Non dicit, quis habet, quia dicitur, *Beati mundo corde*, Et, *Innocens manibus & mundo corde:* Sed *quis potest dicere*? Quia temerarium est se laudare; & quia sunt, qui sua, quasi fortia laudent, proximorum quasi vilia despiciunt, subdit,

Mat 5.a. Psal. 23. a. Gregor. in Eze. hom. 4. fine 11. Ioh 1.d. De pœ. dist. 2.c. si enim.

b *Pondus & pon.* Diuersum pondus, & diuersam mensuram habet in domo sua, vt aliter sibi, quàm proximo metiatur: qui in suis semper actibus, quæ laudentur; in proximo, quæ vituperentur, quærit; & talem abominatur dominus: quia quantum sibi meritis placet, tantum superno inspectori displicet. Sed quia periculosũ est de aliena cõsciẽtia iudicare, dat consilium, quibus indiciis iudicium nostri dirigere debeamus.

† De præsumpti. c. ex studiis.

B

† laudabit.

c *Ex stu. suis in.* Quẽcunque enim virtutibus cum modestia continentiæ, iudicio sapientium, obseruantiæ mandatorum Dei, & maximè simplicitati & humilitati studere videris, huius munda & recta opera intellige. Si autem his contrarium, corrige; Aut si hoc non potes, deuita, ne ab eo corrumparis, Nec est contrarium, quod studiosi pueri nunc munda & recta opera restatur. Et supra ait, *Quis potest dicere, mundum est cor meum:* In hoc enim rectitudinem viuendi, qualis in hac vita esse iustorum potest, docet esse habendam: In illo subtilitatem diuini examinis, qua hominum facta & intentiones diiudicat, monet ante oculos semper habendam. Vnde illum locum quidam ita transtuleruntꝰ *Cum sederit rex in solio iudicij, quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse à peccato.* Qui & hoc manifestius posuerunt, *Iuuenis, qui cum iusto est, directa erit via illius, Qui enim cum sapientibus graditur, sapiens erit,* sicut econtra, *Amicus stultorum similis efficitur.*

† propter extraneũ, i. quia pro ex traneo fideiussit, accipe ab eo pignus.

† recretum.

† Exo 21.d.

C

Supr. 23. d.

d *Dominus fecit vtrunque.* Nemo ad prædicandum idoneus fratrem simplicem despiciat, quia si minus idoneus ad docendum promptus tamen ad discendum, & adimplendum. Sed recolat, quia Deus qui eis maiorem scientiæ gratiam dedit, ipse fratri, qui habet, spiritualia dona tribuit, non propter se tantum, sed propter fratrem, dans vnicuique secundum mensuram donationis suæ.

D

c *Malum est.* qui æterna præmia in cælis præparare desiderat, malum est, quòd in præsenti debet sustinere, vt cùm recesserit de mundo, glorietur, apertè prospiciens, quia *non sunt condignæ passiones huius temporis ad fu. g. quæ re. in nobis.*

Rom. 8. d. † i varia pondera.

f *Est au. & mul* Hæc est gloriatio sapientis emptoris, qui quãdiu emerit, malũ esse dicit, quod secum agit; cum autẽ recesserit, lætabitur se sapiẽter emisse. Sic & cæli emptor, vbi hinc recesserit, exultabit cõperiens labia scientiæ. i. doctrinæ spiritualis, qua vsus est in comparatione cælestium, auro, gemmis, & vasis esse assimilãda pretiosis.

E

-omnis.

† Infrà. 27. b.

† roborabuntur.

† consiliis.

g *Suauis est homini panis mendacij, & postea implebitur os eius calculo.* In quocunque membro quis amplius peccauerit, in eo plus patietur. vnde, qui in lingua magis delinquit, in ea plus ausurus esse perhibetur, dum os eius calculo, qui est lapis ignitus, implendum dicitur; Quod accidit diuiti, qui epulabatur quotidie splendidè, cum in inferno ardens linguæ refrigerium petebat, quæ in verbis superfluis in epulando defluxerat.

F

† lucerna

† festinata

i festinanter acquisita

Luc. 16. d.

h *Hæredit.* Qui per auaritiæ nequitiam in hac vita multiplicari appetunt, in futuro ab æterno patrocinio exhæredes fiunt.

Gregor. pastor. p. 3. c. 21.

Aliter, Qui gradũ regiminis, prius quàm subesse didicerit, præ posterus accipit, in nouissimo mercede retributionis, quæ bonis rectoribus debetur, carebit. Qui ad ministerium altaris indoctus & temerarius accesserit: in nouissimo gratiam remunerationis, quæ bene ministrantibus promittitur, perdet. Potest & ita accipi, Qui suas vult & hic vindicare iniurias, corona patientiæ in futuro carebit. Cui conuenit quod sequitur, *Ne dicas, malum reddam, &c.* Abominatio est apud Deum.

Leui. 10. b

☞ *Abo-*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Quis potest dicere mundum est cor meum. *quasi diceret, nullus; nisi ex speciali gratia diuina. Propter quod dicitur Iohannis prima canonica. j. c.* Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.

2 Pondus, *maius in emendo,*

3 Et pondus. *Minus in vendendo, & similiter de mensura:*

4 Vtrunque abominabile est apud Deum. *quia furtum est colore iustitiæ palliatum. Propter quod dicit Hieronymus,* Simulata sanctitas duplex est iniquitas.

5 Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sunt. *Si enim sit bona indolis, ex hoc coniecturatur, quod futurus sit virtuosus in ætate adulta; propter quod dicit Philosophus. j. Ethicorum, quod pueros beatificamus in spe.*

6 Aurem audientem, *Doctrinam sapientum,*

7 Et ocu. vi. *Exempla eorum,*

8 Dominus fecit vtrunque: *Id est, ex dono Dei vtrunque prouenit.*

9 Noli diligere somnum, *Immoderatum per pigritiam,*

10 Ne te ege. op. *Propter defectum laboris in acquisitione necessariorũ.*

11 Aperi oculos tuos. *i. sis vigil, & diligens in operibus tuis.*

12 Et satu. pa. *i. saturaberis.*

13 Malum est, malum est, dicit omnis em. *quia replicat emendo res defectum: vt diminuat eius pretium.*

14 Et cum recesse. *cum re empta,*

15 Tunc glo. *de bono foro.*

16 Et aurum & m. *i. doctrina procedens ex sapientia excedit omne corporale, quantuncunque pretiosum, quanto corpore melior est anima*

17 Tolle vesti. eius. *i. licitè potes tollere:*

18 Qui fideiuss. exti. alie *pro alieno, quia obligatus est ad reddendũ pro eo: tamen si vestimentum est sibi necessarium de nocte, debet sibi reddi sic vespere, & resumi potest de mane, &c. sicut dictũ fuit diffusius Ex. xxv.*

19 Suauis est ho. *f. mendaci,*

20 Panis mendacij *i. per mendacium acquisitus, quia vnicuique delectabile est operari secundum habitum ij. Ethic. & quod sic acquiritur suaue videtur.*

21 Et postea im. os eius cal. *per amaritudinem pœnitentiæ. eò quod considerat se male egisse.*

22 Cogitationes con. to. *ad effectum deducentur.*

23 Et gubernaculis. *i. prudentia consilio & experientia.*

24 Tractanda sunt bella, *Et non solũ viribus corporalibus Vnde apud Romanos, qui per bella subiugauerũt sibi totum orbem, miles quamtumcunque fortis, carens sapientia, dicebatur miles sine oculis.*

25 Ei qui reuelat my. *consilia suæ fidei tradita,*

26 Et ambulat fraudu. *Ostendens amicitiã, cum sit inimicus latenter:*

27 Et di. sua. *Magna promittendo, & parua aut nulla adimplendo,*

28 Ne com. *quia fieres ei similis, Psal. xvij. d.* Cum electo electus eris, cum peruerso peruerteris.

29 Qui maledi. patri suo & matri ex. *i. interficietur, sicut præcipitur Leui. xx. & sic extinguitur quantum ad lumen præsentis vitæ.*

30 Hæreditas ad quam fest. *Ex cupiditate eam indebite acquirendo.*

31 In nouissimo be. ca. *quia acquirens post mortem pœnam subsistinebit, & hæres eius de communi cursu finaliter non gaudebit.*

32 Ne dicas reddam malum pro ma. *Ex vindictæ zelo,*

☞ Ex-

a *Abominatio est apud Deum pondus & pondus, statera dolosa, &c.* Duplex pondus & stateram dolosam habet in corde suo, qui dum peccauerit, ipse veniam petit à domino, & homini peccanti in se, ac pœnitenti, dimittere non vult. Deum vult flectere precibus, & ipse homo non flectitur: qui iure quasi iniquus ponderator abominatur à domino, quia suas iniurias grauiores quam domini mensurat; vt nolens indulgere ei, qui vxorem suam polluit, sponsatam Christi virginem polluerit, vel animam suam Deo in baptismo consecratam.

b *Ruina est homini deuotare sanctos, & post vota retractare.* Si peccatum est cuilibet nocere, quantò magis sanctos, quasi vile mancipium pro libitu tractare? Quomodo quadraginta viri in actibus apostolorum deuouerunt se, nec manducaturos nec bibituros, donec interficerent Paulum.

Et pagani sæpe deuouerunt dijs sanguinem Christianorum.

Antiqua translatio. Alio sensu. *Muscipula est viro citato, aliquid de suis consecrare, postea, antequam votum fecit, pœnitentiam agit.* Et quia vtrosque, & eos videlicet, qui sua vota continent, & eos, qui vt sua vota compleant, sanctos persequuntur,

D 1 Reg. 15. c.

malum pro malo, expecta dominum, & liberabit te. Abominatio est apud † Deum pondus & pondus, statera dolosa non

a ¶ Non libertate arbitrii. ¶ Opera nostra operatus es in nobis domine. b ¶ Boni. ¶ Quasi: In hoc patet, quia omnia à Deo, quia nec per libertatem arbitrii quis scire potest, qualiter, vel quandiu viuere possit.

est bona. † A dómino † diriguntur gressus viri, quis autem hominum intelligere potest viam suam? Ruina est homini de-

a ¶ Pœnitentia.

uotare sanctos, & post vota † retractare. Dissipat impios rex

a ¶ Diuini afflatus illuminatio, cum in mentem hominis veneri, eam sibimetipsi illuminans ostendit, quæ ante cogitationes prauas, & portare & pensare nesciebat.

sapiēs, & † incuruat super eos fornicem. Lucerna domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris. Misericordia & veritas custodiunt regem, & roboratur clemen-

a ¶ Tunc ciuitates bene ordinatæ, tunc sanctæ ecclesiæ res rectè aguntur, cum & fortiores viribus ne necessariis insistunt operibus, & seniores maiori prudentia præditi, de his, quæ agenda sunt, salubriter consulunt.

tia thronus eius. † Exultātio iuuenum fortitudo eorum & dignitas senum canicies. Liuor vulneris † absterget mala, & plagæ in secretioribus ventris.

corporis magis nos abluat plaga secreta ventris: quia sanat nequitiam praui operis, occultum vulnus doloris. Venter enim mens, quia sicut venter escas, ita mens pertractando excoquit curas.

† dominum

B † Suprà 16. b. 47. distin. c. hi in fi.

C † 84. dist. c. porrò. Psal. 94. a.

Act. 23 c.

1 Reg. 15. c.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

† tractare

† affert rotam super eos. Gregor. pastorali. p. 3. c. 13.

† est medicina in malo. i. propellit malū iā necessariū est affligi.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Expecta do. *i. iustitiam.*

2 Et liberabit te. *à persequentibus.*

3 Abo. est a. d. *Exponatur sicut prius.*

4 A domino diri. gres. vi. *i. necesse habent dirigi.*

5 Quis autem ho. in. po. viam su. *q. d. nullus, nisi à Deo directus. Cuius ratio est, quia homo finaliter ordinatur ad beatitudinem, facultatē naturæ excedentem, secundum quod dicitur. j. Cor. ij. c.* Oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligētibus se: *Ad finem autem incognitum homo non potest opera sua dirigere propter quod necessario indiget diuina directione.*

6 Ruina est ho. deuotare sanctos. *i. facere eis vota, & non implere; quia licet vouere sit voluntatis, reddere tamen vota facta est necessitatis: & ideo non reddens ruit in peccatum, nisi per impotentiā excusetur.*

7 Dissipat impios rex sapiens. *i. debet dissipare turbantes bonum commune.*

8 Et incuruat super eos fornicem, *id est, arcum triumphalem, qui antiquitus erigebatur habita victoria de inimicis, vt habetur de Saule rege. j. Regum. xv. c.*

9 Lucerna domini spiraculum hominis. *i. spiritus eius, quia lumen naturale rationis est quædam impressio diuini luminis: secundum quod dicitur Psal. iiij. b.* Signatum est super nos lumen vultus tui domine.

10 Quæ inuestigat omnia se. *i. cordis, Intellectus enim reflectitur supra seipsum, & sic cognoscit interiora sua. j. Corin. ij. c.* Quis enim scit hominum, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est?

11 Miseri. & ve. *i. iustitia.*

12 Custo. re. *quia misericordia sine iustitia est pusillanimitas, & iustitia sine misericordia est crudelitas, quæ destruunt regem & regnum: sed misericordia iustitia stimulata, & iustitia misericordia tēperata custodiunt regem & regnum.*

13 Et ro. cle. *sicut patet de regno Dauid. ij Reg. xxij. c. vbi dicit,* Māsuetudo mea multiplicauit me, *vnde in dubijs ad misericordiæ partem est declinandum.*

14 Exulta. iuue. *de ipsa enim gloriantur.*

15 Et di. se. *s. sensuum cum canicie capitis, ex hoc enim digni sunt præ cæteris honorari. vnde poeta, Magna fuit quondam capiti reuerentia † cani. vnde & Leui. xix. g* Coram canocapite consurge, & honora personam senis.

16 Liuor vul. *i. dolor exterior, siue labor in satisfactione, & dolor interior in contritione, absterguntur mala culpæ. In Hebraeo sic habetur,* Liuor vulneris euacuatio in malo &, percussuræ in ventre, *quod exponit Ra. Sa. sic.* Euacuatio *scilicet substantiæ vel diuitiarū.* In malo. *i. malis operibus, sicut contingit prodigis & insipientibus, est suple,* liuor vulneris *causaliter, quia talibus solent inferri liuores & vulnera,* Et percussuræ in ventre. *i. plagæ mortales vsque ad membra vitalia in ventre latentia pertingentes.*

Ouidius in libro Fastorum.

CAP. XXI.

† tiuuli

S Icut di. Omnium hominum, non solum regis cor, in manu domini, quia *in manu eius sunt omnes fi. ter.* Sed regem, sanctū quemque vocat, qui vitiorum bel-

CAPVT XXI.

a

Sicut † diuisiones aquarum: ita cor regis in manu domini, quocunque voluerit inclinabit illud. Omnis via viri recta sibi videtur, appendit autem corda dominus. Facere misericordiam & iudicium magis placet domino quam victima. Excelsi oculi & superba mens lucerna impiorum peccatum. Cogitationes operantis semper tendunt ad abundantiam: omnis autem festinans semper ad inopiam. Qui thesaurizat linguam mendacem vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis. Rapina impiorum detrahet eos, quia nolunt facere iudicium. Peruersa via hominis prauissima est: mundi autem & recti opus eius. Melius est habitare in terra deserta, quam cum femina litigiosa & iracunda. Desiderium occidit pigrum, nolunt enim quicquam manus eius operari. Tota die concupiscit & desiderat: qui autem iustus est, tribuit & non cessat. Victimæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere. Testis mendax peribit: homo obediens loquetur victoriam. Impius procaciter obfirmat faciem suam: rectus autem corrigit viam suam. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Equus paratur ad diem belli: dominus autem tribuit salutem. Multo magis eligenda est bona fama quam diuitiæ multæ: super argentum & aurum gratia bona. Diues & pauper obuiauerunt sibi: utriusque operator est dominus. Callidus prouidit malum & abscondit se: parui pertransierunt & adfecti sunt damno. Merces humilitatis & timor domini diuitiæ & gloria & vita. Spinæ & laquei in via peruersi: qui custodit animam suam longe recedet ab eis. Proverbium in ore stulti virga & correptio: sapientia autem labia prudentium circumdabit eam. Fovea profunda os alienum: qui detestatus fuerit eum, corruet in eam. Stultitia colligata est in corde pueri: & virga disciplinæ fugabit eam longe. Qui calumniatur egenum, ut augeat divitias suas, dabit ipse ditiori, & egebit. Inclina aurem tuam, & audi verba sapientium: applica cor tuum ad cognitionem meam. Pulchrum enim erit si custodieris ea in ventre tuo, & simul quiescere faciant labia tua. Ut sit in domino fiducia tua, ostendi hodie tibi, imo tibi. Ecce enim scripsi ea tibi tripertita in cognitionibus & doctrinis, ut ostenderem tibi firmitatem sermonum veritatis, & verba veritatis respondere his qui ad te miserint. Ne rapias pauperem quia egenus est, neque conteras afflictum in porta: quia dominus iudicabit causam eorum, & configet eos qui configerunt eos. Ne habeto amicitias cum homine iracundo, & cum furioso non ambulabis: ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. Ne sis de numero eorum qui defigunt manum, & pro debitis se obligant. Si non habes unde reddas, quare tollitur lectus de domo tua? Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Vidisti hominem velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobilium vultum. Si sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam, & mittes cultrum in gutture tuo, si habes potestatem animæ tuæ. Ne desideres cibos eius, in quibus fallax panis est. Ne laborare ut diteris, sed desine propter prudentiam tuam. Ne erigas oculos tuos ad opes quæ transvolant: tanquam aquila volabunt in cælum. Ne comedas panem hominis invidi, nec desideres cibos eius. Ne loquaris in auribus insipientis: quia despiciet eruditionem verborum tuorum. Ne transgrediaris terminos antiquos, & agrum pupillorum ne introeas. Propinquus enim eorum fortis est, & ipse disceptabit causam contra te. Applica cor tuum ad disciplinam, & aures tuas ad verba scientiæ. Ne subtrahas disciplinam a puero: si enim percusseris eum virga, non morietur. Tu virga percutiens animam eius liberabis a morte. Fili mi, si sapiens fuerit cor tuum, lætificabitur & cor meum. Et exultabunt renes mei cum locuta fuerint labia tua recta. Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore domini esto tota die. Habebit enim spem novissimus, & ad desiderium tuum non auferetur. Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in via cor tuum. Ne sis in conuiuiis potatorum, neque in comessationibus carnium. Vacabit enim ebrietas & somnolentia, & vestietur homo pannis. Audi patrem tuum qui genuit te, & ne contemnas cum senuerit mater tua. Veritatem eme, & noli vendere sapientiam, disciplinam & prudentiam. Gaudens gaudebit pater iusti, & qui genuit sapientem lætabitur in eo. Lætetur pater tuus & mater tua, & exultet quæ genuit te. Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant. Fovea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro, & adulteros inter homines auget. Cui væ, cui patri, cui rixæ, cui foveæ, cui vulnera sine causa, cui suffusio oculorum, nisi his qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Ne intuearis vinum quando flavescit, cum splenduerit in vitro color eius: ingreditur blande, sed in novissimo mordebit ut coluber, & sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur perversa. Et eris quasi dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clavo. Et dices: verberaverunt me, sed non dolui: trahebant me, & ego non sentiebam. Quando evigilabo, & rursum vinum reperiam? Ne æmuleris homines malos, nec desideres esse cum eis. Meditatur enim rapinas, & iniquum loquitur. Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur. In scientia cellaria replebuntur cuncta substantia pretiosa & pulchra. Vir sapiens fortis est, & vir doctus validus & robustus. Nam cum gubernatione geretur bellum, & ubi multi consultores, ibi salus. Nimis excelsa stulto non erit sapientia, in porta non aperiet os suum. Qui cogitat malum, malevolus vocabitur. Cogitatio stulti peccatum est, & abominatio hominum detractor. Si desperaveris in die angustiæ, imminuta fortitudo tua. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, ne cessaveris liberare. Si dixeris: non novimus hoc: nonne qui inspicit corda ipse intelligit, & qui custodit animam tuam ipse novit, & reddet homini secundum opera sua? Comede fili mi favum quia bonus est, & nectar super gustum meum. Sic cognosce sapientiam animæ tuæ: quam si inveneris habebis spem bonam, & in fine tuo non auferetur. Ne insidieris & circumspicias domum iusti, neque rapias requiem eius. Septies enim cadet justus & resurget, impii autem corruent in malum. Ne gaudeas cum ruit inimicus tuus, & non exultet cor tuum cum corruerit: ne forte videat dominus & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Ne æmuleris malos, nec scrutatus fueris impiorum semitas. Quia non habebit malus substantiam, & lucerna impiorum extinguetur. Time deum fili mi & regem, & detractoribus eorum ne commiscearis. Quia repentina exurget perditio eorum, & ruinam utriusque quis novit? Hæc quoque sapientibus. Agnoscere personam in iudicio non est bonum. Qui dicit impio: justus es, maledicent ei populi, & detestabuntur tribus. Qui autem arguunt eum, laudantur, & super eos benedictio veniet. Labia deosculabitur qui recta verba respondet. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & post ædificabis domum tuam. Ne sis testis frustra contra proximum tuum, & ne decipias labiis tuis. Ne dicas: quomodo fecit mihi, sic faciam ei, & reddam unicuique secundum opus suum. Per agrum hominis pigri transivi, & per vineam viri stulti: & ecce totum repleverant urticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Quod cum vidissem ego, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. Paululum dormies, paululum adormies, paululum manus complicabis ut requiescas: & veniet tibi quasi cursor egestas tua, & mendicitas quasi vir armatus. Hæc quoque parabolæ Salomonis quas transtulerunt viri Ezechiæ regis Juda. Gloria dei celare verbum, & gloria regum investigare sermonem. Altitudo cæli & profundum terræ, & cor regum inscrutabile. Aufer impium a facie regis, & firmabitur in justitia thronus eius. Ne glorieris in conspectu regis, & in loco magnorum ne steteris. Melius est enim ut dicatur tibi: ascende huc, quam ut humilieris coram principe quem viderunt oculi tui. Quæ ne temere proferas in judicium: quid facies novissimum cum confuderit te proximus tuus? Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum alterius ne revelaveris. Ne forte exprobret tibi qui audierit, & malæ famæ non desinas esse reus. Qui revelat arcana, perdit fidem, & non inveniet amicum ad animæ suæ desiderium. Qui diligit animam suam, parcat linguæ suæ: & habebit requiem. Pomum aureum in lectis argenteis, qui loquitur verbum in loco suo. Inauris aurea & gemma pretiosa, qui arguit sapientem super aurem audientem. Sicut frigus nivis in die messis, ita legatus fidelis his qui miserunt eum: animam dominorum suorum refrigerabit. Nubes & ventus & pluvia non sequentes, vir gloriosus & promittens mendacium in dono. Patientia placabis principem, & lingua mollis confringet duritiam. Mel invenisti, comede quod tibi sufficit, ne forte satiatus evomas illud. Pedem tuum conserva in domo proximi tui, ne forte satiatus odio habeat te. Sagitta & gladius & electa sagitta, sic vir qui profert contra proximum suum falsum testimonium. Dens pessimus in die tribulationis, fiducia in infideli. Qui cantat corde pessimo, quasi qui frigidum adducit vestimentum in die frigoris, & quasi acetum in nitro, sic qui cantat cantica cordi pessimo. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum panibus: si sitierit, da illi aquam potare. Carbones enim congregabis super caput eius, & dominus reddet tibi. Ventus aquilo dissipat pluvias, & facies tristis linguam detrahentem. Melius est habitare in angulo domus, quam cum femina litigiosa & domo communi. Aqua frigida animæ sitienti, & bona fama de terra longinqua. Fons conturbatus pede, & vena corrupta, justus cadens coram impio. Mel comedere non est bonum, nec scrutator majestatis opprimetur a gloria. Sicut civitas patens & absque muro, homo qui non potest in loquela sua continere spiritum suum. Sicut nix æstate & pluvia messi non congruit, ita nec stulto honor. Sicut passer ad volandum & hirundo ad stridendum, sic maledictum sine causa non venit. Flagellum equo, camus asino, & virga dorso stultorum. Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Respondeas stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. Qui mittit verba per manum stulti, præcidit pedes & bibit iniquitatem. Sicut claudi frustra trahunt pedes, sic imprudens in ore stultorum parabola. Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii, sic qui dat stulto honorem. Sicut spina quæ consurgit in manu ebriosi, sic parabola in ore stultorum. Sagittarius vulnerans omnia, sic qui conducit insipientem & prætereuntes. Sicut canis qui revertitur ad vomitum suum, sic stultus qui iterat stultitiam suam. Vidisti hominem sapientem sibi videri? Plus habet stultus quam ille spei. Dixit piger: leo est in via, leæna in semitis. Sicut ostium vertitur in cardine suo, sic piger in lectulo suo. Abscondit piger manum sub ascella sua, & laborat si ad os suum eam verterit. Sapiens sibi videtur piger, quam septem qui possunt eloqui sententias. Sicut qui apprehendit auriculas canis, sic qui transit & commiscetur rixæ alienæ. Sicut qui vulnerat mittentem sagittas in populo, sic qui respondet proximo suo mendacium. Sicut cum dolo loquitur qui odit, ita fingit labiis suis, & intus concipit dolum. Cum blanditus fuerit vocem suam, ne credideris ei: septem enim nequitiæ sunt in corde illius. Qui operit odium fraude, revelabitur malitia eius coram multitudine. Qui fodit foveam incidet in eam, & qui devolvit lapidem revertetur ad eum. Lingua mendax odit veritatem, & os adulans operatur ruinam. Ne gloriare in crastinum, ignoras enim quid pariet dies. Laudet te alienus & non os tuum, extraneus & non labia tua. Gravis mons, & onerosa arena, sed ira stulti utroque gravior. Ira non habet misericordiam, nec cum effunditur furor erit quisquam qui sustineat. Quem palam diligit ultio, abscondita odit gratia. Vulnera inferuntur ab amico fideli, & fraudulenta sunt oscula odientis. Anima saturata calcabit favum, & anima esuriens quidquid amarum sumit pro dulci. Sicut avis quæ migrat de nido, sic homo qui dimittit locum suum. Unguento & thymiamate lætificatur cor, & bona est amicitia animi consilio dulcis. Amicum tuum & amicum patris tui ne dimittas, & domum fratris tui ne introieris in die afflictionis tuæ. Melior est vicinus prope habitans, quam frater longe positus. Sapiens esto fili mi, & lætifica cor meum, ut possim respondere exprobrantibus mihi. Astutus malum videns abscondit se, parvuli autem transierunt & detrimentum senserunt. Tolle vestimentum ejus qui fidejussit pro extraneo, & pro alienis pignus exige ab eo. Qui benedicit amico suo voce grandi mane consurgens, similis erit ei qui maledicit. Tecta stillicidia in die frigoris, & litigiosa mulier similes. Qui prohibet eam prohibet ventum, & oleum dextera ejus invocabit. Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici sui. Qui custodit ficum comedet fructum ejus, & qui observat dominum suum glorificabitur. Quomodo in aquis respondet vultus vultui, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Infernus & perditio non implentur, sic & oculi hominis insatiabiles. Sicut probatur in conflatorio argentum & aurum in fornace, sic probatur homo ore laudantis. Si contuderis stultum quasi pistillo in pila inter polentam, non auferetur ab eo stultitia ejus. Attende diligenter vultum pecoris tui, & considera armenta: non enim habebis potestatem in cunctis diebus, sed corona permanet in generationem & generationem. Consumpto fœno apparuit herba, & fœnum montium collectum est. Agni ad vestimenta tua, & hædi ad agri pretium. Lac caprarum sufficiat victui tuo, & alimoniæ domui tuæ, & vitæ ancillarum tuarum. Fugit impius nullo persequente, justus autem quasi leo confidens absque terrore erit. Propter peccata terræ multi principes ejus, & propter sapientiam hominis intelligentis & scientiam sustentabitur tempus. Vir pauper calumnians pauperes similis imbri vehementi in quo præparatur fames. Qui derelinquunt legem laudant impium, qui autem custodiunt legem accenduntur contra eum. Viri mali non cogitant judicium, qui autem inquirunt dominum animadvertunt omnia. Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam dives pervius duobus itineribus. Qui custodit legem filius sapiens est, qui autem pascitur luxuriosis patrem suum confundit. Qui congregat substantiam suam fœnore & usuris, in eum qui miseretur pauperum congregat eam. Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis. Qui errare facit justum in via mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona ejus. Sapiens sibi videtur dives, sed pauper prudens scrutabitur eum. In exultatione justorum gloria multa, in ruina impiorum dissipabuntur homines. Qui abscondit scelera sua non dirigetur, qui autem confessus fuerit & reliquerit ea misericordiam consequetur. Beatus homo qui semper pavidus est, qui autem mollis corde corruet in malum. Leo rugiens & ursus esuriens, princeps impius super populum pauperem. Dux indigens prudentia multos opprimet calumnias, qui autem odit avaritiam prolongabit dies. Homo qui calumniatur animam sanguinis, usque ad lacum fugiet, nullus sustentet eum. Qui ambulat simpliciter salvus erit, pervius duobus ruet quando. Qui operatur terram suam saturabitur panibus, qui autem sectatur otium replebitur egestate. Vir fidelis multum laudabitur, qui festinat ditari non erit innocens. Qui cognoscit in judicio faciem suam non bene facit, iste & pro buccella panis deserit veritatem. Vir qui habet oculum malum festinat ditari, & nescit quod egestas superveniet ei. Qui corripit hominem gratiam postea inveniet apud eum magis quam qui per linguæ blandimenta decipit. Qui subtrahit aliquid a patre suo & a matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est. Qui dilatat os suum provocat jurgia, qui autem sperat in domino sanabitur. Qui habet mansuetum animum sustentabitur prudentia multa, qui autem impatiens est exaltat stultitiam suam. Qui participat furi odit animam suam, audiet maledicta & non indicabit. Timor hominis laqueus ponit, qui autem confidit in domino sublevabitur. Multi requirunt faciem principis, & judicium hominis a domino egreditur. Abominatio justis est vir iniquus, & abominatio impio est qui ambulat recto itinere. Verba congregantis Agur filii Jace, visio quam locutus est vir cum quo est Deus, qui tecum moratur, & mecum consumor. Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. Verbum ignis vivum eloquium ejus, lucerna pedibus meis, & lumen semitis meis. Ne addas quidquam verbis illius, ne arguaris & inveniaris mendax. Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar. Vanitatem & verba mendacia longe fac a me, mendicitatem & divitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria. Ne forte satiatus illicio ad negandum & dicam: quis est dominus? aut egestate compulsus furter, & perjerem nomen dei mei. Ne accuses servum apud dominum suum, ne forte maledicat tibi & corruas. Generatio quæ patri suo maledicit, & matri suæ non benedicit. Generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non lavit sordes suas. Generatio quam magni sunt oculi eius, & palpebræ eius in altum erectæ. Generatio cuius dentes gladius habet, & molares securim, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes: adfer, adfer. Tria sunt insatiabilia, & quartum quod nunquam dicit: sufficit. Infernus & os vulvæ, terra quæ non satiatur aqua, ignis nunquam dicit: sufficit. Oculum qui subsannat patrem, & qui abhorret partum matris suæ, effodiant eum corvi de torrente, & comedant eum filii aquilæ. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: viam aquilæ in cælo, viam colubri super petram, viam navis in medio mari, & viam viri in adolescentia. Sic via mulieris adulteræ: comedit & tergit os suum, & dicit: non operatus sum malum. Super tria commota est terra, & quartum non potest sustinere: super servum cum regnaverit, & stultum cum saturitate repletus fuerit cibo, super odiosam cum uxorem duxerit, & ancillam quæ ejecit dominam suam. Quatuor animalia sunt parva terræ, & ipsa sapientissima: formicæ populus infirmus, & ad messem præparant cibum sibi. Lacerti genus quod facile capi potest manibus, & habitat in ædificiis regum. Locustæ non habent regem, & egredientur universæ per turmas suas. Stellio per manus insidiatur, & habitat in palatiis regum. Tria sunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod incedit feliciter: leo fortissimus bestiarum, & non avertens se a cunctis occurrentibus sibi, gallus succinctus lumbos, & hircus, & rex qui loquitur ad populum suum. Si stulte egisti in elevando te, & si cogitasti malum, manum tuam appone ori tuo. Qui fortiter premit ubera elicit butyrum, & qui vehementius emungit elicit sanguinem, & qui provocat iram ad rixam producit furorem. Verba congregantis Agur filii Jace, visio quam locutus est vir cum quo est Deus, qui tecum moratur, & mecum consumor. Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. Verbum ignis vivum eloquium ejus, lucerna pedibus meis, & lumen semitis meis. Ne addas quidquam verbis illius, ne arguaris & inveniaris mendax. Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar. Vanitatem & verba mendacia longe fac a me, mendicitatem & divitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria. Ne forte satiatus illicio ad negandum & dicam: quis est dominus? aut egestate compulsus furter, & perjerem nomen dei mei. Ne accuses servum apud dominum suum, ne forte maledicat tibi & corruas. Generatio quæ patri suo maledicit, & matri suæ non benedicit. Generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non lavit sordes suas. Generatio quam magni sunt oculi eius, & palpebræ eius in altum erectæ. Generatio cuius dentes gladius habet, & molares securim, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes: adfer, adfer. Tria sunt insatiabilia, & quartum quod nunquam dicit: sufficit. Infernus & os vulvæ, terra quæ non satiatur aqua, ignis nunquam dicit: sufficit. Oculum qui subsannat patrem, & qui abhorret partum matris suæ, effodiant eum corvi de torrente, & comedant eum filii aquilæ. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: viam aquilæ in cælo, viam colubri super petram, viam navis in medio mari, & viam viri in adolescentia. Sic via mulieris adulteræ: comedit & tergit os suum, & dicit: non operatus sum malum. Super tria commota est terra, & quartum non potest sustinere: super servum cum regnaverit, & stultum cum saturitate repletus fuerit cibo, super odiosam cum uxorem duxerit, & ancillam quæ ejecit dominam suam. Quatuor animalia sunt parva terræ, & ipsa sapientissima: formicæ populus infirmus, & ad messem præparant cibum sibi. Lacerti genus quod facile capi potest manibus, & habitat in ædificiis regum. Locustæ non habent regem, & egredientur universæ per turmas suas. Stellio per manus insidiatur, & habitat in palatiis regum. Tria sunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod incedit feliciter: leo fortissimus bestiarum, & non avertens se a cunctis occurrentibus sibi, gallus succinctus lumbos, & hircus, & rex qui loquitur ad populum suum. Si stulte egisti in elevando te, & si cogitasti malum, manum tuam appone ori tuo. Qui fortiter premit ubera elicit butyrum, & qui vehementius emungit elicit sanguinem, & qui provocat iram ad rixam producit furorem.

bella in se vincere, virgulta malitiæ nouit extirpare. Sicut enim dominus aquarum diuisionibus, terrarum fines simul & aeris implet, tegit quoque aquis superiora cælorum,

☞ Ita

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XXI.

Sicut diuisio. *Postquam repressit concupiscentiæ motum, hic circa hoc remouet dubium, quia forsitan posset aliquis credere, quod talis motus esset totaliter ab homine effectiue. ideo hic remouet. dicens,*

1 Sicut di. *quibus diuisa sunt aquæ, quæ sunt super firmamētum, ab his, quæ sūt sub firmamēto: Genes. j. quæ factæ sunt simplici volūtate diuina.*

2 Ita cor regis. *& per consequens aliorum minus potentium.*

3 In manu do. *Id est in potestate eius, quia virtus primi motoris est in omni mouente inferiori.*

4 Quocunque vo. *Quia omnia sunt in eius obedientia.*

5 Omnis via vi. *Quia sicut dicit beatus Dionysius, Nullus aspiciens ad malum operatur, sed semper aspicit ad bonum verum, vel apparens.*

6 Appen. au. *In statera sua iustitia, vt secundum merita, & demerita reddat eis præmia vel supplicia.*

7 Facere mi. & iu. *i. opera misericordiæ egenis, & iustitiam iniustè oppressis.*

Magi-

A *Ita cor regis quocunque voluerit* inclinat, quia sicut diuisiones gratiarum secundum voluntatem suam, & angelis & hominibus tribuit; ita corda sanctorum quibuscunque voluerit digna donationibus reddit. Et taceat Pelagianus, quia absque gratia Dei nullus est locus saluti.

a *Perver. via.* Iustè coram domino viuere, est proprium humanæ cõditionis: vnde, *Deũ time. & man. eius obser, hoc est omnis homo.* At qui peruerse viuit, alienam ab humana naturaviã incedit. Peruersa ergo actio est cõtra naturam, & aliena est. Qui autem mundus est in opere, rectè quod per naturam originaliter sumpsit, exequitur.

b *Qui ob au.* Generaliter, non egeno tantum, vel corporaliter infirmo. Nam qui criminibus alienis affectu misericordię non vult cõdolere, sed iudicãtis mauult tenere censuram, ostendit se nondum vitiorum fecibus eliquatũ, neque auditu diuinæ misericordiæ dignũ.

c *Pauor operantibus* d *iniquitatẽ.* Quia sciũt à Deo prohibitum; e quamuis luxuriæ suę perpetratione carnaliter delectentur, mentis tamen pauore interno non carent, quia se perpetuò passuros pro his, quæ temporaliter malè fecerunt, non ambigunt.

d *In cœtu gigantium.* Dæmonum, de quo, *Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis.* i. superbi, & mali spiritus dæmoniorum, cum his, quos deceperunt, pœnis subiacẽt torquentur. Horũ enim cœtu sociabuntur, qui à via veritatis errauerunt, ipso iudice teste, *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.*

cordiam & iudicium magis † placet domino, quàm victimæ. Exaltatio oculorum † est dilatatio cordis, lucerna impiorum peccatum. Cogitationes robusti semper in abundantia, omnis autem † piger in egestate est. Qui congregat thesauros lingua mẽdacij, vanus & excors est, & impingetur ad laqueos mortis. Rapina impiorum † detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium. Peruersa via viri aliena est, qui autem mundus est, rectum opus eius. † Melius est sedere in angulo † domatis, quàm cum muliere litigiosa & in domo † communi. Anima impij desiderat malum, nõ miserebitur proximo suo. Mulcta-to † pestilente sapientior erit † paruulus, & sic sectetur † sapientiam, sumet scientiam. † Excogitat iustus de domo impij, vt detrahat impios à malo. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit & non exaudietur. Munus absconditum † extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam. Gaudium iusto est facere iudicium, & pauor operantibus iniquitatẽ. Vir qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu † gigantium commorabitur. Qui diligit † epulas, in egestate erit, qui amat vinum & pinguia, non ditabitur. † Pro iusto † dabitur impius, & pro recto iniquus. † Melior est pro-

1 ¶ In secreta altitudine vitæ continentioris.
¶ Tibi & mulieri.
a ¶ Id est peccatoris, ipsum adiuuando: vel ad literam. b ¶ Eleemosyna.
a ¶ Ab humano fauore. ¶ Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.
b ¶ Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. c ¶ Distincti iudicii.
a ¶ Quia sperat remunerationem æternam. b ¶ Bona opera ex discretione.

cõparatione, non potentia; quia deuotionem eius scientes, cum multò facilius possent, sapientiæ curam non habuerunt.

Secundum antiquam translationem vel editionem, *Thesau-*

d *In*

rus

NICOLAVS DE LIRA.

1 Magis pla. do. quam victimæ. *quibus nõ indiget, sicut dicitur psal. xlix. b.* Nunquid manducabo carnes taurorum, &c. *Operibus autẽ misericordiæ cum egenis, & iustitiæ cum iniustè oppressis, indiget ipse Deus, non in se, sed in suis membris: secundum quod dicitur Mat. xxv. d.* Esurivi, & non dedistis mihi manducare, &c.

2 Exalta. ocu. *i. effectiuè, Dispositio enim cordis maximè apparet in oculis, & ideo quando cor tendit ad maiora quàm debeat, sicut facit cor superbi; tunc apparet in oculis.*

3 Lucerna impiorum pec. *Ad hoc enim sciunt dirigere intellectum suum, non autẽ ad bonum, secundum quod dicitur Iere. iij. i.* Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt.

4 Cogita. ro. *rebore mentis & corporis.*

5 Semper in abun. *quia cogitant semper facere bona, ex quo sequitur abundantia bonorum spiritualium & etiam temporalium.*

6 Omnis au. pi. *ad bene operandum.*

7 In ege est. *spirituali & temporali.*

8 Qui con. the. *sicut adulatores diuitum & falsi aduocati.*

9 Vanus. *i. virtute vacuus.*

10 Et excors est, *quia patitur defectum boni cordis.*

11 Et im. ad laqueos. *culpæ & gehennæ.*

12 Rapina impi. de. eos ad infernum: *secundum quod dicitur. i. ad Tim. vj. b.* Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli, & in desideria multa, & nociua, quæ mergunt hominem in interitum.

13 Quia noluerunt facere iudicium, *id est, iustè viuere cùm proximo.*

14 Peruer. vie vi. *quæ est via peccati.*

15 Aliena est. *i. à Deo propter hoc in aliquibus libris additur,* à Deo: *sed non est de textu, quia non est in Hebræo, sed est quædam glossa interlinearis inserta textui per scriptores.*

16 Qui autem mun. *à peccato.*

17 Rectum opus e. *i. ordinatum in fine debitum.*

18 Melius est se. *i. solitarie, vbi potest homo bona facere, & cogitare.*

19 Quàm cum mu. li. *quæ impedit hominis bona.*

20 Anima im. *inclinata ad hoc per habitum vitiosum.*

21 Non mi. pro. suo. *ad releuandum eius defectum.*

22 Mulcta. pe. *Exponatur vt suprà xix. capi. in fine.*

23 Et sic sa. *scilicet paruulus sensu alterius pœna territus.*

24 Sumet scienti. *i. boni notitiam, quia principiũ sapientiæ est timor.*

25 Excogitat iustus de do. *i. existens de domo impij.*

26 Vt detrahat impios à ma. *i. vt eorũ mala impediat, vel diminuat, sicut Abdemelech Aethiops existens in domo impij Sedechiæ extraxit Ieremiam de lacu, vbi fuerat positus per homines impios, vt habetur Iere. xxxviij.*

27 Qui obturat autem suam ad clamorem pauperis, &c. *Sicut diues epulo. qui negauit panis micas, à Lazaro guttam aquæ non potuit impetrare, Lucæ. xvj. f.*

28 Munus absconditum, *id est absconditè datum mediatori,*

29 Extinguit iras *scilicet domini:*

30 Et donum in sinu indignationẽ maximam. *Repetitio est eiusdem sententiæ ad maiorem assertionem. Aliter exponitur de elemosyna in absconditò data, quæ placat iram Dei.*

31 Gaudium iusto est facere iu. *id est iustitiam exequi, quia delectabile est vnicuique secundum habitum operari.*

32 Et pauor. *supple est.*

33 Operan. in: *quia semper timent deprehendi, propter quod dicitur communiter, quod latrones sunt timidi.*

34 Vir qui errauerit à via doctrinæ *scilicet bona,*

35 In cœtu gigantium. *i. hominum moribus incompositorum.*

36 Commora. *Quia omnis homo simili sibi sociabitur, Ecclesia. xiij. c. Dicuntur enim gigantes homines magni corporis & incompositi moribus. Vel, per gigantes intelliguntur dæmones, secundũ quod dicitur, Matthæi xxv. d.* Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

37 Qui diligit epulas. *Immoderatè sicut gluto,*

38 In egestate erit: *Quia nimium expendit, & parũ aut nihil acquirit.*

39 Qui amat. *Eadem est sententia per alia verba.*

40 Pro iusto. *Id est, pro malo pœnæ illato iusto,*

41 Dabitur impius, *Qui intulit illud ad pœnã maiorẽ, sicut pro Mardochæo datus fuit Aman, Esther. vij.*

42 Melius est ha. inter de. *i. solitarie, & exponatur vt suprà.*

The-

☞ *rus desiderabilis requiescit in ore sapientis,*

A a *Thesaurus desid.* Reprobi non tantum virtutes non assequi, sed & persequi, &, quantum valent, in bonis obruere festinant. Potest hoc de quolibet martyre accipi, in cuius habitaculo, id est, corpore, anima sancta Dei thesaurus seruatur, & abundat † sapientis vnctio gratiæ spiritualis. At persecutor imprudens huiusmodi habitaculum di-
B rumpere potest, thesaurum autem tangere non potest, vnde, *Nolite timere eos*
Mat.10,c. *qui occid.cor. &c.*

b *Ciuitatem for.* Mũdũ, scilicet, qui quondam malignorum spirituum tyrannidi seruiebat, habens fiduciam vitæ in cultu eorum, qui non sunt
C dij, sed opera manuum hominum. Hãc ciuitatem Dei virtus, & Dei sapientia Christus in carne intrauit, destruxitque per suos prædicatores cultum deorum, & in fide cælestium do-

lius est habitare in terra deserta, quàm cum muliere rixosa, &
a ¶ Claritas bonorum operum. b ¶ Deo amabilis. c ¶ Pinguedo dilectionis. d ¶ In sanctorum ecclesia.
a iracunda. Thesaurus [b]desiderabilis & oleum in habitaculo [d]
† iusti: & imprudens homo dissipabit illud. Qui sequitur iu-
stitiam & misericordiam inueniet vitam, & iustitiam, & glo-
a ¶ Mundum. b ¶ Dæmonum. c ¶ Christus.
b riam. Ciuitatem fortium ascendit sapiens: destruxitque robur
fiduciæ eius. Qui custodit os suum & linguam suam: custodit
ab angustiis animam suã. Superbus & arrogans vocatur † in-
doctus, qui in ira operatur superbiam. Desideria occidunt pi-
grum: noluerunt enim quicquam manus eius operari. Tota
die concupiscit & desiderat: qui autẽ iustus est, tribuet & non
cessabit. Hostiæ impiorum abominabiles, † quæ offeruntur ex
¶ Alias as.
c scelere. Testis mendax peribit: vir obediẽs loquetur victoriã.
a ¶ Vt Iudas. b ¶ Imprudens vt non pœniteat.
d Vir impius procaciter obfirmãt vultum suum: qui autem re-
a ¶ Vt Petrus. b ¶ Flendo amare. c ¶ Alias iram. d ¶ Hæreticorum. e ¶ Nihil est.
ctus est, cõrigit viam suã. Non est sapiẽtia, non est prũden-
a ¶ Hominis est Deo deuotè tempore persecutionis animum præparare, corpus offerre discrimini; sed diuini est adiutorij, vt cœpto labori victoria salusque succedat.
tia, non est consilium contra Dominum. Equus † paratur ad
¶ Qui fidelis.
diem belli: Dominus autem salutem tribuet.

cuit esse fiduciam habẽdam, quæ non potest destrui. Hoc etiam D
quotidie fit, cùm fidelis doctor argumenta philosophorum, vel hæreticorum, quibus scelera sua defendere, vel alleuiare nituntur, ecclesiastica disciplina redarguit.

c *Testis mendax.* Qui se Deo seruire testatur, nec factis dicta exequitur, *perbit.* Qui autem implet, vt promittit, huius loquela ad victoriam peruenit: quia E
dum per obedientiam suam desideria vincere satagit, per † irrisos
iustitiam iudicis post victoriam palmã percipit.

d *Vir impius.* Iudas, † quæ offe-
qui impius corde erat, quamuis ipso do- rũtur in pec
mino redarguẽte no- cato, vel per
luit mala cœpta cor- scelus
rigere: Petrus verò, F
quia rectus corde, id est rectitudinis amator, respiciente se Domino mox † paratus
pœnitendo correxit, quod negando deliquit.

NICOLAVS DE LIRA.

30. 1 Thesaurus de. *id est, de diuitijs artificialibus sicut sunt aurum, & argentum in vasis, quæ sunt valde desiderabilia:*

2 Et oleum, *id est, thesaurus de diuitijs naturalibus, quæ significantur per oleum; eo quod est condimentum ciborum;* 3. In habi. iu. *quia frequenter iusti in talibus abundant ex dono Dei.* 4 Et impru. *id est hæres fatuus & prodigus, qui aliquando succedit iusto: & sic Manasses dissipauit diuitias Ezechiæ iusti, 4. Reg 21.* 5 Qui se. iust. & miseric. *Quia vna non est virtuosa sine alia, vt dictum est c. præced,*

6 Inuenit vitam, *gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro.* 7 Ciuitatem fortium ascen. sup. *Sicut Moyses cœpit ciuitates Sehon regis Amorrhæi, & Og regis Basan. Plus enim valet sapientia in bellis, quam vires.* 8 Qui cus. os suum. *Ab immoderato potu & cibo.*

9 Et linguam suam, *ab immoderato verbo,* 10 Custodit ab angustiis, *quæ solent sequi ad vitia gulositatis & loquacitatis,*

11 Animam suam, *id est seipsum. A nobiliori enim parte frequẽter denominatur totum.* 12 Superbus, *corde,* 13 Et arrog. *ore,*

14 Qui in ira. opera su. *Exequens in opere, quod habet in corde:*

15 Vocatur indoctus. *id est stultus, quia omni modo superbus*

16 Desideria oc. pigrum, *quia desiderat aliquod bonum delectabile, vel vtile. seu honorabile; sed non vult ad hoc laborare: & sic semper est in angustia, quia non assequitur illud, quod desiderat.*

17 Qui autem iu. est tri. *Egenis de hoc, quod habet.*

18 Et non ces. *A labore, vt possit egenti tribuere.*

19 Hostiæ impior. abominab. *Deo.*

20 Quæ offeruntur ex sce. *id est rapina vel furto, quæ plus displicent Deo, quàm carentia hostiarum, quibus non indiget, vt dictum est supra eodem cap.*

21 Testis men. pe. *Spiritualiter, & aliquando corporaliter, sicut patet de testibus falsis contra Susannam. Dan. xiij.*

22 Vir obe. loque. victor. *quia vires inferiores subijcit rationi, quæ est maxima victoria, vt dictum est supra xvj.* Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.

23 Vir impius procaciter obfirm. vult. *Motus enim animi magis apparet in facie, in qua vigent omnes sensus quàm in alijs partibus; & ideo obstinatio animi apparet in obfirmatione faciei.*

24 Qui autem rectus est. corrigit viam suam. *Non inquantum rectus, quia sic non est corrigendus: sed quia de communi cursu nullus sic est rectus in vita præsenti, quin aliquando declinet à rectitudine iustitia, & de tali declinatione corrigit se.*

25 Non est sapientia, *Quæ est notitia de superioribus causis.*

26 Non est prudentia, *Quæ est notitia de humanis.*

27 Non est consilium. *Quod est quædam applicatio scientiæ practicæ ad operandum.*

28 Contra Domi. *Quasi diceret: Scientia speculatiua & practica & eius applicatio ad opus, non possunt impedire diuinam ordinationẽ, sed magis promouent, licet præter intentionẽ: sicut fratres Ioseph ex sapientia terrena & astutia vendiderunt eum ne dominaretur eis, Et per hoc fuerunt eius dominio subiecti, vt patet Gen. xliij.*

29 Equus paratur ad diem belli, *Quia vadens ad prælium non debet omittere ea quæ faciunt ad sui defensionem, ne tentet Deum: tamen debet à Deo principaliter sperare prosperum euentum.*

CAP. XII.

Mat.16,d. a *Melius est.* Nam si quis mundum vniuersum lucraretur, meritò totum contemneret, vt eius nomen scriberetur in cælis, eiusque memoria inter sanctos atque angelos figeretur æterna.

b *Nomen bo.* quod fidelium testimonio laudatur, nõ vulgi imperiti

CAPVT XXII.

a ¶ Religionis. b ¶ Mundanæ.

a MElius est nõmen bonum, quàm diuitiæ multæ: su-
b per argentum enim & aurum gratia bona. Diues &
c
d pauper obuiauerũt sibi: vtriusq; operator est Domi-
pro collatis ei donis meritorũ glorificatur pater qui in cælis est.

d *Dives & pau.* Neque diuitem propter diuitias honora, neque pro inopia pauperem despice: quia opus sunt diuinum, & ad

☞ ima

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXII.

1 MElius est. *Superius repressit concupiscibilem, quantum ad potum, & luxuriæ actum: hic consequenter ponit huius repressionis laudabilẽ effectũ. Circa quod sciẽdũ, quod vitia carnalia sunt maioris infamiæ, licet frequẽter sint minoris culpæ: & sic ad repressionẽ concupiscentiæ sequitur bonum famæ, quod est valde magnum, ideo dicit,*

2 Melius est no. bo. *quod est bonum honorabile.*

Quam

3 Quàm di. mul. *quæ sunt bonum vtile. Honorabile vero simpliciter est vtili melius.* 4 Super ar. & aur gra. bo. *nõ solũ Dei, sed etiã populi: quia frequenter saluat vitã, quã diuitiæ nõ possunt saluare, vt patet de Tobia, Tob. j.* 5 Diues & pau. *Tũc enim propriè obuiãt sibi, quãdo diues ad petitionem pauperis supplet defectum suæ indigentiæ. Et sic B. Martinus in portam Ambianensium ciuitatis obuiauit pauperi, dãs ei medietatẽ sui pallij.* 6 Vtri op. *Facit enim pauperẽ, vt habeat meritum patientiæ, & diuitem vt subueniendo pauperi habeat meritum*

30 misc-

☞ imaginem,& ad opus Dei factum.

A a *Callidus vi.fa.* Multi ex principibus crediderunt, sed propter
Ioan. 12. f. Phariſæos non confitebantur,ne extra ſynagogam fierent. Callidi enim videbant malum perſecutionis,& abſcondebant fidem pietatis,quam parumper conceperant. Innocentes verò Apoſtoli pertranſierunt itinere profeſſionis, a quo cœperant; & afflicti ſunt verbere, & b vinculis, carcere, & c ipſa morte. Vtrorunque autem exẽplum multi vſque nunc & in certamine fidei, d & in communibus conſequũtur actibus.

†Spinæ,& laquei ſunt in via peruerſi

B b *Finis mo.* Quia animirum perfectio virtutum eſt, ad hunc ſtatum animi cõſcendere,quo gratiam cõditoris, vel in modico timeamus offendere, nihil eius memoriæ præponentes: quæ & alibi vocatur perfecta charitas,quę foras mittit timorem, ſeruilem ſcilicet, & incipientem,quo metuit quiſque, ne pœnis fortè mereatur ſubigi.

†conſumetur †Eccle. 31. c

1. Ioan. 4. d.

†5. q. 4. c. in loco

C c *Diuitiæ & glo.* Finis modeſtiæ timor Domini,gloria, & vita: quia perfectio virtutum eſt in hac vita, vt caſtè timeamus Deum; finis virtutum in futuro, vt diuitias promiſſę hæreditatis, regni cæleſtis gloriam,& vitam recipiamus æternam.

†Inf. 23. c.

d *Prouerbium eſt.* Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu. Et Græca narrat hiſtoria Alexandrum magnum & moribus & inceſſu Leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere,& vitiis quibus paruus infectus fuerat.

D Horatius in epiſt.

e *Qui ſe ini.* Patet, quia is, qui vel verbo, vel exemplo docet iniquitatem, ſuſtinebit vindictã. Sed quia ſequitur,

† imprudẽs

f *Et virga iræ ſuæ.* illam iniquitatem videtur dicere, quæ ex impia mente peragitur,vt latrociniũ, ſeruitio homines premere, tormentis laniare, morte perimere, bouem viduæ pro pignore auferre, cùm poſſit vindicare nolle. Talis, virga conſumitur, vnde:

† Imbue puerum in via ſua

E

Matt. 26. d. *Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt.*

†bonus eſt oculo,id eſt mitis -Victoriam &c. hic verſus non eſt in Hebræo

†auferet

g *Dicet piger,* ad bona opera, & ad confitendam fidem, quam corde tenet, timidus; Non audeo fidem profiteri, ne me perſecutor puniat vel perimat; Timeo ad exercenda virtutum opera in publicum prodire, ne fortè me vel antiqui hoſtis aduerſitas grauior tentet, vel quilibet peruerſus derideat, conuitijs confundat, iniurijs afficiat, aut, ſicut alios iuſtos, conſumat tormentis.

F

†occidat

☞ *Qui*

NICOLAVS DE LIRA.

miſericordia.

1 Calli. videt malum, *ſcilicet pœnæ imminentis.*

2 Et abſcondit ſe. *ne incurrat illud:*

3 Et innocens, *id eſt ignarus periculi.*

4 Pertranſijt. *per locum periculoſum.*

5 Et afflictus eſt damno. *rei temporalis, & aliquando vitæ corporalis. Exemplũ de Dauid, qui videns Saulem inſidiari ſuæ vitæ, fugit & ſe abſcondit, & ſic euaſit. Achimelech autem ſacerdos ignorans periculum, cum tota familia ſua ad Saulem venit, & occiſus fuit. 1. Reg. 22.*

6 Finis modeſtiæ. *id eſt cuiuſlibet virtutis moralis, quæ conſiſtit in moderatione paſſionum, & actionum humanarum.*

7 Timor Do. *ſcilicet filialis, quæ eſt timor ſanctus permanens in ſeculum ſeculi.*

8 Diuitiæ *æternales.*

9 Et gloria *ſanctorum.*

10 Et vita, *æterna; ad hoc enim ordinatur finaliter omnis virtus moralis. Diuitiæ vero temporales, & mundani honores non poſſunt eſſe finis virtutum moralium: cùm virtutes ſint maius bonum, finis autem, melior eſt his, quæ ſunt ad finem.*

11 Arma & gladi. *quantum ad abuſum,*

12 In via ſuperbi. *quia violenter quærit rapere alienum.*

14 Cuſtos au. anim. ſuæ. *per bonum virtutis.*

14 Longè receđ. ab eis. *i. à tali abuſu armorum; non tamen recedet à bono vſu eorum, qui conſiſtit in defenſione fidei, & iuſtitiæ.*

15 Prouerbium eſt. *id eſt verbum communiter dictum,*

16 Adoleſcens iuxta viam. *propter hoc dicit Philoſophus 1. Ethico. quòd non parum facit ad virtutem, imò multum, quòd iuuenes aſſueſiãt in operibus virtutum.*

17 Diues pauper. imper. *i. imperioſè loquitur, ſicut ſibi ſubiectis.*

18 Et qui ac. mu. *pro releuatione ſuæ indigentiæ.*

19 Seruus eſt fœnerantis. *i. accommodantis: reddit enim ſe paratum ad ſuum obſequium, quamdiu eſt ei obligatus.*

20 Qui ſem. iniq *id eſt malam doctrinam, diſſenſiones, & odium:*

21 Metet mala, *ſcilicet culpæ & pœnæ.*

22 Et virga iræ ſuæ, *id eſt, poteſtas qua malè agit,*

23 Conſummabitur. *id eſt terminabitur & finietur.*

24 Qui pronus eſt ad miſericor. *ex complexione, vel bona aſſueſactione.*

25 Benedicetur, de panibus. *Talibus enim homines bonum imprecantur.*

26 Victoriam & honorem acquiret quî dat. *Iſte verſus non eſt de textu: quia non eſt in Hebræo.*

27 Eijce deriſorem & exibit cum eo iurgium. *Eſt enim talis cauſa motiua: remota vero cauſa remouetur effectus.*

28 Qui dil. cord. mund. *Ex abundãtia enim cordis os loquitur, Mat. xij. c. & ideo munditia cordis redundat in labijs: Et iſte,*

29 Habebit amicum regem. *ſcilicet cæleſtem, & etiam terrenum. Antiquitus enim reges non permittebant aliquem aſſiſtere ſibi, niſi mũdum & honeſtum.*

30 Oculi Domini cuſtodiunt ſcientiam, *id eſt, veram ſcientiam, quæ eſt de ſalute animæ habitæ.*

31 Et ſup. ver. ini. *quia frequenter incurrit oppoſitum ſui propoſiti, ſicut ille, qui annuntiauit mortem Saulis ipſi Dauid, credens per hoc acquirere eius gratiam, incurrit mortem. ij. Reg. j.*

32 Dicit piger, leo eſt foris. *Semper enim imaginatur in operibus ſibi commiſſis maiora pericula.*

33 Fouea profunda os alie. *i. informatio malæ & ſuperſtitioſæ doctrinæ, quia ducit ad profundum gehennæ.*

34 Cui iratus, *quia ex ira contra aliquem ſubtrahit ſibi gratiã ſuam, & ſic ruit de culpa in culpam, & frequenter in doctrinam erroneam, & hæreſim damnatam.*

☞ Stul-

☞ a *Qui calumniatur.* Constat, quia rapaces, & quæ pauperibus auferunt, & quæ iustè videbantur possidere, perdunt, cùm in iudicio pro his, quæ gesserunt, pœnas recipiunt.

b *Fili mi.* Hucusque titulus parabolarum Salomonis qui supra positus, ex quo, nouo genere loqui probatur, non ad quē doceat, sed secum ratiocinando, quod ibi incipit, *Filius sapiens lætificat patrem*, hinc finit, *dabit ipse diuitiis, & egebit.* Hinc ad priorem modum loquendi reuertitur, vt ad eum, quem docet verba faciat, *Inclina aurem tuam.* Pulchrum initiū nouæ locutionis, vt aurem pariter ad audiendum, & cor apponere ad intelligendum quæ sapientes loquantur, præcipiat.

c *Noli esse amicus.* Generaliter autem, sicut perfecti peruersos proximos non debent fugere, quia sæpe illos ad bonum trahunt, nec ipsi ab eis peruertuntur; ita infirmi societatem debent fugere malorum, ne mala, quæ frequenter aspiciunt, & corrigere non valent, incipiant imitari.

d *Homini iracundo, neque ambulas cum vi.* Cuilibet, præcipuè Iudæo, qui contra Christum & eius discipulos væsana mente furebant, à quorum amicitia prohibentur, qui saluari curant: ne eorum vicinia, & ipsi pereant, quod casu Iudæ fieri posse probatum est.

e *Noli esse cum his qui defigunt ma.* Noli esse cum his, qui cum sint liberi, ac sibi vacantes, defigunt manus in curas salutis malorum, spondētes se rationem pro animabus eorum reddituros. Si enim pro quo spopondisti, non habet bona opera, quibus te liberum ac securum reddat tuæ sponsionis: quæ tibi vtilitas est, vt in die iudicij pro eius anima iudiceris, amittasque habitum iustitiæ, quo indutus videbaris?

f *Ne transgrediaris.* Nō trāsgrediaris terminos Catholicæ fidei, quos ab initio statuere doctores.

g *Vidisti virum velocem in opere suo? coram.* Quemcunque velocem videris in opere suo, id est bonum, quod suum erat, facere strenuum atque solicitum: scito hunc in iudicio coram Apostolis, qui cum Christo iudicabunt, esse statutum; quia eorum iussa seruauit; neque in siniſtra cum ignobilibus doctoribus, quorum cauit errorem, esse ponendum.

a ¶ Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. b ¶ Non ætate: Ieremias enim puer prophetat & Daniel scribit. c ¶ Correctio prudentium.

incidet in eam. Stultitia colligata est in corde pueri: & virgā
a ¶ Virtutibus detrahendo. b ¶ Spiritu.
a disciplinæ fugabit eam *. Qui † calumniatur pauperem, vt
a ¶ Per eius vituperationem, eo, & habenti dabitur. b ¶ Gloriam humanæ laudis. c ¶ Quod habet auferetur ab
augeāt diuitiās suas, dabit ipse ditiori, & egebit. Fili mi, inclina aurem tuam, & audi verba sapientium. Appone autem cor
a ¶ Quamuis primo aspera super cætera dogmata. b ¶ In intimo corde tuo.
ad doctrinam meam: quæ pulchra erit tibi, cùm seruāueris
a ¶ Cum. b ¶ In prædicatione.
eam in ventre tuo, & † rēdundabit in lābijs tuis. Vt sit in
Domino fiducia tua, † vnde & ostendit eam tibi hodie. Ecce
a ¶ Hoc libro docet exercere eam. b ¶ In cogitatione, locutione, operatione.
dēscripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus & scientia, vt
ostenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis, respondere
a ¶ Cuilibet, sed præcipuè Christo qui pauper pro nobis.
ex his illis qui miserunt te. Non facias violentiam pāuperi,
quia pauper est, neque conteras egenum in porta: quia Do-
a ¶ Tibi derelictus est pauper, tu eris pupillo adiutor. b ¶ Perdet morte æterna. c ¶ Cruci.
minus iūdicabit causam eius: & configēt eos qui cōfixerunt
animam eius. Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso, ne fortè discas semitas † eius, & su-
a ¶ Non prohibet canonicè impositam regiminis curam suscipere, sed temerè vsurpare.
mas scandalum animæ tuæ. Noli esse cum his qui defigunt
¶ Fideiussores.
manus suas, & qui vades se offerunt pro debitis. Si enim non
habet vnde restituat, quid causæ est, † vt tollat operimentum
a ¶ Fidei b ¶ Ab antiquis statutos.
de cubili tuo? † Ne † transgrediaris terminōs āntiquos, quos
a ¶ Doctores. b ¶ Strenuum. c ¶ Bono.
posuerunt pātres tui. Vidisti virum velōcem in opere suō:
a ¶ Apostolis. b ¶ Doctores. ¶ In siniſtra.
coram rēgibus stabit, nec erit ante † ignobilēs.

1 manus in curas salutis
2 malorum, spondētes
3 se rationem pro ani-
4 mabus eorum reddi- † vi aufert
5 turos. Si enim pro à paupere
6 quo spopondisti, non
7 habet bona opera,
8 quibus te liberum ac
9 securum reddat tuæ
10 sponsionis: quæ tibi
11 vtilitas est, vt in die E
12 iudicij pro eius ani-
13 ma iudiceris, amit-
14 tasque habitum iu-
15 stitiæ, quo indutus vi-
16 debaris?
17 f *Ne transgrediaris.*
18 Nō trāsgrediaris ter-
19 minos Catholicæ fi-
20 dei, quos ab initio sta-
21 tuere doctores.
22 g *Vidisti virum velo-*
23 *cem in opere suo? corā.*
24 Quemcunque velo- † eorum
25 cem videris in ope- F
26 re suo, id est bonum,
quod suum erat, fa-
cere strenuum atque
solicitum: scito hunc
in iudicio coram A-
postolis, qui cum † vt auferat lectū tuum, qui est sub- ter te
Christo iudicabunt,
esse statutum; quia
eorum iussa seruauit;
neque in siniſtra cum
ignobilibus doctori-
bus, quorum cauit † obscuros
errorem, esse ponen-
dum.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Stultitia colligata est in corde pu. *propter defectum experientiæ, & debilem vsum rationis,*

2 Et virga disciplinæ. *Quia pueri magis mouentur timore pœnæ, quàm amore boni.*

3 Qui calumniatur pau. *Hoc videmus frequenter, quòd principes spoliant vsurarios & raptores.*

4 Fili mi, inclina au. *Patet sententia.*

5 Quæ pul. erit tibi. *Doctrina enim sapiētiæ in principio nō videtur pulchra, quia difficilis est ad capiendū, & tadiosa, antequam habeantur eius principia: sed habitis principijs, ex quibus facilius capiuntur sequētia, tunc efficitur delectabilis, & videtur pulchra. Ideo subditur,*

6 Cùm seruaueris eam in ven. *id est in corde tuo, tanquam rem pretiosissimam.*

7 Et redundab. in lab. *Per fanam doctrinam.*

8 Vt sit in Domino fidu. *De beatitudine consequenda.*

9 Vnde & ostendi eam tibi hodie, *id est in præsenti vita. Et subditur modus ostensionis, cùm dicitur:*

10 Ecce descripsi eam tibi trip. *id est in tribus partibus ve. te. quæ sunt lex, prophetæ, & hagiographa, vt habetur in prologo galeato. Sic exponit Ra. Sa. & secundum hoc Salomon hic loquitur in persona ipsius Dei. Potest etiam tripliciter exponi de tribus libris à Salomone editis, vt dictum est in principio huius libri: & secundum hoc loquitur hic in propria persona, tamen vt ministerialis scriptor.*

11 In cogitationibus & scientia. *Quia meditando ea, quæ scripta sunt in tribus veteris testamenti partibus prædictis, vel in tribus libris Salomonis, augmentatur in homine scientia.*

12 Vt osten. tibi firmitatem. *Virtutum.*

13 Et eloquia veritatis. *Ad rectè docendum.*

14 Respondere ex his. *id est ex tribus partibus veteris testamenti prædictis, vel tribus libris Salomonis, quid sit verum & falsum, bonum & malum, licitum & illicitum: vterque enim ternarius prædictus docet de istis respondere.*

15 Illis qui mise. te. *In Hebræo habetur,* Interrogantibus te: *& sic plana est sententia, ad quam potest reduci littera nostra, cùm dicitur,* Illis qui mi. *Interrogans enim de dubijs, mittit quodammodo interrogatum, inquantum inducit eum recurrere ad deliberandum pro responsione per aspectum librorum, vel collationem cum alio sapiente.*

16 Non facias vio. pau. quia pau. est, *id est, quia non potest se defendere.*

17 Neque conteras ege. in por. *id est in iudicio, quod antiquitus dabatur in porta ciuitatis.*

18 Quia iudicabit Dominus, *id est, vindicabit,*

19 Causam eius, *Iniustè tractatam,*

20 Et configet eos, *id est, affliget.*

21 Qui con. animam eius, *Eius iustitiam peruertendo.* Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso, quia amicus stultorum similis efficietur, *vt dicitur supra xiij. d.*

22 Noli esse cum his qui defigūt man. suas. *Fideiubendo pro alijs.*

23 Si enim non habet. *Ille, pro quo fideiubebis, oportebit te soluere pro eo, & tolletur vestimentum pro pignore de cubili tuo.*

24 Ne transgrediaris terminos antiquos, *Occupando iniustè possessionem vicini tui.*

25 Vidisti virum velocem, *id est strenuum & aptum.*

26 Coram regibus stabit, *Tum quia reges volunt habere talem ministrum; Tum quia talis nollet seruire homini rusticano.*

CAPVT XXIII.

A a Quando sede. Allego. Legendū est, Quando sederis legendo cum magistro, vt pane verbi reficiaris, diligenter intelligē quæ scripta sunt, & discretionem sacræ lectionis in tua locutione conserua: si tamen talis es, & tantum eruditus, quòd in potestate habes animam tuam. *Gutt*ur namque pro locutione posuit; quia in gutture vox; cultrum pro discretione, quia eo secamus. Sedens ergo vt comedat, cultrum in gutture statuit, quando is, qui diuina eloquia sedulus meditatur, discreta ex ore illa verba depromit: nec alia sæpius in lingua, quàm cælestis oraculi, volutat verba; hoc autem eius est facere, qui in potestate habet animam suam, id est, nobilem sapiētis animi statum, inter errores fallentium elegit. Vnde bene subiungit,

b *Ne desider.* Hoc est, ne desideres eius auscultare sermonibus, qui dulcedine mendacij auditores fallit.

C c *Pone modum.* De quo suprà. *Ne transgrediaris terminos antiquos quos po. pa.* scilicet, terminos fidei, & veritatis datæ à patribus.

d *Ne comedas.* id est ne de scripturis cum heretico loquaris, qui inuidet humanæ saluti, malens decipere, quàm corrigi; quoniā sicut ariolus, & coniectator somniorum, æstimat, quæ ignorat; ita hæreticus, quæ non intelligit in scripturis, vt libet interpretatur.

e *Comede &.* Securus, inquit, disce, quæ dico; & age quæ doceo; cùm in his, quæ docet, ipse fidem certam non habeat, sciens se finxisse, quæ docet.

f *Cibos quos comeder.* Sensus peruersos, quos ab hæreticis didiceras, necesse est, vt vel per pœnitentiam corrigendus deseras, vel pro his post mortem pœnas sustineas: perdásque sermones confessionis, quibus eis prædicantibus humiliter fauēdum esse putaueras.

g *In auribus. Nolite sanctum dare canibus, neque mit. mar. ante por.* Sicut admonuit, ne hæreticorum doctrinis auscultares: ita nunc, ne amore vanæ gloriæ seductus immundis hominibus passim arcana veritatis ingeras.

h *Ne attingas paruul. Propinquum* paruulorum & pupillorum dominum appellat, quia cùm esset in carne, pauperum magis quàm diuitum consors fieri dignatus est. Alioquin idem *Dominus est omnium, diues in omnes qui inuocant illum.* Possumus per *pupillos* & paruulos, illos accipere, de quibus dicitur: *Videte ne contemnatis vnum de pusillis istis, qui in me credunt.* Dico enim vobis, quia angeli eorum in cælis semper vident faciem patris mei, qui in cælis est. Quorum agros & terminos qui attigerit, id est, qui conuersationem eorum bonam inquietando læserit, iudicium Domini non euadit.

a ¶ Legendo. ¶ Magistro. ¶ Scripta. a ¶ Discretionem. a ¶ Locutione. a ¶ Id est, non depraua tam errore. ¶ Sermonibus. a ¶ Vltra modum. a ¶ Penetrare. a ¶ Diuinitatis perscrutandas. b ¶ Penetrare, c ¶ Quia cælestibus tantùm ciuibus patent. a ¶ Panem scripturæ. ¶ Hæretico. a ¶ Quia, vt vult, diuinat. b ¶ Interpretatur. c ¶ Age quæ doceo d ¶ Disce. a ¶ In his quæ docet. b ¶ Peruersam doctrinam, quam didiceras. a ¶ Per pœnitentiam, vel æternam pœnam, b ¶ Quibus eis humiliter fauisti. c ¶ Quoque. a ¶ Spiritu b ¶ Fidei. c ¶ Pars sacrilegij est, rem pauperum non dare pauperibus. a ¶ Inquietando. b Christus. c ¶ Felices artes, si de illis soli artifices iudicarent. ¶ Perscrutando. a ¶ Audiendo. b ¶ Qui parcit virgis odit puerum. a ¶ Caro rationi subdita.

Vando sedēris, vt comedas cum principe, diligenter attende quæ posita sunt ante faciem tuam: & statue cultrum in gutture tuo, † si tamen habes † in potestate animam tuam. Ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij. Nōli laborare vt diteris: † sed prudentiæ tuæ pone modum. Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere: quia † facient sibi pennas quasi aquilæ, & volabunt in cælum. Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos eius: quoniam in similitudinem arioli & coniectoris æstimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi: & mens eius non est tecum. Cibos quos comederas, euomes: & perdes pulchros sermones tuos. In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui. † Ne attingas paruulorum terminos: & agrum pupillorum ne introeas. † Propinquus enim illorum fortis est, & ipse iudicabit contra te causam illorum. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuę ad verba † scientiæ. Nōli subtrahere à puero disciplinam: † si enim percusseris eum virga, non morietur. Tu virga † percuties eum: & animā eius de inferno liberabis. Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecū cor meum: & exultabunt rēnes mei, cùm locuta fuerint † rectum labia tua.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26

†si habueris animum comedendi ex omnibus B

†ab intelligentia tua desine

†faciunt

†potestatem in

Matth. 7. a.

Rom. 10. c.

Matt. 18. b.

† recta

Supr. 22. d. †Ne transferas terminum antiquum †Redēptor

†prudētiæ †Sup. 13. d. †45. dist. & beatus. §. Salomon. & 23. q. 4. cap. displicet.

Comede

☞ *Non*

NICOLAVS DE LIRA.

Cap. xxiii.

Quando sede. *Superius Salomon repressit concupiscibilem appetitum quantum ad potum, hic reprimit quantum ad cibum. Et primò facit propositum: secundo infert quoddam correlarium, cap. sequenti. Circa primum dicit,*

1 Quando se. vt co. *In mensa principis,*

2 Diligenter at. *Quia modestè, vtendum est appositis, maximè in præsentia tanti hominis. Ideo sequitur,*

3 Et sta. cul. *id est retinaculum,*

4 Si tamen ha. in po. *Per vsum liberi arbitrij: & sic excipiuntur desipientes & pueri.*

5 Ne desideres de cibis eius. *id est per mendacia acquisitis, quia abominabilis est domino talis cibus.*

6 Noli laborare vt diteris, *Vltrà modum debitum.*

7 Prudentiæ tuæ, *id est industriæ, vel astutiæ in acquirendo,*

8 Pone modum, *rationis rectæ.*

9 Ne erigas oculos tuos ad opes, *aspirando & anhelando ad eas, quia talis labor esset frustra, sicut illius qui insequitur aquilā volantē.*

10 Ne comedas cum homine inuido. *qui tristatur de bono alterius, & lætatur de malo eius.*

11 Quoniam in simi. arioli. *qui in immolatis in ara diuinat de futuris,*

12 Et coniectoris. *id est expositoris somniorū, qui loquitur in incertū.*

13 Aestimat quod ignorat. *Talis inuidē, quia cogitat te cōfundere per cibū suū, non tamen est certus, quod hoc eueniat; ideo subditur,*

14 Comede & bibe. licet tibi. *Inuitando te ad nimis sumendum,*

15 Et mens eius non est tecum, *id est non quærit bonum tuum,*

16 Cibos quos comederas *ad eius instinctum,*

17 Euomes, *ad vituperium tuum,*

18 Et perdes pulchros sermo. *Quia ingurgitati non possunt decenter loqui.*

19 In auribus insi. *Quia margaritæ non sunt ante porcos ponendæ, Matt. vij. a.*

20 Ne attingas paruulorum ter. *id est ne occupes in toto, vel in parte possessiones eorum, qui nesciunt se defendere, vt paruuli: vel non possunt, vt pupilli.*

21 Propinquus enim illorum, *scilicet Deus, secundum quod dicitur Psal. cxiij.* Custodiens paruulos dominus.

22 Et ipse iudicabit, *id est vindicabit.*

23 Contra te, *te puniendo.*

24 Ingrediatur doc. *& patet litera vsque ibi:*

25 Fili mi. *Pater enim in filio manet quodammodo: & sic gaudet de bono filij, sicut de suo proprio.*

26 Et exultabunt renes, *id est corpus meum, quia fortis animi motus redundat in corpus exterius.*

12 Et

☞ *Non*

☞ a *Non æmuletur cor tuum peccatores*, Si tota die, id est si toto tempore huius vitæ, & exempla peccatorum vitaueris, & Dominum timueris; habebis spē beatæ retributionis in nouissimo, id est, in huius vitæ fine, vnde in Apocalypsi, *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.*

Apoc. 2. c.

b *Noli esse in conuiuijs peccatorum*. Carnes ad vescendum conferre, est in collocutione derogationis vicissim vitia proximorum dicere: de quorum pœna mox subditur, *Quia vacant po. &c.*

† verè est mereces

B

† edax & bibax pauperes efficientur, & vestibus scissis induere facies

c *Dantes Symbola cōsumen.* Symbolum, collatio, vel sermonum vt in consilio; vel pecuniarum, vt in præsenti loco. *Potibus* ergo *vacant*, qui de opprobrio alienæ vitæ se inebriant. *Symbolum dare*, est sic in confabulatione verba conferre, sicut pro parte cuiusque cibos ad vescendum. Sed *vacantes potibus, & dantes symbola, consumentur*: quia omnis detractor eradicabitur. *Vestietur autem pannis dormitatio*, quia despectum & inopem

† Suprà 22. C

d

e

f

g

h

† morantur

à cunctis bonis operibus mors sua inueniet, quem hic alienæ vitæ exquirendo crimina, detractionis suæ languor occupauit.

* sic

d *Cui væ? cuius.* Quærit disputando, quibus sceleribus maxima pœna

a tua. Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Do-
a ¶ Omni tempore. b ¶ Beatitudinis. c ¶ Huius vitæ.
mini esto tota die: quia † habebis spem in nouissimo, & præ-
a ¶ Corona vitæ. b ¶ Audiendo.
stolatio tua non auferetur. Audi fili mi, & esto sapiens, & di-
a ¶ Veritatis.
b rige in viam animum tuum. Noli esse in conuiuiis potatorū *,
nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum con-
c ferunt: quia † vacantes potibus, & dantes symbola, consu-
a ¶ Vt suprà.
mentur, & vestietur pannis dormitatio. Audi patrem tuum
a ¶ Aqua & spiritu. b ¶ In tribulatione. c ¶ Ecclesia.
qui genuit te, & ne contemnas cùm senuerit mater tua. Ve-
a ¶ Domini. b ¶ Pretio corporis. c ¶ Gratis accepistis, gratis date.
ritatem eme, & noli vendere sapientiam, & doctrinam & in-
telligentiam. Exultat gaudio pater iusti, & qui sapientem ge-
a ¶ De tuis operibus. b ¶ Deus. c ¶ Ecclesia.
nuit, lætabitur in eo. Gaudeat pater tuus & mater tua, & exul-
a ¶ Sacerdos, qui te baptizauit, qui te erudiuit à paruulo. b ¶ Interiores. c ¶ Vitæ.
tet qui genuit te. Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui viās
a ¶ Infernus. ¶ Idem.
meas custodiant. † Fouea enim profunda est meretrix, & pu-
teus angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro, † & quos
a ¶ Æternum. b ¶ Qui exemplum alijs, vel diabolus. c ¶ Discordiæ.
incautos inuenerit, interficiet. Cui væ, † cuius patri væ, cui ri-
a ¶ Vitiorum.
xæ, cui foueæ, cui sine causa vulnera, cui † suffossio oculorum?
a ¶ Vltra necessitatem.
Nónne his qui † commorántur in vino, & studeant calicibus
epotandis? Ne intuearis vinum quando flaueſcit: cùm splen-
duerit in vitro color eius. Ingreditur blandè, sed in nouissi-
mo * mordebit vt coluber: & sicut regulus venena diffundet.

pœna seruetur? Et respondet ratiocinando, quia his, qui per ebrietatem deuoluuntur ad luxuriam. *Cui*, inquit, *væ, cuius patri væ? Væ*, æternum interitum dicit: vnde, *Væ homini illi, per quem scandalum venit. Pater eius, cui væ*: homo à quo mali exempla percepit; Vel diabolus, qui suggestionem infudit; De quo Iudæis,

D

1 *Vos ex patre diabolo* Ioan. 8. f.
2 *estis*.
e *Cui rixa? cui foueæ? Rixæ*, quia concordia
3 non seruat, quem ebrietas, sensus impo-
4 tentem reddit. *Foueæ* quia passim in volu-
5 tabro omnium vitio- * vini
6 rum cadere non trepidat, qui inter bo- E
7 num & malum quasi insanus discernere
8 ignorat. Et sæpissimè in foueam incidit,
9 de qua, *Fouea enim*
10 *profunda est meretrix*,
11 *&c.*
12 f *Cui sine causa vulnera?* quia multi nimis
potati vulnera per tu-
13 morem acceperunt,
14 quæ nulla ferri causa
15 pertulerunt.
16 g *Cui suffossio oculo-*
17 *rum?* quia immodera- F
18 tus hausus vini, & ex- † & præuaricatores in hominibus congregat ad se.
19 terioris & interioris
20 visus ingerit cæcita-
21 tem.
22 h *Nonne his*. Non † cui væ? † suffosio
23 vetat bibere vinum
24 ad necessitatem; sed
25 morari extra tempus,
26 & vtilitatem in vino,
27 & euacuandis certare
28 calicibus, vnde E-

Esa. 5. e.

saias, *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.*

☞ *Oculi*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Non æmuletur cor tuum peccator, *id est non imitetur.*
2 Sed in timore Domini, *scilicet filiali,*
3 Esto tota die, *id est, per totam vitam tuam: cuius diei inuentus est mane, & senectus vespere.*
4 Quia habebis spem in nouissimo, *scilicet præmio. Spes enim est certa expectatio futuræ beatitudinis, ex gratia & meritis proueniens.*
5 Noli esse in conuiuiis. *Et sequitur causa:*
6 Quia vacantes potibus &c. consumentur, *quātum ad bona exteriora, quæ in talibus expanduntur; & quantùm ad bona naturalia quæ in talibus peiorantur, & corrumpuntur.*
7 Et vestietur pannis, *scilicet vilibus: vnde in Hebræo habetur*, Laceratis, dormitatio *scilicet tua. q.d. non remanebit tibi, in quo dormias, nisi pannus vilis & laceratus.*
8 Audi patrem tuum, *ei humiliter obediendo.*
9 Et ne contemnas cùm senuerit mater tua, *Ei debitum obsequiū subtrahendo.*
10 Veritatem eme, *studij labore.*
11 Et noli vendere sap. *Tum quia gratis est danda; Tum quia non est pretio pecuniæ æstimanda. Potest tamen doctor sapientiæ accipere victum & vestitum pro suo labore: Imo debetur ei à republica, quod patet ex consuetudine antiqua. Vnde dicitur, Gen. xlviij. b. quod sacerdotes Ægypti tempore famis non fuerunt compulsi vendere terra suam, quia ipsis statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur: Et ipsi primo studuerunt in philosophia, vt habetur j. Metaph.*
12 Exultat gaudio pater, *Quia bonum filij redundat in patrem & matrem.*
13 Præbe fili mi cor tuum mihi. *Ad doctrinā meam meditandum.*
14 Et oculi mei vias tuas custodiant. *ad opera mea imitandum.*
15 Fouea enim profun. est meretrix, *id est superstitiosa doctrina, quia multi cadunt in eam.*
16 Et puteus angustus aliena, *quia cum difficultate potest inde quis exire.*
17 Insidiatur in via quasi latro, *& hoc per doctores huius doctrinæ:*
18 Et quos incautos inuenerit, *nescientes distinguere inter sanam doctrinam & malam.*
19 Interficiet, *morte culpæ, & gehennæ, In Heb. habetur:* Et contēptores in hominibus addet, *id est multiplicabit in hominibus contēptores Dei. vt exponit Ra. Sa. Potest etiā hæc litera exponi de meretrice corporali, quæ dicitur* fouea profunda, *quia multi cadunt in eā iuuenes, viri, & senes. Dicitur etiam* puteus angustus, *quia de peccato luxuriæ non exit homo nisi cum difficultate;* Insidiatur *etiam* quasi latro *blanditijs & osculis incontinentes attrahendo.*
20 Cui væ? *id est maledictio & infortunium.*
21 Cuius patri væ? *quia in patrem redundat filij malum.*
22 Cui foueæ? *id est, carceres. sub terra.*
23 Cui sine causa vulnera? *id est non ex gladio, sed ex casu proprio facta.*
24 Cui suffossio oculorum? *id est debilitatio & obscuratio eorum.*
25 Nonne his qui commorantur in vino *superflue bibito. q. di. sic contingit eis, vt patet de se ad sensum; ideo subditur,*
26 Ne intuearis vinum quando flaueſcit, *quia delectari in tali aspectu inducit ad immoderatum potum.*
27 Ingreditur blandè, *id est suauiter in principio.*
28 Sed in nouissimo mordebit, *quia consumit bona fortunæ, & bona naturæ, vt patet ex prædictis; & etiam bona gratiæ, quia inducit ad vitia, & potissimè ad luxuriam, ideo subditur,*

a *Oculi tui vid.* Pene naturale vitium est, post vina in corde mulierem concupiscere, comitante etiam turpitudine verborum.

b *Et eris sicut dorm. In medio mari dormiunt*, qui in huius mundi tentationibus positi, præuidere iruentium vitiorum quasi cumulos vndarum negligunt; & *quasi sopitus gubernator clauum amittunt*, quando mens ad regendam nauem corporis, studium solicitudinis perdit.

c *Verberauerunt me.* Vox percussi est, & dormientis. Mens enim à cura solicitudinis dormiens verberatur, & non dolet, quia imminentia mala non prospicit. Sic nec quæ perpetrauerit, agnoscit: *trahitur & non sentit*, quia per illecebras vitiorum ducitur, nec tamen ad sui custodiam suscitatur. *Vigilare* optat, *vt rursum vina reperiat*: Quamuis enim somno torporis pressus se non custodiat, vigilare tamen ad curas seculi nititur, vt semper voluptatibus debrietur.

D Greg. past. P.3.c.33.

† dormiens in capite mali nauis

† vigilabo

a ¶ Ad concupiscendum. b ¶ Mulieres. c ¶ Res contumeliosa ebrietas.

Oculi tui vidēbunt extrāneas: & cōr tuum loquetur peruersa.

a ¶ Mundi tempestatibus. b ¶ Sine cura.

Et eris sicut dormiens in medio mări, & quasi † sopitus gu-

a ¶ Corporis. ¶ Mens. b ¶ Solicitudinis studio. c ¶ Dæmones.

bērnator, amisso clāuo: & dices, Vērberauerunt me, sed non

¶ Ignorani. a ¶ Per vitia. b ¶ Ad curas seculi, aliàs à curis seculi.

dolui, trāxerunt me, & ego non sensi. Quando † euigilābo, &

a ¶ Voluptates.

rursus vinā reperiam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Oculi tui videb. extraneas. *i. meretrices & adulteras.*
2 Et cor tuum loquetur peruers. *concupiscendo eas.*
3 Et eris sicut dor. *quia passio Venereorum ligat rationē & sensum.*
4 In medio mari. *id est, præsentis seculi, quod iactatur vndis tentationum & vitiorum.*
5 Et quasi sopitus gubernator. *corpus est nauis, anima gubernatrix, vnde dixerunt Platonici, quod anima vnitur corpori, sicut nauta naui: quæ similitudo tenet inquantum est motor corporis, non tamen quantum est forma. Dicitur autem anima sopita, quando somno, vel passione Venereorum est ligata.*
6 Amisso clauo, *id est, gubernaculo, quod hic intelligitur rectum rationis iudicium.*
7 Et dices, *transeunte somno, vel passione.*
8 Verberauerunt. *Sicut enim oppressus somno præ nimia ebrietate, non percipit pro tūc, si percutiatur, aut trahatur: sic detentus vehemēti passione venereorum, non percipit protunc mala culpæ, & pœna, quæ incurrit.*
9 Quando euigilabo *sicut enim assuetus ebrietate post euigilationem cito recurrit ad potationes, inclinatus ad hoc per malam consuetudinem, vel complexionem: sic & assuetus Veneri, etsi aliquando euigilet, percipiendo ad horam mala, quæ incurrit; tamen cito reuertitur ad vomitum propter malum habitum, vel carnis corruptionem, ipsum ad hoc impellentem.*

CAP. XXIIII.

a *NE æmu.* Ne desideres imitari, quos prædictis vitiis videris implicari: sed sapientiæ operam dare curato; vnde subdit, *Sapientia ædificabitur domus.*

b *Vir sapiens.* Non omnis fortis sapiens, sed è conuerso: quia etsi corpore debilis est, si adsit sapientia, omninò fortis aduersarij, ideſt diaboli certamina, vincit.

† peritus roborat vires

c *Excelsa stul.* Non potest stultus ad sapientiam ascendere, quia in infimis vitiorum iacet: quia etsi in præsenti se aliquid sapere putat; in porta, id est, in exitu huius vitæ nihil stulte fuisse inueniet.

d *Qui cogitat.* Aperit, quem stultum dicat

CAPVT XXIIII.

¶ Prædicãs.

a

NÈ æmuleris viros malos, nec desideres esse cū eis, quia rapinas meditatur mēs eorum, & fraudes labia eorum loquun-

a ¶ Quæ est Christus. ¶ Domus.

tur. Sāpiētia ædificabitur domus, & pru

a ¶ Sapientiæ. ¶ Et in eis.

dētia roborabitur. In dōctrina rēplebū-

a ¶ Corda iustorum. b ¶ Et in eis.

b tur cellāria vniuersa substantia pretiosa & pulcherrima. Vir sapiens fortis est, & vir † doctus robustus & validus: quia † cū dispositione initur bellū, & erit salus vbi multa consilia sunt.

¶ Alta & remotā ob superbiam.

c Excelsa stulto sapientia: in porta non aperiet os suum. Qui

d cogitat mala facere, stultus vocabitur. Cogitatio * stulti peccatum est: & abominatio hominum † detractor. Si † desperaueris in die angustiæ lapsus, † imminuetur fortitudo tua.

e

a ¶ Bene docendo. b ¶ Ab hæreticis. c ¶ Vel in certamine persecutionis lapsuros, vel fame perituros recrea.

f Erue eos qui ducūtur ad mortem: & qui trāhuntur ad inte-

a ¶ Noli dissimulare.

ritum, liberare ne cesses. Si dixeris: † Vires non suppetunt: qui

cat; non ingenio tardum, sed eum qui vel cogitando peccat.

e *Si desp.* Nihil execrabilius desperatione: quā qui habuerit, & in generalibus huius vitæ laboribus, & quod peius est, in fidei certamine, cōstantiam perdit.

f *Erue eos.* Erue eos, qui ab hæreticis decipiuntur; rectam fidem prædicando: libera eos, qui à malè viuentibus Catholicis trahuntur ad interitum; exemplo bonorum operum instruēdo. Sed & si quos in certamine persecutionis lapsos, vel lapsuros inspexeris, ad vitam exhortando restaura: si quos fame, si algore perituros, victu, veste recrea.

† consilij facies bellum

* mala

† derisor † angusta † remissus fuctis, defeceris.

† fecce nouimus hanc, nonne qui ponderat corda.

Comede

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXIIII.

NE æmu. *Hic consequenter concludit ex prædictis quoddā corrollarium. Dictū est enim suprà, quod in cōuiuiis & cōmessationibus potatorum consūmuntur fortunæ bona, quibus consūptis inducūtur tales ad rapinas & furta: quia non habent vnde continuēt talia, & tamen continuare volunt, quia consuetudo est altera natura; ideo quasi concludendo ex prædictis, dicit,*

1 Ne æmule. *id est imiteris: Æmulor, aris, habet plures significationes. vnde versus: Æmulor, inflatur, amat inuidet, ac imitatur.*
2 Viros malos. *id est ebriosos & gulosos, vt dictum est.*
3 Quia rapinas in edi. *postquā cōsūpserit bona sua modo prædicto,*
4 Et fraudes. *quando non possunt habere per violentiam.*
5 Sapiē. ædif. do. *id est promouebitur familia, vel cognatio aliqua.*
6 Et prudentia roborab. *id est bono regimine.*
7 In doctr. repleb. cellaria. *id est corda audientium.*
8 Vniuer. sub. *Diuitiæ enim spirituales semper sunt pretiosæ & pulcherrimæ; corporales enim aliquando habent turpitudinem annexam.*
9 Vir. sa. for. *quia sapientia plus valet in arduis, & in bellis, quàm vires corporis, ideo subditur,*
10 Quia cum disposit. initur bel. *Nisi enim exercitus esset bene dispositus, non haberet victoriam, sed magis confusionem.*
11 Excelsa stulto sapientia. *quia non potest attingere ad eam.*
12 In porta non aperiet os. *id est, inter sapientes, qui antiquitus sedebāt in porta ciuitatis, ad faciendū iudiciū. Cætera patēt vsque ibi.*
13 Si desperaueris in die angustię lapsus, *de periculi euasione:*
14 Imminuetur fortitudo tua. *Quia deficiente corde per desperationem, deficiunt membra exteriora, quæ habent virtutem à corde.*
15 Erue eos qui ducuntur ad mortem. *Iniustè tamen; exemplo Danielis, qui liberauit Susannam, Dan. xiij*
16 Si dixeris. *ad hoc faciendum,*
17 Qui in. est cor. *id est, Deus, secundum quod dicitur. j. Reg. xvj. b.* Homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor.

Ipse

a *Comede fili mi.* Melli & fauo comparat doctrinam sapientiæ: A Quia sicut illa cæteris cibis, ita hæc doctrinis præcellit cæteris. *Mel* autem, quod in promptu est, moralem literæ superficiem notat. *Fauus*, vbi mel in cera, allegoriam, vbi ablato velamine literæ, spiritualis suauitas labore aliquo & mora percipitur.

b *Ne insidieris.* Ne quæras occasionem, per quam deroges homini iusto: Ille enim, si ceciderit, citò resurget, nec iterat malum: Impij verò sic corruunt, vt non resurgant, vnde subiungit; *Septies cadet iustus in die, & resurget: impij vero, &c.*

B †De pœn. dist. 3. c. Septies †Sup. 17. a.

c *Septies enim cadet.* Iustus dicitur, & cadere, id est, peccare memoratur: quia de leuibus peccatis agitur, sine quibus hæc vita non ducitur. Per ignorantiam enim, vel obliuionem, vel surreptionem, per necessitatem, vel fragilitatem carnis, singulis diebus vel inuiti, vel volentes frequenter peccamus; & tamen resurgit iustus, quia iustus est, nec eius iustitiæ humana præiudicat fragilitas. Vnde cùm de iusto loquitur, non addit, in malum; quia etsi malum est, quòd cadunt: ne hæreant in malo, citius resurgunt. At contra, *Impij autem corruunt in malum*; quia cùm ceciderint, vel (quod grauius est) corruerint, id est criminaliter peccauerint, sic peccato assentiunt vt non pœniteant.

C †Sup. 13. a. * bona

d *Cùm ceciderit inimicus tuus.* Suprà iusto insidias vetuit, nunc autem vt reddat te perfectum in omnibus inimicis, etiam si peccauerint, aut quid aduersi incurrerint; insultare prohibet, ne fortè, si miserante Domino ad pœnitentiam redierint, & tibi amici fideles fuerint, erubescas: quia aliquando illos despexeris, quos diuina gratia ad vitam seruauerat. Sed quantùm potes iacentibus condole, & vt resurgant iuua, etsi effectus conatum sequitur, gaudebis de sanato quem ægrotum dolueras. Si non, benevolentiæ tamen fructu non carebis ante Deum. Vel ita: Non gaudes de casu inimici tui, ne fortè Dominus superbiam tuam, quæ illi absque dubio displicet; hoc ordine illum deiciens, humiliet, ne te cadente in peccato, ille resipiscens sanetur. D

e *Time Dominum fili mi.* Potest per Dominum & regem, pater & filius intelligi, qui eodem diuinitatis honore colendi sunt: *Qui enim non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum, &c.* Ioan. 5.

f *Cum detractoribus.* cum illis scilicet, qui dicentes, se Deum patrem nosse, filium Dei in carne apparentem noluerunt recipere; *quoniam repen. consurg. perditio eorum: & ruin. vtriusq. quis nouit.* Vtriusque & detrahentis, & ei fauentis, derogatium Christo principum, & decepti ab eis populi, & lacerantium fidem hæresiarcharum, & auscultatium illis auditorum. E †comment. ciũ habeas

g *Hæc quoque sapien.* Quando reprobus quis repentino interitu rapitur à seculo. Vel, Hæc quoque sapientibus sunt obseruanda quæ & docui, ne & detractoribus commisceantur quia hoc specialiter vitio perichitatur totũ penè genus humanum: vnde August. in mensa sua: *Quisquis amat dictis absentum carpere vitam: Hanc mensam indignam nouerit esse sibi.* Alia translatio apertius habet: *Hæc vobis* (subaudi ignorata sunt) *sapientiam agnoscentibus.* Quod sequentium potest esse principium. *Cognoscere personam in iudicio*, &c. Suprà regem timere docuit, & nunc personam in iudicio cognoscere vetat. Vnde colligitur, quia ita principibus oportet seruire, vt eorum reuerentia, vel timore nunquam à via veritatis recedatur. F Versus in mensa Aug. Quomodo seruiendum principibus

h *Labia deosculabitur.* Osculum, pacis & amoris signum est. Qui ergo rectè respondet, labia deosculatur: quia quicunque neglecta acceptione personarum sola verba iustitiæ sequitur, insipientibus fortè grauis videtur & austerus, multos tamen cum quibus pacem habeat, multos prudètes, qui sua verba cum amore complectantur, inueniet, & eosdem, qui sæpe aduersabantur, in melius conuersos.

☞ Præpa-

a ¶ Quem timere debes.

¶ Omni, ita & tibi.

a ¶ Doctrinam sapientiæ.

inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit: reddétque homini iuxta opera sua. Comede, fili mi, mel, quia bonum est: & fauum dulcissimum gutturi tuo: Sic & doctrina sapientiæ animæ tuæ: quam cùm inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit. Ne insidieris & queras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius. † Septies enim cadet iustus & resurget: impij autem corruent in malum. Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, † & in ruina eius ne exultet cor tuum, ne fortè videat

a ¶ Te cadente in peccatum.

Dominus, & displiceat ei: & auferat ab eo iram suam. Ne † cõtendas cum pessimis, nec æmuleris impios, quoniam non habent futurorum spem mali, & lucerna impiorum extinguetur. † Time Dominum fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiscearis. Quoniam repentè consurget perditio eorum, & ruinam vtriusque quis nouit? Hęc quoque sapientibus. † Cognoscere personam in iudicio non est bonum. Qui dicunt impio, Iustus es, maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus. Qui arguunt, laudabuntur: & super ipsos veniet benedictio*. Labia deosculabitur, qui recta verba re-

¶ Quæ sunt Dei Deo. ¶ Quæ sunt Cæsaris Cæsari.

¶ Subaudi ignorata sunt.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ipse intelligit. *Si dicas verum vel falsum, & secundum hoc reddet tibi pœnam, vel præmium.*

2 Comede fi. *Ad literam, In terra promissionis in qua regnauit Salomon mel abundat; ideo in pluribus locis ve. test. dicitur* terra abũdans lacte & melle, *& eo reficiuntur homines corporaliter.*

3 Sic & doct. *Dulcis est, & bona, & spiritualiter refectiua.*

4 Quam cum inueneris. *Corde meditando, & opere adimplendo.*

5 Habebis in nouissimo spem *scilicet in bonis futuri seculi.*

6 Et spes tua non peribit. *id est effectu non carebit, quia spes est certa expectatio futuræ beatitudinis, vt suprà dictum est.*

7 Ne insidie. & in domo iusti. *id est occasionem cum diffamandi, eo quod in aliquo deliquit; & subditur causa,*

8 Septies enim in die cadit iust. *id est pluries, quia vita præsens sine peccato non potest transigi de cursu communi.*

9 Et re. *id est, se emẽdabit: propter quod seruãda est fama eius; vnde dicit saluator, Matt. xviij b. quod correctio fraterna primo debet esse in secreto: vt sic seruetur fratris fama, si emẽdetur ex tali correctione.*

10 Impij au. corruent in malũ. *Sine correctione tali per emẽdam: & ideo non sic est cum istis agendum, sed magis sunt accusandi publicæ iustitiæ & puniendi, quando non speratur de eorum emendatione ex secreta correctione.*

11 Cum cecide. inimicus tuus. *In aliquod malum pœnæ,*

12 Ne gaudeas, *Motus ratione odij, seu inimicitiæ; secus autem est, quando tale gaudium procedit ex zelo iustitiæ; ideo sequitur,*

13 Ne forte vid. do. & displiceat ei. *Motus malus animi tui.*

14 Et aufe. ab eo iram suam. *Et super te conuertat ipsam.*

15 Ne conten. cum pessimis. *id est cum incorrigibilibus verbo correctionis, quia hoc est inutile: sed iudex debet contendere cum talibus, pœnis, vt à malo arceantur, & alii terreantur.*

16 Ne æmuleris, *id est imiteris,* 17 Impios. *Cuius causa subditur:*

18 Quoniã nõ habẽt futur. spẽ. *Sed totã suã spẽ ponũt in bonis huius mũdi.* 19 Et luce. impi. exting. *id est, potestas eorum finietur.*

20 Time do. *principaliter,* 21 Et regẽ, *Qui est eius vicarius in tẽporalibus. secũdario:* 22 Et cũ detractoribus nõ cõmisceatis, *Eorũ detractiones libẽter audiẽdo.* 23 Quoniã repẽte cõsurget perditio eor. 24 Et ruinam vtriusque. *q. d. valde magna erit: quia post ruinam culpæ, incurrent ruinam gehennæ.* 25 Hæc quoq;, *quæ sequũtur: (sic coniungitur hæc litera in Hebræo.)* 26 Sapientibus, *id est iudicibus:, & eis assistentibus,* 27 Cognoscere. person. in iudicio. *i. ex aliqua familiaritate ei condescendere plus debito,* 28 Non est bonum, *Quia est contra veritatem iustitiæ. In tali enim casu sanctum est præhonorare veritatem. j. Ethi.*

29 Qui dicunt impio, iustus es *Eum pro muneribus seu familiaritatibus iustificando.* 30 Maledicent eis populi. *Per populos, intelliguntur gentes, quæ non sunt de populo Israel: & per tribus, populus Israel in duodecim tribubus diuisus.* 31 Qui arguunt, *Iustè peccatores, obseruando tempus, & locum, & alias debitas circumstantias,* 32 Laudabuntur, *id est laudabiles efficientur coram Deo & hominibus:* 33 Et super ipsos veni. benedictio. *Dei, & populi.*

34 Labia deosculabitur. *id est pacem reformabit, cuius signum est mutuum osculum.*

☞ a *Præpara.* Præparato opere agrum diligenter exercere, est A eunlsis iniquitatis sẽtibus, actionem nostram ad frugem retributionis excolere: †seduces & post agri exercitium domum ædificare, quod plerumque ex bonis operibus discimus, quantam vitæ munditiam & in cogitatione construamus. Ille enim exterius domum ædificat, †eius qui primum agrum corporis à spinis vitiorum purgat: -Vsquequo &c hic versus non est in Hebræo ne si desideriorum sentes in carnis agro proficiant, intus tota virtutum fabrica fame boni crescente destruatur.

a ¶ Malum pro malo non reddas,

spondet. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrũ tuum, & postea ædifices domum tuam. Ne sis testis frustra contra proximum tuum: nec †lactes quenquam labiis tuis. Nẽ dicas, Quomodo fecit mihi, sic faciam ei: & reddam vnicuique secundum opus suum. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam stulti viri: Et ecce totum repleuerant vrticæ, operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum *destructa erat. Quod cùm vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. Vsquequo piger dormies, vsquequo de somno consurges? Parum inquam dormies: modicum dormitabis. Pauxillũ manus cõseres, vt quiescas: & veniet tibi quasi cursor egestas tua: & mendicitas, quasi vir armatus.

¶ Ne foueas in peccatis.

a ¶ Quia reprobi prædicta facere negligunt, rectè subiungit: Per agrum ho. pi. transi.

¶ Non est in Heb.

¶ Ebrius.

b *Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam stulti viri.* Per agrum vineámque pigri, ac stulti transire, est cuiuslibet vitam inspicere negligentis: Quam vrticæ vel spinæ replent; quia in corde negligentium prurientia terrena desideria, & punctiones pullulant vitiorum. vnde, *in desideriis est omnis otiosus.* Et *maceria lapidum in vinea* vel agro viri stulti *destructa* iacet: cum incepta virtutum munimina, vel improbitate hominũ deceptus, vel diaboli persuasione quisque negligens perdit. -in - inquam

D

NICOLAVS DE LIRA.

☞ Qui recta verba respond. *Ille enim qui respondet ex transuerso, veritatem fugiendo, non reformat pacem, sed magis dissipat eam.*

1 Prepara foris opus tuum, & dilig. *Hunc versum exponit Ra. Sa. dupliciter. Vno modo sic,* Prepara foris opus tuum, *id est prouide tibi de agris, & vineis, & aliis ad vitam necessariis:* 2 Et postea ædifices domum. *id est accipias vxorem & facias prolẽ. Coniunctio enim viri & mulieris, & educatio prolis faciũt domũ: qua malè gubernaretur, nisi præcederet prouisio necessariorũ. Alio modo sic,* Præpara foris opus tuum, *studẽdo sacrã scripturã;* Et diligenter exerce agrũ tuũ, *videndo glossas doctorũ,* Et postea ædifices domũ tuã, *id est, fac tibi discipulos per sanam doctrinam, aliter esset ordo peruersus.*

3 Ne sis testis frustrà *id est sine iusta & rationabili causa.*

4 Ne lactes quenquam, *id est verbis adulatoriis;*

5 Ne dicas, *ad oppositum verbis comminatoriis.*

6 Quomodo fecit, *talis, iniuriam inferendo;*

7 Sic faciam; *quia nullus debet esse iudex in causa sua, sed debet ad superiorem recurrere: cuius est inter homines iustitiam conseruare, & iniuriantes corripere.*

8 Per agrum. *& ad sensum patet hoc in possessionibus pigrorum.*

9 Quod cum vi. *quia sapientes hoc vidẽtes, fiunt magis soliciti de suis possessionibus custodiendis & colendis. Alio modo exponitur, per agrum & vineam intelligendo hominis conscientiam: quæ quando negligitur, variis vitiis repletur Quod considerãtes sapiẽtes viri, circa propriam conscientiam purgandam sunt magis soliciti.*

10 Vsquequo piger. *Hoc principium non est in Hebræo, sed incipit ibi versus,*

11 Parum inquam dormies. *Exponatur tamen totum vsque ad finem capituli, sicut expositum est suprà cap. jv. vbi ponitur ista sententia & quasi sub eisdem verbis.*

CAPVT XXV.

a *Hæ quoque para.* Hinc nouo ordine loqui incipit, & vt non ad audientem, sed secum, quid ratio veritatis habeat, pertractet: in quibus tamen quisque quid cauere, quid appetere debeat, agnoscat. Quas quidem parabolas viri Ezechiæ transtulisse dicuntur, quia forsitan vsque ad eum dispersæ habebantur à pluribus, prout ex ore Salomonis semel dictas rapuerant: sed per eius industriam collectæ, huic libello insertæ sunt. Notandum quia in his parabolis multò plura sunt allegorica, quàm in cæteris ex collatione rerum, scilicet quæ figuris aptæ videntur.

b *Gloria Dei.* Gloria domini, in carne apparentis, est humanitatis magis, quàm diuinitatis naturam mortalium oculis ostendere: & se potius miraculis & mysticis locutionibus, quam apertis verbum Dei, id est filium fateri; vnde se magis filium hominis quàm filium Dei appellat.

c *Inuestiga.* Sermonẽ. Quo se Deũ (quãuis obscurè) significat, vt illud *Ego & pater vnũ sumus,* & huiusmodi. Deniq; celãs diuinitatem, & prætendens humanitatem, ait, *Quẽ dicunt homines esse filium hominis?* Cui Petrus inuestigato sermone, *Tu es Christus filius Dei viui.* Quinõ paruam inuestigationis gloriam meruit, nam illico audiuit, *Beatus es Simon Barjona, quia caro, &c.*

d *Cælum sursum & terra deorsum.* Sicut altitudo cæli, & profunditas terræ, ab hominibus sciri non potest: ita scientia apostolorum & prophetarum, qui arcana diuinitatis spiritu reuelante cognouerunt, nostram fragilitatem transcendit.

Ioan. 10.

† transcripserunt siue inseruerunt Matt. 16. c.

† rem

CAP. XXV.

a ¶ Iri carne apparentis.

a ¶ Apostolorum. b ¶ Perscrutari.

a ¶ Apostolorum. ¶ Scientia Apostolorum nostram fragilitatem transcendit.

1 Hæ quoque parabolæ Salomonis, quas †transtulerunt viri Ezechię regis Iuda. 2 Gloria Dẽi est celare 3 verbum, & gloria rẽgum inuestigãre †sermonem. 4 Cælum sursum, & terra deorsum, & cor regũm inscrutabile. 5 6 7

☞ *Auser*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXV.

Hæ quoque pa. *Hic incipit tertia pars principalis huius libri, in qua ponitur tertia collectio parabolarum Salomonis. Et diuiditur in duas partes, scilicet prœmium & tractatum: Secunda ibi,* Gloria Dei. *In prima parte ponitur materia huius collectionis. cũ dicitur,*

1 Hæ quoque pa. *scilicet, quæ sequuntur in hac collectione: & autor parabolarum, cùm dicitur,* 2 Salomonis. *i. edita à Salomone; & autores collectionis, cũ dicitur,* 3 Quas transtule. viri Ezechiæ. *id est studiosi sui temporis, & de eius mandato. Nec accipitur hic* translatio *de vno idiomate in aliud, quia Salomõ protulit illas parabolas Hebraicè: & sic scripserunt eas viri sibi assistentes, in schedulis tamen diuersis. Sed viri Ezechia illas schedulas colligentes; addiderunt eas duabus prædictis collectionibus iam ante positis in hoc libro, & sic fuerunt in maiori autoritate, quàm antè. Et ista transpositio de schedulis in hoc libro, vocatur hic* translatio; *vnde in Hebræo non habetur,* Transtulerunt, *sed* fortificauerunt, *imponendo in libro autentico.*

Translatio diuerso modo accipitur.

4 Gloria Dei. *Hic cõsequẽter ponitur tractatus. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur eruditio Salomonis actiua, secũdo passiua. c. xx. Prima in duas, quia primo ponitur disciplinatorũ eruditio; Secũdo increpatur indisciplinatorũ obstinatio, c. xxix; Prima adhuc in duas: qua primo describitur virtutis bonũ; secũdo vitij malũ. c. xxvij. Prima adhuc in duas, quia primo inducit ad virtutis bonũ: secũdo removet impedimẽtũ. c. xxvij. Prima adhuc in duas, quia primo declaratur bonũ quod virtuosis debetur: Secũdo à quibus removetur. c. xxvj. Circa primũ dicitur,* Glo. Dei est cel. verb. *id est sacræ scripturæ secretũ, vt exponit Ra. Sa. sicut principia, Gẽ. & Ezech. velatè tradũtur, vt infideles irrideãtur, & fideles studiosi exerceãtur, & profunditatẽ diuinæ sapiẽtiæ admirẽtur; ideo subditur,* 5 Et glo. reg. *id est sapiẽtũ, qui debẽt alios regere.* 6 Inuestigare serm. *quærere sẽsũ sermonis diuini occultè traditi: & ex hoc fũt sapientes ab aliis honorãdi; quia honor debetur virtuti, non solùm morali, sed etiam intellectuali; veruntamen non omnia sunt à sapiẽtibus in lege* Dei *perscrutãda, ideo subditur,* 7 Cælum. *i. quantum distat altitudo cæli à terra, & quantum distat ceu-*

☞ *trum*

a *Auferimpietà.* Auferimpietatem perſequendi Chriſtianos de animo Sauli, vel huiuſmodi: & cùm Chriſtum prædicare cœperint, firmabitur iuſtitia, cathedra doctrinæ eorum, quam prius ad ruinam ſua impellebat impietas, cùm iuſtitiæ Dei repugnantes, ſuam volebant ſtatuere.

Auferimpietà. &c. Qui præſunt populis, ſi volunt firmum eſſe ſolium ſuũ, ſemper hilaritate & gratia vultus plenos exhibeant: ne per arrogantiam rigidi, plebis odium incurrant.

b *Ne glorioſus appareas.* Sicut ſuperius prælatum, nunc ſubditum monet; illum, vt hilarem vultum oſtendat ſubiectis: Hũc ne in conſpectu maiorum arrogans appareat, ſed in mediocri poſitus loco, ſuperius euocari mereatur, vnde, *Cùm inuitatus fueris ad nuptias, recumbe in nouiſſimo loco.* Poteſt in rege & principe dominus intelligi, in cuius conſpectu nos ſemper humiliari neceſſe eſt, vnde, *Humiliamini ſub potenti manu Dei, vt exaltet vos in tempore viſitationis.*

c *Mala aurea.* Sacra eloquia, lectis comparantur; quia requiẽ † parant audientibus; *Argenteis*, quia ſplendida fulgent virtutibus patrum, vnde, *Eloquia Domini eloquia caſta, ar. igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum.* Lectorum ornatui *mala* ſuperaddit *aurea*, qui diuina eloquia ſpiritualibus ſenſibus & myſterijs plena exponendo demonſtrant. Senſus enim, *mala* vocantur, quia de arbore vitæ, id eſt, Dei ſapientia ſunt orti: *Aurea*, quia notitiam amorémque perpetuæ claritatis mentibus infundunt. *Mala* ergo *aurea in lectis argenteis*, qui lo.ver.in tempore ſuo: quia qui verbum Dei opportunè nouit iuxta audientium capacitatem prædicare, modo exempla ac dicta patrum (per quorum cuſtodiam ad requiem peruenitur æternam, ternam) iuxta literam replicat; modò ſuauiores in his ſenſuum ſpiritualium fructus, quibus pia audientium deſideria paſcat, remoto literæ velamine pandit.

d *Inauris aurea margaritarum fulgens.* Rectè humilis auditor inauri aureæ comparatur; qui dum libenter increpanti ac docenti aurem accommodat: iam ſe ad percipiendã claritatem ſapientiæ cæleſtis præparat, iam ſupernæ lucis viſioni appropiat; Magiſter eruditus, *margaritæ fulgenti*, quia dum emẽdationem morum, dum ſupernorũ ſcientiam piè quærentibus aperit: quaſi aureo ornatui maiorem inſuper, gratioremque fulgorem gemmæ ardentis annectit.

e *Sicut frigus.* Importunum videtur tẽpore meſſis ningere. Nam & pòſt; *Quomodo nix in æſtate & pluuia in meſſe, ſic indecens eſt ſtulti gloria.* Sed tamen in terra palæſtina, nõ parum delectabile eſt, ſi ſubitò frigus (quomodo in niue ſolet) adueniat, quod incendia ſolis aliquãdo refrigeret, ſudorem laborũ tergat, ardentes tẽperet anhelitus: Cui bene legatus aſſimilatur fidelis, qui mẽtem eius, qui ſe miſit, prudẽter agẽdo repauſat.

f *Vir glorioſus.* Idem videtur, *Nec lactes quemquam labijs tuis.* Sed illud eſt ne promittendo hominem ſuſcipias, & non complendo decipias; Hoc autem idem quod dicit Apoſtolus, *Habentes ſpeciem pietatis, veritatem autem eius abnegantes.*

g *Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi.* Poteſt & ſic intelligi, quod pòſt apertè dicit, *Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui.* Etſi enim cuiuſlibet, vel locutionem, vel viſitationem melle dulciorem inueneris: melius eſt tamen vt rarius veniendo, facias eũ diligere aduentum tuum, quàm vel vna vice tamdiu cum illo maneas, vel toties ad illum venias, vt faſtidiat.

a ¶ Superficiem literæ. b ¶ Sacro eloquio. c ¶ De ſubtilitate literæ, & figuralium cæremoniarum. d ¶ Spirituale myſterium.

Auferrubiginẽm de argẽto, & † egrẽdietur vas puriſſimum. Auferimpietatem de vultu regis, & firmabitur iuſtitia thronus eius. Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco magnorum ne ſteteris. † Melius eſt enim, vt dicatur tibi: Aſcende huc, quàm vt humilieris coram principe. † Quę viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò: ne poſtea emendare non poſſis, cùm dehoneſtaueris amicum tuum. Cauſam tuam tracta cum amico tuo, & ſecretum † extraneo ne reueles, ne fortè inſultet tibi cùm audierit, & exprobrare non ceſſet. Gratia & amicitia liberant: quas tibi ſerua, ne exprobrabilis fias. Mala aurea † in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo. Inauris aurea † margaritum fulgens, qui arguit ſapientem & aurẽ obedientẽ. Sicut frigus niuis in die meſſis, ita legatus fidelis ei qui miſit eum: animã illius requieſcere facit. Nubes & vẽtus & pluuię nõ ſequẽtes: vir † glorioſus, & prõmiſſa non cõplens. † Patiẽtia lenitur princeps, & lingua mollis cõfringet duritiã. Mel inueniſti, comede quod

¶ Non eſt in Hebræo.

a ¶ Magiſter eruditus.

a ¶ Tempore prædicationis inter feruorem perſequentium. b ¶ Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. c ¶ Prædicator miſſus à Deo.

a ¶ Speciem ſanctitatis habens.

a ¶ Virtutem negans. b ¶ Ferendo quæ pro peccatis irrogantur. c ¶ Deus.

a ¶ Humilis ſatisfactio. b ¶ Domabit. c ¶ Contumaciæ prioris. d ¶ Paratum tibi. ¶ Dulcedinem cæleſtis intellectus, quæ apum, id eſt, patrum officio paratur.

¶ Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23

† fiet inde

† 5.q.5.c. qui ambulat

E

† alterius

† cũ figuris

† ornamentum obtrit

F

† qui ſe ſtat de domo mendaci

† Sapientia

Sup. 24.d.

2.Tim.3.a.

Notatarius veniendum ad amicum.

☞ *Deus*

NICOLAVS DE LIRA

trum terræ ab eius ſuperficie, ſic ſecreta cordiũ, & maximè ſapientũ, qui ſciũt corda ſua celare, ſoli Deo ſunt nota; talia, inquam non ſunt à ſapientibus legũ perſcrutanda; vnde prophetæ & apoſtoli & doctores vtriuſque teſtamenti de talibus tacuerunt, & de alijs conſimilibus, quæ plus habent noxia curioſitatis, quàm vtilitatis, vt dicit Aug.

1 Auferru. *id eſt, ſicut ablato rubigine de argento formatur inde vas puriſſimum: ſic ablata impietate de regno, remanet purum, & iuſtitia ſolidatum.*

2 Nec glorioſus appareas coram rege. *Te vltrà debitum ingerendo, ne ex hoc ſequatur tua confuſio: ideo ſubditur,*

3 Melius eſt enim vt dicatur tibi. *Et patet.*

4 Quæ viderunt oculi tui, *id eſt, mala proximi tui, quæ in ſecreto vidiſti.*

5 Ne proferas in iurgio, *Citò alijs propalando:*

6 Ne poſtea emendare non poſſis cum dehoneſtaueris amicum. *i. reddere famam proximo tuo, quem leſiſti.*

7 Cauſã tuã tra. cum ami. tuo. *de cuius fidelitate nõ dubitas:*

8 Et ſecretum extraneo non reueles, *cuius fidelitatem ignoras.*

9 Ne forte inſultet tibi, *exprobrando in publico defectum, quem dixiſti ſibi in ſecreto.*

10 Gratia & amicitia liberant, *iſte verſus non eſt in Hebræo.*

11 Mala aurea, *id eſt, pomelli aurei ad modum pomi formati.*

12 In lectis argente. *ſunt ad decorem.*

13 Qui loquitur verbum in tempore ſuo, *id eſt, ſic obſeruatio tẽporis debiti in proferendo verbum bonũ decorat illud. Quod antè potentes antiquitus facerent lectos argẽteos & aureos habetur Eſther. j. Probabile tamen, quod illi lecticli, de quibus habetur Eſther. j erant argentei & aurei tantum exterius, & de alia materia interius. Item Ra. Moyſes dicit, quod hæc eſt litera,* Mala aurea inſculpturis argenteis. *id eſt, cooperta argento ſculpto, ita quod per foramina argenti videtur aurum interius exiſtens.*

14 Inauris aurea, *quæ eſt ornamentum auris,*

15 Et margaritum fulgens, *in ornamentis alijs:*

16 Qui arguit ſapientem, *id eſt, ſicut illa ornamenta ſunt gratioſa corporaliter, ità correctio facta ſapienti & obedienti pulchra eſt, & gratioſa ſpiritualiter: quia habet optimum effectum.*

17 Sicut frigus niuis in die meſſis. *Non loquitur de frigore niuis realiter, quia nix non eſt decens tempore meſſis, ſed de vento refrigerante meſſores ad modum frigoris niuis.* 18 Ita legatus fidelis ei qui miſit eum, *quia refrigerat animi ſui motum.* 19 Nubes & ventus & pluuia non ſequen. vir. & promiſſa non cõ. *Sicut enim imber & vẽtus prætendentes pluuiam futuram & non adducentes, ſuſpendunt deſiderium hominum pluuiam expectantium, & per conſequens magis affliguntur, quia ſpe tali fruſtrantur: ſic promiſſio hominis potentis, quæ non completur, affligit animam illius cui promittitur.*

20 Patientia lenie. prin. *Sicut Nabuchodonoſor fuit lenitus & pacificatus ex patientia trium puerorũ in ignẽ proiectorũ, Dã. iij.*

21 Et lingua mollis, *id eſt, ſuauiter loquens.*

22 Confringet duritiam, *Sicut lingua Abigail confregit duritiã, quam diſpoſuerat Dauid inferre domui ſuæ. j. Reg. xxv. b.*

23 Mel inueniſti, comede quod ſufficit tibi, *Vno modo exponitur de melle*

a *Dens pu. & p.* Ieremias: *Maledictus qui ponit spem suam in homine, & ponit carnem brachium suum.* Qui rectè denti putrido & pedi lasso comparatur, quia vnicum hominis bonum. i. *adhærere Deo, & ponere in Deo spem suam,* nescit iste, nec vitæ percipere cibum, nec ad mansionem potest desideratæ salutis pertingere: & *amittit pallium in die frigoris:* quia etsi in serenitate vitæ præsentis habitu religionis videatur indutus, in die iudicij nudus patebit.

b *Ace. in ni. qui cantat.* Nitrum à Nitria prouincia (vbi nasci solet) dicitur: nec multũ à salis amoniaci specie distat. Sicut enim salem in littore maris feruor conficit solis, durando in petras aquas marinas, quas vis vẽtorum, vel maris feruor ad littus proijcit; ita in nitra vbi ęstate pluuiæ prolixiores tellurem infundunt, ardor nimius aquas excoquit in petrã salis vel glaciei simillimam; sed nihil gelidi rigoris, nihil salsi saporis habentem: quæ tamen iuxta naturam salis in caumate durare, & nubiloso aëre fluere ac liquescere solet. Hac indigenæ ad lauandum vtuntur, vnde; *Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith, maculata es iniquitate tua.* Crepitat autem in aqua quasi calx viua, & deperit, sed aquam lauationi habilem reddit.

c *Prunas e. cong.* Id est, ardorem charitatis. Non enim doceret sapientia, vt bona inimico, mali cauta, faceres. Fit enim sæpe vt inimicus crebris victus beneficijs, odij ponat rigorem, & calorem charitatis menti apponat.

d *Ventus aquilo.* Si hilari vultu audieris detrahentem, tu illi das fomitem detrahendi. Si verò tristi, vt ait quidam, Discit non libenter dicere, quod didicerit non libenter audire.

e *Melius est sedere in angulo domatis, quàm.* Doma est excelsus & secretus locus. In actibus enim Apostolorum, vbi Petrus ad superiora ascendit ad orandum, pro superioribus in Græco *doma* scriptum est.

f *Aqua frii. a.* vnde: *Sicut cerus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.* Aqua ergo frigida, quæ sitientis ardorem extinguit, & nuntius qui de longè venit, noua quælibet & inopinata gaudia portat, assimilantur: quia dulcedo diuinæ visionis animam diu desiderantem consolatur, & ab ęstu tribulationis liberat; & quotidie Angeli de terra longinqua. i. de superna patria descẽdentes in mũdum, iustos vel inter tentationes spe cælestium roborant, vel finito certamine ad palmam retributionis inducunt.

g *Fons tur.* Euenit sæpe, vt qui maiori præditi scientia fulgebãt, ad vltimum, plus volentes sapere quam fragilitati humanæ concessum est, in insipientiæ foueam decidant, vnde adiungit,

h *Sicut qui mel.* Dulcedo enim mellis, si plus quam debet, sumatur, vnde delectatur comedens, necatur. Dulcis quoq; est inquisitio maiestatis; sed qui vltra modum inquirit, ab eius gloria opprimitur; quia, vt mel immoderatè sũptũ, perscrutãtis sensũ, dũ nõ capit, rũpit. Nõ autẽ hoc solũ debet quisque sapiẽs attẽdere,

☞ sed

---

a ¶ Non plus sapere quàm oportet sapere.
b ¶ Cito continget. c ¶ Vltra vires quærendo.
d ¶ Perdas quod bene intellexeras.

sufficit tibi, nè fortè satiãtus euõmas illud. Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne † quando satiatus *oderit te. Iaculum & gladius & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. Dens putridus & pes † lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ, & ãmittit pallium in die frigoris. Acẽtum in nitro, qui cantat carmina cordi † pessimo. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi. † Si esurierit inimicus tuus, cibã illum*: si sitierit, da ei aquam bibere. Prunas enim congregabis super caput eius: & Dominus reddet † tibi. Ventus aquilo dissipat pluuias: & facies tristis linguam detrahentem.

† fortè
* de te
† labens
† peruerso
† Rom. 12, d
* parce
† ei

a ¶ Beatus qui custodit vestimenta sua, ne nudus appareat.
a ¶ Ebullit. b ¶ Peruersa mens correctione deterior succenditur.
¶ Non est in Hebræo.
a ¶ De corporalibus & spiritualibus alimentis.
¶ Ardorem charitatis.
a ¶ In altitudine virtutum, liberum & secretum à seculi desideriis, & vxoris vinculis.
b ¶ Carnali voluptate, quotidianis nefariæ mulieris contumeliis affici.

† Melius est sedere in angulo † domatis: quàm cum mulière litigiosa, & in domo † communi. Aqua frigida animæ sitienti, & nuntius bonus de terra longinqua. Fons turbatus pede, & † vena corrupta: iustus cadens coram impio. Sicut qui mel comedit multum, & non

† tecti
† ampla
† scaturigo

a ¶ Os iusti medi. sa. &l. &c.
a ¶ A diabolo. b ¶ Lingua.

Ierem. 2. c.

NICOLAVS DE LIRA.

de melle ad literã, quod inuenitur abundãter in Iudæa, & inde homines reficiũtur; si tamẽ vltra debitũ accipiũt, attracti mellis dulcedine, vertitur eis in nocumentũ. Aliter exponitur, vt nomine mellis intelligatur quicũque cibus appetibilis, in cuius sũptione debet homo esse cautus, ne ex suauitate cibi tantum accipiat, quod sibi noceat.

1 Subtrahe pe. tu. *nimiam frequentiam præcauendo.*

2 Nequando satiatus. *id est, attædiatus, suspicans quod talis frequentia sit pro decipienda vxore sua, vel filia &c.*

3 Oderit te, *qui prius diligebat te.*

4 Iaculum & gladius, &c. *id est, sicut ista sunt nociua illi, contra quem mittuntur; sic testis falsus illi, contra quem testificatur. sicut patet de testibus falsis contra Naboth. iij. Reg xxj.*

5 Dens putridus & pes lassus, &c. *Qui faciunt dolorem magnum in corpore.*

6 Qui sperat super infi. in die angustiæ, *id est, sic inducit dolorem spes super infideli in die angustiæ, quando magis indiget auxilio; ideo subditur,*

7 Et amittit pallium in die frigoris, *id est, talis sperans inaniter, similis est illi, qui amittit palliũ tempore, quo magis est necessariũ.*

8 Acetum in nitro. (*Est autem nitrum species quædam salis, qua perfusa aceto crepitat, & fumat, sicut calx viua in aqua posita.*)

9 Qui cantat carmina. *i. legis & prophetarum dicta,*

10 Cordi pessimo, *id est, homini obstinato, quia inde non corrigitur, sed magis obstinatur & irascitur, & ad contumeliã prouocatur.*

11 Sicut tinea vestimento, & vermis ligno. *Iste versus non est in Hebræo: patet tamen sententia, quia tristitia est passio valde nociua & mortificatiua.*

12 Si esurierit inimicus tuus ciba il. si sitie. da ei aquam bi. *i. ipsum positum in necessitate adiuua.*

13 Prunas enim congregabis super caput eius. *i. induces eum ad pœnitentiam de malo, quod tibi fecit, seu facere attentauit.*

14 Et domi. reddet tibi, *scilicet mercedem pro charitate proximi. In Hebr. habetur,* Et dominus pacificabit tibi, *scilicet illum, qui prius erat tibi inimicus.*

15 Ventus aquilo dissipat pluuias, *hoc videmus ad sensum in regione ista:*

16 Et facies tristis linguam detrahen. *Ille enim, qui faciem tristẽ ostendit detrahenti, eum silere facit. secundum Rab. Salo. hæc est vera litera,* Ventus aquilonis creat pluuias, *quia sicut ventus australis generat pluuias, versus partes aquilonares, ita aquilonaris versus partes australes, vt habetur ij. Meteo.* Et facies tristis lingua detrahẽs. *i. lingua detrahens prouocat iras Dei contra se.*

17 Melius est se. in angulo domatis, quàm cum mu. *Exponatur vt supra xij.*

18 Aqua frigida animæ, &c. *id est, homini sitienti, est supple valde delectabilis: & similiter,*

19 Nuntius bonus, *apportans bonum nuntium.*

20 Fons turbatus pede, *qui ad horam perdit pulchritudinem ex modica motione,*

21 Et vena corrup. *qua ante corruptionem erat organum vitæ: & post corruptionem efficitur magis signum mortis, sic supple,*

22 Iustus cadens, *id est, peccans,*

23 Coram impio, *quia diffamat eum multùm ex casu modico, & de festuca facit trabem.*

24 Sicut qui mel comedit multum, & non est ei bonum, *quia propter comestionis excessum in nauseam vertitur:*

☞ Sic

☞ sed etiam ne ea, quæ A rectè atque vtiliter scire potuit, immoderatis sermonibus inutilia reddat: vnde

† dirupta

Greg. past. p. 3, c. 15. addit, *Sicut vrbs pat. &c.*

est ei bonum: sic † qui perscrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Sicut vrbs † patens & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

1 tet inimici iaculis ci- D
2 uitas mentis; & cum
3 se per verba extra semetipsam iacit, apertum se aduersario o- † qui inue-stigat gra-uia obruitur

stendit; quam tanto ille sine labore superat, quantò & ipsa, quæ vincitur, contra semetipsam per multiloquium pugnat.

a *Sicut vrbs patens, &c.* Si enim murum silentij non habet, pa-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sic qui perscrutator est. *curiosus & præsumptuosus, volens suo intellectu diuina metiri.*

2 Opprimetur à gloria, *id est, diuina lucis excellentia. Nam sicut excellentia lucis obtundit oculum: sic excellentia diuinæ maiestatis excæcat talis inuestigatoris intellectum, & sic cadit in errorem.*

3 Sicut vrbs patens. *id est, sicut interiora talis ciuitatis patent volentibus ingredi: sic secreta talis hominis patent aliis; quia ex abundantia cordis os loquitur; & sic talis loquacitas aperit cordis secreta.*

CAP. XXVI.

a QVomodo nix in æstate. Nix in æstate & pluuiæ in messe, persecutiones infidelium tempore prædicationis; quæ dum fortè grauiores insistunt, & calorem in multis impediunt dilectionis, & fruges bonæ operationis fœdant; quibus gloria stulti comparatur, quasi si indocto cathedra docendi tribuitur, æquè per hoc ecclesia, vt infidelium persecutione, læditur; quod Arrianæ tempestatis calamitas probauit.

b *Nam sicut a.* Verba comparat auibus: quia per aëra trãsuolant ab ore loquentis ad audientem; sed auis sæpè resident, vbi vtilitas aut necessitas non est: Verba autem non dispersa in ventũ euanescunt, sed cuncta in autorem reuertuntur: & vel bene prolata, iuuãt loquẽtem; vel, malè, grauãt; ita vt pro omni otioso verbo rationem in die iudicij reddere cogamur. Quantò magis autem maledicta, non solũ quę malignè in insontem iaculantur, sed & illa, quæ negligenter passim in quoslibet proferuntur: non alium, sed ipsum maledicum opprimunt?

a ¶ Non indoctis honor docendi committatur,

Maledici enim regnum Dei non possidebunt. Non autem sine causa addit, *Maledictum frustra prolatum*; Est enim maledictum iuxta diuinam iustitiam, vt, *Pecunia tua tecum sit in perditionem*; Et anathemata ecclesiæ, de quibus, *Quodcunque ligaueris super terrã, erit ligatum & in cælis.* 1.Cor.6.b. Act. 8.b. Matt.16.b.

CAP. XXVI.

Vomodo nix in æstate, & pluuię in messe: sic indecẽs est stulto gloria. † Nam sicut auis ad alta transuolans, & passer quòlibet vadens, sic maledictum frustra prolatum in quẽpiam superueniet. Flagellum equo, & chamus asino, & virga in dorso imprudentium. Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis: Respõde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. Claudus pedibus, † & iniquitatem bibens: qui mittit vẽrba per nuntium stultum. Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola. Sicut qui mittit † lapidẽm in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipiẽti honorẽ. Quomodo si spinã nascatur in mãnu temulenti, sic parabola in ore stultorum. Iudicium determinat causas, & qui iminteriora sui sensus hausta stultitiæ debriat.

a ¶ In proferentem

a ¶ Prædicationis. ¶ Hæreticum.

a ¶ Deus gentium cultu veneratur inani. ¶ Hæretico. ¶ Docendi. ¶ Punitiones. b ¶ Operibus.

c *Non re. &c. Respõde stulto iuxta stultitiam.* Non sunt contraria; vtrũque enim pro tempore, & personarum diuersitate concordat; dum & stultus contẽnit, quia non recipit sapientiam: & stulta superbia à sua deijcitur stultitia, vnde, *Factus sum insipiens, vos me coegistis.* † 1. q. 1. Iud. 2.Cor.12.6.

d *Claudus pedibus.* Potest sapiens stultum mittere nescíens, nec tamen sapientiæ suæ gloriam perdit: quia de ignoto, bonum quod audierat, credit. Sed & qui hæreticum sciens mittit ad prædicandum, claudus est pedibus: *Et iniquitatem bi.* quia & operis boni foris incessum amisit, & † lapidẽ pretiosum fundã (est autẽ aceruus Mercurij aceruus lapidum ad discrimẽ viarum.)

e *Quomodo si spina nascatur.* Spina nascitur in mauu temulenti

☞ cum

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXVI.

QVomodo nix in æsta. *In principio capituli præcedentis ostendit, quòd gloria est sapientibus exhibenda, hic consequenter ostenditur, quod est insipientibus deneganda, dicens,*

1 Quomodo nix in æstate, *est indecens supple, quia est contra naturam temporis.*

2 Et pluuiæ in messe, *Quia segetes peiorant, & ad corruptionem disponunt:*

3 Sic indecens est stulto gloria. *i. honor in publico exhibendus.*

4 Nam sicut a. ad alta. t. *Istud* Nam, *non est in Heb. sed absolute incipit versus.* Sicut auis ad alta transuolans: & nescitur vbi debeat residere.

5 Et passer quòlibet va. *id est, hinc & inde, quasi in incertũ volans:*

6 Sic maledictum fru. prola. *i. sine causa rationabili.*

7 In quempiam superueniet, *id est, in proferentem, vel aliquem amicorum eius, nescitur tamen in quem determinatè. In Heb. habetur sic,* Maledictum frustra prolatum non veniet. *s. super illum, in quem profertur, sicut auis vagiuolans ad locum certum non vertitur.*

8 Flagellum equo. *s. indomito decens est.*

9 Et virga, *correptionis,*

10 In dorso im. *quia etsi non corrigantur, alij tamen terrentur.*

11 Ne re. stulto. *i. ne respondeas stultè, sicut stultè locutus est:*

12 Ne efficia. ei si. *q. d sic enim esset sibi similis in stultitia.*

13 Respõde stulto iuxta stultitiam. *i. suam stultitiam rationabiliter declarando.*

14 Ne sibi sa. *q. d. per hoc sua præsumptio confundetur, & alij ab eius imitatione retrahentur. Et sic hæc præpositio,* iuxtà, *aliter & aliter accipitur in primo versu, & secundo.*

15 Claudus pedi. *qui patitur defectum in gressu.*

16 Iniquita. bi. *i. potum sibi nocium.*

17 Qui mittit ver. per nuntium stul. *i. talis est prædictis similis, quia stultus nuntius prouocat eum, ad quem mittitur, ad iram, & sic negotium peioratur.*

18 Quomodo pul. frustra ha. *quia indecenter incedit.*

19 Sic indec. est in ore stul. parab. *i. doctrina, quia indecenter docet.*

20 Sicut qui mit. lap. in aceru. Merc. *i. ad ædificãdũ templũ in honorẽ huius idoli.* 21 Ita qui trib. in, *quia vterq; honor perditur. Alio modo exponitur intelligẽdo per* Mercurij aceruũ. *cõpitũ; eo quod Mercurius apud Gentiles dicitur ratiocinationis Deus: Ratiocinatio verò cõputus dicitur, in quo antiquitus vtebãtur homines lapillis, sicut modo denarijs plumbeis vel stanneis. Et frequenter ille denarius, qui ponitur pro vno solido, amouetur de loco suo, & ponitur pro vna libra, vel pro viginti, vel pro centum: sic insipiẽs, qui debet esse in infimo loco, ponitur aliquãdo in statu valde honorabili, & est in magna hominũ reputatione, quãuis in se non plus valeat quàm antè, sicut nec denarius pro centũ libris positus, plus valet in se, quã positus pro vno solido vel denario. Secundũ Hebr. hæc est litera:* Sicut qui mittit lapidẽ in palma fundę, *quæ est latitudo existens in funda medio, vbi ponitur lapis, vt mittatur in altum contra naturam lapidis, cuius est esse deorsum: ita honor exhibitus insipienti est contra rationem, cùm exhibendus sit soli sapienti.*

22 Quomodo si spina nascatur in manu temulenti. *id est, ebrij.*

23 Sic parabola, *id est, doctrina,*

24 In ore stultorum; *Sicut enim ebrius habens spinam in manu, pungit se & alios, sic stultus docens, vel prædicans.*

25 Iudicium determinat causas, *id est, præscindit lites.*

26 Et qui imponit stulto silentium, *cuius loquacitas est causa rixarum.*

☞ cùm in operibus eius, a ponit stulto silentium, iras mitigat. † Sicut canis qui reuer-
A qui carnalibus seruit ¶ Nequitiam.
illecebris, punctio- titur ad vomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiam
nes oriuntur scele- b suam. Vidisti hominem sapientem sibi videri? † magis illo
rum; quibus rectè pa- a ¶ Diabolus. b ¶ Iustitiæ.
rabola, quam stultus spem habebit insipiens. Dicit piger: Leo est in viâ, & leæna in
proponit, assimila- c a ¶ Malæ delectationis. b ¶ Ad opus bonum.
tur: quia etsi verba itinéribus. Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in
prudentiæ nouit di- † lecto † lectulo suo. † Abscondit piger manus sub ascella sua, & la-
cere; in his tamen vi- borat si ad os suum eas conuerterit. Sapientior sibi † piger vi-
tiorum punctiones, d ¶ Septiformi gratia imbutis. ¶ Scripturæ.
quibus vel se, vel detur, septem viris loquentibus sententias. Sicut qui appre-
proximum lacerat, e hendit auribus canem, sic qui transit impatiens, & commis-
vitare non nouit. Sæ- B cetur rixæ alterius. † Sicut noxius est qui mittit lanceas &
pè enim dum bona † De præ- sagittas in mortem, ita vir qui fraudulenter nocet amico suo:
dicit, aut suam lau- sum. c. 1. & cùm fuerit deprehensus, dicit, Ludens feci. † Cùm dese-
dem, aut vituperatio- † Eccl. 28. b a *Sicut canis*. Canis
nem quærit aliorum. vomens, cibum, quo cerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto iurgia
pectus eius premebatur, abijcit: cùm conquiescunt. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem:
redit ad vomitum, † conten- a ¶ Litis incentoris, bilinguis.
quo leuiatus fuerat, tiosus sic homo † iracundus suscitat rixas. Verba susurronis quasi
oneratur; & qui ad- a ¶ Simulat laudem verborum, & quærit vnde iurgia seminat.
missam plangunt re- simplicia: & ipsa perueniunt ad intima † cordis. Quomodo
quitiam, quæ men- si argento sordido ornare velis vas fictile: sic labia tumentia
tis intima deprime- C cum pessimo corde sociata. Labijs suis intelligitur inimicus:
bat, confitendo pro- cùm in corde tractauerit dolos. Quando submiserit vocem
ijciunt; quam post suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitiæ sunt in cor-
confessionem, dum Ioan. 9. g. b *Vidisti hominem*.
appetunt, resumunt. In iudicium ergo in
de illius. Qui operit odium fraudulenter: reuelabitur mali-
hunc mundum veni, † Eccl. 10. b
tia eius in concilio. † Qui fodit foueam, incidet in eam: &
vt qui non vident vi-
qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Lingua fallax non
deant, & qui vident,
amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas.
cæci fiant.

c *Dicit piger*. Multi cùm verba exhortationis audiunt, dicunt, velle se viam incipere iustitiæ, sed à Satana retrahi ne profi-
ciant: sicque excu-
sando semper in lec-
to sui corporis, si-
cut ostium in cardi-
ne vertuntur; & mo-
dò exire ad operan-
dum, modò ad quies-
cendum redire pro-
ponentes, in suis ia-
cere prauitatibus non
desistunt.

d *Sapientior &c. Septem viri loquentes sententias*, septiformi gratia pleni, nobis sententias sacræ scri-
pturæ ministrantes; quibus sapientior si-
bi stultus videtur, qui dicit, vel non de-
bere, vel non posse impleri, quæ illi di-
cante Spiritu sancto hominem facere ius-
serunt, & multos perfeciſſe monstraue-
runt.

e *Sicut qui ap.* Noli verbis contendere, nihilum vtile est, nisi ad subuersionem audientium. Quicun-
que simplex sensu est, & duobus inter se iurgantibus, morda-
ci sermone capta eius aure, citò incipit qua-
si canis latrare, & contentiones gene-

D †2. Pet. 2. d

† spes est magis de stulto quã de eo.

† Sup. 19. d

† stultus

E -impatiens

-Cum fuerit deprehensus Contra eos qui putant Dei mandata impossibilia.

* ventris

F

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iras mitigat, *quia remota causa remouetur effectus.*

2 Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, *est abominabilis: Sic imprudens qui iterat stultitiam suã. Et intelligitur hoc de malitia seu stultitia magna quæ reddit hominem Deo & hominibus abominabilem; non de leui, seu parua, quæ etiam iustis aliquando accidit, sicut dictum est supra xxiij. b.* Septies in die cadet iustus. & resurget.

3 Vidisti homi. sapientẽ sibi vi. *cùm tamen non sit; vel plus quã sit;*

4 Magis illo spem boni habebit insipiens, *id est, suam insipientiã cognoscens: quia est dispositio quædam ad quærendam sapientiam.*

5 Dicit piger: Leo est in via, & leæna in itinere: *quia in omni opere ardua æstimat maiorem difficultatem, & maiora pericula, quam sint in veritate.*

6 Sicut ostium vertitur in cardine suo. *Est autem cardo lignum, circa quod vertitur ostium.*

7 Ita piger in lectulo suo, *quia quamuis vigilet, non tamen surgit: sed pigritia detentus in lectulo se reuoluit.*

8 Abscondit piger manus suas sub ascella sua, *propter frigus:*

9 Et laborat, si ad os suum eas conuerterit, *id est, non solum ex pigritia interrumpit opus, sed etiam comestionem.*

10 Sapientior sibi piger videtur, *inquirendo requiem suæ carnis,*

11 Septem viris loquentibus sententias, *id est. sapientibus, non solũ mediocrieer, sed etiam excellenter.*

12 Sicut qui apprehendit auribus canem, *excitat eum pro nihilo ad se mordendum:*

13 Sic qui transit impatiens, *id est, nullam iniuriam patiens ab alio,*

14 Commiscetur rixæ alterius, *quia sine causa excitat illum, cum quo rixatur, ad mordendum ipsum verbo, vel facto.*

15 Sicut no. est. *& patet sententia vsque ibi.*

16 Et cum fue. de. *Cùm enim non potest excusare malitiam facti, quæ est patens, negat malitiam intentionis quæ est latens.*

17 Cùm desunt ligna, *quæ sunt etiam materia ignis.*

18 Et susurrone sub. *i. detractore. Et dicitur à sono vocis: quia non loquitur palam, sed in aure.*

19 Iurgia conquiescunt. *quia eius verba sunt iurgij materia.*

20 Sicut carbo. *i. ad carbones ardentes.*

21 Et ligna ad ignem, *Vtrumque enim auget incendium.*

22 Sic homo iracundus sus. & c *quia ira est appetitus vindictæ.*

23 Verba susurronis. *i. detractoris.*

24 Quasi simplicia. *i. videntur sine plica dolositatis, quia simulat se loqui ex zelo iustitiæ, vel propter bonum illius, cui loquitur, vel de quo loquitur.*

25 Et ipsa peruen. ad intima. *quia intendit nocere vsque ad cor.*

26 Quomodo si arg. sordido. *i scoria argenti, vt habetur in Hebræo.*

27 Ornare ve. vas fi. *i. terrenum, quod non est decens ornari argento verò, sed tantũ apparenti: sicut stannum vel aliquid huiusmodi, aliquãdo ponitur in extremitatibus godeti terrei.*

28 Sic labia trementia. *i. timore superbiæ loquentia.*

29 Cum pessimo corde & c. Quia ex abundantia cordis os loquitur. *Mat. xij. c. ideo subditur,*

30 Labiis su. intelligitur inimicus: *quia dispositio cordis apparet in labijs* 31 Quando submiserit vo. *Humilius loquendo, ne appareat eius dolus.* 32 Ne cre. Quoniam septem nequitiæ. *i. vniuersitas malitiæ seu nequitiæ (quæ per septenarium designatur, eo quod omne tempus septenario dierum comprehenditur.)*

33 Sunt in cor. illius. *Ex magno enim appetitu nocendi mutat sic modum loquendi.*

34 Qui operit odium fraudulenter. *signis amicitiæ, vt Iudas.*

35 Reuela. ma. eius. *quia deprehenditur postea facto, sicut dicitur de Torquato, in legenda sancti Tiburtij martyris.*

36 Qui fodit foueam, *Parans alteri ruinam.*

37 Inci. in eam. *Sicut patet de Balaã, qui docuit Balach mittere scãdalum corã filijs Israel. Num. 23. & postea ab eis occisus est. Num. 31.*

38 Et qui voluit lapidem. *De loco suo.*

39 Reuertetur ad. *s. lapis: sicut videmus sensibiliter, quòd lapis ponderosus ab aliquo motus, ex suo pondere reuertitur ad ipsum mouentẽ, & ladit eum. Et per hoc intelligitur quòd volẽs immutare aliquid notabile & consuetum, ex hoc patitur detrimentum: quia talis nouitas solet inducere dissensionem, & rebellionem contra facientem.*

40 Lingua fal. non amat veritatem. *quia dissona est habitui suo.*

41 Et os lubricum. *quod non seruat secretum.*

42 Opera. ruinas, *Denudando aduersarijs consilium.*

☞ CAP.

CAP. XXVII.

☞ A a NE glorieris. Ne securus sis aliquando de futuro; quia etsi hodie seruis Domino: qualis esse in futurum possis, quomodo viam finire, prorsus videre non vales. *Beatus homo qui semper est pauidus.*

b *Graue est sa.* Graue est, vel vno crimine capitali, quasi pondere saxi deprimi, vel quasi glareis arenæ innumeris peccatis

†Eccl.22.b leuioribus onerari; Sed vtroque grauior b est *ira stulti*, quia hæc, c quò certius quã sint mala patescunt, eò

B acrius vt castigentur, †1.q.1.non omnis, & c. punguntur: Ira verò, quia non corporale, sed d tus ferre quis poterit? Melior est manifesta correctio, quàm

a ¶ Vtiliora. b ¶ Verbera Dei. c ¶ Dei.
¶ Flagellat enim Deus quem diligit.

amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligẽtis, quàm

¶ Id est quàm diaboli blandimentis decipi, qui nostris fauet erratibus: quasi parum sit quod peccamus, & vltra modum sæuiens tribulatio, quam Domino dispensante toleramus.

a ¶ Id est blandimenta. b ¶ Diaboli.
c ¶ Diuitum. d ¶ Mundanis. e ¶ Dulcedinem cælestis gratiæ.

†Iob 6 b. e fraudulenta odientis oscula. † Anima saturata calcabit fauum: a ¶ Iustitiam. b ¶ Aduersa seculi. ¶ Mortem. c ¶ Beatitudine.

f anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui relinquit locum suum.

Vnguento & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici consilijs anima dulcoratur: amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris, & domum fratris tui ne ingrediaris in die

¶ Vt Samaritanus. a ¶ Vt sacerdos, vel Leuita.
¶ Vel tuum. ¶ Contradicenti.

g afflictionis tuæ. Melior est vicinus iuxtà, quàm frater pro-

Exod.21.c. cul. Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meum: vt possis exprobranti respondere sermonẽ. Astutus videns malum absconditus est: † pàruuli trànseuntes sustinuerunt dispendia. † Tolle

Eccle.7.a.

a ¶ Apostoli. b ¶ Quasi viatores.
¶ Multa opprobria.

†imprudẽtes vestimentum eius, qui spopondit pro extraneo, & pro alienis aufer ei pignus. Qui benedicit proximo suo, voce gran-

d *Melior est manifesta correctio.* Amor absconditus, illicitus, vt adulterinus: Qui enim malè agit, odit lucem. Huic iure manifesta correctio præfertur. Melius est enim desiderio corrigendi palam corrigere, quàm studio similiter peccandi clàm diligere.

D Ioan. 3. c.

e *Anima saturata calcabit fauum &c.* Anima diuitum qui habẽt consolationem suam (quibus dicitur, *Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis*) spernit auditam cælestis regni dulcedinem. Anima autem eorum, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, aduersa seculi ád mortem ipsam pro Domino pati dulce habet.

Lucæ 6.d. †alienum †Crudelitas est in ira, & impetus in furore, & quis stabit corã inuidia?

CAP. XXVII.

E glorieris in crastinum, ignorans quid superuẽtura pariat dies. Laudet te †alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. † Graue est saxum & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior. †Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati †spiritus ferre quis poterit? Melior est manifesta correctio, quàm amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligẽtis, quàm fraudulenta odientis oscula. † Anima saturata calcabit fauum: anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui relinquit locum suum. Vnguento & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici consilijs anima dulcoratur: amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris, & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. Melior est vicinus iuxtà, quàm frater proximus longè. Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meum: vt possis exprobranti respondere sermonẽ. Astutus videns malum absconditus est: pàruuli trànseuntes sustinuerunt dispendia. † Tolle vestimentum eius, qui spopondit pro extraneo, & pro alienis aufer ei pignus. Qui benedicit proximo suo, voce gran-

1 ma autem eorum,
2 qui esuriunt, & si-
3 tiunt iustitiam, ad-
4 uersa seculi ád mor-
5 tem ipsam pro Do-
6 mino pati dulce ha-
7 bet. †Crudeli-
8 f *Sicut auis transf.* Si- tas est in
9 cut auis oua vel pul- ira, & impe-
10 los, quos fouerat, ra- tus in furo-
11 ptui exponit: sic vir- re, & quis
12 tutes, in quibus pro- stabit corã
13 ficiebat, qui deserit, inuidia?
14 immundis spiritibus E
15 prodit. Vnde dicit a-
16 libi, *Si spiritus haben-* Eccle.10.a.
17 *tis potestatem ascende-*
18 *re super te, locum tuum*
19 *ue dimiseris.* Quod
20 est, Si tentatio dia-
21 boli institerit tibi, ne
22 à bono, quod facie-
23 bas, desistas.
24 g *Melior est vi.* Me-
25 lior est tibi, qui ani- F
26 mi fraterna dilectio-
27 ne vel societate con-
28 nectitur; quàm ger-
29 manus frater, qui fi-
30 dei & pietatis iura
31 tecum habere com-
32 munia negligit. Vn-
33 de, *Homo quidã descẽ-* Lucæ 10. c.
34 *debat ab Ierusalem in* †Sup. 20.c.
35 *Iericho, & incid. &c.*
36 h *Qui be. pro.* Id est,
37 qui fauore superfluæ
laudis eum extollit,
vel malis fauendo, vel bona plus æquo laudando. Sed hic ☞ maledi-

---

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXVII.

☞ NE glorieris. *Superius induxit ad virtutis & sapientiæ bonũ, hic consequenter remouet impedimentum, quod frequenter contingit ex dilatione operis boni sub spe futuri temporis magis apti; & hoc est quod dicitur,*

1 Ne glo. in crasti. *i. tempus futurum, credens in illo facere magna.*

2 Ignorans quid superuen. pariat dies. *Quia frequenter parit impedimentum.*

3 Laudet te alienus. *Laus enim in ore proprio sordescit.*

4 Graue est saxum, & one. *Potest tamen portari à quolibet fatuo: dum tamen sit fortis corpore.*

5 Sed ira stulti vtroque graui. *Quia non potest portari, nisi à sapiente, qui est fortis in mente.*

6 Ira. *scilicet impetuosa.*

7 Non habet misericordiam, *Quia aufert deliberationem: ideo sequitur,*

8 Et impetum concitati, *Ira vel furore tali.*

9 Ferre quis poterit? *q. d. nullus, nisi valde sapiens & patiens.*

10 Melior est manifesta correct. *Ex qua venit bonum correcto,*

11 Quàm amor absconditus. *i. in effectu non ostensus, quia nullum bonum inde prouenit amato.*

12 Meliora sunt vuln. dilig. *Quæ fiunt ad vulnerati correctionem:*

13 Quam fraudul. odientis osc. *Quæ fiunt ad osculati deceptionem, vt patet de osculo Ioab 2. Reg. xx. b.*

14 Anima saturata. *homo cibis repletus,*

15 Calcabit fauum. *i. cibus est ei abominabilis, quantũcunque bonus.*

16 Anima esuriens etiam amarum, &c. *quia fames facit omnes cibos delectabiles.*

17 Sicut auis transf. &c. *Relinquens ibi pullos suos inanes & vacuos;*

18 Sic vir qui relinquit locum suum. *i. domum suam & familiam, negligens eorum curam. Per hoc etiam intelligitur malitia prælati, animarum curam negligentis pro curis & negotijs terrenis.*

19 Vnguento & variis odoribus delectatur cor. *quia delectatio, quæ est in sensibus exterioribus, vsque ad cor redundat: sicut e conuerso sensus & motus de corde procedunt ad exteriores sensus.*

20 Et bonis amici consiliis. *Ad bonum consequendum, vel malum euitandum.*

21 Anima, *illius, cui datur consilium.*

22 Dulcoratur *quia ex hoc concipit ipsem consequendi bonum, vel euitandi malum.*

23 Amicum tuum & amicum patris tui ne deseris, *quia veteres amicitiæ solent esse magis solidæ.*

24 Et do. fra. tui ne in. *i. paupertatis tuæ, ne forte verecundetur de tua præsentia, & libentius velit tibi succurrere alia via.*

25 Melior est vicinus iuxta. *qui statim potest succurrere.*

26 Quam fra. *qui non potest hoc, nisi post tractum temporis; & interim perit ille, qui est in necessitate.*

27 Stude sapientiæ fili mi *quæ est maximũ bonum in vita præsenti.*

28 Et lætifica cor meum, *quia pater bonum filij accipit, sicut bonum proprium.*

29 Vt possis exprobranti. *i. veritatem contemnenti,*

30 Respon. ser. *ipsum rationabiliter confutando.*

31 Astutus videns malum. *i. imminens de propinquo,*

32 Abscon. est. *& sic euasit.*

33 Paruuli, *sensu,*

34 Transeuntes, *absque periculi aduertentia,*

35 Sustinuerunt dis. *in corporibus, vel in rebus.*

36 Tolle vestimentum eius. *i. potes licitè tollere, ex quo obligauit se.*

37 Qui be. pro. suo vo. gran. *i. manifestè ei adulando.*

☞ De

maledicenti assimilatur; quia vel in malo opere laudando confidentiam tribuit; vel in bono opere simplicitatem puri cordis minuit; vt quod superni amoris causa inceperat, humano fauore finiat.

a *Ferrum fer.* Bona consolatio, consilium sapientum: qui dum se inuicem consolando instruunt, ferrum ferro acuitur.

b *Infernus.* Inferni tormenta non replētur, terminum accipiendo: Similiter & intentiones eorū, qui terrena sapiunt, insatiabiles sunt in desiderio peccandi. Ideo enim sine fine puniūtur, quia voluntatem habuerunt sine fine peccandi, si naturam haberent sine fine viuendi.

c *Diligenter.* Pastori ecclesiæ dicitur, Diligenter adhibe curam eis, quibus te præesse contigerit; Agnosce animos actūsque singulorū; si quid vitij in eis inueneris, citius castigare memento. Non enim tu semper pascendi Dominicas oues potestatem habebis; sed æternā percipies coronam, si tuo tempore bene paueris.

d *Aperta sunt pra.* Aperta sunt modo pascua sacramentorum cælestium, quæ diu fuerant figuris legalibus clausa. Apparuit nouitas euangelicæ veritatis & gratiæ; Collecta sunt in pabulum gregis Dei scripta veterum patrum: Ablata quidem superbis Iudæis falce diuini iudicij, & humilibus ecclesiæ populis, ad spirituale subsidium data.

e *Agni sunt ad ve.* Agnorum velleribus vestieris, dum bonis discipulorum obedientium moribus, pastor ipse proficeris. eorumque laudabilia facta cernens, & in ornatu virtutum, & in calore dilectionis ipse gloriosus extiteris. Hædis agrum comparas, dum peccatores ad pœnitentiam vocando, sublimiorem tibi in terra viuentium locum acquiris.

f *Sufficiat ti. lac capra.* Tanta instantia pecus commissum pasce, ne tibi lac æstate nouum vel frigore desit, sed tibi semper tuisq; sufficiat. Quod est, Tam sedulò doctrinæ insta, vt etiam quosdam pœnitentes ad officium docendi prouehas, & per illos, qui pridem pro fœditate vitiorum ad sinistram iudicis videbantur esse ponendi; modò rationabiles, & sine dolo, lac verbi paruulis sensu ministretur.

Fit autem lac caprarum ad victum ancillis: quando hi, qui nondum amore perfecto, sed adhuc timore seruili Domino deseruiunt, per exemplum, vel verba eorum, qui per pœnitentiam salui facti sunt, viuificis verbi epulis reficiuntur, & ad maiora incrementa virtutum iuuantur.

Quidam hoc quod dictū est: *Aperta sunt prata, & appar. vi. her. & collecta sunt fœna. de monti. Agni sunt ad vestimentum tuum, & hadi ad agri pretium.* ita exposuit, Aperta sunt monumenta, apparuerunt corpora rediuiua. Sequestrati sunt peccatores à sanctis, collectū est fœnum, ad comburendum de locis excelsis; Sequestrati sunt agni, ad dexteram, hædi ad sinistram. Agni ad vestimentum regis, quia ipse dixit, Inhabitabo in eis. Hædi pro pretio sanctorum, quibus nocuerant, ignibus tradentur.

† mane

† euocet Quare mali sine fine puniuntur.

† Eccl. 1, b.

† Stillatio assidua in die pluuiæ

† acuitur

† fructum

† non replebuntur

- Cor iniqui &c. hic versus non est in Heb.

† & corona non durabit

Virgilius in bucol.

Sap. 17. d.

Mat. 17. f.

Mat. 25. c.

2. Cor. 6. d.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 De nocte consur. *id est, solicitè hoc faciens, adulatores enim solent esse soliciti explorare locum & tempus, in quo eorum adulatio recipiatur efficacius.*

2 Tecta perstil. &c. *vtrūque enim est valde tædiosum & afflictiuū.*

3 Qui reti. eam. *i. retinere nititur ab insol ntia sua,*

4 Quasi qui ventum tenet. *quod est impossibile, vel difficile.*

5 Et oleum dex. *Oleum enim in manu retentum quantumcunque restringatur, exit: sic mulier insolens quantumcunque restringatur, vias tamen ad male agendum adinuenit.*

6 Qui seruat ficum, *à transeuntibus,*

7 Comedet fru. eius. *quia bene seruauit.*

8 Et qui cust. e. Do. sui glorif. *dignus honore efficietur, sicut Abisai, qui saluauit Dauid de manu Iesbidenob gigantis ij. Reg. xxj.*

9 Quomodo in aquis resplendent vultus prospicien. sic corda hominum manifesta sunt prudentibus, *quia sciunt ea considerare ex signis exterioribus, quod nesciunt facere imprudentes.*

10 Infer. & perd. *quia dæmones semper sitiunt secum trahere plures.*

11 Similiter & oculi hominum, *cupidorum.*

12 Insatiabiles *quia ex acquisitis non minuitur cupiditas, sed augetur. Vnde poeta: Crescit amor numi, quantùm ipsa pecunia crescit.*

13 Quomodo probat. in confl. arg. *quia ibi apparet, vtrum sit verum vel non.*

14 Sic probatur homo ore lau. *quia per hoc apparet, vtrum sit verè virtuosus vel non, vtpote si ex laude nullo modo extollitur, sed melior efficitur, apparet veritas virtutis, qua laudata crescit: si autem extollitur, apparet falsitas.*

15 Cor ini. *Iste versus non est in Hebræo, ideo pertranseo, quia patet eius sententia.*

16 Si contuderis stultū in pila, quasi tisanas, fetiente desuper pilo, *id est, quacunque correctione, vel flagello, non emendabitur.*

17 Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges cōsidera. *quod exponit Rabi Salomon sic: Si fueris potens in diuitijs, non propter hoc sis negligens in rebus paruis, vt de ouibus & pecoribus tuis. Et subditur causa, cum dicitur,*

18 Non enim habebis iugiter potestatem, *id est, forsitan perdes alias diuitias.*

19 Sed corona tribuetur tibi in generatione generationum. *Hæc est littera Hebraica, id est, nescis si honor tibi exhibitus durabit: & ideo non debes esse negligens circa parua, quæ poterunt tibi esse necessaria. Aliter exponitur de prælatis curam animarum habentibus sic,* Diligēter agnosce vultum pecoris tui, *id est, vitam & mores subditorum tibi.* Non enim habebis iugiter potestatem *corrigendi eos, scilicet post mortem,* Sed corona *scilicet gloriæ* tribuetur tibi, *si bene vsus fueris commissa tibi potestate.*

20 Aperta sunt prata, & apparuerunt herbæ virentes: & collecta sunt fœna de montibus, *id est, talia oriuntur, & apparent in vere pro animalium nutritione: ideo subditur,*

21 Agni, *supple tunc sint tibi tanquam necessarij.*

22 Ad vestimentum tuum, *de lanis ipsorum, & ad victum de carnibus.*

23 Et hædi, *similiter sunt necessarij.*

24 Ad agri pretium, *id est, vt de ipsis emas agros, vel de pretio eorum colas iam habitos. Et per agnos & hædos intelliguntur hic etiam alia ad victum & vestitum & agriculturam necessaria.*

25 Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ, & ad victum ancillis tuis: *si habeas in domo tua animalia ad victum tuum, & domus tua sufficientia, non sis solicitus aliūde quærere alia magis delicata. Tum quia non sunt ita secura ad esum tuum, sicut nutrita in domo tua, quæ sunt tibi cognita, & quia in talibus expenditur magna pecunia, quæ in alijs esset melius expendenda.*

☞ CAP.

CAPVT XXVIII.

CAP. XXVIII.

FVgit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit. Propter peccata terræ multi principes eius: & propter hominis sapientiam, & horum scientiam, quæ dicuntur, vita ducis longior erit. Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi, in quo paratur fames. Qui derelinquunt legem, laudãt impium: qui custodiunt, * succenduntur contra eum. Viri mali non cogitant iudicium: qui autem requirunt Dominum, animaduertunt omnia. Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm dines in prauis itineribus. Qui custodit legem, filius sapiens est: qui autem pascit comessatores, confundit patrem suum. Qui coaceruat diuitias vsuris, & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. Qui declinat aures suas, ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona eius. Sapiens sibi videtur vir dines: pauper autem prudens scrutabitur eum. In exultatione iustorum multa gloria est: regnantibus impiis ruinæ hominum. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Beatus homo qui semper est pauidus, qui verò mentis est duræ, corruet in malum. Leo rugiens & vrsus esuriens,

¶ In futuro.

¶ Dissipatores bona patris furando. a ¶ Lenones.

¶ Pro futura pœna.

¶ Non timentis. ¶ Sæuiens.

a *Fugit im.* Qui non est fortis, etiam si nullus persequatur, sponte fidem deserit: dum latrocinijs, vel periurijs, alijsque huiusmodi, infideli se similem reddit.

b *Iustus au. quasi leo.* In occursu bestiarum non trepidat, quia se omnibus prævalere non ignorat. Vnde iusti securitas leoni cõparatur: quia cùm quoslibet insurgere conspicit, ad mentis suæ confidentiam redit, & scit quia vincit; quia solùm diligit, quem nemo inuitus amittit.

c *Qui autem re.* Omnia animaduertunt electi, i. & futurum discrimen vniuersalis iudicij; & quibus operibus requies; & quibus pœna retribuatur æterna.

d *Qui decipit iustos in via mea, &c.* Qui per doctrinã hæreticã decipit amatores iustitiæ, vt à veritate deuient, ipse pro malis pœnam, quam meretur, incurrit. Bona autem, si qua gerebat, vel vtilia scribendo, vel continenter viuendo viuendo, iuuant alios, vel legentes vel audientes; exemplum etiam de casu eius sumunt.

e *In exultatione, &c.* -absque terrore erit.

Non de præsentibus, sed de æternis in futuro bonis; non de creaturis, sed de creatore, cuius visione lætantur, vnde, *Lætamini in Domino, & exultate iusti.* Vel *in exult. im. mul. gau.* quia dum electos in hac vita euenientibus prosperis exultare contigerit, multa Domino gloria ex plurimorum fide, & piis operibus datur; *regnantibus impijs ru. ho.* Sicut multi, qui dant gloriam Deo, cùm iustos in profectu virtutum gaudere prospiciunt: ita dum superbi regnant, suæ perfidiæ multos complicant; quod & de paganis, & hæreticis, & malis Catholicis potest accipi. Psal.31.c.

f *Beatus homo, &c.* Ira iudicij tantò districtior portabitur, quantò nunc minus timetur: vnde, *In die malorum non sis immemor bonorum, & in die bonorum ne sis immemor malorum.* Eccle.11.c.

☞ Vir

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXVIII.

☞ FVgit impius. *Superius declarauit bonum sapientiæ, & virtuti annexum; hic consequenter declarat malum vitys contunctũ, quod est timor. Homo enim malus nusquam est securus, quia semper timet sibi insidiari abillis, quibus intulit mala, licet non sit ita; ideo dicitur,*

1 Fugit im. ne per. *Sicut de Cain dicitur, Gen. iiij. c.* Egressúsque Cain à facie Domini, habitauit in terra profugus.

2 Iustus autem quasi leo con. in Do. *Quia si moriatur in persecutione, in refrigerio erit.*

3 Propter peccata terræ. *Sicut propter peccatum, regnum Salomonis in duo diuisum fuit. 4. Reg. xij.*

4 Et propter hominis sa. *in cognitione de diuinis.*

5 Et horum sci. *Quæ dicuntur in agibilibus humanis.*

6 Vita du. *Et sic vita Ezechiæ regis fuit prolongata quindecim annis iiij. Reg. xx.*

7 Vir pauper ca. *Sicut enim imber corrumpens segetes est pessimus, sic talis pauper: quia ex maxima malitia calumniatur pauperes, quibus deberet compati, metus ex sua paupertatis experientia: propter quod vulgariter dicitur, quod morsus macri pediculi est pessimus.*

8 Qui dere. le. *quia facit secundum voluntatem eorum.*

9 Qui custo. *Zelo legis, & iustitiæ moti, sicut patet de Mathathia j. Machabæor. ij. Qui interfecit super aram Iudæum idolis sacrificantem.*

10 Viri mali non cog. iudic. *i facere executionem iustitiæ: quia habẽt oppositum habitum, secundum quem cogitant & operantur.*

11 Qui autem requirunt Dom. animad. omnia. *quæ ad executionẽ iustitiæ sunt necessaria.*

12 Melior est pau. *Et patet sententia.*

13 Qui cust. legem. *quia conformat se sapientiæ diuinæ.*

14 Qui autem comessatores, *i. glutiones,*

15 Pascit, *Expendendo in hoc suam substantiam.*

16 Confun. pa. suum. *quia malum filij apprehendit quasi suum, & sic confunditur de ipso sicut de proprio malo.*

17 Qui coacer. diuitias vsur, *Recipiendo vltra sortem, & ex pacto.*

18 Et fœ. li. *Recipiendo vltra sortem, non tamen ex pacto: & hoc dicitur* fœnus liberale, *tamen malum est, propter quod dicit Saluator Luc. vj. c.* Date mutuum, nihil inde sperantes.

19 Impauperes. *i. contra pauperes.*

20 Congre. eas. *quia nullus accipit ad vsuram primo modo, vel secũdo, nisi inquantum indigens & pauper.*

21 Qui decl. aures. *Et sic licentius, & sine remorsu faciat cõtrariũ.*

22 Oratio eius erit exe. *quia ex magna libidine peccandi prouenit, quod aliquis vult legem ignorare, ne per eius notitiam impediatur à peccato, vel retrahatur.*

23 Qui decipit iustos in via ma. *Sua persuasione peetrahens eos ad malum.* 24 In interi. suo corruet. *interitu s. mortalis culpæ & gehennæ.* 25 Et simplices. *i. sine plica dolositatis incedentes.*

26 Possidebunt bona eius. *Sicut filij Israel possederunt bona Madianitarum, qui per filias suas traxerant eos ad peccatum, Num. 25. b.*

27 Sapi. sibi vi. *Imputans suæ prudentiæ diuitiarum acquisitionem, seu earum conseruationem.*

28 Pauper autem pru. *i. sciet eius consilium, sicut patet ij. Reg. xvij. de Chusai, qui scrutatus est consilium Absalon, & erat valde pauper respectu ipsius.*

29 In exult. iust. *quia per hoc boni honorantur, & exaltantur, sicut patet de regno Dauid & Ezechiæ & Iosiæ.*

30 Regnantibus in. ruinæ. *Sicut patet de Manasse rege, 4. Reg. 21. c. de quo dicitur ibidem:* Insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleretur Ierusalem vsque ad os.

31 Qui abscondit scele. sua, *in conscientia foro,*

32 Non dirigetur, *in via salutis.*

33 Qui autem confessus fuerit, *Veraciter & integrè.*

34 Et relique ea, &c *absque reciduo,*

35 Misericor. consequetur, *A Deo.*

36 Beatus homo, qui semper est pauidus, *Ne in aliquo offendat Deum.*

37 Qui verò mentis est duræ, *Non curans de tali transgressione,*

38 Corruet in malum. *s. culpæ & pœnæ.*

39 Leo rugiens, &c. *Quia sicut leo bestias deuorat, ita.*

☞ Princeps

a ¶ Sic ferina sæuitia. ¶ Sanctam ecclesiam.
b ¶ Paganus. vel hæreticus.

princeps impius super populum pauperem. 1
Dux indigens prudentia, multos opprimet 2 3
per calumniam: qui autem odit auaritiam, 4
longi fient dies eius. † Hominem qui calum- 5
¶ Id est, peccatum. a ¶ Infernum.
niatur animæ sanguinem, si vsque ad lacum 6
a ¶ Ab eo. b ¶ Subleuat.
fugerit, nemo sustinet. † Qui ambulat sim- 7 8 9
pliciter, saluus erit: qui peruersis graditur vijs, 10
¶ Agri, vel corporis. 11
concidet semel. † Qui operatur terram suam, 12
a ¶ Frumento, vel virtutibus. 13
b ¶ Sed. c ¶ In quolibet prædictorum.
† saturabitur panibus: qui sectatur otium, re- 14
plebitur egestate. Vir fidelis multùm lauda- 15
bitur: qui autem festinat ditari, non erit inno- 16
¶ Personam.
cens. Qui cognoscit in iudicio faciem, non 17 18
¶ Paruo pretio.
bene facit: iste & pro buccella panis deserit ve- 19 20
a ritatem. Vir qui festinat di- 21
tari, & aliis inuidet: ignorat 22
quòd egestas superueniat
ei. Qui corripit hominem, 23
gratiam postea inueniet a- 24
pud eum: magis quàm ille
qui per linguæ blandimen-
ta decipit. Qui subtrahit ali 25
quid à patre suo & à matre,
& dicit hoc non est pec- 26
catum, particeps † homicidæ est. Qui se 27 28
iactat & dilatat, iurgia concitat: qui verò 29
sperat in Domino, † saluabitur. Qui confidit 30
in corde suo, stultus est: qui autem graditur 31
sapienter, ipse laudabitur.
Qui dat pauperi non indi- 32
gebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriã. 33
a ¶ Persequendo.
Cùm surrexerint impij, ab- 34
a ¶ Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. b ¶ Naturæ ordinem seruãtes.
scondentur homines: cùm
a ¶ Pestillente flagellato sapientior erit paruulus. ¶ A persecutione.
b ¶ Etiam de numero impiorum.
illi perierint, multiplica-
buntur iusti.

† Homo qui opprimit alios, & eos occidit, vsque ad sepulchrũ fugiet, ne reneant eum
† Sup. 10. b.
† Sup. 12. b.
† saturabitur

a *Vir qui se.* Qui augere opes ambit, peccatum negligit, more auium captus, cũ escam terrenam aui-

b *Cum sur. imp.* Eosdem homines, quos iustos dicit, quia iusti, creationis ordinem seruant: Vnde in Iob de pœnitente, *Respiciet homines, & dicet, Peccaui.* Quod est, Respiciet eos, qui naturã humanæ creationis custodiunt, & se peccando iumentis assimilatos agnoscunt.

Iob. 33. d.

a *Vir qui corripientem, &c.*

b *Homo qui blandi.* Qui fictis sermonibus proximum laudat, parat ei insidias, quibus in periculũ verbi aut operis securior incidat. Sed

† scorta
† eriget

☞ videa-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Princeps impius. *Subiectos sibi resistere non potentes bonis suis expoliat.* 2 Dux indigens prudentia. *In agilibus humanis.*
3 Multos oppri. per ca. *Quia ministros habet impios, inducentes eũ ad hanc malitiam, & ipse nescit auertere.*
4 Qui autẽ odit aua. lõgi fi. dies. *Primò in vita præsenti, quia nõ habet insidiantes sibi, & postea in futuro, in quo æternitate vitæ gaudebit.*
5 Hominem qui ca. *i. iniustè quærit,*
6 Animæ sanguinem. *i. hominis moriẽ. (Nomine enim animę frequenter intelligitur homo in sacra scriptura, eo quod est nobilior pars, à qua denominatur totum.)*
7 Si vsque ad la. *In Hebræo habetur* ad foueam suggerit. *i. vsque ad sepulturam pœnitere distulerit.*
8 Nemo su. *i. nemo potest eum adiuuare, quia post mortem non est locus pœnitentiæ.*
9 Qui ambulat simpliciter. i. *innocenter,*
10 Saluus erit, *in futuro.*
11 Qui per. gra. vijs. *implicando se variis peccatis.*
12 Concidet se. *i. absque resurrectione ad bonum, sicut dictum est suprà xvij. a.* Impius, cùm in profundum peccatorum venerit, contemnit: tunc repentinus superueniet ei interitus, & eum sanitas non sequetur.
13 Qui o. terram suam sa. *hoc patet ad sensum.*
14 Vir fide. mul. lau. *quia fidelitas est magnum bonum.*
14 Qui autem festinat ditari. *ad hoc nimis anhelans.*
16 Non erit in. *quia multa, vel saltem aliqua acquirit iniustè.*
17 Qui cognos. in iudicio faciem. *condescendens alicui plus debito ex aliqua priuata familiaritate.*
18 Non be. fa. iste, *quia declinat à rectitudine iustitiæ.*
19 Et pro buccella panis. *i. pro re modici valoris.*
20 Deserit verita. *cuius valor est inestimabilis.*
21 Vir qui fe. di. & aliis inuidet, *eo quod sunt eo ditiores.*
22 Igno. quod ege. superueniet *in futuro, sicut diuiti epuloni, qui guttam aquæ non potuit impetrare, Luc. xvj.*
23 Qui corripit hominem, *ratione vtentem: in hoc enim differt homo à brutis animalibus, secundum quod dicitur j. Metaph. Animalia imaginationibus & memorijs viuunt: homo autem intellectu & ratione.*
24 Gratiam po. in. *apud eũ magis, quàm ille, qui per linguæ blandimẽta decipit, quia percipit bonum correctoris, & malum adulatoris.*
25 Qui sub. aliquid à pa. suo & à ma. *furtiuè accipiendo, vel debita necessaria denegando.*
26 Et di. hoc nõ esse peccatũ, *quia est hæres; in primo casu; vel quia illa vult offerre Deo in secundo casu, quod reprobat Saluator, Mat. x.*
27 Particeps homi. est. *i. simile malum facit.*
28 Qui se ia. & di. *dicta vel facta sua vltra debitum magnificando:*
29 Iurgia conci. *quia alij ex hoc indignantur contra eum.*
30 Qui confidit in corde suo. *i. in sensu suo plus debito,*
31 Stultus est, *quia præsumptuosus est, & superbus: superbia verò excæcat intellectum.*
32 Qui dat pauperi non indig. *in futuro, nec etiam in præsenti de cursu communi: quia Dominus multiplicat eius bona, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.*
33 Qui despicit depre. susti. penu. *sicut dives epulo, qui Lazaro micas panis denegauit, penuriam aquę guttę sustinuit.*
34 Cùm surrexe. impij abscondentur homi. *rationabiliter viuentes. Regnantibus enim Achab, & Iesabel, abscondi fuerunt prophetæ Domini in speluncis. 3. Reg. 17. & ipsis destructis tempore Iehu 4. Reg. 9. multiplicati fuerunt iusti, & prophetæ Baal interfecti, 4. Reg. 10.*

CAP. XXIX.



CAP. XXIX.

Iro, qui corripien- 1
a ¶ Doctorem scilicet.
tẽ dura ceruice cõ- 2
temnit, repẽtinus superueniet interitus: & eum 3
sanitas non sequetur. In multiplicatione iu- 4
¶ Scilicet principum.
storum lætabitur vulgus: cùm impij sumpse- 5
rint principatũ, gemet popu- 6
lus. Vir qui amat sapientiã, læ- 7
tificat patrem suum: qui au-
tem nutrit † scortum, perdet 8
substantiam. Rex iustus † eri- 9
git terram: vir auarus destruet 10
eam. Homo qui blandis fi-

NICOLAVS DE LYRA.

CAP. XXIX.

Viro, qui corrip. *Superius posita est disciplinatorum eruditio, hic consequenter ponitur indisciplinatorum obstinatio, cùm dicitur,*
1 Viro, qui corri. du. cer. *i. obstinato animo.*
2 Contemnit, repen. ei sup. interit. *corporis & animæ.*
3 Et eum sa. non seque. *quia peccatum eius est irremediabile. Est enim quædam species peccati in Spiritum sanctum, quod irremissibile. i. de difficili remissibile dicitur, Matth. xij.*
4 In mul. iust. lętabitur vulgus, *quia per eos sustentatur.*
5 Cùm impij sumpserint principatum gemet po. *quia supra vires ab eis grauantur.*
6 Qui amat sap. lætif. pat. *quia bonum filij reputat suum.*
7 Qui autem nu. scor. per. *sicut dicitur Luc. xv. c. de filio prodigo, qui dissipauit substantiam suam cum meretricibus, viuendo luxuriosè.*
8 Rex iustus erigit ter. *eius statum meliorando.*
9 Vir auarus destruet eam, *ex cupiditate tyrannizando.*
10 Homo qui blandis fictisque sermoni. lo. rete expandit gref. *Impedit enim eius processum in suis operibus, subtrahendo sibi promissũ, in quo confidebat.*

☞ Peccan-

deamus qui capiatur, cui fit, aut qui facit. Sequitur,

a *Peccan. vi.* Non ergo iusto laqueus peccantinm, etiam si corporaliter perimat, nocet: sed ipsos in perpetuum damnat, & gaudentibus iustis, ac Dei iudicium laudantibus, vel de sua ereptione, vel perditione malorum. Denique clausulam prioris versus antiqua editio manifestè posuit, *Retia circundant pedibus suis.* Exãbiguo enim Græco, vtrumque interpretari potest: nã qui fodit foueã proximo suo, incidet in eã.

b *Vir sa.* doctor fidelis, & sapiẽs, si cũ infideli & contumace

B contẽderit, siue tormenta reproborum, siue gaudia narret bonorum, frustra erga insensatum laborat: Siue enim lamẽta pœnitẽtię suadeat, seu bonę operationis quæ sint præmia dicat, nõ auditur à stulto. Hinc dicitur, *Lamẽtauimus vobis, & nõ plãxistis: cecinimus vobis & non saltastis.*

c *Totum spi. su.* Impatientia impellente totus spiritus foras

C prorũpit, quam nulla intus disciplina sapientiæ cõcludit. *Sapiens differt, & reser. in post.* Lætus enim præsens se vlcisci nõ desiderat, quia etiam tolerans parci optat, sed tamen iudicanda omnia iniudicio non ignorat. Hæc ãtiqua trãslatio, *Totam irã suã profert impius. Sapiens, autem dispensat per partes*; quia stultus ad vltionem suam, iræ perturbatione succenditur: Sapiens autem paulãtim eam maturitate consilj extenuat, & expellit.

d *Pauper & cre. ob.* Pauper, est humilis auditor: *Creditor*, prædicator, qui verbi pecuniam committit. Qui *obuiant sibi*, cum in vnam pietatis gratiam conueniunt;

D

ctisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit † gressibus eius. Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus, & a iustus † laudabitur atque gaudebit. Nouit iustus causam pauperum: impius ignorat scientiam. Homines † pestilentes b dissipant ciuitatem: sapientes verò auertunt furorem. Vir sapiens, si cum stulto contenderit, siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem. Viri sanguinum oderunt simplicem:

a ¶ Impatientia impellente.

c iusti autem quærunt animam eius. Tõtum spiritum suum profert stultus: sapiens differt, & reseruat in posterum. Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros

a ¶ Ad literam. Hic dicitur qui pro quia pauper, imo Deus, reddet sibi bonum. Deo pauperi pecuniam commodauit. Qui dicuntur sibi obuiasse,

† vir fraudulentus.

d habet impios. Paũper & † creditor obuiauerunt sibi: * vtriusque illuminator est dominus. Rex qui iudicat in veritate pau-

¶ Virga æquitatis, virga regni tui.

a ¶ Sedes tua Deus in seculum seculi. b ¶ Vultis in virga veniam ad vos, an in charitate?

peres, thronus eius in æternum firmabitur. Virgã atque † correctio, tribuit sapientiam: puer autem, qui dimittitur voluntati suæ: confundet matrem suam. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur † scelera, & iusti ruinas eorum videbunt. Erudi filium tuum, & † refrigerabit te, & dabit delicias e animæ tuæ. Cùm prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui verò custodit legem, beatus est. Seruus verbis non potest

a ¶ Populus Dei. b ¶ Sine correctione.

¶ Vnde subditur, Cum prophetia defe.

¶ Obedire.

erudiri: quia quod dicis intelligit, & respondere contemnit. f Vidisti hominem velocem ad loquendum: † stultitia magis g speranda est, quàm illius correctio. Qui delicatè à pueritia nu-

a ¶ Nomen Dei blasphematur per vos in gẽtibus. b ¶ Ecclesiam.

¶ Rationis. a ¶ Corpus quod debuerat rationi subiugari. b ¶ In adolescentia. c ¶ Lasciuum, indomabilem.

h trit seruum suum, postea illum sentiet contumacem. Vir ira-

† pedibus.

† laudabit.

† derisores exitio suos eiuitati.

E

* oculorũ

† correptio

F

†præuaricationes.

† requiesce refaciet.

† spes est de stulto magis quam de illo Iohan. 15. a

vir ira. Ianua omnium vitiorũ iracundia: qua clausa, virtutibus intrinsecus dabitur quies, apertâ, ad õne facin armabitur animus.

☞ Qui

NICOLAVS DE LIRA.

1 Peccantem vi. iniquum in. laq. *multiplex culpæ, & gehenna.*

2 Et iustus lau. atque gaudebit, *applaudens diuinæ iustitiæ. Vnde in Psal. lvj.* Letabitur iustus, cum viderit vin. &c.

3 Nouit iustus cau. pau. *id est cognoscere satagit, vt iuuare possit.*

4 Impius ig. scien. *benefaciendi, secundum illud propheticum,* Sapientes sunt, vt faciant mala, bene autem facere nesciunt.

5 Homines pe. dissipant ciui. *sicut Siba filius Bochri cum sibi adhærentibus posuit Abelam in periculo dissipationis. ij. Regum. xx. c.*

6 Sapientes vero auertunt furorem, *sicut sapiens mulier auertit iram Ioab volentis eam destruere, vt habetur ibidem.*

7 Vir sapiens, si cum stulto contenderit, *laborans ad eius emendationem.*

8 Siue irascatur. *Ipse sapiens, stultum acriter arguendo;*

9 Siue rideat, *ipsum dulciter monendo:*

10 Non inueniet req. *i. stulti emendationem, & sic perdit laborem.*

11 Viri sa. *i. effusores multi sanguinis.*

12 Oderunt simplicem. *i. sine plica dolositatis intedentem:*

13 Iusti autem quæ. ani. *i. eius vitam saluare, sicut Ismahel & socij interfecerunt Godoliã & plures alios simplices, Iere. xlj. Ioanna verò filius Charee, & alij qui cum eo erant, quærebant vitam eius saluare Ier. xl.*

14 Totum spiritum, *Quia nescit aliquid celare,*

15 Sapiens differt, *Vsque ad tempus oportunum.*

16 Princeps, qui libenter audit verba mend. *i. adulationis & detractionis.*

17 Omnes ministros, *Quia quærentes sibi placere, de talibus seruiunt ei, sicut patet de Saule, qui adulatoribus, & detractionibus Doeg & aliorum similium, persequebatur Dauid iustum.*

18 Pauper & creditor obuiauerunt sibi. *Tunc enim sibi obuiant propriè*

propriè, quando creditor liberaliter sibi commodat in sua paupertate.

19 Vtriusque illu. *Quando diuini inspirat voluntatem, & pauperi orare pro diuite.*

20 Rex, qui iudicat in ve. *Sicut patet de throno Dauid, de quo dicitur psalmo octuagesimooctauo. f.* Et thronus eius sicut sol in conf. &c.

21 Virga atq; cor. trib. sapientia. *Dispositiuè, sed Deus effectiuè, principaliter, & pædagogus & doctor ministerialiter.*

22 Puer autem qui dimittitur voluntati suæ. *Quæ vaga est, & ad insolentias prona.*

23 Confundet matrẽ. *Quia de fatuitatibus eius patitur erubescẽtiã.*

24 In multitudine impiorum. *Vt patet j. Machab. primo, vbi dicitur,* quod multiplicatis impiis declinauit populus ad ritum Gentilium.

(*ruinas eorum viderunt.*

25 Et iusti ruinas eorum videbunt. *Quia Mathatias & filij eius*

26 Erudi filium tuum & refrigerabit te. *i. consolabitur te.*

27 Cum prophetia defecerit. *Sicut patet de populo Iudæorum, qui dissipatus est per orbem terrarum, eò quod abiecerit à se doctrinam prophetiam Christi & apostolorum, & aliorum doctorum.*

28 Qui vero custodit legem beatus. *in spe Mat. xix. c.* Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

29 Seruus, *contumax & rebellis.* Verbis non. *Cuius causa subditur: Quia* quid dicis &c. *patet.*

30 Vidisti ho. velocem ad loquen. *Lingua enim, eò quod sita est in lubrico, male corrigibilis est à multiloquio: & per consequens à stultitia, sicut dictum est suprà.* In multiloquio peccatum non deerit.

31 Qui de. à pue. nutrit. ser. *Hoc patet ij. Re. xix. de Siba seruo Miphiboseth, quem conscripsit, & mendaciter accusauit. Fuerat tamen satis delicatè nutritus in domo sua, & in domo patris sui à iuuentute.*

32 Vir ira. *Quis pronus est ad inferẽdũ iniurias, ex quibus oriuntur rixæ.*

cundus prouocat rixas, & qui ad indignandū facilis est, † erit ad peccata procliuior. † Super bum sequitur humilitas, & humilē spiritu sua scipiet gloria. Qui cum fure participat, odit animam suam: † adiurantem audit, & non indicat. Qui timet hominem, citò corruet, qui sperat in domino no, sublęuabitur. Multi requirunt faciē principis, & iudiciū à domino egreditur singulorū. Abominantur iusti virum impiū: & abominantur impij eos qui in recta sunt via. Verbum custodiens filius extra perditionem erit.

A † sæpe præuaricatur. † Iob. 22.d † maledictionem.

a *Qui cum fu. par. od. aus. su.* Non solū à peccato, sed etiam à consensu abstinere docet sapientia: ne audiat à districto iudice, *Si videbas furem,*

¶ Consensu etiam.

a ¶ Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt.

a ¶ Spes autem non confundit.

a ¶ In cælum.

¶ Non est,

¶ De textu.

rem, currebas cum eo, &c. Non enim fur solum, sed & ille reus tenetur, qui furti cōscius, quærente possessore non indicat, Et ne metu personæ potentioris se excuset, addit, *Qui timet dominum, &c.*

Verbum custo. &c. non est in Hebreo.

B

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et qui ad indignandum facilis. *Ex ieus causa.*

2 Et erit ad pec. procliuior. *quia principiū ōnis peccati est superbia.*

3 Superbiam se. hu. *sicut patet. iij. Reg. de Adonia, & eleuatus in superbiam voluit regnare.*

4 Et hu. spi. su. *i. honor in publico exhibitus, sicut patet de Salomone humiliter se tenente: quamuis Dauid decreuisset ipsum post se regnare, & gloriam regni obtinuit, Adonia deiecto.*

5 Qui cū fure participat. *Ista participatio fit nouem modis. Vno modo præcipiendo seruo vel subdito, quod furetur; Secundo consulendo furtum sibi non subdito; Tertio consentiendo, ita quod furtum non fieret sine consensu suo; Quarto adulando raptori, vel furi vtpote commendando eum de probitate, si fieret tale factum: & ex hoc inducitur ille ad faciendum, Quinto modo latronem, vel eius latrocinium receptando; Sexto furto ipsius participando, vtpote partem ipsius accipiendo; Septimò tacendo quando videt fieri furtum, quod loquendo vel exclamando poterat impedire; Octauò se non opponendo vel impediendo, quando ad hoc tenetur, sicut iudex vel custos terræ; Nonò quando post furtum factum inquiritur de ipso ipso vt inueniatur, & aliquis scit, & non indicat, vnde versus: Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus. Participans, mutus, non obstans, non manifestans.*

6 Odit animam suam, *Quia quilibet istorum facit peccatum, & tenetur ad restitutionem.*

7 Adiurantem au. *i. inquirentem furtum sub pœna excommunicationis, vel alio modo.*

8 Et non indi. *Iste est nouus modus participandi cum fure predictus.*

9 Qui timet hominem. *Timore mundano.*

10 Cito corruet. *A rectitudine iustitiæ.*

11 Qui sperat in domino sub. *Ad standum constanter pro veritate.*

12 Multi re. fa. prin. *Desiderantes eius familiaritatē & assistentiam.*

13 Et iudicium à domino egre. &c. *Quia discernit intentiones eorum, s. vtrum hoc faciant amore boni communis, vel proprii.*

14 Abominan. iu. *Quia sicut similitudo est causa dilectionis, ita dissimilitudo causa odii, & abominationis.*

15 Verbum custo. fil. *Iste versus non est in Hebræo, patet tamen sententia.*

C E F

CAP. XXX.

Verba cong. Hucusque parabolæ Salomonis, quas a trāstulerunt viri Ezechiæ regis Iuda. Hinc rursus verba Salomonis, quod perpenditur ab ipso nomine quo Grecè, ἐκκλησιαστης, Latinè congregans; Ecclesia enim congregationis dicitur, quia in ea congregantur homines ad audiendum verbum Dei.

CAPVT XXX.

a ¶ Hic est titulus, ¶ Eructantis bona.

† Verba Agur filij Iace, prophetiā dixit vir ad Ithiel, vel Ythal.

† Erbā congregantis filij vomentis. Visio quam locutus est, quia vidit apud Deū secretiora cōplando patefecit hominibus. Quisquis enim spiritu Dei confortatus est, quæ sequuntur humili corde dicit, *Stultissimi sum virorum, &c.*

1 2

a *Visio quam.* Visio quam locutus est, quia quod vidit apud Deū secretiora cōplando patefecit hominibus. Quisquis enim spiritu Dei confortatus est, quæ sequuntur humili corde dicit, *Stultissimi sum virorum, &c.*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXX.

Verba congreg. *Superius posita est eruditio Salomonis actiua, hic ponitur eius eruditio passiua: & primò à Deo, secundo ab homine sequenti ca. Prima diuiditur in duas partes, quia primò ponitur quædam breuis præfatio, secundò subditur narratio, ibi,* Visio *Circa primum sciendum, quod scriptura Ve. test. frequenter Vtitur nomine filiationis ad denotandum proprietatem aliquam, sicut. ij. Reg. xiij. a.* Filius vnius anni erat Saul, cū regnare cœpisset, *ad denotādū eius humilitatē Et ij. Re. xij. b* Viuit dominus, quoniam filius mortis est qui fecit. &c. *ad denotandum eius malitiam morte dignam; & hoc modo Salomon dicitur hic* filius congregans & vomens. Filius congregans, *ad denotandum magnitudinem sapientiæ in eo congregatæ, partim ex infusione Dei. Vt patet. iij. Reg. & partim ab exercitatione studij. Similiter dicitur* filius vomens, *ad denotandum excellentiam suæ doctrinæ. Vnde dixit regina Saba. ij Reg. x. b.* Beati viri tui, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuā. *Est igitur sensus,* Verba *s quæ sequuntur, sunt*

Filiationis verbum.

1 Cōgregātis: *ipsius Salomonis qui dicitur filius congregans & vomens modo prædicto, qualiter autem sint eius verba, magis explicabitur postea.*

2 Visio. *Hic consequenter ponitur narratio, Circa quod sciendum, quod secundum Heb. Salomon hic loquitur,* Visio quam lo. est. *Ad cuius intellectum sciendum, quod Deut. xvij. dixit Moyses de rege instituendo super Israel,* Non multiplicabit sibi equos, &c. *& sequitur.* Non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri immensa pondera. *Salomon autem de sua sapiētia confidens nimis, multiplicauit sibi equos, & auri & argenti immēsos thesauros, & etiam vxores multas, etiam alienigenas, æstimans quod non eleuaretur in superbiam ex multitudine equorum & auri & argenti: & quod non alienaretur animus eius à Deo per vxores alienigenas: quod tamen fuit falsum, vt patet iij. Reg. xj. vbi dicitur, quod deceptus ab eis ædificauit templa idolorum. Dicunt tamen Hebræi, quod postea peccatum suum cognouit & pœnituit: & secundum hoc loquitur hic, & est talis litera Hebraica.* Prophetia, *supple est quod subditur,* Dixit vir. *i. Salomō.* Mecum Deus, *per plenitudinem sapientiæ,* Mecum Deus, *per plenitudinem potentiæ; Vtrumque enim habuit Salomon à Deo.* Et potero *scilicet*

Salomon quare deceptus.

Hebreorū expositio.

licet multiplicare mihi equos, aurum & argentū, & vxores absque transgressione. Veruntamen quia transgressus fuit & postea peccatum suum cognoscens pœnituit, Ideo subditur verba ipsius pœnitentis. Stultissimus sum virorum, *qui credebar esse sapientissimus.* Et sapientia hominum, *qua cauent à transgressione diuinorū præceptorū.* Non est mecum, *& ad idem pertinet quod subditur,* Non didici sapientiam. *s. prædictam, exequendo eam in opere.* Et noui. *resumitur* non, *quod ponitur in clausula immediatè præcedenti sic.* Et non noui sanctorum scientiam, *qua cauent ab offensa diuina: & est repetitio eiusdem sententiæ ad maiorem exaggerationem, sicut solent facere pœnitentes, errorem suum confitentes. Et subditur huius erroris declaratio, cum dicitur,* Quis ascendit in cælum, atque descendit, *sicut fecit Moyses, qui ascendit super montem Sinai in cælum sydereum ad dominum: & inde ascendit ad populum, vt habetur in Exo.* Quis continuit spiritum in manibus suis *sicut Moyses qui cineres ardentes de camino accepit in manibus suis. Exo. ix.* Quis colligauit aquas quasi in vestimento, *sicut fecit Moyses in mari rubro, quia merito ipsius aquæ fuerunt diuisæ, vt transiret populus Israel:* & aquæ erant ei quasi pro muro à dextris & à sinistris, *Exod. xiv.* Quis suscitauit omnes terminos terræ, *sicut Moyses qui in erectione tabernaculi suis meritis immisit terrorem omnibus gentibus in omnibus finibus terræ promissionis, & circa habitantibus, sicut dicitur Deu. ii. e.* Hodie incipiam mittere terrorem tuum atque formidinem tuum in populos, &c, Quod nomen est eius, *quasi diceret, si dicatur quod alius, ante Moysen fuit, qui talia fecit, quis fuit ille, & quod fuit nomen eius? etsi dicatur, mortuus est, & nomen eius datum est oblitioni, dicatur,* Quod nomen filij eius, *id est, quæ generatio mansit ab eo, ex qua posset haberi notitia aliqua de ipso, quod cum non inueniatur, restat quod non fuit aliquis sibi in magnitudine similis: & ideo cum ille prohibuerit regem Israel multiplicare sibi equos, aurum, & argentum. & vxores, & ego Salomon feci contrarium, patet quod in hoc fui stultissimus virorum: & maximè quia Moyses ex ore domini loquebatur ideo subditur,* Omnis sermo Dei ignitus. *i. ab omni superfluitate & falsitate deputatus.* Clypeus est contra *insultum tentationū,* Sperantibus in se. *i. in domino, & non præsumentibus de sua sapientia, sicut ego præsumpsi, propter quod erraui, ideo subdit alios monendo,* Ne addas quicquam

a *Stultissimus. Filij huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua*: Et Apostolus, *Si quis videtur esse sapiens in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens.*

Luc. 16. c. 1 Cor. 3. d. Ibidem 4. c Ibidem 2. b Ierar.

b *Non didici* ab homine sed donante Deo, vt sanctorum scientiã noscam. Et Apostolus, *Nos stulti propter Christum*: Iterum ait, *Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam vero non hominũ.* s. neque principum huius seculi, qui destruuntur.

c *Quis ascendit in cælum.* Filius Dei post resurrectionem, & nostræ resurrectionis tẽpore descensurus est ad iudicium.

d *Quis continuit.* Omnis spiritus, angelorum, hominum, animalium malium, & procellarum, ne deficiat, Dei potentia continetur.

e *Quis suscitauit omnes.* Et nunc omnia, quæ per orbem viuunt & crescunt, homines, animantia, germina, Deus, vt sua vita subsistant, excitat: & in die iudicij genus humanum à quatuor ventis à morte excitabit.

D Apoc. 7. k

locutus est vir, cum quo † est Deus, & qui Deo secum mo-
a ¶ Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.
rante confortatus ait: Stultissimus sum virorum, & sapientia
a ¶ Ego Salomon.
hominum non est mecum. Nõn didici sapientiam, & noui
a ¶ Hæc est sanctorum scientia quę, stultitia mundo.
scientiam sanctorum. Quis ascendit in cælum, atque descen-
¶ Potestare.
dit? Quis continuit spiritum in manibus suis? Quis colligauit
a ¶ Congregans sicut in vtre aquas maris.
aquãs quasi in vestimento? Quis suscitauit omnes terminos
a ¶ Hoc maximè nouerunt, qui terrenæ superbiæ fastum contemnunt. b ¶ Patris.
terræ? Quod est nõmen eius, & quod nomen filij eius, si nosti:

E

1 f *Quod nomen est eius, & quod nomen filij eius*, Dei patris & filij nomen dicit: cuius mysterium secularis scientia naturaliter scire nõ potuit, quãuis esse Deum, qui omnia fecerit, per facta intelligere possit.

F

g *Si nosti.* tu scilicet, qui tuam sapientiam iactans, nostræ fidei mysteria stultitiam vocas.

☞ a *Om-*

NICOLAVS DE LIRA.

quam verbis illius, & arguaris, *de transgressione legis, quæ hoc prohibet, Deute. iv. a.* Non addetis ad verbum quod vobis loquor, neque auferetis ex eo. Inueniarisque mendax *ex tua additione.*

Hebræorũ expositio hic annulla tur.

Hæc expositio Heb. videtur in pluribus deficere. Primo quantũ ad eius fundamentum, scil. quod Salomon in fine vere pœnituerit, & sic præmissa verba protulerit, Stultissimus sum virorum, &c. *quia si vere pœnituisset, cum esset rex potentissimus, templa idolorum, quæ construxerat, destruxisset, quod tamen non fecit, quia fleterunt vsque ad tempus Iosiæ 4. Re. 23. Secũdo deficit, quia in multis videtur falsa & extorta. Primo quia præmittitur in textu* prophetia, *vbi litera nostra habet visio: Si enim Salomon pœnitens de suis trãsgressionibus præteritis locutus est dicens*, Stultissimus sum virorũ, &c. *in hoc non loquebatur prophetice, vt dicit expositio hæc, sed magis historice confitendo facta sua præterita. Similiter nec in hoc quod subditur de Moyse*, Quis ascendit in cælum, &c. *sed referebat per modũ admirationis seu quæstionis illud, quod de Moyse legerat in Exod. Similiter quod dicit illa expositio:* Et noui sanctorũ scientiã, *quod ly* non *præcedentis clausula est hic resumendũ, vt sit sensus*, Et non noui sanctorum scientiam, *hęc expositio videtur extorta, quia non probatur ab eis per similem modum loquendi alibi in scriptura: & ideo si esset talis intellectus, vt dicunt, scriptura sic loqueretur*, Neque noui sanctorum scientiam. *Item quod subditur*, Quis continuit spiritum in manibus suis, *quod exponunt de cineribus à Moyse in camino acceptis, videtur falsum: quia spiritus in scriptura frequenter accipitur pro angelo, anima, & vento: sed quod accipiatur pro cineribus nõ innenitur in aliquo loco: nec potest dici quod propter hoc dicuntur spiritus, quia accepti fuerunt ad causandũ ventũ, quia scriptura non dicit hoc, sed solum quod ad earum sparsionem facta fuerunt vesica turgentes in hominibus et iumentis. Item quod subditur:* Quis suscitauit omnes terminos terræ? *quod ponunt de tabernaculi erectione, est omnino fictitium, et scriptura quam allegant ad hoc Deu. iy. non est ad propositum, sed magis ad oppositum, quia illud verbum fuit dictum in tranfitu torrentis Arnon, vt patet ibidem. quod fuit per xl. vel. xxix. annos post erectionem tabernaculi: quia Moyses erexit tabernaculum prima die anni secundi egressionis de Ægypto, Exod. 40. Moyses autem protulit ista verba post exitũ de deserto, in quo fuerunt xl. annis. propter quod litera ista est aliter exponenda: Et diuiditur residuum huius cap. in duas partes, In prima declaratur eterna filij Dei generatio, & secundo eius incarnatio, ibi*, Tria sunt. *Prima in duas, quia primo quod dictum est ostenditur. secundo scriptura ad communem modum docendi reuertitur, ibi*, Duo rogaui te, *Circa primum scendum, quod licet Salomon in senectute grauissimè peccauerit, tamen ante spiritum sanctum habuit, aliter eius libri non ponerentur in canone: et tũc in spiritu sancto præuidit tempore Christi futuros homines simplices, & illiteratos illuminandos à Deo de his, quę pertinent ad salutem, vt patet de apostolis, et pluribus alijs. Vnde in concilio Nicęno (vt refert Ruffinus) fuit quidã philosophus in philosophia & dialectica valde instructus, qui doctores Christianos confutabat: cui quidam catholicus vir simplex & ignarus se opposuit, dicens, In nomine Iesu Christi audi philosophe quę vera sunt: Deus vnus est, qui omnia, quę videtur, virtute verbi sui creauit, & spiritus sui operatione firmauit, hoc verbum, quem nos Dei filiũ dicimus, humanos miseratus errores, ex virgine natus est, & morte sua nos à morte perpetua liberauit, quem expectamus, iam resuscitatum, iudicem omnium quæ gerimus esse venturum, Credis hoc ita philosophe? At ille, acsi nusquam vllum sermonem contradicendi didicisset, hoc solum potuit respondere, ita sibi videri, nec aliud verum esse, & conuersus ad discipulos suos, & ad eos qui audiendi gratia conuenerant, Audite, inquit, ô eruditi, donec verbis mecum gesta res est, verba verbis opposuisti, et quæ dicebantur, dicendi arte subuerti: vbi vero pro verbis virtus accessit ex ore dicentis, non potuerunt resistere verba virtuti. Et subditur, Itaque philosophus Christianus effectus, se victũ gratulabatur. Hæc igitur et consimilia præuidens Salomõ in spiritu sancto, dixit*: Visio quã locu. est. *i. loquetur, quia prophetia frequenter loquitur de futuro per modum præteriti, vt frequenter suprà dictum est.*

1 Vir. s. *virtuosus.*

2 Cum quo est De. *per specialem illustrationem, & non per humanam institutionem: & sic verba illa non sunt Salomonis nisi relatiue.*

3 Et qui Deo secum morante confortatus, *ad commendationem sapientiæ diuinæ, & contemptum humanę, ait.*

4 Stultissimus sum virorum. *i. illiteratus & simplex.*

5 Non est mecum. *ita dicit Philosophus. v. Metaph. quod eremita non est bonus neque malus, loquendo de bonitate et malitia politica, quia refugit talia.*

6 Non didici sapientiam. *id est philosophicam scientiam.*

7 Et noui scientiam sanctorũ. *quæ dissonit ad salutem eternã. Ita dicebat Amos propheta. vij. d.* Nõ sum propheta, nõ sum filius prophetæ, sed armentarius ego sum vellicãs sycomoros. *Et Apostolus primę Corinthi. secundo. a.* Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi tantũ Iesum Christum & hunc crucifixum. *Licet enim haberet scientiam acquisitam, illam tamen pro nihilo computabat.*

8 Qui ascendit in cælum atque descendit? *Quasi dicat. O tu philosophe innitens scientię humanę, qui gubernat cælestia & infima terræ, per scientiam tuam non potes dicere: quia philosophi maxime videntur negasse Dei scientiam & prouidentiam ad ista minima se extendere. Videbatur enim eis, quod vilesceret intellectus eius, vt dicitur xij. Metaph. quod tamen est falsum, quia tanto perfectior est scientia, quanto magis se extendit ad cognoscendum res vsque ad minima: quia cognitio, quæ tantum est vniuersalis, est imperfecta. i. Phisico. Ad hanc autem quæstionem respondet sacra scriptura psal. cvij. a.* Exaltare super cælos Deus & super omnem terram gloria tua, *quia in cęlestibus relucet eius maiestas, & in inferioribus eius potestas.*

9 Quis continuit spiri. *id est ventum.*

10 In manibus suis. *De hoc nõ possunt respondere philosophi perfecte: quia de ventis locuti sunt valde superficialiter, & imperfecte, vt patet. ij. Meteororum: sed hoc facit Deus, vt dicitur psal. cxxxiv. b.* Qui producit ventos de thesauris suis, quia retinet eos, & facit flare secũdum beneplacitum voluntatis suæ.

11 Quis colligauit aquas. *in mari magno.*

12 Quasi in vestimen. *id est non exeuntes terminum sibi præfixum à Deo. q. d. per scientiam philosophicam hoc non habetur, secundũ quam elementum aquæ deberet totam terram circundare, cum aqua sit leuior terra. Sed hoc non fit diuina voluntate, vt habetur, Gene. i. a.* Dixit vero Deus: Congregentur aquę, quæ sub cælo sunt, in locũ vnum, vt appareat arida. *ideo subditur.* Psal. 11. b

13 Quis suscitauit. *i. super aquam erexit.*

14 Omnes terminos terræ. *i. partes terræ supereminentes: & patet ex prædictis quod solus Deus.*

15 Quod nomen est eius. *q. d. non potest hoc dicere philosophus, qui non habet notitiam de diuinis, nisi ex creaturis, quas in infinitum excellit diuina essentia, & sic est à philosophis innominabilis: propter quod dicitur. xxij. propositione de causis: Causa prima est super omne nomen, quod nominatur de ipsa.*

16 Et quod no. fi. e. si no. *q. d. per sapientiam humanam nunquam*

a ¶ Eloquia domini igne examinata. b ¶ Pyromenos.
¶ Charitate accendit, scientia illustrat, sordes vitiorum excoquit.

† purgatus — a Omnis sermo Dei † ignitus, clypeus est sperantibus in se.

a ¶ Vt hæretici, qui corrumpunt scripturas, ne eis conuincantur.
b ¶ De additis. ¶ Et sin.

† Apo. 22. d — † Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarisque
Psal. 11. b. Apo. 22. d. — c mendax. Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar.
Matth. 5. c. — Vanitatem & verba mendacia longe fac à me. Mendicita-
† saturatus Psal. 17. e. — tem & diuitias ne dederis mihi: tribue tantùm victui meo ne-
† & — cessaria: ne fortè † satiatus illiciar ad negandum, & dicam:
B — Quis est dominus? † aut egestate compulsus furer, & periu-
— rem nomen Dei mei. Ne accuses seruum ad dominum suum:

a ¶ Est. ¶ Deus dissipat ossa eorum, qui hominibus placent.

d — ne fortè maledicat tibi & corruas. Generatio quæ patri suo
— maledicit, & quæ matri suæ non benedicit. Generatio quæ
tamen — munda sibi videtur, & tàmen non est lota à sordibus suis. Ge-

a ¶ Contra quod, Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.

— neratio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta † sur-

a ¶ Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.

e — rectæ. Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & com-

a ¶ Ad hoc. b ¶ Deuoret. c ¶ Innocentes. ¶ Humiles.

— mandit molaribus suis, ut comedat inopes de terra & paupe-
f g — res ex hominibus. Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes, Affer,
h — affer. Tria sunt † insatiabilia: & quartum quod nunquam dicit
— sufficit. † Infernus, & os vuluæ, & terra quæ non satiatur aqua:
i — ignis verò nunquam dicit, sufficit. Oculum qui subsannat

a ¶ Eloquia domini igne examinata. Charitate accendit, scientia illustrat, sordes vitiorum excoquit.

1 Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se.
2 audientium animas
3 veneno allocutionis
4 occidit.
5 f *Sanguisugæ duæ sunt filiæ.* Diabolus, qui
6 siti peccata suadendi perpetuo ardet;
7 *Duæ filiæ*, quæ eius
8 imitantur ardorem,
9 luxuria & philargyria. Nam luxuriæ,
10 quò liberius frena
11 laxantur, eò noxius
12 delectatur; & *Crescit*
13 *amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.*
14 g *Tria sunt insa.* In
15 fernus nunquam re-
16 cundat; meretrix ha-
17 bet similia. Corpus
18 non satiatur deliciis,
19 & auarus non dicit,
20 sufficit; Alij infer-
21 num dicunt diabo-
22 lum, qui non satiatur
23 seductione humana.
24 h *Os vuluæ, & terra*
25 *quæ non satiatur aqua.* vt supra; ignem, incendium gehennæ, qui nunquam desinit.
26
27
28 i *Oculum qui subsannat.* Qui diuina iudicia reprehendunt, subsannant patrem & hæretici dum prædicationem sanctæ ecclesiæ irrident, partum matris despiciunt; quia de ipsa exeunt, qui contra eam loquuntur. *Ex nobis enim exierunt, sed non erant ex nobis.* 1. Ioan. 2. Quorum intentionem dum prædicatores de fluentis scripturarum procedentes increpando vincunt, quasi oculum nefandum corui de torrentibus effodiunt, & filij aquilæ eum comedunt. Corui dicuntur doctores, qui peccati nigredinem humiliter confitentur.

a *Omnis sermo.* Proprietatem Greci nominis quod est πυρούμενον vnum verbum Latinum non explicat. Vnde aliquando ignitum, aliquando, igne examinatum transfertur. Pyromenos ergo significat, quod tanquam conflatum igne purgatum sit. Sicut enim metalla igne conflata, sordem in se alienam atque inutilem non retinent, & quicquid in his residet, verum & perfectum, & omni sorde purgatum est: Ita eloquium domini æternorum in se bonorum fidem testans. Inde *iota vnum aut vnus apex nō præteribit à lege, donec omnia fiant*, Vera enim omnia & ignita.

b *Clypeus est.* i. protector omnium sperantium in se. Clypeus cōtra hostium insidias & omnia aduersa.

c *Duo roga.te.* Hæc adhuc vir, cum quo erat Deus, sermonis eius igne radiatus, ad ipsum Deum, conuersus, obsecrans ne vanitatem seculi vnquam, vel verba mēdacia, veritati præponat scripturarum: nec rursū copia vel inopia transeuntium rerum in obliuionē decidat æternorum.

d *Generatio quę pa.* Superius vitæ puritatem à domino petebat: nunc conuertens intuitum ad contemplandam prauorum nequitiam, quantis hæc sit inuoluta miseriis, & quam longe à veritate, insinuat, dicens, Generatio est nefandorum, quæ etsi bona agit: quia honorem non defert parentibus, perdit. Hæ generationes, congregationes sunt Iudæorum, & hæreticorum. Iudæorum *generatio, patri suo maledicit* (qui ait, *Hic est filius meus primogenitus Israel*) quando filium eius venientem in carne negauit, *& matri suę non benedixit.* i. synagogæ, cuius priscæ fidei, quam in prophetis de Christo habuerat, detraxit.

Nouatio Nouatianorum generatio, *videtur sibi munda*, dicens se pœnitentia opus non habere. Generatio Arrianorum *excelsos* habet *oculos, & palpebras* super dominum erectas, dicens: Si natus est, fuit tempus, quando non fuit filius.

e *Generatio quæ pro dentibus gladios habet.* Hæc est, quę suam perfidiam aliis immittere conatur; & sicut corpora gladiis, ita audientium animas veneno allocutionis occidit.

f *Sanguisugæ duæ sunt filiæ.* Diabolus, qui siti peccata suadendi perpetuo ardet; *Duę filię*, quæ eius imitantur ardorem, luxuria & philargyria. Nam luxuriæ, quò liberius frena laxantur, eò noxius delectatur; & *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.* Iuuenalis

g *Tria sunt insa.* Infernus nunquam recundat; meretrix habet similia. Corpus non satiatur deliciis, & auarus non dicit, sufficit; Alij infernum dicunt diabolum, qui non satiatur seductione humana.

h *Os vuluæ, & terra quæ non satiatur aqua.* vt supra; ignem, incendium gehennæ, qui nunquam desinit.

i *Oculum qui subsannat.* Qui diuina iudicia reprehendunt, subsannant patrem & hæretici dum prædicationem sanctæ ecclesiæ irrident, partum matris despiciunt; quia de ipsa exeunt, qui contra eam loquuntur. *Ex nobis enim exierunt, sed non erant ex nobis.* 1. Ioan. 2. Quorum intentionem dum prædicatores de fluentis scripturarum procedentes increpando vincunt, quasi oculum nefandum corui de torrentibus effodiunt, & filij aquilæ eum comedunt. Corui dicuntur doctores, qui peccati nigredinem humiliter confitentur.

NICOLAVS DE LIRA.

potuit cognosci in diuinis distinctio patris et filij, quę tamen per diuinam cognoscitur sapientiam.

1 Omnis ser. Dei ig. *i. ab omni falsitate purificatus.*
2 Clypeus est, *contra omnes tentationes,*
3 Sperantibus in se, *per veram fidem & dilectionem.*
4 Ne addas quicquam ver. il. *quod sit eis contrarium: possunt tamen bene & meritorie addi illa, quæ faciunt ad Dei verba declaranda. Eccle. vicesimoquarto. c.* Qui elucidant me, vitam æter. ha.
5 Et arguaris inueniarisque men. *quia cum Deus sit ipsa veritas, quicquid dissonum est verbis illius, est falsum.*
6 Duo. *Hic consequenter Salomon reuertitur ad modum communem docendi: & loquitur hic in persona infirmi, qui nescit bene vti fortunis prosperis vel aduersis, quia prosperis nimis eleuatur, aduersis per impatientiam frangitur, & ideo tali magis est eligibilis status mediocris, & secundum hoc dicit.* Duo rogaui te domine.
7 Vanitatem, *quę est annexa prosperæ fortunę,*
8 Et ver. men. *quæ frequenter annectuntur aduersæ:*
9 Longe fac à me, *& idem repetit per alia verba.*
10 Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, *& subditur causa,*
11 Ne forte satiatus, *id est bonis temporalibus repletus,*
12 Illiciar ad negandum. *Dei maiestatem præ superbia. Sic enim dicebat Pharao. Exo. v. a.* Quis est dominus, vt audiam vocem eius.
13 Aut egestate compulsus, *id est, per impatientiam fractus,*
14 Furer & periurem nomen Dei mei. *Quia prorumpere in blasphemiam seu periurium, est quædam furia.*
15 Ne accuses seruum ad dominum suum, *nisi ex causa iusta & rationabili.*
16 Ne forte maledicat tibi & corruas, *per infortunium, eò quod male accusasti eum.*
17 Generatio quæ patri suo maledicit, *supple est detestanda, quia parentibus debetur honor & reuerentia.*
18 Generatio quæ sibi munda videtur, *vnde dicit Hieron.* Simulata sanctitas, duplex est iniquitas.
19 Generatio, cuius excelsi sunt oculi, *id est, cuius superbia cordis manifestè apparet exterius in oculis & labiis.*
20 Generatio quæ pro dentibus gladios habet. *Hæc est generatio raptorum et homicidarum, qui rapiunt bona pauperum.*
21 Sanguisugæ duæ sunt filię, *scilicet luxuria & auaritia.*
22 Dicentes, Affer, affer: *Auaritia enim ex acquisitis non satiatur, sed semper ad acquirendum plus anhelat, nec luxuria ex delicijs, quia etsi ad horam satiatur, post modicum tamen ad appetendum arctius inflammatur.*
23 Tria sunt insatiabilia. *et quę sunt illa, subditur,*
24 Infernus, *id est, diabolus, qui semper plus & plus nititur ad se trahere peccatores.*
25 Et os vuluę, *scilicet, mulieris incontinentis.*
26 Et terra quæ nunquam satiatur aqua, *cuiusmodi est terra sabulosa.*
27 Ignis vero nunquam dicit sufficit, *quia ex appositione combustibilium super crescit virtus eius ad amplius comburendum.*
28 Oculum qui subsannat patrem, *eum deridendo. Dicitur autem subsannatio quidam modus deridendi cum rugatione nasi.*

Generationes quatuor inquibus quatuor peccata grauissima suggillantur.

Ne — Et qui

patrem, & qui despicit † partum matris suæ, † suffodiant
a cum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ.
b Tria sunt † difficilia mihi, & quartum penitus ignoro.
a ¶ Subtilitatem diaboli.
Viam aquilæ in cælo, viã colubri super petrã, viã nauis in
c medio mari, viã viri in † adolescẽtia. Talis est & via mulieris
adulteræ, quæ comedit & tergẽs os suũ, dicit, Non fũ opera-
ta malũ. Per tria † mouetur terra, & quartũ non potest su-
stinere. Per seruum cùm regnauerit, per stultum cùm sa-
turatus fuerit cibo, & per odiosam mulierem cùm in ma-
trimonium fuerit assumpta: & per ancillam, cum fuerit
hæres dominæ suæ. Quatuor sunt minima terræ & ipsa
d e sunt sapientiora sapientibus. † Formicę populus infir-
f mus, qui prępărat in † messe cibũ sibi. † Lepusculus plebs
ricium habent.

HIERONYMVS. Habent enim Hebræa verbum *saphan*, quod murẽ & chærogyliũ. & leporẽ, & hericium interpretatur.

Lepusculus &c. Hæc est plebs ecclesiæ, quæ inualida, quia iniurias suas vlcisci non quærit, & quia non suis viribus, sed in Dei auxilio sperare salutem didicit, quod est cubile habere in petra: vnde dicit cum Psalmista, *Esto mihi in lapidem fortissimum in domum munitam, vt salues me, quia petra mea & munitio mea es tu.*

Regum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et qui des. partum matris suæ. *In Hebræo habetur*, Rugas matris suæ, *quæ accelerantur in facie mulieris ex frequenti partu.*

2 Suffodiant eum corui, *i. careat in morte sepultura, ita quod cadauer eius relinquatur bestiis & auibus lacerandum.*

3 Tria sunt difficilia mihi. *Superius Salomon descripsit mysteriũ æternæ generationis filij: hic consequenter describit mysterium suæ incarnationis, Et diuiditur in duas partes, quia primò quod dictum est facit: secundò ad communẽ modum docendi redit, ibi.* Per tria. *Prima ædhuc in duas partes, quia primò describit incarnationis mysterium secundo infert quoddã correlariũ, ibi,* Talis est. *Circa primũ incipit ab vltimo. s. ab eius ascensione reuertendo ad eius incarnationem in virginali vtero, Et loquitur hic parabolice, sicut & communiter in isto libro, Dicit igitur,* Tria sunt difficilia mihi. *i. capacitatem intellectus transcendentia, Et quę sunt illa, subdit,*

4 Viam aqui. in cæ. *Hanc viam tenuit Christus in sua ascensione.*

5 Viam colu. su.pe. *Hanc viam tenuit Christus in sua resurrectione: Christus enim passus, per serpentem vel colubrum designatur, secundum quod dicitur Ioh. iij. d.* Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto, sic exaltari oportet filium hominis. *Christus autem passus & sepultus in sepulchro lapideo, inde mirabiliter exiit in sua resurrectione clauso sepulchro, & sic tenuit viam colubri super lapidem.*

6 Viam nauis in medio mari, *Hanc viam tenuit Christus in sua conuersatione, quia in hoc mundo tanquam in mari procelloso expositus fuit pressuris & tribulationibus.*

7 Et viam viri, *s. perfecti,*
In adolescentula. *Hac est vera litera, quia sic est in Hebræo, & dicitur hic* adolescentula *beata virgo Maria, quæ in iuuentute Christũ concepit spiritusancti virtute, quod fuit valde mirabile. Propter quod dicit Iere. xxx. d.* Nouum creauit dominus super terram, mulier circundabit virum. *Quia Christus in vtero virginis fuit vir perfectus scientiis & virtutibus ab instanti conceptionis: & in natiuitate exiit clauso vtero virginis; & ideo de hac via viri in adolescentula dicit Salomon, hoc esse quartum, quod penitus ignorat. Vnde dicit Hie. in sermone de assumptione virginis Mariæ,* igitur quod natura non habuit, vsus nesciuit, ignorauit ratio, mens non capit humana, pauet cælum, stupet terra, creatura omnis, etiam cælestis miratur, hoc totum est quod per Gabrielẽ Mariæ promittitur, & spiritum sanctum adimpletur. *De nulla autem alia via viri in adolescentula potest rationabiliter dici, quod fuerit Salomoni totaliter ignota, cum habuerit scientiam infusam de naturis hominum, animalium & plantarum vsque ad minima, vt habetur iij. Regum. iiij.*

8 Talis est. *Hic ex dictis concludit quoddam correlarium. s. malitiam plebis Iudaicæ esse mirabilem: quæ hic metaphoricè designatur sub nomine mulieris adulteræ, cum dicitur,* Talis est via. *i. mirabilis sicut prædicta propter eius malitiam excessiuam,*

9 Mulieris adulteræ. *i. synagogæ, quæ Deo desponsata in monte Sinai in legis susceptione statim declinauit à Deo per idololatriam in adoratione vituli: & postea in innumerabilibus idololatriis; vt patet ex decursu libri Iudicum, Regum & Paral. & ad vltimum Deum incarnatum coram Pilato negauit & cruci affixit,*

10 Quæ come. & tergens os suum di. non sum ope. ma. *In hoc prosequitur methaphoram mulieris adulteræ, quæ à viro esecta efficitur inuerecunda, & viuens publicè de meretricio reputat totum sibi licere: & ita plebs Iudaica viuit de vsura, & in Christum negat se peccasse.*

11 Per tria. *Hic Salomon reuertitur ad communem docendi modum. Et diuiditur in tres partes, secundum tres quaternarios, primum ponitur cum dicitur,* Per tria mo. ter. *i. conturbantur homines habitantes in ea. Et quæ sunt illa, subditur.*

12 Per seruum cum regnauerit, *Sicut patet de Ieroboam, qui fuerat seruus Salomonis, & factus rex super decem tribus, induxit populum ad idololatriam. i. Reg. 12.*

13 Per stultum cum, satu. fue. ci. *& cum cibo intelligitur vinum. Tales enim solent mouere rixas & dissentiones.*

14 Et per o. mulierem. *quia efficitur vna caro cum viro. Habere autem secum inseparabiliter personam odiosam, est magis mors quàm vita: non solum viro suo, sed etiam toti familię & amicis.*

15 Et per ancillam, cum fuerit hæres dominæ suæ. *i. amata & honorata sicut domina, & ipsa domina repudiata & ancilla. Istud est quartum, de quo dicitur, quod terra non potest hoc sustinere, quia hoc nullo modo est sustinendum, quando potest emendari.*

16 Quatuor. *Hic ponit secundum quaternarium de animalibus paruæ reputationis, quæ tamen habent industriam naturalem: ex qua debent homines moueri ad prudenter agendum, secundum quod dicitur Iob. xij.*
b Interroga iumenta, & docebunt te, &c. *Et quæ sunt illa quatuor genera animalium subditur, cum dicitur,*

17 Formicæ populus infir. *i. debilis congregatio.*

18 Qui prępărat. *Hoc patet ad sensum.*

19 Lepusculus, Qui in petra cubile suum collocat. *i. in loco inaccessibili hominibus, vt dormiat ibi securus.*

a *Regem locu.* Locusta, genres quondam sine rege Christo, sine propheta, sine doctore; nunc in vnitate fidei congregatæ ad spiritualem pugnam contra diabolum properant. Vel Anachoritarum concors vnitas, quæ cum nullo præcepto hominis in suis latibulis regatur, tamen instanter in suis locis Christo militare, & germina carnalium consueuit absumere voluptatum.

b *Stellio mani.* Stellio alas non habet, & ideo manib⁹ nititur, & moratur in ædibus; quia illorum humilitatem significat, qui naturaliter ingenio, solertia tamen industriæ suæ, vel ad diuinarum notitiam scripturarū, vel ad virtutū gratiā, quibus cælū mereantur, attingunt. Plerumque enim aues pennaræ in imo residunt, & stellio, qui pēnas non habet, nitens manibus regni ædificia tenet. Sic ingenioſi, dum per negligentiam in malis remanent, & simplices, quos ingenij penna non adiuuat, ad obtinenda æterni regni mœnia virtus operationis leuat.

c *Tria sunt quæ gradi.* Non nos moueat quod dixit, & *quartum incedit feliciter.* Tria enim bene incedere dicit, & quartum feliciter. Non enim omne quod incedit feliciter, bene: neque in hac vita omne quod bene, feliciter. Nam leo & gallus & aries bene incedunt, sed non feliciter: quia persecutionem patiuntur. Quartum verò feliciter, & non bene incedit: quia in fallacia sua ad tempus Antichristus prosperatur.

d *Gallus.* ſ prædicatores, inter huius seculi tenebras verum mane nuntiantes.

e *Et ari.* Primus ordo sacerdotum, qui per sua exempla gradientem populum, vt subsequentem ouium gregem, trahunt; quibus spiritualiter rectéque viuentibus, *non est qui resistat eis,* quia eorū intentionem nullus persecutor prępedire potest. Et quia post hæc Antichristus apparebit, Subdir, quartum dicens, *quod incedit feliciter,* & *qui stultus apparuerit postquam eleuatus est in sublime.*

f *Qui autē.* vbera fortiter premis, dum sacri eloquij verba subtili intellectu prensas qua pressione dum lac quæritur, butyrum inuenitur: quia dum nutriri, vel tenui intellectu quęrimus, vbertate internæ pinguedinis vngimur: quod nec nimiè nec semper faciēdū, ne dum lac quæritur sanguis sequatur: quia dum verba diuina vltra modum discutiuntur, in carnalem intellectum cadunt. Sanguinem enim elicit, qui vehementer emungit: quia carnale efficitur hoc, quod nimia discussione sentitur.

g *Et qui prouo. iras produ.* Quid prior parabola ad literam significet, aperit: quia qui modestè proximum allocutus, gratum accipit responsum; quasi de vberibus, in quibus lac quærebat, butyrum exprimit. At qui inepto verbo, iram & discordiam fraterno ex corde prouocat, quasi vltra modum emungens vbera, elicit sanguinem.

a inualida, qui collocat in petra cubile suum. Regem locusta 1
b non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas. † Stellio 2
c manibus nititur, & moratur in ædibus regis. Tria sunt quę 3 4
a ¶ Vicit leo de tribu Iuda. ¶ Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. 5
bene gradiuntur, & quartum quod incedit feliciter. Leo 6
b ¶ Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.
d fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum. Gallus 7
a ¶ Id est luxuriam restringens. b ¶ Sacerdotes Afferte do. fil. arie. &c.
e succinctus lumbos, & aries, † nec est rex qui resistat ei. Et 8
a ¶ Antichristus in sublime erit, cum se Deum mentietur, sed tunc stultus apparebit, quia per aduentum veri iudicis deficiet. 9
qui stultus apparuerit postquam eleuatus est in sublime: si 10
a ¶ Supplicium, dum superbiret. ¶ Præuidisset. b ¶ Ne in tantam iactantiam eleuaretur.
f enim intellexisset, ori suo imposuisset manuum. † Qui autē 11 12
fortiter premit vbera ad eliciendū lac, exprimit butyrum: 13
g & qui vehementer emungit, elicit sanguinem: & qui pro- 14
uocat iras, producit discordias. 15 16

† & rex cui nemo resistit.

† Dist. 4. c. denique De renuntia c. nisi §. propterauē malitiā.

Monarchia rū quatuor mūdi principia.

D

e Aranea.

E

F

NICOLAVS DE LIRA.

1 Regem locu. non habet, *Qui diriget eam.*

2 Et egreditur vni. per tur. *ordinatione dispositas.*

3 Stellio mani. nī. *Est autem stellio species reptilis habentis maculas in cute lucentes. In Hebræo habetur* aranea manibus nititur. *i. pedibus quibus pro manibus vtitur, quibus adhæret parietibus, & telam operatur.*

4 Et m. in ędi. re. *Ibi enim facit telam suam, & locum ad manendum sicut in aliis locis. Stellio vero non moratur in ædibus regum in terris istis, sed magis in syluis. Sequendo tamen translationem nostram potest dici, quod habitat in ædibus regum in regionibus calidis, cuiusmodi est terra promissionis. Per pr. ista intelligitur quod homo debet esse solicitus de prouisione cibi exemplo formicæ, & de securitate loci exemplo lepusculi, & de ordinata dispositione ad bellum exemplo locustarum, & subtilitate operandi ad modum aranea.*

5 Tria sunt. *Hic ponitur tertius quaternarius, & dicit Ra. Sa. quod hic est prophetica locutio, tamen sub metaphora quatuor regnorum quæ in paruo tępore fuerūt valde prosperata, quartū tamē multò plus præcedētibus. Primum autem regnum est Babylonicum, quod notatur cum dicitur,*

6 Leo fortis. be. *Nabuchodonosor enim rex Babylonis vocatur leo. Iere. iij. b.* Surrexit leo de cubili suo. *Secundum fuit regnum Persarum, quod notatur ibi,*

7 Gallus suc. lum. *In Heb. tamen non est gallus. Cyrus autem & Darius armis accincti interfecerunt Balthasar, & regnum Babyloniæ transtulerunt ad Mœdos & Persas.*

8 Et aries. *per quem intelligitur Alexander magnus, qui regnum Mœdorum & Persarum subiecit regno Græcorum, & in paruo tempore multum prosperatus fuit.* Et rex. contra quem non leuabit: *sic est in Heb. i. contra quem nullus resistere poterit: in quo designatur regnum Romanorum, quod fuit fortius precedentibus, vnde dicitur ferreum, Dani. ij. quia sicut ferrum domat omnia, ita regnum domauit alia regna.*

9 Et qui stul. ap. *Hic reuertitur ad cōmunem modum docendi. Et ponit hic duo documēta: primum est dissuadens promotionem stulti, quia magis cedit ad confusionem suam, quàm ad honorem, & secundum hoc dicitur,* Et stultus ap. *Sciendum tamen quòd li &, non est in Heb. quia sententia huius versus non copulatur precedēti, sed est omnino alia, & est sensus, quod stultitia alicuius magis apparet, quando positus est in statu sublimi, sicut turpitudo simiæ magis apparet, quando ascendit in altum; ideo subditur,*

10 Si enim intel. *ſ. promotus, vel promouens eum, quod hoc cederet ad vtriusque vituperium,*

11 Ori suo imposuis. ma. *i. tacuisset de tali promotione procuranda. Secundum documentum reprimit in omnibus excessum, cum dicitur,*

12 Qui au. &c. exprimit butyrum. *i. materiam lacte solidiorem, qua non esset exprimenda sed magis dimittenda.*

13 Et qui vehementer emun. *ſ. nasum.*

14 Elicit sanguinem, *facsens ipsum effluere, quod magis vertitur in nocumentum.*

15 Et qui prouo. iras. *aliquorum inter se.*

16 Producit dis. *quia aliquando protenduntur ad omnes amicos eorum, & aliquando ad totam ciuitatem & regnum.*

CAP. XXXI.

a VERBA Lamuel. Lamuel in quo est Deus, de quo suprà interpretatio, *Visio quam locutus est vir, cum quo est Deus.* Mater, Dei gratia, quæ illum erudit intellectu sapientiæ: quam foris hominibus ipse ministrat, quāuis ad literā, hoc mater Salomonis docuisse possit intelligi, quę quia ipse sapiēter dicta cognouit, operi parabolarū suarū inserere voluit: & ideo postquā dictum est in titulo, verba Lamuelis regis, additum est, Visio qua erudiuit eum mater sua, quia cum in regnum vnctus, spiritum sapientiæ accepit per spiritum vidit quàm prudenter se mater sua docuerit. ☞ *Et*

CAP. XXXI.

a VERBA Lamuelis regis. Visio † qua erudiuit eum 1 2

NICOLAVS DE LIRA CAP. XXXI.

VErba Lamuelis. *Hic consequenter ponitur instructio Salomonis passiua à matre sua. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur exhortatio matris; secundo commendatio fortis mulieris, ibi,* Mulierem fortem. *Prima adhuc in duas, scilicet prefationem & prosecutionem, ibi:* Quid dilecte, *Circa primū per modum cuiusdam prologi præmittitur.*

1 Verba La. *supple sunt quæ sequuntur. Et dicitur hic Salomō Lamuel, quod interpretatur cū eo Deus: quia Deus fuit cū Salomone in principio regni sui, vt declaratum est cap. præceden. Sciendum tamen quod verba, quæ sequuntur in principio huius capituli, non sunt Salomonis, nisi vt referentis, sed sunt verba matris suæ ipsum exhortantis: ideo subditur,*

2 Visio, *i. instructio seu increpatio,* Qua erudiuit eum mater sua.

Verba Quid

a *Et diuitias tuas.* Hoc est, noli terrenis delicijs hominum corda corrũpere, ne cælestia quærant, in quibus perpetuò regnent cum domino: Delentur enim reges per diuitias, quando summi regis corpori adunati per fidem, per illecebras seculi merentur eradicari de terra viuentium.

b *Noli regibus.* Hæc & sequentia ad literam patẽt. Allegoricè autem præcipit, ne vino, in quo est luxuria, inebrientur mentes fidelium, qui sunt membra regis æterni: *quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas*; nil de cælestibus cogitatur, vbi regnat voluptas carnalis, sed ea solum, quæ sũt visibilia, carnales scrutantur.

c *Date sic. mœ.* Vinum & sicera, diuinæ sapientiæ consolatio, quæ illis debetur, qui in infirmis consolati refugiunt: & quicquid in præsenti occurrerit, amaro animo suscipiunt, cælestibus tota mente inhærentes; vnde, *Psal.76.a.* *Negauit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum.* Item *date siceram* &c. pœnitentibus, scilicet, qui pristinorum actuum mœrore atque tristitia deprimuntur, spiritualis scientiæ iucunditatem (vt vinum, quod lætificat cor hominis) affluenter infundite, ne abundantiori tristitia absorbeantur, qui huiusmodi sunt.

d *Ape. os.* Pro causa pauperis, quæ per se in iudicio loqui non valet, ipse loqui memẽto: & eos defende, qui patriæ cælestis intuitu huius vitæ viam citius transeunt. Vel, *os aperire muto*, gentibus verbum prędicationis prædicare, qui diuina eloquia prius personare nesciebant, & non tantum Iudęis, sed & cunctis per orbem nationibus curam salutis impenderę.

Aperio os tuum, decer. Sicut pro causa pauperis & ereptione os *Exod.13.a.* aperire præcepit ita; vbi errauerit, iustè castigare admonet, ac iudicare. Et Moyses: *Pauperis in iudicio non misereberis.* Quod vtrunque dominum facere propheta dicit, *Sed iudicabit in iustitia* D *pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ,*

e *Mulie. fortem.* Hucusque verba Lamuelis regis; hinc Salomon paucis versibus, sed plenissima veritate decantat laudes ecclesiæ. Constat enim hoc carmen versibus. xxij. per ordinem Hebræi alphabeti: & singuli versus singulis incipiunt literis, vbi innuitur † fil quam plenè hic, vel animæ vniuscuiusque fidelis, vel totius ecclesiæ sanctę, quæ ex omnibus electis vna perficitur catholica, virtutes describuntur ac præmia.

Mulierem fortem quis inuen. Mulier fortis * omnium sancta ecclesia: quia † percunti ex aqua & spiritu sancto Deo filios spirituales gignit. *Fortis,* †adiudiciũ quia cuncta aduersa † iudica vel prospera seculi pro Dei amore contemnit; quam ipse in carne apparens, infirmã inuenit, & fortem fecit. Vnde ad cælos rediens, ait angelis, *Congratulamini* *Luc.15.b.* *mihi, quia inu. d.q.per* Videns ergo Salomon humanum genus innumeris implicatum erroribus, & quod ad eius saluationem F nullus, nisi solus mediator Dei & hominum sufficiat, ait, *Mulierem fortem quis inueniet?* Acsi apertè futuram Dei gratiam admiretur. Quis talis? quis tantus? qui de tot incredulis mundi nationibus vnam sibi electorum ecclesiam, congreget, quam sua gratia fortem & insuperabilem efficiat? non nostri similis, non nostri corporis, sed in fine seculorum Deus homo futurus, & nos sua passione à morte redempturus. Hoc enim est quod ait: *Procul & de vltr. fi. præ. eius Procul* interuallo temporis à Salomone vsque ad partum virginis; *De vltimus.* autem *finibus*: quia à summo cælo egressio eius. Nõ enim alius prætiũ *Psa.18.b.* pro nobis dedit, quã seipsũ, *Vnde Qui dilexit nos & tradidit semetipsũ pro nobis, &c.* Quãuis & ita recte posset intelligi prętiũ sãcte ec- *Gal.1.d.* clesiæ procul positum fuisse: quia verbi incarnatio inter homines

☞ conuers-

---

a ¶ Dicam tibi, O. b ¶ Qui de vtero natus electus es in regnum. c ¶ Qui electus es in hoc, quod votis omnibus desiderabam.

mater sua. Quid † delecte mi? quid dilecte vteri mei? quid 1 † fil
a ¶ Ad literam patet. b ¶ Corruptionibus vitiorum. c ¶ Virtutum tuarum.
dilecte votorum meorũ? Nẽ dederis mulieribus substantiam 2 3
tuam, & diuitias tuas ad delendos reges. Noli regibus, ô La- 4 a b
a ¶ In quo est luxuria.
muel, noli regibus dare vinum: † quia nullum secretũ est vbi 5 6 † neque principibus ficerã,
a ¶ De carnis illecebris. b ¶ Alias beneficiorum tuorum.
regnat ebrietas, ne fortè bibãt, & obliuiscãntur iudiciorum: 7 8 9 E
a ¶ Christi, qui pauper pro nobis.
& mutent causam * filiorum pauperis. Date siceram † mœ- 10 11 c * omnium
rentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo: bibant & obli- 12 † percunti
uiscantur egestatis suæ, & dolores non recordentur amplius. 13 14
Aperi os tuum muto, & † causis omnium filiorum qui per- 15 † adiudiciũ
d
transeunt. Aperi os tuum, decerne quod iustum est: † vindica 16 † iudica 17
a ¶ Id est doctrina. b ¶ Ecclesiam filios Dei generantem.
c ¶ Facientem. d ¶ Qualis; quantus.
e
inopem & pauperem. ℵ Aleph. Mulierem fortẽ quis inue- 18 19 20

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quid dilecte mi? *Hic subditur prosecutio instructionis, quę est de duobus. s. de vitanda carnalitate, & de prosequenda æquitate, secunda ibi:* Aperi os. tuum. *Circa primum sciendum, quod Hebræi dicunt Salomonem nocte sequenti diem desponsationis filiæ Pharaonis nimis vigilasse, & per consequens in mane nimis dormiuisse, in tantum quod transibat hora offerendi iuge sacrificium matutinum, & claues templi erant sub cernicali Salomonis; propter quod mater sua intrauit eius cubile: & incepit eum arguere, dicens,* Quid dilecti. mi. *id est quid fecisti ex carnalitate tua impediens diuina sacrificia?*

2 Qui dile. vte. m. *Repetitio est eiusdem sententię ad maiorem exaggerationem.*

3 Quid dilecte votorum meorum. *q.d. super omnia desideraui, quod bene regeres regnum tuum, & iam in aliquo fecisti contrarium nimis carnaliter cum vxore tua dormiendo, ideo subditur.*

4 Ne dederis mulie. sub. tuam, *nimis ardenter eas amando, et eis nimis carnaliter adhęrẽdo. Et quia ad nimiam carnalitatem cũ mulieribus inducunt delitia cibi & potus, ideo subditur,*

5 Et diuitias tuas ad delendos reges. *Hebręi dicunt ad inpugnandum reges. Et causa huius diuersitatis est: quia verbum Hebraicum hic positum æquiuocum est ad delere & ad inpugnare: sed litera sequens videtur magis consonare dicto Hebręorum, quia subditur,*

6 Noli regibus ô Lamuel. *i. Salomon.*

7 Noli regibus dare vinum. immoderatè bibendũ. *Et dicuntur hic reges ipse Salomon principaliter, & secundario alij iudices ad regendum populũ cõstituti. Et subditur causa dictæ prohibitionis, cũ dicitur,*

8 Quia nullum secre. est vbi regnat ebri. *hoc patet vnicuique: & per hoc quod dicitur hic* ebrietas, *patet quod non dissuadetur hic potio vini regibus & principibus temperata, sed potio immoderata quæ aufert debitam discretionem, ideo subditur,*

9 Ne forte bibant. *scilicet immoderatè.*

10 Et obliuis. iu. *in lege domini scriptorum.*

11 Et mutent causam filiorum pau. *id est pauperum nimis fauendo parti diuitũ. Consequenter ostẽditur, quibus sit dandus potus cũ dicitur*

12 Date siceram. *i. potum inebriatiuum: & sic sonat litera Hebraica.*

13 Mœrentibus *i. existentibus in luctu & amaritudine, quia potio vini fortis multiplicat spiritus, & sic est remedium contra dolorẽ animi & corporis. Occasione autem huius verbi sapientes Iudæorũ statuerunt,* Vinum bibere damnatis conferre. *vt personis ad mortem condemnatis, daretur potio vini fortis, vt sic facilius tolerarent dolorem mortis imminentis.*

14 Aperi os. *Hic ponitur secundum documentum, quod est de exequẽda iustitię æquitate, cũ dicitur:* Aperi os tuum muto, *allegãdo iustitiam pro eo, qui nescit eam proponere in causa sua, sicut est homo simplex & ignarus; vel pauper, qui non habet aduocatum pro se loquentem.*

15 Et causis *pro causis.*

16 Omnium fi. qui per transeunt. *i. hominum extraneorũ per terrã transeuntium, qui frequenter non inueniunt, qui pro se allegent, eo quod sunt extranei, & tamen indigent celeriter expediri.*

17 Aperi os tuum, *celeriter,*

18 Decerne quod iu. est, *non differendo sententiam propter aduersa partis potentiam.*

19 Et iudicia inopem & pau. *i. exequere iustitiam pro inopibus & pauperibus, quando habent iustam causam.*

20 Aleph. Mulie. for. *In vltima parte huius libri ponitur cõmẽdatio fortis mulieris. Et exponitur cõmuniter à doctoribus nostris de ecclesia quę metaphoricè dicitur fortis mulier, & sponsus eius. Christus. Filij autẽ eiusdem filia populus Christianus in vtroque sexu. & dicunt quod iste est sensus literalis, sicut Iudic. ix. b. dicitur,* Ierũt ligna ad rhãnũ. *&c. Sensus literalis nõ est de lignis materialibus, sed de Abimelech et Sichimitis eum super se regem inungentibus. Et licet hęc expositio sit rationabilis et cõmuni: tamen eam non prosequor: quia satis diffuse traditur in glossis et communibus postilis. R.a.Sa. verò cõuenit cum doctoribus catholicis, quantum ad hoc, quod hic est metaphorica locutio: sed dicit quod per*

conuersatio, passio, resurrectio, longe à natura nostra remota.
A Ille enim quando voluit, & de qua voluit matre natus est; & sine peccato vixit in mundo; & quando voluit, & quomodo voluit mortuus est; & quando voluit & quomodo voluit resurrexit, & ascendit, & cætera huiusmodi; in quibus tantum procul à nobis, quàm cælum à terra. Quia verò Ecclesiam, quam redemit dominus, non solum verbum salutis suscipere, sed & constanter pro illo certare, per mũdum prædicare donauit, addidit,

Confidit in ea cor vi. Vir, redemptor: Vnde
Despondi enim vos vni vi. virg. ca. exhib. Christo. Quod ergo dicit,
Confidit in ea cor vi. sui. Ab humana similitudine tractum est. Sicut enim qui fortem fidelémque, & castam habet coniugem confidit in ea; quia nihil contra voluntatem suam agit, nec saltem adulterij cogitatione polluitur, cuncta pro amore suo tolerabit libenter, & quos valebit, ad amicitiam suam conuertet: Sic Deus in ecclesia confidit, Nouit enim spiritum gratiæ, quem dedit, nouit virtutem charitatis, quam eius præcordijs infudit; Ideóque non dubitat, non solum eam à suæ fidei integritate non posse corrumpi, sed & perseueranter insistere, vt plures ad fidei cognitionem & vnitatem congreget: & hoc est, *Spolijs non indigebit.* Spoliat enim diabolum ecclesia, cum per prędicatores, quos deceperat, ad veritatem reuocat.

a *Et spoliis non indi.* Quia nunquam cessabit ecclesia deceptas à diabolo animas Christi fidei restituere, donec mundi cursu finito numerus iustorum cõpleatur. Sed quia quicquid boni sancta ecclesia vel fidelis anima agit, desuper accipit rectè subditur,

b *Reddet ei bo. & non ma.* Reddet anima Christo bonum, cum perceptis vitæ muneribus rectè viuendo respondet: & ea quæ scit vel facit, alijs intimare satagit. Cum autem dixit, *Reddet ei bonum.* addidit *& non ma.* quia quidam acceptis à Deo bonis mala rependunt; vel mysteria fidei quæ perceperunt in hæresim vertunt, vel, fidẽ, quam verbis fatentur, factis negant, vel bonos mores per colloquia mala corrumpunt; vel in bono proposito vsque ad finem non perseuerant: vnde cum dixisset *reddet ei bo. & non ma.* vt perseuerantiã necessariam ostenderet, adiunxit, *omnibus di. vi. suę.* cui simile, *Seruiamus illi. &c.*

c *Quæsiuit.* Quibus operibus, quibus iustitiæ, vel sanctitatis fructibus sit potius insistẽdum ei, qui quod accipit, repẽdere quęrit, sic dicit, *Quęsiuit la.* Hæc sancta ecclesia, & ad literam facit, secundum illud Esa. *Cum videris nudum, operi eum, & car. tu. ne des.* Operatur autem non inconsultè, sed consilio, vt à viro suo Christo mereatur in iudicio audire, *Nudus fui, & o. Et quãdiu fecisti vni ex mi. istis & mi. fe. Manuũ suarum.* i. earum personarũ, per quas eleemosynas pauperibus tribuit, in quorum opere deuoto saluberrimo vtitur consilio, vt cum *dispergit, det pauperibus*: non vt ab hominibus laudetur ad tempus, sed vt *iustitia eius maneat in seculum seculi.*

Mysticè

Mysticè autem in *lana*, quæ habitus est ouium, pietatis & simplicitatis opera, quæ proximis impenduntur, accipimus: In *lino* quod ex terra virens oritur, sed multo & longo exercitio admittit humorem nativum, & ad gratiam noui candoris peruenit, castigatio carnis nostrę intelligitur. Dum enim ingenitas vitiorum sordes per continentiam excoquimus: dignam vestem, qua Christum induamus, efficimus; vnde, *Quotquot baptizati estis, Christum induistis.* Quærit ergo fortis *mulier lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum*: cum ecclesia solicitè perquirit, quibus se pietatis fructibus exerceat, quomodo à carnalibus illecebris emũdet, & hoc consilio prudentissimo i. superne tãtum retributionis intuitu. De hac retributione apertius subditur,

d *Facta est quasi nauis institoris de longe.* Nauigator dicitur *institor*, eo quod acquirendis mercibus sedulus instat. Sicut ergo institoris nauis onerata mercimonijs, quæ in patria sua abundant, per mare portat, vt venditis, quæ attulerat, cariora domum reportet: sic ecclesia, sic anima perfecta virtutum diuitiis gaudet onustari, quibus maiora diuinæ gratiæ dona mercetur.

Optimũ enim commercium, cum bona, quæ valemus, operantes, primum hanc mercedem à domino recipimus, vt ad maiora semper agenda proficiamus; deinde vitam æternam. Sic sancta anima *quasi nauis institoris*, quæ transit desiderio fluctus seculi, sola quæ in cælis sperat gaudia, meditatur æterna, pro quibus abundantius adipiscendis, quicquid occurrit aduersi superare contendit. Quæ *de longe portat pa. suum.* quia in cunctis, quæ agit, æternam tantum retributionem expectat, solum viui panis saturitatem desiderat, qui dicit, *Venite ad me omnes qui laboratis, & one. e. et ego re. vos.* In proximo panem recipit, qui in eò quod iustè agit, humani tantum fauoris præmia petit, nullo vitę æternæ intuitu: de quibus dicitur, *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.*

e *De nocte.* Sicut totus præsentis seculi cursus die ac nocte variatur, & dies ad operandum, nox ad quiescendum: sic tempus ecclesiæ gemino quietis & operis statu discernitur, quasi enim nocte quiescit, cum fidelis intermissa mundi solicitudine sibimet vacare, & spiritualiter incipit curare, vel lectionibus, orationibus, lachrymis, & huiusmodi secreto exercere.

f *Surrexit* Cum quis fidelis ad agendum proximorum curam solicitè accingitur. Quod duobus modis facit, quia & eos, qui foris errant, ad fidem vocat; & qui in fide sunt, vt amplius operibus insistant; vnde subdit,

g *Deditque prædam domesticis suis.* Dat prædam domesticis suis, cum eos, quos diabolus eripuit, eorum sanctorum, qui in fide præcesserunt, conciliat. Dat ancillis suis cibaria, cum humiles quosque, & timore iussa seruantes, ne † lassescant pio labore, mercedis commemoratione reficit.

☞ Conside-

NICOLAVS DE LIRA.

mulierem fortem intelligitur sacra scriptura, & hanc expositionem intendo prosequi: quia rationabilis videtur, nec communiter habetur; in aliquibus tamen intendo aliter dicere, quàm ipse. prout est consonũ fidei nostræ: maxime quia sacram scripturam vocant solum vetus testamẽtũ, ego autem vtrũque scilicet vetus & nouum. Sponsum autem & maritum huius mulieris accipio doctorem in sacra scriptura expertũ, & prolem eius, populum catholicum in sacra scriptura studiosum in sexu masculino seu fœminino; quia aliquãdo inuenta sunt aliqua mulieres in sacra scriptura studiosa, vt pote tempore beati Hiero. vt patet ex prologis super libros sacræ scripturę & in alijs eius scriptis. Sciendum etiam quod laus ista mulieris fortis in Hebręo scribitur metricè, ita quod primus versus incipit per Aleph, *quę est prima litera Heb. secundus vero per secũdam, & sic consequenter singulis versibus præponuntur nomina literarũ, à quibus incipiunt in Heb. quia in trãslatione seruari non potuit, quod versus sic inciperent ordinatè per literas alphabeti Latini: nec ad aliud significandum ponuntur hic nomina literarũ Hebraicarum, vt aliqui æstimant; & hoc diffusius declaraui super librum Psalmorũ, & super lamentationes Ieremię. His igitur præmissis, ad expositionẽ literę accedamus.* Mulierem fortem. *i. sacram scripturam, quæ continet firmam & inuiolabilem veritatem.*

1 Quis

---

a ¶ Sibi ¶ Congreget.

b ¶ Scilicet, inuentoris.

c ¶ Id est, confusio: a ¶ Id est, Bona retributio.

a ¶ Id est, timor.

a ¶ Est, vel viuit.

a ¶ Ipse.

niẽt? † procul & de vltimis finibus pretium eius. ב Beth. Confidit in ea cor viri sui, & spolijs nõ indigebit. ג Gimel. Reddet ei bonũ & nõ malũ omnib. diebus vitę suę. ד Daleth. Quęsiuit lanã & linũ, & operata est cõsilio † manuũ suarũ. ה He. Facta est quasi nauis institoris, delõge portãs panẽ suũ. ו Vau De nocte surrexit, deditque † prædã domesticis suis, & † cibaria ancillis

1 Quis inueniet. *quasi di. pauci attingunt ad plenam eius notitiam.*
2 Confidit in ea cor. *de bono præmio recipiendo. Et dicitur vir eius doctor bonus, in cuius persona dicitur. Sap. vij. a.* Hanc amaui & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui mihi sponsam assumere.
3 Et spoliis non indigebit, *quia in præmio duplicem stolam habebit, scilicet gloriam corporis & animę;*
4 Reddet ei, *scilicet sponso tali,*
5 Bonum, *scilicet gratię in præsenti, & glorię in futuro:*
6 Quæsiuit lanam & linum. *prosequitur metaphoram mulieris quę lanam & linum operatur, per quæ intelliguntur dicta sanctorum ad declarationem veritatis sacræ scripturę, vt dicit Ra. Sa.*
7 Facta est quasi nauis institoris portantur *diuersa vitæ humanę necessaria; sic in scriptura continentur omnia necessaria ad salutem.*
8 De nocte surrexit, *id est surgere fecit, eo modo loquẽdi, quo dicitur Gene. xxij. c.* Nunc cognoui, quòd timeas dominum, *id est cognoscere feci. Amor enim sacrę scripturæ inducit doctores bonos et discipulos ad surgendum de nocte pro studio & oratione.*
9 Deditque prædam. *In Heb. habetur,* Annonã, *quia sacra scriptura reficit omnes studentes in ea fideliter, tam viros, quàm mulieres.*

☞ Conside-

Gal. 3 d.
† 1. a. b
† cibum
E
Matt. 11 d.
Ibidẽ 6 b.
F
† languescant.
Timo. 1. d
Luc. 1. g
Esa. 58 c.
Matt. 25. c.

a *Cõsiderauit*. Hodie & vsque in finẽ seculi mulier fortis, *Consideravit agrum*, &c. quia ecclesia sancta semper exquirit, quos ad fidem conuertere possit: & quos dociles inuenerit, hos data verbi pecunia in seruitium Christi emit, & in eis vineam Christi plantare, vel potius vineam Christi facere curat. Et quia, qui alterum docere desiderat, prius à malis abstinere, & bona opera facere debet:

a ¶ Huc, vel duc te.

a b suis. ז Zaîn. Considerauit agrũ, & emit eũ: de fructu manuum

a ¶ Pauor vel passio. b ¶ Cum supernis desideriis intenta, carnalibus illecebris succumbere dispicit.

c suarum plantauit vineam. ח Hêth. Accînxit fortitudine lum-

a ¶ Bonum excluso seculo.

d bos suos, & roborauit brachiũ suum. ט Têth. Gustauit & vidit,

a ¶ Scientia vel principium.

e quia bona est negotiatio eius: nõ extinguetur in nocte lucerna

a ¶ Incruatus.

f eius. י Iôd. Manum suam misit ad † fortia, & digiti eius appre-

a ¶ Cor seruiens, vel seruitutis.

g henderunt fusum. כ Câph. Manum suam aperuit inopi, & pal-

h mas suas extendit ad pauperem. ל Lâmed. Non timebit do-

i mui suæ à †frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti

Gene.17.b subdit, *Accinxit fortitudine lumbos*. *Ager*, supernæ hæreditatis possessio, de qua, *Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus*. Odor enim sanctorum *sicus o.a. ple.c.b.d.* quia tota mẽtis intentione cõtuentur, quę sit beatitudinis plenitudo in regno Dei.

†frigote.

b *De fructu manuum*. quia de fructiferis suorum fidelium factis, vel verbis, scripturam condidit, qua auditores fide & dilectione debriaret. Et bene per vineam, ecclesiam (quæ per mulierem fortem est designata) & eos propagines vineæ, qui sunt filij mulieris, accipimus. Mulier autem vineam plantauit, cum ecclesia primitiua per orbem missis prædicatoribus fidei semina dispersit. *Consideravit* enim *agrum*, id est; mundum vitiorum spinis horridum, & cultore spirituali egere; *Emit* verò *eum*, cum talentum verbi auditoribus contulit, vt credentes Christo manciparet; *Plantauit* autem in eodem agro *vineam*, cum in nouis credentium populis ecclesiam plenam euangelica institutione firmauit. Quam vineam de *fructu manuum suarum plantauit*, quia non solum verbo instituebant sancti, quos erudiebant, sed & factis & miraculis. Consideravit ergo ecclesia agrum, & emit eum de fructu manuũ suarum: quia studiosè didicit, quæ sunt gaudia vitæ, & pro eis quid potest, laborat.

c *Accinxit*. Cum se ad virtutum opera præparat, bene *lumbos* primò *accingit*, & post *brachium roborat*: quia bonum opus Deo acceptabile non est, si non prius carnis & mentis luxuria restringatur. Vnde, *Quiescite peruersè agere, discite benefacere*. Et: *Sint lumbi vestri precincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, vt* bonis operibus fulgeatis

Esa.1.c.

d *Gustauit & vidit quia bona est*. Agri, scilicet illius, *negotiatio*, de quo supra, *Consideravit agrum, & emit eum*. *Gustauit* igitur sancta ecclesia, & anima perfecta, id est, præ nimio mentis desiderio cognouit, *quia bona est negotiatio* vitæ immarcessibilis: quam mundo relicto æternam meretur in cælis; *Gustauit* autem, id est, apertè didicit, quia bonum est per instantiam prędicandi, quoscunque valet ad viam veritatis adducere. Atque ideo nullis tribulationum tenebris, nec ipsa morte potest lucerna deuotionis eius extingui. Eorum namque *lucerna nocte extinguitur*, & veniente iudice,) quamuis in die videantur ardere) qui ad tempus credunt, & *in tempore ten.re*. Sed illorum lucerna nocte media extinguitur, qui veniente iudice, oleum charitatis non habuisse in vasis præcordium probantur: dum perdito rumore falsarum virtutum, vera tenebrosorum luunt tormẽta factorum. Sed si hoc loco, noctem pro quiete accipimus, secundum quod supra, & *de nocte surrexit*, id est, ad operandum se post quietem aptauit: aperte dicitur, quod lucerna sanctæ ecclesiæ non extinguitur in nocte, quia & cum ab actione quiescit, vacat liberius contemplationi, cumque à publicis cessat operibus, ardentius vel lectionibus, vel laudibus studet diuinis; vt mulier, quæ non solum in die instat laboribus, sed & nocte accensa lucerna manibus operatur.

C Luc.12.e. Sup.eo.b.

e *Manum suam misit*. Fortia dicit, perfecta in charitate opera, quibus se ecclesia pro æterna retributione exercet: vnde, *Benefacite his, qui oderunt vos*. Et, *si vis perfectus esse, vade et vende omnia quæ ha. & da pauperibus*. Synagoga autem (cui dicitur, *Si volueritis & audieritis me, bo.t.co.*) tantò infirmior est in opere iustitiæ, quantò minus spe æternæ retributionis erecta. At ecclesia, quæ audit, *Pœnitentiam agite, appro.enim re.ca.* merito pro hac remuneratione omnia suffert. De cuius fortitudine dicitur, *Regnum cælorum vim patitur, & vi. rapiunt illud*.

Mat.7.g. Ibidẽ.19.c

Esa.1.c.

Matth.3.d. † fusum, & manus eius sustẽtauerũt colũ

Ibidẽ.11.b.

f *Et digiti eius*. inquit, *apprehenderunt fusum*. Colus in sinistra fusus in dextera: de colo lana filo transit in fusum; & dextera vitam perpetuam, læua præsentia dona Dei significat, id est, opulentiam rerum, pacem, sospitatem, scripturarum scientiam, & cælestium perceptionem sacramentorum. Hæc & huiusmodi cum à Deo percipimus, quasi lanam colo in læua gestamus. At cum ea pro amore cælestium salubriter exercere incipimus, lanam agni immaculati de colo in fusum, de læua in dexteram traijcimus: qui de donis nostri redemptoris, & de exemplis operum eius, stolam glorię cælestis, nobis ac vestem nuptialem charitatis facimus. *Digiti* enim *quibus fusum apprehendit*, intentionem discretionis, qua quisque operatur, significant: quia nulla corporis membra sic distincta sunt articulis ac flexibus; *Quorum ergo conuersatio est in cælis, vnde etiam saluatorem expectamus, &c*, Horum digiti dextri apprehenderunt fusum, quia sedula discretione pro æternis laborant. Et bene dicitur, *apprehenderunt fusum*, vt discatur quanto studio, quanta festinatione agere debeamus. Quid autem, mulier fortis, scilicet sancta ecclesia vel anima perfecta per fusum operata sit, subiungit,

Phi.3.d.

g *Manum suam ape.inopi, & palmas su.* Hoc de eleemosynis, quæ pauperibus fiunt, potest accipi: sed de verbo Dei melius, quod indumentum salutis animabus confert, vnde Iob, *Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento & diademate iudicio meo*. *Aperuit manum inopi*, cum mysteria fidei ignorantibus per operarios veritatis reuelat; palmas suas ex. ad pau. cum latè longéque prædicatores adpetentes æternę salutis egentes dispersit.

Iob.29.c.

F

h *Non timebit*. Frigora niuis, sunt corda malorum perfidiæ torpore algentia de quibus, *Quoniam abundauit iniquitas, refri.cha. mul.* quæ illa niue opprimuntur, quę ob superbiam de cœlo corruens in tenebras, adhuc se velut angelum lucis ostentare præsumit: & habitum niueum præfert, quod Dei & angelorum eius proprium est, scilicet niueo habitu suæ virtutis claritatem signare. *Non timebit autem domus suę à fri.ni.* quia credidit Deo dicenti, quod *portæ inferi non prævalebunt aduersus eam*.

Mat.24.d

Mat.16.c

i *Omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus* & sapientia scilicet, ad hæreses reuelandas, & patientia ad tolerandas apertorũ hostium pugnas. Vel, *vestiti sunt duplicibus*, quia promissionem vitę habent, quę nunc est, & futurę: Nunc adiuti à Deo ne deficiant; tunc in beatitudine diuina visione ditati. Item, *vestiti sunt duplicibus*; vna veste corporis, altera mentis, fide scilicet, & factis. Sacramentis quoque redemptoris imbuti, & exemplis: vnde, *Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis*.

Gal.3.d.

☞ Possunt

NICOLAVS DE LIRA.

1 Considerauit agrum. *Ager iste est disciplina studij cœlestis, vt dicit. Greg. homi. xxxvij.*

2 Et emit eum, *id est, emi fecit à studentibus per domationem carnis redigendo eam in obsequium spiritus.*

3 De fructu *id est, exemplo vitæ & verbo doctrinæ fecit fideliũ multiplicationẽ, qui sunt palmites vineæ domini, vt dicit Gregor. homil. vij.*

4 Accinxit fortitudine lumbos suos, *id est, accingi fecit lumbos studiosorum cingulo castitatis.*

5 Et roborauit brachium suum, *per multiplicationem boni operis, quia sicut dicit Grego. homi. xxxij.* Nec castitas magna est sine bono opere, nec bonum opus aliquid sine castitate.

6 Gustauit & vidit, *per experientiam dulcedinis ex studio sacræ scripturæ resultantis.* 7 Non extinguetur in nocte. *id est, in morte.*

8 Lucerna eius, *id est, claritas suæ notitiæ; sed magis augebitur.*

9 Manum suam misit ad fortia. *In Hebræo habetur*, ad vertebrã, *quod est quidã circulus aliquãtulũ ponderosus in inferiori parte fusi positus, vt rectè & ordinatè vertatur: & huic dicto consonat quod subditur,*

10 Et digiti eius appre.fu. *Per* vertebram *hic intelligitur recta intentio, opus dirigens, per* apprehensionem fusi *ad filandum, prosecutio boni operis de genere eius, quod consonat intentioni rectę.*

11 Manum suam. *Scriptura enim sacra quasi vbique inducit ad opera misericordiæ.* 12 Non timebit do. suæ à fri. *id est, à pœna gehennæ. secundum quod dicit hic. Ra. Sa. allegans illud Ioh. xxiiij.c.* Ab aquis niuium transiet ad calorem nimium, *& loquitur de damnato.*

13 Omnes enim domesti. eius, *id est, boni doctores & discipuli,*

14 Vestiti sunt duplicibus, *id est, virtutibus intellectualibus & moralibus, quæ sunt vestes animæ.*

☞ Stragu-

☞ A Poſſunt autem frigora niuis, tormenta etiam æterna intelligi, quæ igne & frigore ſunt miſta. vnde: Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Fletus enim ex igne & fumo, ſtridor ex frigore. vnde Iob: *Ad calorem nimium tranſibunt ab aquis niuis.* Sed ab his eccleſia domui ſuæ non timebit: quia quicunque pereunt, ad domum illius non pertinebãt, nec ſpirituali veſte eius erant induti. In euãgelio enim de eo qui non habebat veſtem nuptialem, dicitur: *Ligatis manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores*, ibi erit fletus & ſtri.den. Qui meritò in frigore religatur, quia veſtem pietatis non habebat.

Luc.13.f. Iob.24.c. Matt.22.b

a *Stragulatam veſtẽ.* Stragulata veſtis eſt

B quæ variante textura ſolet cõfici firmiſſima, fortia eccleſiæ opera, & diuerſa virtutum eius ornamenta ſignificat. de quibus *Aſtitit regina à dextris tuis, &c.* Byſſus, caſtitas puræ cõſcientiæ & cõuerſationis, purpura, effuſio ſanguinis. Byſſus enim candidi coloris, purpureus autem color, & de ſanguine animantis (qui purpura vocatur) fit, & ſanguinis habet ſpeciem. Ideo dicitur ſancta eccleſia, in pace habere lilia, in bello roſas. Item quia byſſus virens oritur, ſed multis exercitationibus amiſſo humore natiuo ad decorem candidæ veſtis ducitur: Byſſo induitur eccleſia, dum caſtigant corpora electi. Purpura autem quæ regum eſt, cum continentiam, non amore laudis, ſed regni perennis exercent. Hinc: Gaudeamus & exultemus, quoniam venerũt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe: & datum eſt ei, vt cooperiat ſe byſſo ſplendenti candido. Byſſinę enim iuſtificationes ſanctorum ſunt.

Pſal 44.c. Apo.19.b.

b *Nobilis in por.vir.* Vir, dominus qui viſus eſt ignobilis, cũ ante tribunal ſtaret iudicandus, ſed nobilis cum venerit iudicaturus, & omnes angeli cum eo, &c. In portis, quia veteres in portis ſedebant ad iudicandum, vt venientes paratum continuò reſpon-

C ſum iudicantis acciperent, & ruſticos vel paſtores, inſolita vrbis ædificia non ſtupefacerent, nec frequens litigantium controuerſia vrbis pacem turbaret. Nobilis ergo erit dominus in portis ſuæ ciuitatis: quia qui nunc à multis contemnitur, vbi finis ſeculi fuerit: vbi patriæ cæleſtis ingreſſum aperuit electis, cunctis apparebit ſublimis.

c *Sindonem fecit & vendidit.* In lintheo ſindonis ſubtilis, ſanctæ intextio prædicationis in qua molliter quieſcitur: quia in illa ſpe ſuperna refouemur. Vnde & Petro animalia in lintheo monſtrantur, quia peccatorum animæ miſericorditer aggregatæ in blandæ fidei quiete continentur. Hanc igitur ſindonem eccleſia fecit & vendidit, quia finem quam credendo texuerat, loquendo dedit, & ab infidelibus vitam rectæ conuerſationis accepit, quæ & Chananæo cingulum tradidit, quia per vigorem demonſtratæ iuſtitiæ fluxa opera Gentilitatis aſtrinxit, vt quod præcipitur, viuendo teneatur. *Sint lumbi veſtri præcincti.* Per Chanaan enim gentes à quo & ſunt, qui & commutatus interpretatur. Gentes enim à vitiis ad virtutes, à diabolo migrauerunt ad Chriſtum. Vnde pro his qui cõmutabuntur filijs Core canticum pro dilecto. Et poſt: *Obliniſcere populum tuum, & do.pa.t.*

Act.10.b. Luc 12.c.

d *Fortitudo.* Fortitudo ad tolerandum: Decor ad virtutum gratiam exercendã. Decor: quia operatur iuſtitiã. Fortitudo, quia perſecutionem patitur propter iuſtitiã, & ideo ridebit in die nouiſſimo, id eſt, gaudebit in retributione regni cæleſtis, quę dolebat in certamine vitæ præſentis: *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.* Et Iob: *Os* E *antẽ veraciũ replebitur riſu.* Simile huic dicit propheta de domino. *Dominus regnauit, decorem indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.* Cum euangelium regni prædicaret, alijs placebat alijs diſplicebat. Ad eos quibus placebat, decorem induit. Ad eos quibus diſplicebat, fortitudinem. Imitare & tu dominum Deum tuum, vt poſſis eſſe veſtis illius. Eſto cum decore ad eos quibus placent opera tua. Eſto fortis aduerſus detractores.

Pſal.44. Ibidem.c. † Notus † ſenioribus † negotiatori Luc 6.d. Iob.8.d. Pſal.92.a.

e *Os ſuum.* Ad hoc tantum loquens os aperuit, vt ſapientiam doceret, ſecundum illud: *Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus eſt, ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.* Vel, os cordis aperuit ad diſcendũ ab ipſa ſapientia intus veritatem, quam foris doceret. vtrique conuenit quod ſubiungit: Lex clementiæ in lingua eius.

Ephe.4.g.

f *Lex clementię.* Vt non ſtatim puniat vt lex Moyſi, ſed miſericorditer parcat. Sicut dominus de muliere peccatrice. *Qui ſine peccato eſt, primum in illam lapidem mittat.* Et ſic abſoluit eam: *Vade, & amplius noli peccare.*

Iohan.8.a.

g *Conſiderauit.* Quia cunctas conſcientiæ ſuæ cogitationes ſubtiliter inueſtigat. F

Item: Domus fortis mulieris, habitatio patriæ cæleſtis eſt. Semita præcepta iuſtitiæ, quibus ad vitæ manſionem venitur. Quas anima bene conſiderat, cum & diligenter quibus actibus ad cœlum peruenire debeat, inſpicit: & quæ dixerit agenda, exercere non deſinit.

h *Panem otioſa non comedit.* quia ſacrum eloquium quod percipit, opere exequitur. Panem quoque otioſa non comedit, cum domini corpus percipiens ſtudet imitari actu quod myſterio celebrat, ne indignè panem domini comedendo & calicem bibendo, iudicium ſibi manducet & bibat. Vel ſimpliciter poteſt accipi, quòd panem otioſa non comedit, ſecundum illud: *Qui non operatur, non manducet.* Et ipſe Paulus de ſe: Quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt miniſtrauerunt manus iſtæ. Vnde luxuriantes viduas arguens ait: *Simul autem & otioſæ diſcunt circumire domos:* non ſolum otioſæ, ſed verboſæ & curioſæ.

1.Cor.11.f. 2 Theſſ.3.e. Act. 20.g. 1.Tim.5.b

☞ *Surrexe*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Stragulatam ve. *id eſt, diuerſis coloribus intextam: Fecit ſibi. quia ſacra ſcriptura de omni genere virtutum chariſmatum & donorum tractat, & ad ea inducit.*

2 Byſſus. *caſtitatis.*

3 Et purpura. *charitatis.*

4 Indumentum eius. *id eſt, verè ſtudentium in ea ſcientia pariter et vita.*

5 Nobilis in portis vir eius. *id eſt, doctor bonus, qui dicitur nobilis in portis, id eſt, inter ſapientes, antiquitus in portis ſedentes ad reddendum veritatis iudicium, ideo ſubditur:*

6 Quando ſederit cum ſenatoribus terræ. *id eſt, cum ſapientibus qui habent regere terram & iudicare.*

7 Sindonem fecit & ven. & cin.tra. Chananæo. *Hebræi dicunt, mercatori. Nomen enim Hebraicum hic poſitum æquiuocum eſt ad hoc quod ſit nomen proprium populi diſcendentis de Cham filio Noe, & nomen appellatiuum ſignificans mercatorem, litera tamen præcedens immediatè, dicto Hebræorum videtur magis concordare, cum dicitur:* Sindonem fecit & vendidit. *Per ſindonem verò quę eſt veſtis linea & munda, intelligitur puritas mentis. Per cingulũ verò caſtitas corporis*

Vnde dicit Greg.homi.xxij. Lumbos enim præcingimus cum carnis luxuriam per continentiam coartamus. *Dicitur autem ſacra ſcriptura illa facere eò quòd ea inducit, & vendere, quia non omnes iſtam munditiam conſequuntur, ſed ſoli ad ea conſequenda fideliter laborantes.*

8 Fortitudo. *id eſt, conſtantia mentis.*

9 Et decor. *exterioris honeſtatis.*

10 Indumentum eius. *Sunt enim paramenta mentis ad quæ ſacra ſcriptura inducit.*

11 Et ridebit. *id eſt, ridere faciet ſtudentes in ea fideliter.*

12 In die nouiſſimo. *quando audient vocem domini dicentis:* Venite benedicti pa. me. &c. Matt.25.c

13 Os ſuum aperuit ſa. *quia ſacra ſcriptura docet ſapientiam de ſurſum deſcendentem, quæ pudica eſt, & modeſta, ſuaſibilis, bonis conſentiens, plena miſericordię, & fructibus bonis, vt Iaco.iij.*

14 Et lex clementiæ in lingua eius. *quia tam in nouo quàm in veteri teſtamento ad clementiam inducit.*

15 Conſideraui. *id eſt, conſiderare fecit.*

16 Semitas domus ſuæ. *id eſt, conſcientia ſecreta ſtudentium in ea. Et quia hic labor eſt optimus, ideo ſequitur:* Et panem otioſa non comedit.

☞ *Surte*

☞ a *Surrexerunt filij eius.* Quod futurum nouit vt prophetæ, quasi iam factum refert. Surgẽt filij eius, ecclesiæ, id est electi immortales, & tunc matrem, quæ eos aqua & spiritu Deo genuit, beatissimam prædicabunt, quæ nunc quasi misera despicitur: sicut Apostolus ait, *Si in hac vita tantùm sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.* 1.Cor.15.c

Sed quia pro alia vita militamus, merito *cum apparuerit quod erimus*, matrem nostram beatissimam prædicabimus.

B Potest & hoc, quod dicitur, *Surrexerunt filiæ eius, & beatissimam prædicauerunt*, etiam nũc accipi, cum quis fidelium transcensis Cant. 6.b. † eius. seculi ærumnis ad cælum ducitur. Aliquando enim sedere, ad humiliationem est, surgere ad gloriam pertinet: Vnde de Ninivitis dicitur in euangelio, *olim in cinere sedentes pœnituerunt.* Et, *Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.* Surgunt ergo filij ecclesiæ, & beatissimam eam prædicant, cùm cælestibus bonis sublimitati, quanta sit illa beatitudo aspiciunt: & hanc debita laude, cum ea concelebrant. *Laudat eam vir ipsius*, cùm bona, quæ ipse donauit, remunerat. Sed quibus verbis laudat, ostendit: *Multę filię congregauerunt diuitias.* Luc. 10.d. Psal. 126.a.

C Surget vir eius, & laudabit eam in iudicio, dicens, *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est, & cæt.* Qui quidem primitiæ dormientium resurrexit à mortuis: sed in iudicio quanta sit resurrectionis suæ gloria demonstrabit. Matt.25.c 1.Cor.5.c.

b *Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas.* Ecclesiæ hæreticorum; & malorum catholicorum, *quæ filiæ* dicuntur, vel Christi, vel ecclesiæ, quæ à dominicis non sunt remotæ sacramentis, & adoptionem filiorum, quam non custodierunt, receperunt. Vnde Iohannes, *De nobis exierunt, sed de nobis non sunt.* 1.Iohã.2.c *Quę congregauerunt diuitias*, bona opera, scilicet, ieiunia, eleemosynas, afflictionem, &c. quæ sunt veræ diuitiæ spiritus, vbi pura mentis synceritate gerũtur, sed sine fide, nihil prosunt. Sed & illæ filiæ frustra congregant diuitias, de quibus. *Multi dicent in illa die, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas feci. Sed & confitebor tunc illis, quia nunquam noui vos.* Sed has filias ecclesia *superegreditur*, quæ fide casta, & opere perfecto redemptoris sui vestigia sectatur. D Matt.7.c.

a ¶ Conclusio vel aspice.

a ב Cõph. Surrexerunt filij eius, & beatissimã prædicauerunt*:

a ¶ Caput, vel videat.

b vir eius, laudauit eam. ר Rẽs. Multæ filiæ congregauerunt

¶ Vultus.

c diuitias, tu supergressa es vniuersas, ש Schin. Fallax gratia, &

vana est pulchritudo: mulier timẽs dominum, ipsa laudabi-

a ¶ Consummauit.

d tur. ת Tãu. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent

eam in portis opera † sua.

c *Fallax gratia & vana est pulchritudo*, Fallax est gloria laudis, quam ab homine accipit: *Vana pulchritudo* castitatis, vel operationis bonæ, quã hominibus ostentat anima, quæ timore caret diuino: At illa conscientia vera laude digna, quæ timorem Dei in omnibus 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 * eam§ B

seruat, Ipse enim principium sapientiæ, custósque virtutum. Vnde, *Timor domini initium sapientię.* Et alibi, *Qui timet Deum, nihil negligit.* Hinc est quod Iob, & in prosperitate virtutibus floruit, & in aduersitate insuperabilis permansit, quia verò dixit, *Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.* Fallax ergo est simulatorum gratia, vanus decor operis stultorum. Ecclesia autem, quæ in hoc seculi exilio conuersatur in timore, quoniam ardentes virtutum lampades venienti ad iudicium sponso offert, iure ab eo laudata, ianuã cum eo regni cælestis intrabit. Qualiter enim eam laudet, ostendit, *Date ei de fructu,* Ecclę 1.B. Ibidẽ 7. c. Iob.31.c. F

d *Date ei de fru. ma. su.* Hoc *vir* ille, de quo suprà dictum est, *Vir eius, & laudabit eã*, qui angelis in fine præcepturus est, vt ecclesiam post huius vitæ certamen, post triturationem afflictionum ad regni gaudia introducant, ac sibi vitæ immortalis sociam aggregent, secundum illum, *Triticum autem congregate in horreum meum. Date ei de fructu manuum suarum*, quia fructum spiritus facere curauit: charitatem, gaudium pacem, &c. *Et laudent eam in portis*, in iudicio, scilicet, siue in ingressu patriæ cælestis, non hominum fauores superuacui, sed *opera sua* quæ fecit examinante, & probãte ac remunerante Deo, cui est honor & gloria. Mat. 13.d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Surrexerunt filij eius, *id est, discipuli studiosi.*

2 Et beatissimam, *quia sacram scripturam super omnẽ aliã extollunt.*

3 Vir eius & laudauit eam. *id est, doctor bonus, qui doctrinam suam incipit à commendatione sacræ scripturę.*

4 Multę filię. *id est, philosophorum, & sapientum scripturę.*

5 Congregauerunt diuitias, *id est, cognitiones veritatis multas, quę sunt meliora dona, quam corporalia.*

6 Tu supergressa. *quia sacra scriptura multo plures veritates tradit quàm aliæ scripturę, & etiam puriores: quia in ea nulla falsitas admiscetur, cùm immediatè emanet à prima veritate. Scripturę verò humanitus adinuentę, etsi continent multas veritates, tamen habent admistas multas falsitates, sicut patet in scripturis Aristotelis, qui minus inter alios philosophos dicitur errasse, tamen erauit in multis, vt pote de mundi æternitate, & de numero intelligentiarum, quem posuit secundum numerum orbium, cùm tamen sit maior quasi incomparabiliter, secundum quod dicitur, viceſimoquinto. a.* Nunquid est numerus militum eius? *& Danie. septimo. c.* Milia milium ministrabant ei, & decies milies centum milia assistebant. *& de felicitate earum, quam ponit in motu orbium, & in multis aliis, ideo subditur,*

7 Fallax gratia & vana est pulchritudo, *scilicet verborum Rhetoricorum in humanis scripturis, & maximè poeticis, in quibus sub verbis ornatis latent multę falsitates, secundum quod dicitur. j. Metaphy. Multa mentiuntur poetę cantantes.*

8 Mulier timens dominum, *id est, sacra scriptura, quę quasi vbique inducit ad Dei reuerentiam & timorem.*

9 Ipsa laudabitur, *præ cęteris scripturis.*

10 Date ei de fructu manuum suarum, *id est, studentibus in ea dabitur fructus gloriosus.*

11 Et laudent eam, *id est sapientes in portis sedentes cum iudicibus, vt dictum est supra. Et isti sapientes dicuntur opera sacræ scripturę, inquantum per eius studium sapientiam consequuntur.*

Incipit prologus sancti Hieronymi in librum Ecclesiasten.

Emini me hoc ferme quinquennio, cùm adhuc Romæ essem, & Ecclesiasten sanctæ Blesillæ legerem, vt eam ad cõtemptum huius mũdi prouocarem, & omne quod in mundo cerneret, putaret esse pro nihilo: rogatum ab ea, vt in morem commentarioli obscura quæque differerem, vt absque me posset intelligere quæ legebat. Itaque quoniam in procinctu nostri operis subita morte subtracta est, & non meruimus, ô Paula & Eustochiũ, talem vitæ nostrę habere cõsortem, tanto vulnere tunc percussus obmutui: & nunc in Bethlehem positus, angustiore videlicet ciuitate, & illius memoriæ, & vobis reddo quod debeo: hoc breuiter admonens, quod nullius autoritatẽ secutus sum, sed de Hebræo trãsferens, † maximè Septuaginta interpretum cõsuetudini me coaptaui, in his duntaxat quæ non multùm ab Hebraicis discrepabant. Interdum Aquilæ quoque & Symmachi & Theodotionis recordatus sum, vt nec nouitate nimia lectoris studium deterrerem, nec rursum contra conscientiam meam fonte veritatis omisso, opinionum riuulos consectarer. † magis

Ecclesia-

CAP. I.

A a *Verba Ecclesiæ.* ✠ ATHANAS. Hunc librum scripsit Salomon, dicitur autem Ecclesiastes, quoniam ita hunc nominauit autor ipse, qui scripsit, In principio ipsius dicens, *Verba Ecclesiastæ filij Dauidis regis Israel in Ierusalem.*

Ecclesiastes, qui ab Hebræis קהלת *Coheleth appellatur.*

Varijs autem nonnullis vocatus est Salomon, Sapiens propterea quod Sapientiæ particeps factus est, Prudens eo quod veritatis in eo fuit † Ecclesiastæ. a prudẽtia; Doct⁹ quoniam veram à Domino doctrinã habuit. Ecclesiastes verò vocatus est, quoniam ad b populum ipse concionatus est, & quæ spiritus sunt loquutus. Videtur autem in hoc libro de naturali theoria philosophari. Quoniam enim Ægyptij de illa suas iam habebant imaginationes, & Græci hisce de rebus fabulaturi erant, ob eam ipse causam impulsu Spiritus Sancti, eos, qui de istis inquirere conabantur, compescit dicens, *Non poterit homo inuenire opus, &c.*

B

In com. HIERO. Tribus nominibus vocatus est, *Salomon*, id est, *pacificus*, & *idida*, id est, *dilectus domini*, quia in regno eius pax, & dominus dilexit eũ, & קהלת *Coheleth* id est, ἐκκλησιαστὴς Græcè, qui cœtum, id est, ecclesiam congreget, id est, concionator: cuius sermo non est ad vnum, sed ad vniuersos. Iuxta tria vocabula, tria volumina composuit: prouerbia, paruulos docẽs, Vnde crebrò quasi ad filiũ loquitur; Ecclesiasten, ad maturos, omnia esse breuia & caduca ostendens. quæ cernimus, Canticum canticorum, vbi consummatam sponsam sponsi iungit amplexibus. Nisi enim vitia reliquerimus, & mortali pompæ renuntiantes nos ad aduentum Christi præparauerimus, non verè dicemus, Can. 1.a *Osculetur me osculo oris.* Prope hoc ordine philosophi docent, primò Ethicen, inde Physicen, & quem in his profeciſſe vident, ad Theologiam vsque perducunt.

Ibid. Notãdum quoque, quòd in his diuersus est titulus. In prouerbijs, *Prouerbia Salomonis filij Dauid regis Israel*; In Ecclesiaste, *Verba Ecclesiastæ filij Dauid regis Ierusalem.* In quibusdam codicibus tam Græcis quàm Latinis inuenitur additũ, *Israel*, sed malè. In Cãtico canticorũ nec filius Dauid, nec rex Israel siue Ierusalem, sed tantum, *Canticum canticorum Salomonis.* Sicut enim prouerbia, quasi rudis institutio ad xij. tribus, & ad totum pertinent Israel, & quo modo contemptus mundi non nisi metropolitis conuenit, id est habitatoribus Ierusalem: ita Canticum canticorum ad eos propriè facit mentionem qui tantum superna desiderant. Ad incipientes & proficiẽtes, & paterna dignitas, & regni proprij autoritas: ad perfectos verò, qui non timent, sed amant, solum nomen sufficit: & æqualis magister est, & nescit se esse regem.

GREGO. Quomodo hic liber sit legendus, & exponendus, sic dicit: Ecclesiastes autem propriè dicitur, concionator. In cõcione verò sentẽtia proponitur, per quam tumultuosæ turbæ seditio cõprimatur: & cùm multi diuersa sentiunt, per cõcionãtis rationẽ ad vnã sententiã perducuntur. Hic igitur liber ideo concionator dicitur, quia in eo Salomon tumultuãtis turbæ sensum

CAP. I.

a ¶ Concionatoris. b ¶ Paterna dignitas. c ¶ Propria autoritas.

VERBA †Ecclesiastæ filij Dauid rẽgis 1
¶ Hiero. Male opinantur quidam, nos his verbis ad voluptatem luxuriámque prouocari: cum potius omnia quæ cernimus, vana esse commincantur. 2 3
Ierusalem. ✠ Vanitas vanitatum dixit 4 † Inf. 12.c

suscipit, vt ea per inquisitionem dicat, quæ fortasse per tẽrationẽ imperita mens sentiat. Nam quot sententias per inquisitionem mouet, tot personas in te suscipit, sed concionator verax velut extẽsa manu omnium tumultum sedat, & ad vnam reuocat sententiã, cum in fine ait, *Finem loquendi omnes pa. audia. Deum time, & mandata eius obserua; hoc est omnis homo.* In hoc autem quod dicit, *finem loquendi omnes pariter audiamus*: innuit quia solus locutus non est; Sũt ergo alia in hoc libro, quę per inquisitionem mouentur, alia quæ per rationẽ satisfaciunt; alia quæ ex tẽrãdi animo profert, & mundo adhuc dediti, alia in quibus ea, quæ rationis sunt, differat, atque animum à delectatione compescat. Nanque ait: *Hoc itaque mihi visum est bonũ, vt comedat quis & bibat, &c.* Et post. *Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij.* Illud ex infirmi persona, hoc ex ratione. Similiter etiam diuersas cogitationum tentationes exponens ait: *Vnus interitus hominis est & iumentorum, &c. Quid habet amplius sapiens stulto, nisi vt pergat illuc vbi est vita*, Has autem personas diligenter lector inspiciat, ne in Epicuri dogma incurrat.

Infrà. vj. d

Infrà. 2. d E

Infrà 3. d

ALBINVS. Tradũt Hebræi hunc librũ, Salomonis esse agẽtis pœnitentiam, quia in sapientia diuitijsque confisus per mulieres Deum offendit. Secum enim omnia vana reputauit esse, & ad miseriam deuenire eos, qui in eis spem ponunt.

HIE. Allegoricè. Pacificus & dilectus Dei patris filius, & Ecclesiastes noster Christus est, qui medio pariete destructo inimicitias in carne euacuãs, vtraque fecit vnũ, dicẽs, *Pacẽ meã do vobis*, &c. De quo, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Qui est caput ecclesiæ, non ad synagogam, sed ad multitudinẽ gentiũ loquens, Rex Ierusalem spiritualis, filius Dauid, de quo, *Miserere nostri domine fili Dauid.* Et: *Osanna filio Dauid.* Verbũ quoque Dei nõ fuit ad eum, sicut ad Ieremiã & ad cæteros prophetas: Ipse est etenim verbum & sapientia, ipse enim diues & pauper, ipse rex gloriæ potens, ipse verba loquitur ad ecclesiæ viros, scilicet ad apostolos: vnde, *In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.*

In com. Iohã. 14 d Mat. 3. d Mat. 9 c. Ibi. 21. b. C Psal. 18. a

b *Vanitas vanitatum.* HIERONYMVS. *Pro* Vanitas vanitatum secundum quosdam interpretes possumus dicere, Vaporem fumi, & auram tenuem, quæ citò soluũtur. Vnde vniuersitas caduca ostenditur. *Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna.* Siue quia creatura vanitati subiecta est, & ingemiscit, & parturit, & prestolatur reuelationem filiorum Dei: & nunc ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, & tandiu omnia vana, donec veniat quod perfectum est.

Ibid.

Antequam suam ponat sententiam, quendam apparatum videtur & ornamentum facere, cum dicit: *Vanitas va. & o. va.* Postea à maiori. i. ab homine incipit, ostendens ipsum vanitati subiectum. i. mutabilitati. Et hoc est. *Vanitas, &c.* Vanitas omnis homo viuens, quantò magis cætera? Vnde, *Vanitati subiecta est creatura, non volens, sed prop. e. qui sub eam. in spe.* Quicquid enim non esse potest, vanitas dici potest, quia mutari potest.

☞ Solus,

Venerabilis patris fratris Nicolai de Lira Postilla super librum Ecclesiasten incipit.

CAP. I.

✠ VErba Ecclesiastes. *Sicut dictum fuit in principio libri Prouerbiorũ, in tribus libris Salomonis traditur tria sapientiã extollẽtia magnificè, quæ sunt (secundũ Empedoclem,) mobilis affluentiæ contẽptus futura felicitatis appetitus, & mentis illustratio. Et istud tertiũ in ordine doctrinæ est primũ, quia via est cõpendiosa ad assecutionẽ aliorũ: propter quod traditur in primo libro qui dicitur Parabolæ Salomonis, quo finito acceditur ad secundũ in libro Ecclesiastes, in quo traditur mobilis affluentiæ contemptus.*

Circa quod sciendum, quòd tẽpore Salomonis sapiẽtia studium viguit in Ierusalẽ: quia omnes reges terræ, & potentes desiderabant audire sapientiam Salomonis, vt dicitur tertij Regum quarto. Et quia circa felicitatẽ hominis multi variè dixerant, & dicebant; Nam aliqui ponebant eam in diuitijs, alij in deliciis, & alij in honoribus, & sic de pluribus alijs bonis, quę per laborẽ humanũ acquiri possunt in vita præsenti: ideo Salomon voluit hãc quæstionẽ tractare in hoc libro, ostendendo, quòd in talibus bonis non consistit felicitas hominis, sed in Deo, qui est bonum infinitum. Et diuiditur liber iste in duas partes, s. in proœmium & tractatum, qui incipit ibi, Vanitas vanitatum dixit. &c. *Circa primum notificatur autor huius libri, ministerialis tamen, (quia Deus est autor principalis) & primò quantùm ad eius sapientiam, cum dicitur,*

1 Verba Ecclesiastæ, *id est, Salomonis, qui Ecclesiastes dicitur, id est, concionator, quia per sapientiam sibi datam erat aptus ad concionandum, & persuadendum aliis veritatem, Secundò quantùm ad genus, cùm dicitur,*

2 Filij Dauid, *qui fuit sanctissimus, Tertiò quantùm ad dignitatem, cùm dicitur,*

3 Regis Ierusalem, *ita quòd li.* regis, *referatur ad Dauid, & ad Salomonem. vterque enim regnauit in Ierusalem. Et licet regnum ipsorum ad alia loca, & ad alias ciuitates se extenderet: exprimitur tamen specialiter Ierusalem, quia erat metropolis in regno, & electa ad Dei cultum.*

4 Vanitas vanitatũ dixit Ecclesiastes. *Hic incipit tractatus, & diuiditur in duas partes, quia primò Salomon errores aliorum excludit. Secundò propositum concludit capite* vij. *Prima adhuc in duas, quia primò proponit intentum in generali: Secundò prosequitur in speciali, ibi*

☞ Generatio.

☞ Solus Deus semper idem est quod est. Quod autem mutatur, quodammodo euanescit, & non est quod erat; ad comparationem creatoris, omnis creatura vanitas potest dici, & quasi nihilum computari.

In com. HIER. Si cuncta, quæ fecit Deus, sūt valde bona, quomodo vanitas, & etiam vanitas vanitatum? Vt sicut in Cantico canticorum inter omnia carmina excellēs carmen ostenditur: ita hic magnitudo vanitatis monstretur. Similiter in psalmo, *Vniuersa vanitas omnis homo viuens.* Si viuēs vanitas, ergo mortuus vanitas vanitatum. Sed possumus cælum, terram & cætera, bona quidē per se dicere, sed Deo comparata quasi nihil esse; vt lucerna in solis comparatione, nec cernitur lucere, & stellarum lumina orto sole obscurantur: Ita aspiciens elementa, & rerum multiplicem varietatem, admiror quidem operum multitudinem; sed recogitans omnia transire, & suo fine senescere, solúmque Deum idem semper esse quod fuerit, cogor non semel, sed bis dicere, C *Vanitas vanitatum, et omnia vanitas.*

a ¶ Et his. b ¶ Vanitas quia.

a Ecclesiastes: Vanitas vanitatum, & omnia vánitas. † Quid habet † amplius homo de vniuerso labore suo, quo labo-

a ¶ Nihil. b ¶ Quia. ¶ Non vides, quod videras. c ¶ Morte. d ¶ Vides, quod non videras.

b rat sub solē? Gēneratio prætērit, & generatio āduenit:

a ¶ Malis. b ¶ Generatio præterit, quod ipse sol mutatione sua probat. ¶ Bonis. c ¶ Christus. d ¶ Malis.

c terra † verò in æternum stat. Oritūr sól & occidit, & ad

a ¶ Iero. Ducit se, vel secundùm Aquilam, aspirat Symmachus & Theodotio, resurrit: quia scilicet sol reuertitur ad locum suum, & illuc vnde, prius regressus fuerat, aspirat.

locum suum reuērtitur, ibique renascens gyrat per me-

¶ In hyeme. ¶ In æstate.

ridiem, & flectitur ad aquilonem. Lustrans vniuer-

c *Oritur sol & occidit.* Ipse sol, qui ad lumen est, ortu & occasu quotidie mundi interitum demonstrat; qui per occultas vias oritur & occidit. Hoc autē ideo dicit, vt doceat, mutationibus temporū, ortu & occasu sydērum, humanam ætatem labi, dum nesciat homo.

HIERONYMVS. Sol iustitiæ Christus & bonis oritur & malis occidit, & ortus nos trahit ad patrem. Ad hoc enim venit, vt nos de terris ad cælum leuaret, & diceret, *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Nec mirum filium trahere ad se credentes, cum & pater ad eum trahat. *Nemo enim venit ad patrem, nisi pater qui misit me, traxerit eum.* Sol iste & Iacob de terra sua egredienti occidit. Et item cum de Syria terram promissionis intraret, ortus est ei. Loth quoque cum egressus de Sodomis, venit ad ciuitatem, ad quam festinare sibi fuerat imperatum, ascendit in montem, & exiuit sol super Segor. Aliter: Sol quando per austrum currit, vicinior terræ est; quādo per aquilonem, sublimior: Forsitā his, qui hyemis & tribulationis frigore coartantur (*ab aquilone enim exardescunt mala super terram*) vicinior est sol iste iustitiæ; his verò, qui sub borea calore priuantur æstiuo, incedit procul, & per suos circulos, vnde profectus est, reuertitur. Cum enim traxerit omnia ad se, & vniuersos suis radijs illustrauerit, erit restitutio principalis: & fiet Deus omnia in omnibus. Symmachus hoc ita interpretatur: *vadit ad meridiem, & circumit ad boream, perambulans vadit ventus, et per quæ circumierat, reuertitur ventus.*

Allegoricè. Sol Christus qui omnia viuificat, & illuminat spiritualis gratiæ splēdore & virtute, qui oritur fideli, occidit infideli.

☞ HIER.

Ibid. a *Quid habet amplius homo.* Post generalem sentētiam ad varios labores hominum verba conuertit, qui frustra laborantes congregant diuitias perituras, ambiētes honorē sibi; quibus subitò dicitur, *Stulte hac nocte morieris. cuius erunt quę congregasti?* maximè cum ex omni labore nihil secum ferant, sed nudum terram redeunt, vnde sumpti sunt.

Ibid. b *Generatio præterit, & generatio aduenit: terra verò in æternum stat.* HIERONY. Prima recedit generatio Iudæorum, & succedit generatio de gentibus congregata. Terra autem tandiu stat, quāndiu synagoga recedente, ecclesia omnis introeat. Cum enim prædicatum fuerit euangelium in toto orbe, tunc erit finis: quo imminente cælum & terra transibunt. Et signanter non ait, terra in seculis stat, sed in seculo. Nos autem Deum laudamus non in vno seculo, sed in seculis seculorum.

Ibid. *Generatio præterit, & generatio aduenit: terra verò in æternum stat.* Quid vanius? terra manet, facta pro homine: homo terræ dominus in puluerem reducitur; stat autem terra in seculum, non in seculum seculi; quia *cælum & terra transibunt.* &, *ecce noua facio omnia.* Apoc. 21. b

† superfluitatis vel quid vilitatis est homini

Psal. 38. b. ¶ autem

Lucæ 12. c.

Lucæ 21. f.

Ibid.

Ibid.

† Infrà 3. b.

Iohan. 12. c

Ibidem.

Gene 19. c.

Iere. 1. c.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ Generatio. *Propositum autem suum est, excludere, à vera felicitate illa, in quib. ab aliis ponebatur: scilicet diuitias, & honores, & cōsimilia, quæ habentur in præsenti vita: & hoc est quod dicitur*, Vanitas vanitatum. *Id est, vanitas maxima, sicut charitas dicitur virtus virtutum quia est maxima inter virtutes, & rosa flos florum, quia pulchrior inter alios flores.*

1 Ecclesiastes, *id est, Salomon, qui dicitur Ecclesiastes, id est, concionator, quia pertractando opiniones aliorum de felicitate, arguit ad diuersas partes, vt videbitur prosequendo, & post determinat veritatem.*

2 Vanitas vanitatum, *Repetitio est eiusdem ad maiorem assertionē.*

3 Et omnia, *in quibus ab alijs ponitur felicitas,*

4 Vanitas, *id est, sunt valde vana, eo modo loquendi quo dicitur valde liberalis, ipsa liberalitas: propter quod in talibus non est ponenda felicitas, de cuius ratione est firmitas, et stabilitas, cum sit vltimum hominis bonum. Et ad probationem sui dicti in generali subdit,*

5 Quid habet amplius homo de vni. labore suo quo laborat sub sole? *id est, in vita presenti, quasi dicat, quilibet potest experiri, quod non assequitur ex laboribus suis, nisi bonum instabile et amissibile, saltē per mortem, quam non potest euadere.*

6 Generatio præterit, & generatio aduenit. *Hic prosequitur in speciali ad excludendum bona vitę præsentis à vera felicitate. Et diuiditur in decem partes secundum numerum eorum, quæ excludit. Partes patebunt prosequendo. Primum autē, quod intendit excludere, est scientia humanitus acquisita, quæ inter alia videtur maius bonum: Vnde, & multi philosophi posuerunt in ea beatitudinem hominis, dicentes eum tunc esse felicem, quando in eius mente describitur totus orbis per scientiam perfectam. Hoc autē excludit in hoc capite primo: quia ipso excluso alia in quodam generali sunt exclusa, cum sint bona minora. In hoc autem sic procedit, quia propositum ostendit primò in scientia speculatiua: secundo in practica, ibi*, Vidi cuncta, *tertio infertur conclusio intenta, ibi*, Locutus sum. *Prima in duas, quia ostendit propositum primò per rationem, secundo per experientiam, ibi*, Ego Ecclesiastes. *Prima in tres secundum tres rationes, secunda ibi*, Non saturatur; *tertia ibi*, Quid est quod fuit. *In prima parte facit talem rationem. Illa scientia, quę est valde imperfecta, non potest dici felicitas hominis quia de ratione felicitatis est quod sit bonum perfectum, & illud quod modicum est, quasi nihil computatur, secundo Physicorum. Sed scientia acquisita, quacunque, modica est & imperfecta; ergo, &c. Circa istam rationem sic procedit, quia primò declarat vnde imperfectio, & modicitas scientiæ acquisitę procedit, Secundo propositum concludit, ibi*, Cunctæ res difficiles.

Circa primū sciendum, quod omnis scientia humanitus acquisita originem habet ex cognitione sensibilium, sensibilia verò sunt in continua transmutatione, saltem quantum ad plures sui proprietates: propter quod aliqui philosophi dixerunt, quod non potest de eis aliqua veritas affirmari, quarto Metaphysicorum. Et licet eorum dictum non sit verum, tamē ex tali dicto eorum, qui fuerunt maximè inquisitores veritatis, (vt dicit Philosophus ibidem) apparet difficultas reperiendi aliquam veritatē per inquisitionem humanam. Ex quo sequitur, quod talis cognitio veritatis modica est & imperfecta. Primò igitur Salomon ostendit mutabilitatem in corporibus mistis di. Generatio præterit & generatio aduenit, *scilicet, alia numero, quia quæ corrumpuntur, non redeunt eadem numero, secundo de Generatione, & ista variatio generabilium et corruptibilium apparet ad sensum in omnibus corporibus mistis.*

7 Terra verò in æternum stat. *immobilis à parte post, & non à parte antè, quia per creationem incepit esse. Et hac immutabilitas intelligitur quantum ad partes eius inferiores prope centrum existentes: partes autem superiores alterantur & transmutantur, & quia talis alteratio & transmutatio in elementis, & mistis causatur ex motu orbis, & potissimè ex motu solis in oblique circulo, ideo subdit,*

8 Oritur sol & occidit, *vt apparet ad sensum.*

9 Et ad locum suum reuertitur, *id est, ad ortum, siue ad orientem,*

10 Ibique renascens, *non quia sit alius & alius sol in numero, sed idem puncto orientis apparens de nouo,*

11 Gyrat per meridiem. *In motu enim ab oriente in occidentem declinat versus polum antarticum, siue meridionalem,*

12 Et flectitur ad aquilonem, *In motu enim suo ab occidente in orientem flectitur ad polum arcticum, seu aquilonarem.*

13 Lustrans vniuersa in circumitum per spiritus. *id est, sol, qui dicitur spiritus, non quod habeat animam: Corpora enim cælestia inanimata sūt, secūdū Damascenū, Sed quia influētia eius causat vitā in istis*

☞ inferio-

HIERONYMVS. *Vadit ad austrum, & gyrat ad aquilonem:* vel *gyrans gyrando vadit spiritus, & in circulos suos reuertitur.* Hinc existimare possumus, in hyeme solem ad meridianam plagam currere: in estate ad septentrionem, & non per æquinoctium autumni habere principium. Sed primum spirante Fauonio repente, quando in vere omnia in fœtum prorumpunt. Quod autem ait, *gyrando vadit spiritus & in circulos suos reuertitur.* siue ipsum solem spiritum nominauit, quod animal sit, & spiret & vigeat, annuos orbes cursu suo expleat, vt ait Poeta, *Interea magnum sol circumuoluitur annum*, siue quod etiam lunæ lucentem globum, & astra Titania Spiritus intus alit, totamque infusa per artus Mens agitat molem, & magno se corpore miscet: Non de annuo solis cursu, sed de quotidianis eius semitis loquitur. Obliqua enim & fracta linea per austrum pergit ad boream, & ita ad orientem reuertitur.

a *In circumitu pergit spiritus.* Ipsum solem spiritum vocat, qui animat, & inspirat, & viuificat omnia; sicut in vere, quod mundi principium putatur, singulis annis videmus. Obliquè enim per zodiacum currit sol. Vnde in hyeme ad austrum vergit, in æstate ad boream, ne si semper eodem modo procederet, alia calor, alia frigus consumeret.

b *Omnia flumina intrant in mare.* Dicunt philosophi, aquas dulces, quæ mari influunt, vel ardente sole consumi, vel salsuginis maris esse pabula. Sed Ecclesiastes noster & ipsarū Cōditor aquarum, dicit eas per occultas terræ venas ad capita fontium regredi, & de matrice abysso in sua semper ebullire principia. Possumus per flumina, & mare, humanum genus accipere, quod in terram, vnde sumptum est redit, secundum illud, *Terra es, & in terram ibis.* Nec terra impletur multitudine mortuorum. Et Hieronymus dicit torrentes non flumina, eò quod citò transeant.

HIERON. Omnes torrentes & cætera. Rectè turbidæ aquæ in mare vnde subsiterant, reuertuntur. Et (ni fallor) torrens sine additamento nusquam reperitur in bono, *Nam torrente voluptatis suæ potabis eos*, Cum additamento dicitur *voluptatis*: & econtrario Sanctator ad torrentem Cedron traditur; & Elias ad torrentem *Cariath* latitat, qui & ipse siccatur, non adimpletur, mare autem insatiabile, quomodo in prouerbiis filiæ sanguisugæ.

c *Cunctæ res difficiles.* Non potest homo causas & naturas rerum explicare, nec oculus ad plenum intueri, nec auris instruente doctore ad summam scientiā peruenire. *Videmus enim nunc per speculum in ænigmate, & ex parte, donec veniat quod perfectum est*, quod in hoc mortali corpore esse non poterit. Hæc sententia contra eos est, qui sine labore & discendi studio sanctas scripturas se nouisse putant, & se sapientes, cum insipientes sint.

d *Quid est quod.* HIER. De his videtur dicere, quæ suprà enumerauit, scilicet de mole terrarum, ortu solis, & occasu, cursu fluminum, magnitudine oceani, omnibusque, quæ aut cogitatione, aut visu, aut auribus discimus; quod nihil sit in natura nouum. Ab initio enim & homines nati, & mortui sunt, & terra super aquas librata, & sol ortus occubuit, & auibus volare, & natare piscibus, & cæteris propria à Deo artifice concessa sunt. Huic simile Comicus ait, *Nihil est dictum, quod non sit dictum prius.* Hoc cum exponeret Donatus: Pereant inquit, qui ante nos nostra dixerunt Si ita in sermonibus, quantò magis in administratione mundi, quæ ab initio seculi sic perfecta est, vt requiesceret Deus ab omnibus operibus suis die septima.

e *Quid est quod, &c.* De naturis in principio mundi creatis, & de successione earum, quomodo veniunt & transeunt; vt homo moritur, homo nascitur, eadem natura est nascentis, quæ

☞ fuit

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *inferioribus sicut causa vniuersalis. Homo enim generat hominem & sol, vt dicit Philosophus. 2. Phys.*

1 Et in circulos suos reuertitur. *Quod dupliciter exponitur, Vno modo, quia omni die mutatur eius circulatio appropinquando magis ad tropicum æstualem, vel ad tropicum hyemalem; Alio modo, quia secundum astronomos sol plures habet circulos, scilicet æquantem, deferētē, et epicyclum. Ista tamen determinatè dicere magis pertinet ad aliam scientiam. Consequenter ostendit mutabilitatem circa elementum aquæ dicens,*

2 Omnia flumina intrant in mare, *quia etsi aliqua flumina aliquando absorbentur à terra, alibi tamen exeunt, & vsque ad mare currunt.*

3 Et mare non redundat, *exeundo propter hoc ripas suas: Cuius causa subditur, cum dicitur,*

4 Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, *scilicet de mari, Quę quidem reuersio dupliciter intelligitur, Vno modo, quia per vias subterraneas de mari fluunt aquæ ad loca remota, & motu naturali possunt tantum ascendere, quanta est altitudo superficiei maris, & adhuc plus: quia transeundo sic per terram efficiuntur dulces per talem collationem, & per consequens leuiores, quàm aquæ maris salsæ, & sic erumpunt in fontes & flumina in loco altiori quàm sit superficies maris, & sic naturali motu iterum fluunt ad mare, Alio modo, quia per influētiam solis et stellarum eleuantur vapores humidi à mari et condensantur in nubes, quæ per ventos deferuntur longè super aridam, & tandem resoluuntur in pluuias, ex quibus augmentantur flumina ad mare currentia.*

5 Cunctæ res. *Hic concludit propositum: ex quo enim cognitio humanitus acquisita ex sensibilibus habet ortum, ex quibus cum difficultate inuenitur veritas: bene concludit dicens,* Cunctæ res difficiles ad intelligendum. *Et quia dicit beatus Hieronymus in prologo super pentateuchum, Quod* melius nouimus, melius & proferimus: *& per oppositum, quod minus bene intelligimus, minus bene proferimus, ideo sequitur,*

6 Non potest eas homo explicare sermone, *quia non potest eas ad plenum intelligere, sed tantum valde imperfectè, vt patet de folio vel fructu arboris, de quibus nullus quantumcunque studuerit potest ad plenum veritatem dicere: vtpote quare est tanta quantitatis præcisè, vel talis figuræ, saporis virtutis, Vnde fit quod talis herba vel fructus sanet talem infirmitatem, dicitur saltem in pluribus quod habet à tota specie, id est, ab aliqua proprietate consequente speciem: quæ tamen non nominatur, eo quod ignoratur.*

7 Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur. *Hic ponitur secūda ratio, quæ talis est: De ratione felicitatis humanæ est appetitum hominis totaliter quietare, aliter non haberet rationem vltimi finis, sed scientia quacunque acquisita non terminat appetitum hominis, sed magis excitat ad amplius sciendum, vt patet per experimentum, ergo, &c. Minor huius rationis ponitur, cum dicitur,* Nō satiatur oculus visu, &c. *Inter alios sensus, visus maximè deseruit in acquisitione scientiæ per inuestigationem; Auditus autē in acquisitione scientiæ per doctrinam: & ideo per hoc intelligitur, quod scientia viroque modo acquisita non terminat hominis appetitum, & non est alius modus acquirendi via humana, propter quod in tali scientia non est felicitas ponenda.*

8 Quid est quod fuit. *Hic ponitur tertia ratio, quæ talis est. De ratione felicitatis est permanentia stabilis: vnde in primo Ethicorum dicit Philosophus, quod felicitas non est sicut myrmicoleonta, quod est animal variabile in diuersos colores, Sed cognitio humanitus inuenta variabilis est: quia dicta maximorum philosophorum & doctorum, quæ vno tempore tenentur pro firma autoritate, postea reprobantur, & iterum sub alijs verbis vel eisdem renouantur. Vnde & circa primū principium, scilicet, De quolibet affirmatio vel negatio, de nullo verò simul; diuersis temporibus contraria senserunt philosophi, vt patet quarto Metaphisicorum, ergo in tali notitia non est felicitas hominis ponenda. Huius rationis ponitur minor, quantum ad eius virtutem satis diffusè, cum dicitur,* Quid est quod fuit. *tam in rebus, quàm in hominum opinionibus.*

9 Ipsum quod futurum est, *licet tempore intermedio cesset, & datum sit oblitioni. Et ad idem pertinet quod subditur.*

10 Quid est quod factum est. *Est enim repetitio eiusdem sententiæ ad maiorem exaggerationem.*

☞ Nihil

fuit morientis. Sic de auibus, piscibus, serpentibus, & omnibus animantibus: sic de herbis, arboribus & alijs naturis nihil nouum inuenitur quod antea non fuerit: nihil præteritum, quod post non fiat. Vnde, *Requieuit Deus die septimo ab omni opere suo*, à Gene. 2. a. nouarum creatione naturarum, non à gubernatione, secundum Ioan. 5. c. illud, *Pater meus vsque modò operatur; & ego operor.* Sic ex primordialibus rerum seminibus totius seculi tempus naturali cursu peragitur.

a *Nec valet, &c.* HIERONYMVS. In com. *Estne verbum de quo dicatur: Vide hoc nouum est. Iam enim fuit in seculis quæ fuerunt ante nos.* Apertius Symmachus, *Putásne est, qui possit dicere: Vide hoc nouum est? Iam enim factum est in seculo, quod fuit ante nos. Nec valet quicquam dicere.* Quasi dicat: Verè nihil nouum, quia non potest dici, *Ecce hoc nouum, Iam enim præcessit, &c.* Nec putemus signa atque prodigia, & multa quæ arbitrio Dei noua in mundo fiunt, in prioribus seculis iam fuisse: & locum inuenire Epicurum, qui affirmat, per innumerables periodos eadem his in locis & per eosdem fieri, Alioquin, & Iudas crebrò prodidit, & Christus passus est sæpe pro nobis, & cætera quæ facta sunt, & futura in eosdem similiter periodos reuoluentur. Sed dicendum est, quod præscientia, & prædestinatione Dei iam ea facta sunt, quæ futura sunt.

b *Iam enim præcessit.* Sicut præterita quæ olim fuerunt apud nos, abscondit obliuio, sic quæ nunc fiunt, qui nascituri sunt, scire non poterunt: silentio enim peribunt, & quasi non fuerint, abscondentur.

Vanitas enim vanitatum & omnia vanitas, quia omnia more fluentis aquæ transeunt, & non redibunt. Cui sententiæ totus mundus acclamat, & maximè genus humanum.

c *Non est priorum.* HIER. Seraphin propterea faciē Dei & pedes velant, quia prima & extrema cooperta sunt. Iuxta LXX. *Non est memoria primis, & quidem nouissimis qui futuri sunt.* Non est memoria eum his qui futuri sunt in nouissimo. Idem in euangelio: *Erūt primi nouissimi, & nouissimi primi, &c.* Et quia Deus vt benignus & clemens, minorum quoque omnium recordatur: his qui propter vitiū suum nouissimi esse meruerunt, non tātam dabit gloriam, quantam his qui se humiliantes, nouissimi in mundo esse voluerunt. vnde pòst, *Non est memoria sapienti cum stulto in æternum.*

d *Et proposui in animo meo, &c. vsque dedit de. fi.* Cui simile est: *Propter quod tradidit Deus eos in reprobum sensum*, id est, promisit tradi. Proposuit ergo Ecclesiastes primò omnium cor suum ad sapiētiam requirendam, volens vltra licitum causas rationésque cognoscere. Cur paruuli corripiantur à dæmone? Cur pij & impij pari naufragio demergantur; an hæc & huiusmodi casu, an Dei iudicio veniant: Si iudicio, vbi iustitia? Si non iudicio, vbi prouidentia? Hæc, inquit, nosse desiderans, intellexi supersluam curam per diuersa cruciantem, à Deo hominibus datam, vt cupiant scire quod licitum non est, & hoc propter suam curiositatem, quam sponte incurrerunt.

a ¶ Quod non ante fuerit.

quod† factum est? Ipsum quod † faciendum est. Nihil sub so- a le nouum, nec valet quisquam dicere: Ecce hoc recens est. b Iam enim † præcessit in seculis, quæ fuerunt ante nos. Non c

a ¶ Apud nos.

est priorum mẽmoria: sed nec eorum quidem quę postea futura sunt, erit recordatio apud eos, qui futuri sunt in nouis- d

a ¶ Alias non habet Israel. ¶ Sponte.

simo. Ego Ecclesiastes fui rex* Israel in Ierusalem, & pro- a

a ¶ Varia curiositate. b ¶ Causas omnium.

posui in animo meo qũærere & inuestigare sapienter de om- e nibus quæ † fiunt† sub sole. Hanc† occupationem pessi-

¶ Permisit. ¶ Carnalium. ¶ Ne proficerent. ¶ Quanto plus inquiritur, tanto plus dubitatur.

mam dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea. f Vidi quæ fiunt cuncta sub sole, & ecce vniuersa vani- g

a ¶ Dum diuersis cogitationibus rapitur. b ¶ A recto deprauati.

c ¶ Peccator cum in profundum venerit vitiorum contemnit.

tas & ãfflictio spiritus. † Peruersi difficile cõrriguntur.

1 Hucusque generaliter de vanitatibus seculi: hinc ad seipsũ redit, & quis esset ostẽdit, quomodo omnia cognouerit, & docuerit. vnde: *Et proposui in animo meo, &* cætera.

2 e *Hanc occupationem.* HIERONY. Verbum עניך *anian* Aquila. lxx. & Theodotio περισπασμὸν quod Latinè distẽsio: eò quòd in varias solicitudines mẽs hominis distenta lanietur. Symmachus verò ἀχολίαν, id est, occupationem transtulit. Itaque siue distẽsionem, siue occupationem, siue quid huiusmodi dixerimus, ad superiorem sensum cuncta referuntur.

3 4 5 6

7 8

9

† fiendum

† super. vbi supra. E

† afflictionem malã.

Hanc occupationem. pessimam, &c. Pulchrè causa præmissa data est à Deo occupatio, sicut illud, *Propter quod tradidit eos Deus in passiones ignominiæ.* Et item, *Propter quod tradidit Deus eos in reprobum sensum.* Roma. 1. e Ibidem.

f *Vidi, &c.* Consideraui omnia mundana, & vidi vanitatem & malitiam esse, id est, miserias spiritus, quibus animus diuersis fatigatus cogitationibus laborat cognoscere, quod homini non conceditur.

HIER. Verbum רעות Routh, Aquila, & Theodotio, *νομὴν* Symmachus *βόσκησιν* LXX. Syrum exprimere, non Hebræum dicentes *πάιρειν* siue ergo *νομὴ*, siue *βόσκησις*, à pastione vocabulum est, & *προαίρεσις* melius voluntatem, quàm præsumptionem sonat. Dicitur autem quòd agat vnusquisque quod velit, & sibi rectum esse videatur, atque in diuersa libero homines ferãtur arbitrio, & vana sint vniuersa sub sole, dum inuicem nobis in malorũ & bonorũ finibus displicemus. Dicebat mihi Hebræus quidam, quod Routh hoc loco magis afflictionem & malitiam, quàm passionem & voluptatem significaret: non à malo, boni contrario, sed secundum hoc, *sufficit diei malitia sua.* Quam Græci significantius *κάκωσιν* vocant, & est sensus: Consideraui vniuersa quæ in mundo fiunt, & nihil aliud deprehendi quàm vanitatẽ & malitias, id est, miserias spiritus: quibus anima diuersis cogitationibus affligitur. vbi supra. F

g *Peruersi.* HIE. Peruersus non poterit adornari, & imminutio nõ poterit numerari. Qui enim peruersus est, nisi ante corrigatur, nõ potest adornari, recta ornãtur, curua corrigũtur, hoc cõtra hæreticos, qui quasdã naturas introducũt, quę nõ recipiũt sanitatẽ: & quia imminutio. i. quod deest nõ potest numerari, primogenita tãtùm Israel numerata sunt: Fœminæ verò & serui & vbi supra. Nume. 1. d

☞ par-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere. *licet videatur hominibus modernis. Et subditur causa,*

2 Iam enim præcessit, &c. *Vnde dicit Philosophus. 1. Metheororum, quod opiniones & dicta sapientum quæ videntur de nouo inuenta, fuerunt in autoritate antè per longa tempora, sed per incendia vel inundationes vel hominum mortes, libri eorum fuerunt corrupti, & dicta eorum obliuioni tradita: & sic postea videntur de nouo inuenta, cùm tamen non sit ita. Ex dictis patet sequens litera.*

3 Ego Ecclesiastes fui rex Israel. *Hìc consequenter Salomon ostendit propositum per experimentum: quia sicut dictum est suprà, & hic iterum dicitur, ipse fuit sapientior aliis sui temporis, & etiam præcedentibus, quorum erat memoria: & tamen tanquam expertus dicit hic, quod talis scientia habet annexam anxietatem animi & laborem: & per consequens licet talis sciantia sit bona, non tamen est tantum bonum, quòd in ea felicitas hominis sit ponenda, & hoc est quod dicit,* Ego Ecclesiastes fui rex Israel, *id est super omnes tribus Israel, vt patet. ij. Regum.*

4 In Ierusalem, *quę est metropolis illius regni.*

5 Et proposui in animo meo quærere & inuestigare, &c. *scientia acquisita.*

6 Hanc occupationem. *In Hebræo habetur,* malam. *Licet enim scientia acquisita sit bona, & per consequens occupatio ad eam consequendam est bona per se, dicitur tamen* mala *per accidens, inquantum habet laborem & afflictionem studij annexam; vel quia aliquando est impeditiua maioris boni, scilicet deuotionis & orationis.*

7 Vidi cuncta quę sub sole. *Hic ostendit Salomon, quod in scientia practica non est hominis felicitas: & facit talem rationem, Inter scientias practicas illa melior est, quæ ordinatur ad bonum regimen communitatis, scilicet politica, quantò bonum commune melius est bono singularis personæ. Sed in hac non consistit felicitas hominis, quia habet multam afflictionem & vanitatem annexam, ergo in nulla scientia alia practica consistit felicitas hominis humana. Medium autem huius rationis cum sua probatione ponit cùm dicit,* Vidi cuncta quæ sub sole fiunt, *per scientiam practicam cuius finis est opus,*

8 Et ecce vniuersa vanitas, *Dicitur autem aliquid vanum, quod non attingit finem intentum. Sicut medicina dicitur vana, quæ non inducit sanitatem, & sic frequenter contingit in scientia politica, cuius finis est ciues facere bonos & studiosos, ideo subditur,*

9 Peruersi difficile corriguntur, *per scientiam politicam à communitatis rectoribus.*

☞ Et stul-

paruuli, & vulgus ex Ægypto nequaquam plenitudo, sed imminutio exercitus non numeratur. Potest & sic intelligi. Tanta malitia est in mundo, vt ad integrum statum nec redire valeat, in quo conditus est. Aliter: Omnibus in integrum per pœnitentiam restitutis, solus diabolus in suo permanebit errore. Cuncta enim, quæ sub sole sunt, eius arbitrio & malignitate euersa sunt, dum eius instinctu peccata cumulantur. Denique tantus est numerus seductorum, quos à grege domini rapuit, vt non possit comprehendi.

a *Errorésque & stulti.*

C HIER. Prima sapientia est stultitia caruisse, qua carere nō potest, nisi qui intellexerit eā. Vnde plurima in rebus noxia sūt creata, vt dū ea vitamus, ad sapiētiam erudiamur. Æqualis ergo studij fuit Salomoni, scire sapientiam & scientiam, & è regione errores & stultitiam, vt hæc appetendo, illa declinando, eius sapientia præbaretur. Sed in hoc quoque dicit se pauisse ventos, & non valuisse comprehendere veritatem, de præsumptione spiritus siue passione venti (quod sepius in hoc libro) suprà disseruisse sufficiat.

a ¶ Non sunt digni numero, vt sancti, de quibus dicitur, Dinumerabo eos & super arenam, &c.

& stultōrū infinitus est numerus. Locutus sum in corde meo,

a ¶ Reges in Ierusalem: Non Abraham, non Moysen & cæteros, sed qui fuc. ante me in Ieruſalem.

dicens: Ecce, magnus effectus sum, & præcessi ōmnes sapien-

a ¶ Quam petij à domino præ cæteris.

tiā qui fuerunt ante me in Ierusalem: & † mens mea contem-

¶ Non ait locutus sum: quia multa scimus, quæ eloqui non possumus.

plata est multa sapienter, & didici: dedíque cor meum, vt sci-

a rem † prudentiam atque doctrinam, erroréſque & stultitiam:

a ¶ Hiero. Pro hoc ponit. Cognoui quia hoc est passio venti, siue præsumptio spiritus.

& agnōui, quòd in his quoque esset labor & afflictio spiritus:

a ¶ Quanto magis quis sapientiam de diuinis assequitur, eo magis vitiis subiacere indignatur, & procul esse à virtutibus quas requirit.

b eò quòd in multa sapiēntia multa sit indignatio: & qui addit

scientiam, addit & † laborem.

† sapientiā & scientiā, & insaniā. In com.

† dolorem.

b *Et qui addit.* Quia potētes potēter tormenta patientur. Et,

Cuicunque plus committitur, plus exigitur ab eo: ideo apponit dolorem qui apponit scientiam, & contristatur mœrore secūdum Deum pro delictis suis: vnde Apostolus, *Et quis est qui me lætificet, nisi qui corrigitur ex me?* Nisi fortē & hoc intelligēdū, quod sapiēs doleat tū latere sapiētiā, nec ita præbere se mētibus vt lumē visui, sed per tormenta quædā & intolerandum laborē, iugi meditatione & studio prouenire.

Idem. ibid. Sapien. 6.a

Lucæ. 7.f

† cor meū vidit multitudinē sapientiæ, & scientiæ. 2. Cor. 2.a

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et stultorum infinitus est numerus, *id est, valde excedens numerum aliorum: & sic politica quæ ordinatur ad hoc, quòd ciues fiant boni & studiosi, habet effectum in paucioribus: & sic habet afflictionem annexam in regentibus.*

2 Locutus sum in corde meo dicens. *Hîc Salomon concludit conclusionem intentam: scilicet felicitatem hominis non consistere in scientia speculatiua seu practica, dicens* Locutus sum in corde meo dicens, Ecce magnus effectus sum. *Vt patet tertij Regum, quòd nullus ex regibus præcedentibus fuit ei similis in potentia & diuitijs.*

3 Et præcessi omnes sapientia qui fuerunt ante me in Ierusalem. *sicut dicitur tertij Regum. iij. de.* Et præcedebat sapientia Salomonis sapientiam omnium orientalium, & Aegyptiorum, & erat sapientior cunctis hominibus.

4 Et mens mea contemplata est multa sapienter, *quia disseruit de animalibus & plantis à cedro quæ est in Libano. Vsque ad hyssopum quæ egreditur de pariete.*

5 Et didici. *quia non solùm habuit scientiam infusam à Deo, sed etiam acquisitam.*

6 Dedique cor meum vt scirem prudentiam *quæ dirigit in agibilibus humanis:*

7 Atque doctrinam, *id est, veritatem diuinæ legis.*

8 Errorésque. *circa diuina.*

9 Et stultitiā, *Circa humana, ad euitandū scilicet & impugnandum.*

10 Et agnoui quòd in his quoque esset labor. *Sicut patet per prædicta. Et adhuc ratio alia inducitur, cùm subditur,*

11 Eò quòd in multa sapientia, *s. humana.*

12 Multa sit indignatio. *talis enim* scientia inflat. j. *Corint. viij. a Superbia verò inflatiua indignatur de facili.*

13 Et qui addit scientiam, *scilicet talem.*

14 Addit & laborem, *quia indignatiui, & impatientes intra se sentiunt multas anxietates.*

CAP. II.

In com. a DIxi ergo. HIER. *Veni nunc, tentabo te in lætitia, & videbo in bono: & ecce etiam hoc vanitas.* Postquam in multitudine sapientiæ, & adiectione scientiæ, dolorē & laborē esse deprehendit: & non aliud quàm casſū & sine fine certamen: transtuli me ad lętitiam, vt luxu fluerem, congregarem opes, diuitiis abundarem, & peritas voluptates carperē, antequàm morerer. Sed in hoc vanitatē prospexi, dum præterita voluptas præsentes non delectat, & exhausta non satiat. Non solum autem corporalis lætitia, sed etiam spiritualis, est tentatio possidenti, vt egeam corripiente stimulo & angelo Satanæ, qui me colaphizet, & ne eleuet; vnde Salomon, *Diuitias & paupertates ne dederis mihi.* Statimque subdit, *Ne satiatus mendax fiam, & dicam: Quis me conspicit?* Siquidem & diabolus per bonorum abundantiam cecidit: vnde Apostolus, *Ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli,* id est, in tale iudicium, in quod & diabolus incidit. Possumus etiam spiritualem lætitiam, sicut cætera, dicere vanitatem; quòd eā nunc per speculum videamus & in ænigmate: cum autem facie ad faciem, tunc non vanitas erit, sed veritas.

Prou 30. b 1. Tim. 3. b

CAP. II.

a ¶ More concionatoris sententiam vulgi in se suscipit, & falsam esse ostendit.

¶ De pœni. di. 3. c. intantum.

a DIxi ergō in corde meo: Vadam * & affluam deliciis, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque esset va-

a ¶ Væ vobis qui ridetis, quia lu.

b ¶ Decipiuntur, Qui carnis gaudia sequuntur, & per petuū putant quod fugit velut vmbra. Potest & de hæreticis accipi, qui falsis dogmatibus acquiescentes, læta sibi promittunt, cum sint filij perditionis.

b nitas. † Risum reputaui errorem, & gaudio dixi: Quid frustra

† Risui dixi insanis.

b *Risum reputaui errorem.* HIERON. *Risum dixi amētiā, & iucūditati dixi: Quid hoc facis?* Vbi nos dicimus *amentiā,* in Hebr. habetur. מְהוֹלָל *meholal,* quod secūdū Aquilā παράνοιαν *errorē:* secūdū Symmachū, θόρυβον *tumultū* interpretabimur.

* nunc.

Idē vbi sup. 1. Cor. 13. b

¶ Pro

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. II.

1 DIxi ergo. *Hæc est secunda pars, in qua ostendit Salomon non esse felicitatem in delicijs corporalibus. Et primò multipliciter ostentendit propositum: secundò concludit intendum, ibi* Quis ita deuorabit. *Prima in duas, quia primò ostendit propositum rationibus sumptis ex vita deliciosa. Secundò ex adiuncta sibi cura ibi,* Rursus. *Prima in duas quia primò procedit ratione: secundò experimento, ibi,* Magnificaui. *Primum adhuc in duas, quia primò ostendit propositum: secundò infert correlarium, ibi,* Cogitaui. *Circa primum facit talem rationem. In illo non consistit felicitas humana, cuius delectatio est quasi momentanea: quia felicitas est bonum stabile, & firmum, vt patet ex prædictis. Sic autem est de delicijs corporalibus, ergo, &c. Virtutem autem huius rationis ponit, continuando se ad præcedentia, dicens.*

1 Dixi ergo in corde meo, *quasi dicat, ex quo scientia non est summum bonum hominis, sed habet laborem annexum, vt dictum est, Conuertam me ad viuendum deliciosè.*

2. Et vidi. *i. statim percepi quasi dicat, quilibet potest statim percipere.*

3 Quòd hoc quoque esset va. *id. est, nullius momenti propter breuitatē delectationis, quæ est in huiusmodi delicijs: vnde dicit Grego. homil. xxij.* Deliciæ corporales, cum non habentur, graue in se desideriam accendunt: cùm verò habitæ eduntur, comedentem protinus in fastidium per satietatem vertunt. *Et sicut est de delectationibus gustus, ita & de delectationibus tactus, quę in Venereis consistunt.*

4 Risum, *i. ineptam lititiam,*

5 Reputaui errorem, *quia conuertitur in tristitiam.*

6 Et gaudio dixi, *quo homo gaudet de veritate inuenta,*

7 Quid frustra, *æstimando felicitatem in deliciis.*

Cogita

☞ Pro quo LXX, & theodotion, περίσσειαν quod exprimi poteſt circumlatio. Quomodo igitur hi, qui circumferuntur omni vento doctrinæ, inſtabiles ſunt, & in diuerſa fluctuant: ſic illi qui rident; (quibus dicitur, *Væ vobis qui ridetis*) errore ſeculi rapiantur, non intelligentes ruinam peccatorum ſuorum, neque plangentes, ſed hæc bona putantes æterna; vnde plangere deberent, exultantes. Poteſt hoc, & de hæreticis accipi, qui falſis dogmatibus acquieſcentes, læta ſibi, & proſpera promittũt.

a *Cogi. in corde.* HIER. Ebrietas, animi vigorem mutat, quam qui poteſt ſapientia permutare, & (vt in quibuſdam codicibus habetur) obtinere lætitiam ſpiritualem, is poterit, ad huius rei ſcientiam peruenire, quid in hac vita appetendum, quid vitandum.

b *Plantaui vi.* In domo diuitis non ſolùm aurea vaſa, & argentea, ſed & lignea & fictilia; agri, & horti propter infirmos. Nã qui infirmus eſt, holeribus veſcitur; plantantur arbores, non omnes fructiferæ (vt in Latinis codicibus) ſed omnis fructus. i. diuerſarum frugum atque pomorum: quia diuerſæ ſunt gratiæ in eccleſia, alius oculus, alius manus, &c. & quæ verecundiora ſunt noſtra, his maiorem honorem circundamus. Inter iſtas fructiferas arbores tenet primatum lignum vitæ, quod eſt ſapientia, ſine qua cætera ligna ſiccabuntur.

c *Et extruxi mihi piſcinas aquarum, vt irrigarem ſyluam lignorum germinantium.* Ligna infructuoſa non aluntur imbre cæleſti, ſed aquis, quæ in piſcinis de riuulis colliguntur. Nam & Aegyptus, humilis, & iacens quaſi hortus holerum in terrenis, & de Aethiopia venientibus aquis irrigatur, Terra vero promiſſionis, quæ montoſa eſt, & erecta, temporaneam, & ſerotinam expectat de cælo pluuiam.

d *Poſſedi ſeruos.* timore ſeruientes, & ſpiritualia deſiderantes, nec timentes.

Vernaculos, eos dicimus, qui ſunt quidem de eccleſia, & prædictos ſeruos & ancillas antecedunt; nec tamen liberi ſunt.

Vernaculi; dicuntur filij ſeruorum, qui in domo domini ſui nati ſunt,

e *Armen. quoque & magnos.* Hi ſunt, qui abſque ratione & ſcientia ſcripturarum, laborant quidem in eccleſia, ſed nondum ad hominem perueniunt. i. ad imaginem Dei.

HIER. *Et quidem poſſeſſio armenti & ouium multa fuit mihi ſuper omnes qui fuerunt ante me in Ieruſalem.* Nota quod in ſeruis & ancillis & vernaculis, multitudo non additur, ſicut in bobus & ouibus. Plura enim in eccleſia armenta, quam homines; plures oues, quã ſerui, & ancillæ, vel vernaculi.

f *Subſtantias re.* Dogmata philoſophorũ, & ſeculares ſcientias, quas Eccleſiaſtes vir ſapiens diligenter intelligit, & apprehendit eos in aſtutia eorum, & perdit ſapiẽtiam ſapientium, & prudentias prudentium reprobat.

g *Feci mihi cantores.* Cantor, quaſi vir, & robuſtus, & ſpiritualis, de altioribus cantat; Cantatrix verò adhuc circa materiã voluptatur, quam Græci ὕλην vocant, nec poteſt in ſublime tollere vocem ſuam. Vbicunque ergo fœmina inuenitur & ſexus fragilior, ad materiã reſpicit. Vnde Pharao ſolas fœminas vult viuere, quæ materiæ ſunt vicinæ. Econtra, Nullus ſanctorum, niſi rarò, fœminas genuiſſe narratur, Solusque Salphaat, qui in peccato mortuus eſt, omnes filias genuit. Iacob inter duodecim patriarchas vnius filiæ pater eſt, & ob ipſam periclitatur. *Cantores & cantatrices*, vterque ſexus me oblectaret.

h *Delicias filiorum hominum.* Sapientiam ſcilicet, quæ ſicut paradiſus poma habet varia, & multiplices voluptates. De qua Pſalmiſta, *Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Et, *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.*

i *Qui ante me fuerunt in Ieruſalem.* Ad literam, Non eſt magna laus. Ante Salomonem enim regnauerunt Saul, cuius tempore regnum cepit, & Dauid, ſub quo ſatis paruum erat regnum.

k *Perſeueravit.* Alij, *ſtetit*, in eſt ei in carne poſito ſapientia permanſit, non proficiens per momenta, ſicut in nobis, ſed in plenitudine ſtans.

l *Et omnia quæ.* Sed quantò ſtudio iſta creſcebant, tantò ſapientia deerat, quia per omnia deſideria rapiebat, putabamque hunc eſſe fructum laborum meorum, ſi libidini ſeruirem: ſed tandem in me reuerſus vidi omnia vana eſſe,

☞ *Sub*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino. *Hic infert correlarium ex prædictis. Ex quo enim vita delicioſa eſt modicæ valoris, & ipſa impedit à conſecutione ſapientiæ quæ maius bonum eſt, quam ſpiritualia corporalibus præponuntur, quamuis non ſit tantum bonum, vt in eo ponatur felicitas, vt dictũ eſt capitulo præcedenti: motus ex his,* Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino, *immoderate ſumendo,*

2 Carnem meam, *vt ſic non præualeret ſpiritui, ſed ſubyceretur ei.*

3 Vt animum meum transferrem ad ſapie. *à qua non impeditur per vinum moderate ſumptum, cùm acuat ingenium. Ex quo patet, quod abſtractio à vino non accipitur hic ſimpliciter, ſed cùm moderamine, vt dictum eſt.*

4 Donec viderem quid eſſet vti. filijs. *ad conſequendum felicitatem, quæ eſt ſummum hominis bonum.*

5 Magnificaui. *Hic conſequenter experimento declarat felicitatem hominis non conſiſtere in corporalibus delicijs. Et hoc primo declarat in perſona propria: ſecundo in perſona ſibi connexa, ibi.* Rurſus. *Prima in duas, quia primo declarat propoſitum, & ſecundo ex dictis mouet dubiũ, ibi,* Quid eſt inquam. *Circa primum diffuſe oſtendit ſe expertum fuiſſe ea, quæ faciunt ad delitias corporis: nec inueniſſe ſibi felicitatem dicens,* Magnificaui opera mea, *& qualiter, ſubdit in ſpeciali.*

6 Ædificaui mihi domos, *pulchras & delectabiles, quæ magnam partem conferunt ad vitam deliciosam.*

7 Et plantaui vineas feci hortos, & pomeria, *quæ faciunt ad delicias ex loci pulchritudine, & fructus plenitudine.*

8 Et extruxi mihi piſcinas aquarum, vt irrigarem ſyl. *ad decorationem loci & eius fructificationem.*

9 Poſſedi ſeruos & ancillas, multamque familiam habui, *vt ſeruirent mihi ad nutum in omnibus, quod eſt valde delectabile homini.*

10 Armenta quoque & magnos ouium greges, *vt haberem abundantiam diuitiarum naturalium, & etiam artificialium: ideo ſubditur,* Coaceruaui mihi argen. &c.

11 Feci mihi can. & canta. *ad delectationem auditus.*

12 Et deli. fi. *multiplicando mihi vxores & concubinas quæ præ alijs dicuntur eſſe delicia hominum. vnde dicitur. iij. Reg. xj. a.* Fuerunt q; ei vxores quaſi reginæ ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ.

13 Scyphos & vrceolos in mi. *& hoc ad delectationem guſtus.*

14 Sapientia quoque per. mecum. *ſ. vſque ad tempus, in quo per mulieres ſui deceptus.*

15 Et omnia quæ deſiderauerunt oculi mei non negaui eis. nec prohibui cor meum quin omni. *exponendo me omnibus delicijs.*

A non negaui eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ paraueram. Et hanc ratus sum partem
a ¶ Pro hoc momentaneo accipiens æternum. b ¶ A supradicto errore.
meam, si vterer labore meo. Cumque me cõ-
a ¶ Qui diligenter omnia agit, hoc potest dicere.
uertissem ad vniuersa, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus frustra sudaueram: vidi in omnibus vanitatem & affli-
a ¶ quia his irretitur.
ctionem animi, et nihil permanere sub sole.

a *Sub sole.* HIER. a ¶ A mundanis.
Christo. In sole posuit tabernaculum suum. Quia ergo ad solis claritatem ordinẽ cõstantiamque nondum peruenit, in eo
C Christus non habitat.

b *Et vidi quia tan.* Cum hoc cogitarem, quod sapiẽs, lux, stultus, tenebræ: Illius oculi in cælo, huius, in terra, repente mihi

Trãsiui ad cõtemplandam sapientiam, erroresque et
a ¶ Et sic. ¶ Id est quatenus.
stultitiam. Quid est, inquã,
a ¶ Rationalis. ¶ Refrenans se à vitijs.
b ¶ Imitari in comprehensione sapientiæ.
hõmo, † ut sequi possit re-
gem factorem suum? Et vidi,
quia tantum præcederet sa-
a ¶ Nostra quamuis non pura.
b ¶ Sapientia lux, & stultitia, tenebræ.
pientiã stultitiam, quantũm

a ¶ Vidi quia sapientia præcederet stultitiam & vidi quia sa.ocu.
14 differt lux à tenebris. † Sapiẽ
a ¶ In cælestibus, quæ superiora sunt ¶ In Christo, qui est caput.
15 tis oculi in cãpite eius, stul-
a ¶ Ignorantia terrenorum.
16 tus in tenebris ambulat. † Et didici quòd vnus † vtriusque esset † interitus, et dixi in corde meo, Si vnus, et stulti et meus † occasus erit,
17 quid mihi prodest, quòd maiorem sapientiæ ¶ Et post hæc.
dedi operam? Locutusque † cum mente mea
a ¶ Id est ista surreptio.
18 animaduerti, quod hõc quoque esset vanitas.
19 Non enim erit memoria sapientis similiter vt
a ¶ Quia hic in gloria, ille in pœna.
20 stulti in perpetũ, et futura tempora obliuio-
21 ne cuncta operient pariter. Moritur doctus si-
22 militer vt indoctus, et idcirco tæduit me vitæ
a ¶ quia omnia vanitas. b ¶ Quia mundus in maligno positus est.
23 meæ, † videntem mala vniuersa esse sub sole, et
a ¶ Vnde, Infelix ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius?
24 cũcta vanitatem & afflictio-
c *Rursus detest.* HIERON. Spirituali labore
25 nẽ spiritus. Rursus detesta-

surrepsit, quare communi morte pereant, communi miseria deprimuntur, & huiusmodi.

D
† De conf. di. 4. c. accepisti. c.1. De sacra vnctione. c.vnice. † De conf. di 4. c. accepi. c.1. De sacra vnctione. c. vnico † cuentus. † vtrisque † cuentus † fui

In com. Psal. 18. a.

† qui vẽturus est post me regem, qui non sit facturus quod iã fecerunt alij?

† videns

vbi suprà

☞ san-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et hanc. *s. vitam voluptuosam,*

2 Ratus sum partem meam, si vterer labore meo. *i. felicitatem. Deceptus enim à mulieribus, cecidit in hunc errorem.*

3 Cumque me conuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus frustra. *s. ad verius cogitandum de istis.*

4 Vidi in omnibus va. *quia non adducunt verum homiuis bonum.*

5 Et af. ani. *quia delicia, antequam habeantur, per desiderium affligunt, & habita, per satietatem in fastidium vertunt, vt prædictum est.*

6 Et nihil per. sub. *quia tales delectationes sunt quasi momentanea.*

7 Transiui ad contemplandam sapientiam, erroresque & stul. *i. consideraui, quod labor circa acquisitionem scientiæ, & maximè de diuinis (quæ proprie dicitur sapientia, vt dicitur j. Metaph.) melior est quàm corporis delicia. Ex hoc loco & alijs consimilibus dicunt quidam Salomonem pœnituisse in fine, sed illa pœnitentia non videtur fuisse sufficiens, & perfecta vt plenius dixi supra, Prouerbi. xxx.*

8 Quid est inquam. *Hic circa prædicta monet dubium. Et diuiditur in tres partes, quia primo mouetur quæstio, secundo ponitur solutio, ibi,* Et vidi; *Tertio subditur quædam obiectio, ibi,* Et didici. *Circa primum, quia fecerat mentionem de contemplatione sapiẽtiæ, quæ est cognitio diuinorum, ideo mouet quæstionem dicens,* Quid est inquam homo. *i. cuius virtutis,* 9 Vt sequi possit regem fa. *i. Deum aliquo modo attingere, per cognitionem creaturarum. Salomon autem loquitur in hoc libro vt concionator: & ideo frequenter loquitur in persona aliorum, non solum vera dicẽtium, sed etiam errantium, vt ex contrarijs allegatis veritas magis appareat. Fuit autem quidam nomine Simonides, dicens quod homo non debeat quærere cognitionem diuinorum, & eorum quæ sunt supra se, quia cùm sit mortalis, decet eum tantum mortalia sapere, vt habetur. x. Ethi. quem Philosophus reprobat ibidem dicens, quod licet homo ex parte corporis sit mortalis, tamen ex parte intellectus, qui est principalior hominis pars, est quid immortale & diuinum; & sic debet se trahere, quantum potest, ad immortalia & æterna per eorum cognitionem & amorem. Ex persona igitur istius Simonidis vel alterius similis videtur Salomon quærere,* Quid est, inquam, homo, *&c. quasi diceret, non videtur ei vtile aut decens quærere talia.*

10 Et vidi. *Hic ponitur huius quæstionis solutio, in qua ostendit quod cognitio de diuinis est valde vtilis, quia cum sit superior, habet iudicare de inferioribus scientijs. Ideo dicitur,* Et vidi, *id est, intellexi Visus enim inter alios sensus plures differentias rerum ostendit, j. Metaphy. & ideo nomine actus videndi frequenter significatur actus intelligendi, vt cum dicitur,* Vides tu hoc, *id est intelligis,*

11 Quia tantum præcederet sapientia, *id est diuinorum notitia,*

12 Sultitiam, *id est huius notitiæ carentiam,*

13 Quantum differt lux à tenebris, *Notitia enim recipit nobilitatẽ ab obiecto, & ideo dicit Philosophus libro cæli & mundi, quod desiderabilius est modicum cognoscere, de superioribus, & diuinis, etiam medio topico, quàm multa etiam per certitudinem de inferioribus & terrenis; ideo subditur,*

14 Sapientis oculi in capite eius, *id est in superiori parte animæ, quæ vacat diuinorum contemplationi:*

15 Stultus in tenebris ambulat, *quia sola terrena, & sensibilia cõsiderat, quæ comparata ad Deum sunt quædam tenebræ.*

16 Et didi. *Hic contra prædictam solutionem ponitur quædam obiectio, & hoc ex persona illorum, qui negauerunt animæ humanæ immortalitatem. ex quorum persona dicitur infrà. ij. d.* Nihil habet homo iumento amplius. *Quod si esset verum, homo se totaliter exponeret delectationibus carnis, sicut animalia bruta. Ideo dicitur,* Et didici, quod vnus vtriusque. *scilicet sapientis, & stulti* esset interitus, *quia si nihil maneret de vtroque post mortẽ, sapiens non expectat pro labore suo præmium, nec stultus pœnam: ideo subditur,*

17 Quid mihi pro. *quasi dicat, nihil, ideo subditur,*

18 Animaduerti quod hoc quoque esset vanitas, *scilicet laborare in acquisitione sapientiæ, quia totum perit in morte.*

19 Non enim erit memoria sapientis similiter, vt stulti, *id est: sicut nec stulti,*

20 In perpetuum, *id est in tempus longissimum.*

21 Et futu.tem. *& patet ex dictis litera. Et concluditur,*

22 Et idcirco tæduit me vitæ. *eò quod per ipsam non attingitur aliquod bonum stabile, & permanens, ideo sequitur,*

23 Videntem mala vniuersa esse, *id est, defectiua,*

24 Et afflictionem spiritus, *quia etiam studium sapientis habet afflictionem annexam, vt dictum est ca. præcedenti sicut & occupatio stulti, qui vacat deliciis corporalibus, similiter quarum acquisitio habet multas anxietates annexas, & possessio statim per satietatem habet fastidium annexum, vt dictum est supra. Hanc autem obiectionem non soluit Salomõ: cùm tamen sit contra veritatem. Cuius duplex ratio potest esse, Vna quia accipit manifestè falsum. s. quod non sit alia memoria sapientis & stulti: quia vna est ad laudem, alia ad vituperium, vnde dicitur Prouer. x. b.* Memoria iusti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet. *Alia ratio, quia soluitur per illud quod habetur infrà. xij. vbi ponitur intenta cõclusio in hoc libro, ibi enim dicitur de morte hominis,* Reuertatur puluis in terrã vnde erat, & spiritus redeat ad Deũ, qui dedit illum, *vt scilicet recipiat pro meritis mercedẽ, vel pro demeritis pœnã, & sic non vnus est interitus sapientis & stulti, vt hic assumitur: ideo dicitur de iustis. psal. cxv. a.* Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. *Et de iniustis, psal. xxxij. d.* Mors peccatorum pessima.

25 Rursus detestatus sum omnem industriam su. *Postquam declarauit propositum circa delicias rationibus sumptis ex ipsis deliciis, hic cõsequenter idẽ ostendit rationibus sumptis ex annexis curis. Et diuiditur in duas partes, Quia primo Salomon ostendit malitiã huius curæ in speciali: secundo magis in generali, ibi,* Quid enim proderit. *Circa primum sciendum, quod ad fruendũ deliciis præexigitur magna cura in acquirẽdo illa, quibus homo viuat delicioſe. Pater vero quodãmodo manet in filio, cum sit de substantia eius: & ideo si certus esset pater, quod filius sapienter vteretur diuitijs, & deliciis per laborem suum acquisitis, in hoc esset magna delectatio patris: sed hoc ignorat, quia frequẽter accidit contrarium. Sic igitur dicit,* Rursus detestatus sum omnem indu-

☞ striam

A ☞ sancti die noctuque in lege domini meditantur, scripturas interpretando, libros componendo, & sæpe labores illorum in manus stultorum perueniunt, qui malè exponendo, & sibi, & alijs nocent. Si enim de corporalibus tantum, quid necesse fuit dicere, & *dominabitur in omni labore in quo laboraui, & in quo sapiens factus sum sub sole*, Sic enim alij habent, Sapientia enim non est terrenas diuitias congregare.

a *Habiturus.* Hoc ipsi Salomoni contigit, qui non sui similem habuit filium Roboam. Ex quo intelli-

B gimus, filium nec dignum quidē hæreditate patris, si stultus sit.

b *Nam cum a.* HIER. Supra de incerto hærede, nunc eadē. Sed in hoc differt, quod etiam si filio, si propinquo, si noto alicui substantiam suam dimittit: in hunc tamen

C circulum res recurrit, vt alter alterius labore fruatur, & sudor mortui deliciæ sint viuētis. Quāto labore scribant, & sæpe stylum vertant, nouerunt librorum autores. Sapientiæ enim & doctrinæ est terrena calcare, non congregare. Aliud est ex rerum ratione, aliud ex stultorum opinione disputare, vt hic. Vbi vero ait. *Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij*, ex ratione.

tus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissimè
a laboraui, habiturus hæredē post me, quem ignoro vtrum sa-
a ¶ Ipsi Salomoni Roboam successit filius stultus.
piēs an stultus futurus sit, et dominabitur in lāboribus meis,
quibus desudaui et solicitus fui. Et est quicquam tam vanum?
¶ Quia vanum.
Vnde cessaui, renuntiauitque cor meum vltrà laborare sub
a ¶ Vt supra de incerto labore, vel hærede.
b sole. Nam cum alius labōret in sapientia et † doctrina et so-
licitudine, homini otioso quæsita dimisit. Et hoc quoque va-
¶ Scriptis & expositionibus. ¶ Vel quo.
nitas et magnum malum. Quid enim proderit homini de v-
a ¶ Nec per noctem quiescere, & nescire quis inde fructus.
niuerso labore suo & afflictione spiritus, qua sub sole crucia-
tus est? Cuncti dies eius † doloribus & ærumnis pleni sunt,
a ¶ Corpus Christi. b ¶ Sanguinem: vnde, Comedite amici mei & inebriamini.
¶ Venite ad me, & comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.
nec per noctem mente requiescit. Et hōc nonne vanitas est?
c Nonne melius est cōmedere & bibere, & ostendere animæ
a ¶ Scripturis.
suæ bona de laborībus suis? Et hoc * de manu Dei est. Quis
d † ita vorabit, & delicijs affluet, vt ego? Homini † bono in con-
spectu suo dedit Deus sapientiam & scientiam & † lætitiam,
a ¶ Hæc iusto, peccatori autem. ¶ Quia peccator ipse causa est, qui ante sponte peccauit: non Deus.
peccatori autē dedit † afflictionem & curam superfluam, vt
addat & congreget, & tradat ei, qui placuit Deo. Sed & hoc
vanitas, & † cassa solicitudo mentis.

c *Nonne melius.* Postquam omnia pertractaui, & nihil perpetuum vidi, & posteriores priorum laboribus frui: visum est mihi iustum & quasi Dei donum, vt de suo labore comedat homo & bibat pro tempore, parcens congregatis, *& hoc quidem donum Dei est.* Sicut contrarium est diebus ac noctibus congregare, & non vti. Sed & hoc diligenter inspicens, vanum iudicaui. Quis enim, vel comedere, vel cū opus est parcere potest absque Deo, qui præcepit canibus sanctum nō esse committēdum? & quomodo sint in tēpore cōseruis danda cibaria; &, iuxta alium sensum, inuentum mel comedere tantum, quantùm sufficit?

d *Homini bono* corrigenti mores suos proprio arbitrio, secundū illud, *Seminate vobis in iustitia vindemiate in fructu vita, illuminate vobis lumen scientię*, Seminanda enim ante iustitia, & fructus vitæ est metendus, & postea lumen scientiæ poterit apparere. Vt ergo bono corā se, dedit Deus sapiētiā, &c. Sic peccatorem suo arbitrio derelinquens, fecit congregare diuitias, & hinc inde peruersorum dogmatum consuere ceruicalia, quæ cum vir sanctus & Deo placens viderit, intelligit vana, & spiritus præsumptione composita esse.

Matt. 7. a.

E

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

In com.

* vidi ego quod † enim

† cogitatio spiritus.

Infra. 7. a.

† laboribus Ibid.

Osee. 10. d.

F

† enim † intelligētiam † occupationem

NICOLAVS DE LIRA.

☞ striam. *ad acquirendū bona tēporalia. & patet ex dictis litera vsque ibi,*

1 Homini otioso. *qui bona sibi derelicta à parentibus non expendit in bonis operibus, sed in prodigalitate & vanitatibus.*

2 Quid enim proderit. *Hic consequenter ostendit curam superfluam esse malam, magis in generali, qualis est cura hominis auari, qui multum affligitur in acquirendo, & auaritia non permittit eum acquisitis vti, & hoc est quod dicit,* Quid enim prode. *scilicet auaro & tenaci.*

3 De vni, labore suo, *corporaliter,*

4 Et afflictione spiritus, *mentaliter: quia vtroque modo cruciatur, & de nocte, & de die. Ideo concluditur,*

5 Et hoc. *i. labor inanis & sine fructu. q. d. sic: ideo vlterius concludit,*

9 Nonne melius est co. *i. decenter viuere de bonis acquisitis:*

7 Et ostendere animæ suæ bona de la. *expendendo partem bonorum suorum in operibus pietatis & liberalitatis;*

8 Et hoc de manu Dei. *i. bonum à Deo concessum, non tamen est tantum bonum, quod sit felicitas humana.*

9 Quis ita. de. *Hic vltimo ponitur intenta conclusio in hoc ca. Et est duplex. secunda, ibi,* Homini bono. *Prima est de delicijs corporalibus, quod in illis non consistat felicitas. Et facit Salomō talem rationem, Experto credendum est, ego autem super omnes expertus sum deliciarū vsum: & tamen dixi, quod in hoc non cōsistit hominis bonū. propter quod est mihi credendum. Huius rationis ponit minorem dicēs,* Quis ita de-

uorabit. *vnde dicitur. iij. Regum, iij. c. Erat autem cibus Salomonis per singulos dies. xxx. cori similæ, & lx. cori farinæ. x. boues pingues, & xx. pascuales, &c.* 10 Et delicijs affluet, *id est, mulieribus.*

11 Vt ego, *quasi dicat nullus: vnde dicitur tertio Regum duodecimo a. quod erant ei vxores quasi regina septingenta. vt supra allegatum est eodem capite.*

12 Homini bono. *Hic ponitur secunda conclusio, & est de cura humana circa temporalia, de qua locutus est supra. Ideo concludendo dicit, quod illa, quæ est bene ordinata bona est, dicens,* Homini bono. *i. viuenti secundum rectam rationem.*

13 In conspectu suo. *hoc additur ad excludendum hypocritam, qui non est bonus in conspectu Dei.*

14 Dedit Deus sapientiam. *i. notitiam de diuinis.*

15 Et lætitiam. *sic est in Hebræo, & libris correctis. i. vitam incūdam bene vtendo temporalibus bonis. Et consequenter concludit contrarium de cura superflua, & inordinata dicens,*

16 Peccatori autem dedit, *id est, dari permisit,*

17 Afflictionem & cu. su. *circa temporalia congregāda.*

18 Et tradat ei, &c. *Et non accipitur hic* tradat *sic quod talis voluntarie det bonis hominibus: sed quia ipso morīēte frequenter tradūtur talibus, sicut mortuo Nabal, bona eius venerūt ad manū Dauid. j. Reg. 25.*

19 Sed & hoc vanitas, &c. *id est cura in tali congregatione bonorum, quibus acquirens non vtitur, sed alij traduntur.*

CAP. III.

CAP. III.

In com.

OMnia tempus habent. HIE. Incertum & fluctuātem statum cōditionis humanæ

CAP. III.

Mnia † tempus habent: & suis spatijs trans-
a ¶ Ortus iusticum incipit Deum timere. ¶ Israel ad cultum Dei.
eunt vniuersa sub cælo. Tempus nāscendi,

1 omnia in mundo esse
2 contraria, & nihil stare perpetuum, eorum
3 scilicet, quæ sub sole

† constitutum tēpus

☞ fiunt,

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. III.

OMnia tempus habent. *Hæc est tertia pars huius libri, in qua à felicitate hominis excludit lōgauitatem, quę ab omnibus solet desiderari, exceptis paucissimis, & valde perfectis, sicut Paulus apostolus dicit Phil. j. c.* Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. *Et diuiditur in tres partes, quia primo Salomon ponit suam deductionē; Secundo quorundam obiectorū solutionem, ibi,* Vidi afflictionem: *Et tertio infert intentam conclusionem, ibi,* Et deprehēdi. *Circa primum ad suum propositum declarandum inducit alternationes plurimas de duratione & terminatione rerum corruptibiliū: ostendens quod est certa periodus à natura durationis, seu autore naturę instituta, inter quas est periōdus humana vitæ, qua debet homo esse cōtentus, sicut & cętera periodo sibi data à natura. Et diuiditur in quatuor partes secundum quatuor temporum varietates, & patebunt partes prosequendo. Prima autē varietas respicit ortum & occasum, & hanc cum alijs tangit in quodā generali dicens,* 1 Omnia tempus habent. *sua durationis limitatiū.*

2 Et suis spatijs transeunt. *Corpora enim cælestia sunt incorruptibilia, & ideo non habent limitationem durationis à parte post; consequenter ponit alternationem primam, quæ est circa ortum & occasum. Et primo in animalibus generaliter, inter quæ continetur homo, qui est nobilissimum animalium. Dicit igitur,*

3 Tempus nascendi, *quia inter conceptum hominis, & aliorum ani-*

fiunt,& intra tempus, quia substantiæ spirituales, nec loco nec tempore continentur.

In com. a *Tempus plãtandi,&c.* HIER. Nulli dubium est,quod & ortus & interitus hominũ Deo notus sit,& præfinitus;& parere id ipsũ esse esse quod plantare;mori quod plantatum est,euellere. Sed quia in

Esa.26.c. Esaia legimus *A timore tuo domine concepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis*: dicimus quod perfecto viro, partus ille qui de timore natus est, cum Deum amare cæperit, mundo moritur, quia perfecta charitas foras mittit timorem.

1 Ioan.4.a.

B ✠ HIERON. Hebræi omne hoc quod de contrarietate temporum scriptum est, vsque ad illum locum in quo ait, *Tempus belli & tempus pacis*, super Israel intelligunt. Et quia non necesse est super singulos versus ponere quid interpretentur & sentiant, perstringam breuiter, latiorem dissertionem lectoris ingenio derelinquens. Tempus fuit generandi & plantandi Israel, tempus moriendi & ducendi in captiuitatem. Tempus occidendi eos in Ægypto & tempus de Ægypto liberandi. Tempus destruendi templi sub Nabuchodonosor & tempus ædificandi sub Dario. Tempus flendi & plangendi euersionem vrbis, & tempus ridendi atque saltandi sub Zorobabel, Esdra & Nehemia. Tempus dispergendi Israel & tempus in vnum congregandi. Tempus quasi circulum & baltheum circundandi Deo populum Iudæorum, & tempus ducendi eos in Babylonicam captiuitatem & ibi computrescere trans Eufratem. Lege περίζωμα Hieremiæ. Tempus quærendi illos & seruandi, & tempus perdendi illos & proiiciendi. Tempus scindendi Israel & tempus item consuendi. Tempus tacẽdi prophetas, nunc in captiuitate Romana, & tempus loquendi eos tunc, quando etiam in hostili terra Dei consolatione & alloquio non carebunt. Tempus dilectionis, qua eos sub patribus ante dilexit,& tempus odij, quando in Christum intulerunt manus. Tempus prælij modo, non agentibus eis pœnitentiam: & tempus pacis in futuro, quando intrante plenitudine gentium omnis Israel saluus est.

Ibid.

C

Hier.13.

b *Tempus destruendi, &c.* Non possumus ædificare bona, nisi prius destruxerimus mala,sicut Ieremiæ dictum est à Deo,Vt ante eradicaret & suffoderet & perderet. & postea ædificaret atque plantaret.

Ierem 1.b.

c *Tem pl.* Tempus flendi nunc est,in futuro ridendi: vnde,*Beati flentes,quoniam ipsi ridebunt.*

d *Tempus plangendi,&c.* In euangelio,*Lamentauimus vobis & non ploraſtis,cantauimus & non saltaſtis.* Plangendũ est nunc vt in futuro saltemus, illam saltationem, quam Dauid ante arcã test. Saulis filiæ displicens,magis placuit Deo.

D Mat.5 a.

Luc 7 e.

2.Reg.6.c.

e *Tempus spargendi lapi. &c.* HIER. Mitior, si vir sapiens de ædificatione domorum dixerit,secundum illud Horatij, Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis, Æstuat, & vitæ disconuenit ordine toto. Sed vtrum verè,an per metaphoram, lectori relinquo. Nos vero intelligimus secundum hoc, *quod potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraha.* Quod tempus fuerit dispergendi gentes, & tempus in ecclesia congregandi, legi in quodam libro secundum LXX. *Tempus mittendi lapides, & tempus colligendi seueritatem*, scilicet legis antiquæ, euangelij gratia temperatam,Lex enim rigida peccantem interficit, euangelij gratia miseretur,& ad pœnitentiam vocat.

In com.

Horat. libro Epistolarum.

E *lapides.*

Mat 3 b.

f *Tempus amplexãdi. Nolite fraudare inuicem,nisi forte ex communi consensu ad tempus,vt vacetis,scilicet orationi*, liberis dãda opera, & item continentiæ. Tempus amplexandi sapientiam, & contemplationi strictius inhærendi; & tempus longe fieri à complexu,scilicet sapientiæ, vt curæ temporis, & his fine quibus viuere non possumus,seruiamus.

1 Cor.7. a. Ibid.

F

g *Tempus tacen. & tem.* HIER. Docemus in ecclesiis quod nescimus. Omnes artes absque doctore non discimus, sola hæc tam vilis & tam facilis,vt præceptore non egeat.

Ibid.

HIERONYMVS. Nihil nobis videtur esse rectum, nisi quod discimus, vt post multum silentium de discipulis efficiamur magistri.

h *Tempus loquendi.* Disciplina Pythagoræ est per quinquennium tacere,& postea eruditos loqui.

Pythagoræ disciplina.

i *Tempus dilectionis.* Tempus amandi post Deum vxores, liberos,propinquos, & tempus odiendi eos, in martyrio. Vel, *Quoniam nunc videmus per Speculum in ænigmate, &c.* Tempus erit diligendi præsentiam Dei, & tempus odiendi, quando facie ad faciem cernentes, & in melius proficientes, incipiemus odisse & despicere quod amauimus.

1 Cor.13. d.

☞ *Tem-*

a ¶ Ducendi in captiuitatem post transgressionem mandatorum. ¶ Mors,quando perfecta charitas foras mittit.

a & tempus mõriendi. Tempus plantandi, & tẽpus euellendi

a ¶ Ei qui ait,Ego occidam, & ego viuere faciam, Occidit, secundum illud, In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. b ¶ In Ægypto. c ¶ Sanat ad pœnitentiam vocans.

quod plãtatũ est. Tẽpus occidẽdi,& tẽpus sãnãdi. Tẽpus

¶ Ab Ægypto liberandi. a ¶ Templi sub Nabuchodonosor. ¶ Primos motus malæ cogitationis, b ¶ Sub Dario vel Cyro. c ¶ Euersionem vrbis. d ¶ Sub Zorobabel,Esdra,& Nehemia.

b c destrũendi,& tẽpus ædificãndi. Tẽpus flẽndi, & tẽpus ridẽ-

a ¶ Israel. ¶ In vinum. ¶ Deo.

d di. Tẽpus plãgẽdi,& tẽpus saltandi. Tẽpus spargẽdi lãpides,

a ¶ Israel. ¶ quando dictum est,Crescite & multiplicamini.

e f & tempus colligendi.* Tempus amplẽxandi,et tempus lo-

a ¶ quando dicitur,Tempus breue est, superest,vt qui habent vxores, sint tanquam non habentes. ¶ In Babylonica cap.& ibi computrescere trans Eufratem, lege perizoma Ieremiæ. b ¶ Eos Iudæos perditos. c ¶ Gentes.

gẽ fieri ab amplexibus, Tempus acquirẽdi,& tempus pẽr

a ¶ Fideles ex gentibus. b ¶ Infideles Iudæos. c ¶ Tempus destruendi & reædificandi. ¶ Israel. ¶ Vetus testa.

dendi Tẽpus custõdiẽdi,et tẽpus ãbijciendi Tẽpus scindẽn-

a ¶ Euangelij testimonijs & prophetis. b ¶ In disciplina. ¶ Prophetas in ca. Roma. c ¶ In magisterio.

g h i di,et tẽpus cõsuẽndi. Tẽpus tãcendi,et tẽpus loquẽdi. Tẽpus

NICOLAVS DE LIRA.

malium & eorum ortum, est certum tempus a natura determinatum, licet aliquando prolongetur, vel minoretur secundum maiorem, vel minorem virtutem naturæ.

1 Et tempus morien. *in senectute periodo humanæ vitæ deficiente, licet aliquando magis & minus prolongetur secundũ varietatem complexionis. Et agitur hic de morte & vita naturali, secundo in vegetabilibus cum dicitur,*

2 Tempus plan. *i. in vere.*

3 Et tempus euel.&c. *quod plantatum est,in autumno,quantum ad illa,quæ non faciunt fructum;nisi semel in anno,in aliis etiã quando cessant fructum facere secundum periodũ naturæ suæ. Tertio in hominibus specialiter & quantum ad mortem violentam,cum dicitur,*

4 Tempus occi. *aduersarios tustitiæ vel reipublicæ.*

5 Et tempus sa. *quando aliqui ex eis remãnent vulnerati,& permittitur eis vita ex aliqua causa rationabili, Tunc enim intendendum est eorum sanationi. Quarto in artificialibus, cum dicitur,*

6 Tempus destruen. *ædificia in quibus sunt malorum receptacula.*

7 Et tempus ædifi. *quando reædificatio expedit pro republica.*

8 Tempus flendi. *Hæc est secunda pars in qua ponitur alternatio circa hominis statum, cum dicitur.* Tempus flendi, *in infortunijs.*

9 Tempus plan. *in funeribus defunctorum.*

10 Et tempus sal. *i. tripudiandi in nuptijs coniugatorum.*

11 Tẽp. spargendi lapid. *in destructione fortalitiorũ, in quibus aduersarij habitabant.* 12 Et tempus colligendi. *s. lapides pro reædificatione, vt ibi habitent boni ciues.* 13 Tempus amp. *Hic ponitur tertia alternatio circa vsum, & primo vxorum, cum dicitur* Tempus amplexandi. *i. vacandi generationi: & hoc est tempus iuuentutis coniugum.*

14 Et tempus lon. *s. in senectute virtute generatiua deficiente, & etiam quando est communis afflictio populi, tunc enim debẽt homines se retrahere à deliciis, & maxime venereorũ vt Dei misericordia facilius impetretur: vnde dicunt Hebræi, quod tẽpore diluuij homines & bruta animalia in arca existẽtia continuerunt à coitu: & satis patet ex textu, quia egressis de arca dixit Deus,* Crescite,& multip.&c. *Gen.9. a. Secundo quantum ad vsum rerum in acquirendo & perdendo, cũ dicitur,*

15 Tempus acquir.&c. *Mercatores enim vno tempore lucrãtur, alio perdunt. Aliqui exponũt hoc de regno Israel. quod fuit acquisitum tribui Iudæ tempore Dauid, & perditum tempore Roboam, quantũ ad vnam partem, & tempore Sedeciæ quantum ad reliquam, Tertio quantum ad vsum in custodiendo, cum dicitur,*

16 Tempus custo. *quando non imminet maius periculum ex custodia.*

17 Et tempus abiicien. *i. quando imminet maius periculum. Sicut quis proijcit merces in mari ne submergatur. Quarto quãtum ad vsum vestimentorum, cum dicitur:*

18 Tempus scind. *scilicet pannos, ad formandum vestes:*

19 Tempus consuendi *post. scis. Aliter exponunt aliqui,* Tempus scindendi, *scilicet regnum Israel in duo, tempore Roboam.* Et tempus consuendi, *id est, recolligendi, & hoc in Christo.*

20 Tempus tacendi. *Hæc est quarta pars, in qua ponitur alternatio quantum ad debitum conuersandi modum, qui attenditur in triplici actu. Primo in actu rationis, qui est loqui, per loquelam enim exprimitur mentis conceptus cum, dicitur,* Tempus tacendi, *quando verbum non haberet effectum:*

21 Et tempus loquendi. *quãdo creditur oppositum. Secundo in actu concupiscibilis, cum dicitur,*

22 Tempus dilectio. *quãdiu ille, qui diligitur, est bonus & virtuosus.*

☞ *Et*

A a *Tempus bel.* Modo, non agentibus pœnitentiam; tempus pacis in futuro, quando omnis Israel saluus fiet; *Tempus belli*, ne sis securus, accipe armaturam Dei.

Suprà 1.a. In com.

b *Vidi afflictionem quã dedit, &c.* HIER. Dicitur quod propterea Deus in præsenti seculo etiam peruersorũ dogmatũ magistris cõcesserit occupationẽ, ne mens hominis otiosa torpesceret; & hoc est bonum quod fecit Deus in tempore suo, & non posse eos naturæ rerum comprehendere scientiam.

a ¶ Gratiæ. ¶ Quia dilexit eos ante sub petribus. ¶ Quando in hostili terra Dei consolatione & alloquio non carebant. b ¶ Ceremoniarum & huiusmodi. ¶ Legis Moysi. ¶ Quia in Christo posuerunt manus. c ¶ Dum viuimus. ¶ Contra diabolum. d ¶ Ierusalem ciuitas nostra, à pace vocabulum habet. ¶ Post hanc vitam.

1 a dilectiõnis, & tempus ŏdij. Tempus bĕlli, & tempus păcis.
2 b Quid habet amplius homo de labore suo? Vidi † afflictio-
3 nem, quam dedit Deus filiis hominum: vt † distendantur in
4 ea. Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit
5 † disputationi eorum, vt nõ inueniat homo opus quod ope-
6 c ratus est Deus ab initio vsque ad finem. Et cognoui, quòd
7 a ¶ Frui præsentibus. b ¶ Quod in futuro prosit. c ¶ Quæ cito transitura.
8 d non esset melius *nisi lætări, & facĕre, †bene in vitã sua. Om-
9 a ¶ Ne congreget diuitias, hoc tantum habet de labore suo. b ¶ Corpus Christi.
10 c ¶ Sanguinem. ¶ Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo; in his lætari debemus vt in lectione sancta pascamur & potemur.
11 nis enim hõmo qui cõmedit & bibit, & videt bonum de la-
12 c bore suo, hoc donum Dei est. Didici, quòd omnia opera, quæ
13 fecit Deus, perseuerent in † perpetuum. Non possumus eis
14 quicquam addere nec auferre, quæ fecit Deus vt timeatur. 15

† occupationem
† occupent se
Ibid.

ALITER. Cùm omnia suo labantur tempore, & sic tempus destruendi & ædificandi, flendi & ridendi, & cætera quæ de tempore dicta sunt: Quid frustra conamur, & breues huius vitæ dies putamus esse perpetuos, nec sufficit malitia diei, vt nihil in crastinum cogitemus? Quid enim plus habere possumus amplius laborando? In quo id tantùm hominibus à Deo datum est, vt alius alia sectando haberet, in quibus se erudire & exercere posset. Deus enim omne quod fecit, bonum est, sed in tempore suo bonum est; Vigilare, dormire non semper, sed vicissim bonum est, nunquam vlterius quam vt opus est. Dedit quoque mundum inhabitandum hominibus, vt fruantur varietatibus temporum, & non quærant de causis rerum † naturalium, quomodo creata sint omia, quare hoc vel illud ab initio mundi vsque ad finem seculi fecerit crescere, manere, & mutari.

† in cor

B

* in eis

† tempora. lium

C

Ibid.

c *Et cognoui.* Ideo colonus in mundo datus est homo, vt hoc breui tempore fruatur, & spe longitudinis abscisa, quæ possidet, quasi ad alia transiturus, aspiciat; & quod boni potest, faciat in vita; ne frustra pro congregandis opibus torqueatur; ne se putet plus de labore suo lucrari, quàm cibum & potum. Et si quid de opibus etiam bonis operibus expenderit, hoc solum donum Dei est. Non ex his, vt quidam putant, ad luxuriam & desperationem prouocamur, secundum illud, *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur*: sed vt, secundum Apostolum, *Habentes victum & vestitum, his contenti simus*: cætera pauperibus prosint. Nec contrarium quod dicit Balaã, *non erit labor in Iacob, neque dolor in Israel.* Hinc,

Isa. 22. d
1. Tim. 6. b.
Num. 23 c.

d *Omnis homo qui comedit & bibit, & videt bonum, &c.* Multæ enim nunc tribulationes iustorum, in futuro autem non erit labor in Iacob.

✻ OLYMPIOD. Sapiens quidem nouit, quod bonum est, omnis autem homo, hoc est vulgaris, & in multitudine media sumptus, qui aberrat à cognitione veri boni, cùm voluptate sola bonum diffiniat & metiatur, comedere ac bibere bonum esse existimat. Et sanè manifestum quod sensibilium rerum copia, Dei munere hominibus data est, non tamen vt concessis rebus abutamur, sed vt eas communicemus, in proximos liberales, Deo gratias de acceptis muneribus agentes. Commiscuit autem hoc loco personas Ecclesiastes, eius scilicet, qui verè sapiens, quod propriè bonum est cognoscit; & eius, qui errore malo ductus, fallitur circa ipsius boni cognitionem.

D

E

† bona

Suprà 1. b.

e *Didici, quod omnia opera quæ fecit Deus, perseuerent in perpetuũ.* HIER. Nihil est in mundo nouum, solis cursus, lunæ vices, terræ & arborum siccitas, vel viror, cũ mundo condita sunt; & hęc idcirco Deus certa ratione temperauit, vt Dei prouidentiam in his intelligamus, & timeamus à facie Dei. Vultus autem domini super facientes mala.

In com. Isa. 33 c.

✻ OLYMP. Rerum aliæ quidem visui sunt obnoxiæ, aliæ verò videri non possunt: Hic autem sermo habetur de visibilibus rebus; & harum quidem aliæ semper eodem modo perdurant, vt terra, cœlum, Sol, luna: aliæ verò per successionem seruantur in specie, vt homines, plantæ & similia. Noui igitur, inquit, quod non est apponere ad ea, quæ in mundi constitutione Deus creauit, cùm eiusmodi compositio perfecta sit & indeficiens. Sed neque ab ea quicquam, vt superuacaneum, est auferre. Qui verò ad speculationem mundi animum adijciunt, rationesque singularum rerum, quantum in se est, consequuntur, timore Dei occupantur, attonitique redduntur, authoris omnium sapientiam admirantes. In omni itaque hominum mente insitus est à natura Dei timor, vel legitima quædam ratio, quæ ab ordine ac pulchritudine vniuersi hominum corda conuertit ad creatoris sapientiam contemplandam. Sciendum vero est, hæc quæ videmus, esse veluti symbola quædam, ac signa spiritualium rerum. Quare si finem spectes, ob quem facta sunt, omni prorsus carent defectu. Nam siue quid eorum principaliter Deus produxit, siue quid in secundas causas referendum est: non est eis apponere quicquam, nec demere. Omnia igitur bona & pulchra, perfecta omnia sunt & necessaria Dei opera.

F

☞ *Et*

NICOLAVS DE LIRA.

✻ 1 Et tempus odij. *quando efficitur malus, non tamen odiendo naturam sed culpam. Tertio, in actu irascibilis, cùm dicitur,*

2 Tempus belli. *quando insurgunt aduersarij iustitiæ vel reipublicæ.*

3 Et tempus pacis, *quando cessant tales aduersarij. Sciendum autem, quod hic accipiuntur actus concupiscibilis, & irascibilis, prout imperantur à ratione.*

4 Quid ha. amp. homo de labore suo? *Hic remouentur quædam obiectiones possibiles fieri contra prædicta. Et diuiditur in tres partes secundum tres obiectiones, secunda ibi,* Vidi sub sole; *tertia ibi,* Dixi in corde meo; *Contra prædicta posset aliquis obijcere, quod longeuitas desideranda est tanquam summum hominis bonũ, quia per eam potest acquiri sapientia & scientia in perfectione sua; hoc remouet per hoc, quod homines quantuncunque viuant, ad perfectam cognitionẽ etiam rei minimæ, non attingunt, vt plenius dictum fuit suprà primo capite. & hoc est quod dicitur,* Quid habet amplius. *in certitudine notitiæ.*

Diuisio.

5 Homo de labore suo. *in studij exercitio longo; quasi diceret, modicum, aut nihil: imò frequenter contingit quod aliqui iuuenes studiosi credant se multa scire per demonstrationes, & procedentes vltrà vident quod non sunt nisi topicæ vel sophisticæ rationes; propter quod Socrates philosophus dixit. Hoc tantum scio, quod nescio, non ausus affirmare aliquid se scire; ideo sequitur.*

6 Vidi afflictionem, *scilicet, in exercitio studij.*

7 Quam dedit Deus si. *inquantum dedit eis intellectum ad talia inquirendum.*

8 Vt distendantur in ea. *id est, occupentur.*

9 Cuncta fecit Deus, &c. *id est tempore creationis, vt dicitur Gen. 1. d.* Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. *sed angelica natura & humana per seipsam peiorata est.*

10 Et mundum tradidit disputatio. eorum. *id est, hominum.*

11 Vt non inueniat, &c. *ipsum perfecte cognoscendo.*

12 Ab initio vsque ad finem, *id est, dato quod viueret per tempus longissimum, ideo concludit.*

13 Et co. quod non esset melius nisi lætari & bene facere, &c. *decenter viuere & virtuosè secundum cursum naturæ: ita quod sit contentus termino vitæ, quem dedit sibi natura.*

14 Omnis enim homo qui comedit & bibit, *honestè viuendo & sine cura superflua:*

15 Et videt bonum de labore suo. *ea quæ acquisiuit, partim liberaliter, partim misericorditer tribuendo:*

16 Hoc donum Dei est, *scilicet bonum in præsenti.*

17 Didici quod omnia opera, quæ fecit Deus, perseuerent, &c. *quia illa, quę sunt de integritate mundi, quantùm ad partes principales, manent eadem numero: Sicut corpora, quæ sunt incorruptibilia simpliciter, & elementa, quæ licet corrumpantur secundum aliquas partes, non tamen secundum se tota.*

18 Non possumus eis quic. &c. *sicut nec ipse addit postquam cessauit à nouis operibus condendis, & eodem modo debemus esse contenti de termino vitæ nostræ, nec solicitari de additione per longeuitatem.*

8 Vt

a *Et Deus instaurat quod abiit.* Quasi à proprio principio mundi. Sic potest legi ad consolationem martyrum, *Deus instaurat quod abyt, secundum illud, Capillus de capite vestro non peribit.* Quod alij sic, *Quærit eum qui persecutionem patitur, quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur.*

Luc. 11.d. Deu. 32.f.

In com. b *Vidi sub sole* HIER. Cum in hoc mũdo iudicium & veritatẽ requirerem, aliter arbitratus sum aliquid iustitiæ hic geri, & vel pium suo merito recipi, vel impium pro suo scelere damnari: Sed pòst mecum reputans, intellexi, Deũ non per partes iudicare, sed in futurum reseruare iudicium, vbi recipiet vnusquisque quod gessit; & tunc vidi tempus discretionis omnis rei. Similiter in sapientia Iesu sirach. *Ne dixeris quid hoc, aut quid istud. Omnia enim tempore suo requirentur.*

* Et adhuc † ego B † quomodo elegit eos Deus, & finit apparere, acsi essent iumenta inter sese. Nã vnus euentus † quia † omnia

Tempus erit omni rei & omni operi. ✻ OLYM. Hoc est, erit vniuersalis iudicij tempus. Mystico autem intellectu sic accipe, Vidi sub iustitiæ sole domino Iesu Christo, qui scilicet venturus est iudicare viuos C & mortuos: Vidi, inquam, locum impij à sinistris videlicet constitutum, & iusti item vidi locum, qui est à dextris eius: & dixi in corde meo, quod Deus omnes ad iudicium conuocabit, pro dignitate vnicuique distribuens, illud tempus definiens ac decernens, in quo nostra omnis actio & operatio districto examine perpendetur.

In com. c *Dixi in cor. meo.* HIER. Quasi, Non mirum, inter iustum & impium nihil distare, nec virtutẽ nihil valere, sed indiscretè omnia volutari: cum etiam inter pecudes & homines, quantum ad corpus, vel vilitatem corporis, nihil interesse videatur: vna conditio nascendi, vna species moriendi. Si autem videtur distantia, quòd spiritus hominis ascendat in cælum, pecoris in terram descendat; quis certus autor est, quis scit an vera an falsa sint quæ sperantur? Non hoc dicit, quia animam hominis putaret perire cum corpore, vel vnum locum bestijs hominibusque præparari.

a ¶ Vt solis ortus & occasus.

Quod factum est, ipsum permanet. Et quæ futura sunt, iam
a ¶ Animalia moriuntur, & nascuntur eiusdem generis, sic & alia.
a fuerunt, & Deus instaurat quod abijt.* Vidi sub sole in loco
a ¶ Dextera eorum repleta est muneribus.
iudicij impietatẽ, & in loco iustitiæ iniquitatem. Et dixi † in
¶ In futuro.
corde meo, Iustum & impiũ iudicabit dominus, & tempus
a ¶ Non modo. b ¶ Sanctorum, qui verè homines, vel doctores.
c omnis rei tũc erit. Dixi in corde meo de filijs hominũm,
¶ Vel. Et spiritus vnus omnibus.
† vt probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestijs. Id-
¶ Similis.
circo vnus interitus est hominis & iumentorum, & æqua
¶ Vel. Et spiritus vnus omnibus.
vtriusque conditio. Sicut moritur homo, sic & illa moriun-
a ¶ Ne putaremus dictum de anima. b ¶ Secundum corpus & membra. Terra es & in terram ibis.
tur. Similiter spirãt omnia, & nihil habet homo amplius iumento, † cuncta subiacent vanitati, & omnia pergunt ad v-
¶ In cælum.
num locum. De tẽrra facta sunt †, & in tẽrram pariter † reuer-
d tuntur. Quis nouit si spiritus filiorum Adã ascendat sursum,
e ¶ Peccatores qui vere iumentum vel idiotæ.
f & si spiritus iumentorũ descendat deorsum? Et deprehendi

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

D

Ibid. ri: Sed quia ante aduentum Christi omnes animæ hominum pariter descendebant ad inferos. Vnde hominis pecorisque spiritus eiusdem vilitatis videbatur. Et licet alter cum corpore periret, alter non, non multum intererat cum corpore perire & ad inferos descendere. HIER. *Dixi in corde meo de loquela filiorum hominum, quia probat illos Deus.* Hoc solùm inter homines & iumenta Deus esse voluit; quia nos loquimur, illa sunt muta: & cum hoc sit, tamen ostenditur nobis, quia secundum corpus iumenta sumus, sicut iumentum morimur, & vnus omnibus spiritus est. s. aer. Hoc est enim quod ait, *Et spiritus vnus omnibus, & amplius homini à pecore nihil est.*

E

ALLEGOR. *Homines & iumenta saluabis domine.* Et alibi, *vt iumentum factus sum apud te.* Et in prophetis, *Homines & pecora* in Ierusalem saluanda dicuntur, & impleri terram pecoribus & armentis.

Psal. 35 b. Ibid. 27. d. † reuertentur

d *Quis nouit.* Non dicit inter hominis & pecudis dignitatem nihil intereſſe; sed per Quis, difficultatem rei mõstrat. Quis enim, non impossibile sed difficile in scripturis sanctis sæpissimè significat: vt ibi, *Generationem eius quis enarrabit? Domine quis ascendet in tabernaculo tuo?* Ieremias (quamuis in Heb. aliter.) *Et homo est, & quis cognoscet eum?* Inter homines igitur & bestias hæc differentia est, quod spiritus hominis ascendit in cælum, & iumenti descendit in terram, cum carne dissolutus, si tamen huius rei vir aliquis eruditus, & rei quasi dubiæ certus assertor sit.

Ibid. F Esa. 55. c. Psal. 14 a. Iere 17. b. secundum LXX.

e *Deorsum.* Ad inferos. Fieri enim potest vt cito mutentur, & sæpe qui docti videbantur, ad inferos ducuntur; & simplices rustici coronantur.

f *Et deprehen.* Superiori errore turbatus, quo putabam homines nihil à bestijs differre, in hac stulta opinione ductus sum, vt dicerem, hoc tantum bonum, præsentem carpere voluptatem, quia post mortem non liceret, sed melius, de lætitia bonorum operum: Nihil enim melius, quàm lætari hominem in opere bo-

Ibid.

☞ no,

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Quod factum est, *à Deo incorruptibile.*

2 Ipsum permanet, *vt dictum est de corporibus cælestibus & elemẽtis. Alia autem quæ corruptibilia sunt, licet non sic maneant eadem numero, manent tamen eadem specie per successionem generationis, ideo sequitur.*

3 Quæ futura sunt iam, &c. *& patet litera ex dictis.*

4 Vidi sub sole. *Hic remouetur secunda obiectio, qua posset fieri, si* processus huius mundi melioraretur *quia sic longæuitas esset appetenda, vt sic viderentur fieri maiora bona; sed hoc excludit dicens,* Vidi sub sole. *i. in hominum habitatione.*

5 In loco iudicij impietatem. *Id est, vbi solebat dari rectum iudicium, datur impium.*

6 Et in loco iustitiæ iniquitatem. *Quia pro habitu iustitiæ in multis partibus successit habitus nequitiæ, & adhuc plus succedet in futuro tempore. Vnde dicit saluator, Matt. xxiiij. a.* Abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum.

7 Et dixi in corde meo, iustum & impium iudicabit dominus, *quia cum sit iustissimus, non permittit aliquod bonum irremuneratum, nec aliquod malum impunitum. Videntur autem in præsenti mali vsque ad mortem esse in prosperitate: & econtrario multi iusti in aduersitate; & ideo ex diuina iustitia cõcluditur, aliam vitam esse expectandam, in qua iniusti hic impuniti puniantur à domino, & iusti præmientur; ideo subditur.*

8 Et tempus omnis rei tunc erit, *quia multa, quæ nunc videntur inordinata, ad ordinem diuinæ iustitiæ reducentur.*

9 Dixi in corde meo de filijs. *Hic remouetur tertia obiectio, quæ primò ponitur, & secundo tollitur, ibi,* Quis nouit. *Obiectio autem procedit ex errore eorum, qui negauerunt vitam aliam, cuiusmodi fuerunt Saducæi, qui negauerunt spiritũ & angelum, & resurrectionem, vt habetur: Act. xxiij. & plures alij ante ipsos, ex quorum persona dicitur hic,* Dixi in corde meo de filijs hominum, *id est, quod nullam excellentiam respectu alterius vitæ haberent magis quàm bestiæ: quarum nihil remanet pòst mortem; & secundum hoc patet litera sequens. Si autem hoc dictum esset verũ, longæuitas esset homini maximè appetenda, vt sic acciperet, quantum posset de bonis præsentis vitæ, ex quo non expectaretur vita alia, in qua pœna aliqua, seu præmiatio esset reddenda.*

10 Quis nouit. *Hic remouetur dicta obiectio, quia procedit ex carnalitate hominum vitam præsentem tantummodo considerantium: & hoc est quod dicitur,* Quis nouit si spiritus filiorum. Adam ascen. sur. *tanquam immortalis: quasi diceret, pauci valde: & accipitur hic, si pro quia: quasi diceret, quia verum est, quod ascendit. Et dictio Heb. quæ ponitur hic est aquiuoca ad significandum si, & quia, & litera Heb. planior est quæ sic habet,* Quis noscens, quia spiritus filiorum Adam ascendens sursum, *id est, ascendit. Heb. enim non habent præsens tempus indicatiui modi, sed pro eo vtuntur participio præsentis temporis, vnde glossa Heb. sic habet,* Quis noscens, &c. *i. quis ponit cor suum ad cogitandum, quod spiritus hominis adducitur ad diuinum iudicium, ad rationem reddendam, scilicet de his, quæ agit per liberum arbitrium.*

11 Et si spiritus iumentorum descendat deorsum. *i. quia non adducitur ad diuinum iudicium, quia non agit per liberum arbitrium, ideo mortalis est simul cum corpore. De immortalitate vero animæ clarius dicit infra xij. ca. dicens de morte hominis,* Reuertatur puluis in terram suam, vnde erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illũ.

12 Et deprehendi. *Hic infertur conclusio intenta in hoc capitulo: & primo infertur conclusio: secundo remouetur quædam obiectio, ibi:* Quis

☞ enim

no, in eleemosynis, & huiusmodi, præparando in cælis thesauros. Hanc enim portionem veraciter habemus. Non enim possumus post hanc vitam rursus nostris laboribus perfrui, aut scire quæ in mundo futura sunt postea,

Et vidi quia non est bonũ, &c. vt videat id quod futurum est post ipsum. ✠ HIERONYMVS. Pro eo quod nos posuimus, *Vt videat id, quod futurum est post ipsum*, apertius interpretatus est Symmachus dicens, *Vt videat quæ futura sunt post hoc.* Nihil est ergo bonum in vita ista, nisi quod lætatur homo in opere suo,

nihil esse melius, quàm lætari hominem in opere suo, & hanc

a ¶ Id est nescit qualis sit eius hæres futurus.

esse partem illius. Quis enim eum adducet, vt post se futura cognoscat?

faciens eleemosynam, & futuros sibi thesauros in regno cœlorum præparans. Hanc solam habemus portionem, quam nec fur nec latro valet nec tyr ānus auferre, & quæ nos post mortem sequatur. Nec enim possumus, cum vita fuerit dissoluta, rursum nostris laboribus perfrui, aut scire quæ futura sint in mundo postea. Aliter superiori errore turbatus, quod putarem nihil interesse inter homines & bestias, in hanc sentẽtiam praua opinione deductus sum, &c.

NICOLAVS DE LIRA.

enim eum adducet; Conclusio vero intenta est, quod longæuitas non sit multum appetenda, ideo dicit ex prædictis, Et deprehendi nihil esse me. *in spatio vitæ præsentis concesso.*

1 Quàm lætari hominem in opere suo, *id est in operibus virtuosis, quę proprie dicũtur humana. alia enim opera magis dicũtur bestialia.*

2 Et hanc esse partem illius, *id est, quod termino vitæ sibi concesso sit contentus, sicut parte debita in præsenti.*

3 Quis enim. *Hic remouetur obiectio. Posset enim aliquis obycere dicens, imo longæuitas est multum appetenda, vt homo prouideat filijs suis dicens:* Quis enim adducet, *scilicet, hominem ad talem notitiam.*

4 Vt post se fu. c. *t. vt sciat filios post se victuros, & si viuant qualiter bonis sibi derelictis sint vsuri, quasi diceret, nullus adducet eum ad hanc notitiam: & ideo ex hac causa non debet esse multum solicitus de longæuitate.*

CAPVT IV.

B a VErti me ad alia. Plenius hunc locum Dauid in psal. lxxij. & Iere. in suo volumine prosequuntur.

✠ OLYM. Ad alia me, inquit examinanda conuerti, & contemplatus homines, vidi calumniatores iniustos, & qui calumniam patiebantur lugentes ex infirmitate, eo quod nullus pro illis contra calumniatores vindictę potentiam exerceret, atque ita eos consolaretur. Calumniatores autem sunt alij quidem in pecunijs, alij vero in opinionibus sectarum, sicut hæretici contra fideles. Quin & ipse princeps autorque malorum diabolus, cum apostaticis potestatibus, assidue calumnias texunt, mendaciaque moliuntur.

b *Et laudaui.* HIE. Alij hunc locum ita intelligunt, dicentes, eos esse meliores, qui mortui sunt, quàm viuentes, licet ante fuerint peccatores; quia hi in prælio, & quasi in ergastulo; mortui vero iam securi qui & peccare desierunt, sicut & Iohan. quo maior, non fuit in natis mulierum; minor est eo, qui minimus est in regno cælorum, & corporis mole liberatus nescit cum Apostolo dicere, *Infelix ego homo quis me liberabit de cor. mor. huius?* Meliorem autem dicunt eum esse his duobus, qui nondum natus est, in eo quod nec mundi miserias vidit. Animas autem nostras antequam ad corpora ista descendant, versari dicunt apud superos, & tandiu eas esse beatas quandiu perfruantur choro angelico.

c *Et feliciorem.* Quia nec vidit hæc mala, nec expertus est: nec secundum errorem eorum, qui putant animas esse, antequam homines fiant. Melius est itaque omnino non esse, quam male viuere: Vnde,

Melius illi erat si natus non fuisset homo ille quam pati, subaudis, æternam pœnam. Matt. 14. c.

d *In hoc ergo vani.* Quid ergo vanius quam suas miserias non flere, alios iudicare, melioribus inuidere.

e *Stultus com. ma. su.* vult ostendere miserum, & qui habet, quia inuidiæ patet, & periculo subiacet; & quia non habet, quia inopia opprimitur. Aliter,

Stultus com. à bono opere cessando, nec viriliter agendo *comedit car. su.* carnalibus scilicet desiderijs tabescens, donec consummatur. *Sultus com. ma.* Hic est piger, qui in prouerbijs continens manus suas super pectus suum describitur, cui tanquam citus cursor venit inopia. Vel sic: qui alienæ felicitati inuidet, & quasi spiritus furore raptatur, quique inuidiam in sinum receperit, nutrierit que in pectore, iste comedit animam & carnes suas. Quanto enim illi felicius succedit, tanto iste tabescit, & paulatim in zelum & liuorem

☞

CAPVT IV.

¶ Post prædictam cogitationem.

Erti me ad alia, & vidi † calumnias quæ

¶ Pro calumniis.

sub sole geruntur, & lachrymas innocẽtum, & neminem consolatorem,

a ¶ Quæ sub sole.

¶ Quæ maior miseriæ dolor.

nec posse resistere eorum violentiæ

¶ Ideo. ¶ Comparatione horum. a ¶ Qui non sentiunt has miserias.

cuncto auxilio destitutos. Et laudaui magis mortuos quàm viuentes, et feliciorem † vtroque iudicaui qui necdum

¶ Conuertens me ad alia.

natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt. Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, & industrias animaduerti patere inuidiæ proximi. Et in hoc ergo vanitas et † cura superflua est. Stultus complicat mãnus suas, et cõmedit

¶ Alter alterius bonis inuidet, & patet insidiis gloriosus.

a ¶ Manum suam ponit sub axella. b ¶ Vrgente fame. ¶ Hyperbolice.

† omnes oppressiones

† vtrorunque

† hominum

† cogitatio

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. IV.

Diuisio

1 VErti me. *Quartum quod solet ab hominibus desiderari tanquã summum bonũ in vita præsenti, est autoritas dominij. Ideo hoc excludit in hac quarta parte huius libri ostendens quod non sit hominibus appetẽda. Et primo ostẽdit hoc ex defectibilitate humana: secũdo ex sublimitate diuina: ibi,* Custodi pedẽ tuum. *Prima in duas, quia primo ostendit propositum rationibus sumptis ex parte plebis: secundo ex parte principis, ibi,* Melior est puer. *Prima adhuc in duas. s. in partẽ principalem, & incidentalem: secunda ibi,* Stultus. *Prima in duas, secundum duas rationes, quas inducit ad propositum. secunda, ibi,* Rursum. *Prima ratio accipitur ex iniurijs & violentijs, quæ innocentibus inferuntur, & à superioribus non corriguntur, aut quia non possunt, aut quia nolũt: & sic continue anxiantur, vel sua potestate abutũtur, talis autem status nõ est appetendus, ergo, &c. & hoc est quod dicitur* Verti me ad a. *& patet ex dictis litera vsque ibi.*

2 Et laudaui magis mortuos quam viuentes. *id est statum eorum, eo quod subtracti sunt à vita præsenti, antequam haberent experientiam tanti mali.*

3 Et feliciorem, *id est minus miserum,*

4 Vtroque, *scilicet malo homine mortuo, & malo homine viuente.*

5 Iudicaui, qui necdum natus est, *id est abortiuum, qui non habet experientiam aliquam mali pœnæ, aut mali culpæ actualis, & sic non sustinet aliquam pœnam sensibilem, sed habet vitam magis delectabilem quam possit haberi in vita præsenti, secundũ omnes doctores, qui loquuntur de morientibus in solo peccato originali.*

6 Rursum *Hic ponitur secunda ratio ad idem. Statim enim cum aliquis ascendit ad statum dominij insurgunt inuidiæ contra ipsum, & per consequens odia, rancores, & insidiæ: talis autem status non est appetendus. ergo, &c. & hoc est quod dicitur,* Rursum contemplatus sum o. bores hominum & industrias, *quibus ascendunt ad dominij statum,*

7 Animaduerti patere in. proximi. *& hoc patet ad sensum.*

8 Et in hoc ergo vanitas, *id est, in statu dominij acquirendo est vanitas superbiæ,*

9 Et cura superflua est, *in acquirendo enim & conseruãdo requiritur magna cura & anxietas animi.*

10 Stultus complicat manus suas. *Hæc est pars incidentalis, in qua reprobat duplicem modũ fugiendi dominiũ: quia vituperabile est vtriusque motiuum. Secundus remouetur, ibi,* Considerans, *Circa primum sciendũ, quod in acquisitione dominij requiritur labor magnus, vt dictũ est, quem refugit piger non virtuose, quia bene vellet dominari, sed desidiose, quia vult otiari, & hoc est quod dicit,* Sultus. *id est piger.* Complicat manus suas. *tanquam otiosus.*

11 Et comedit carnes su. *quia propter pigritiam laboris habet pa-*

rem distillat, Aliter.

Aggæi.1.a. Psal.142.a. *Manus* sæpe pro opere, vnde, *Verbum quod factum est in manus Aggæi.* i. talia opera gessit, vt dignus esset ad quem sermo Dei fieret. Et Dauid, *Qui docet.ma.me.ad prælium.* Stultus igitur amplexus est manus, scilicet extendere noluit, vnde non comedit *labores manuũ suarũ*, quos nec habet; sed secundum carnes suas viuens, id est sapientiam carnis, & carnis operibus vescitans.

a ¶ Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. ¶ Farris. b ¶ Qua dignus iustus.

a carnes suas dicens, Melior est * pũgillus cum requie, quàm

a ¶ Otio. ¶ Diuitijs. b ¶ Quo digna iniquitas. ¶ Per hæc alia.

b plẽna vtraque manus cum † labore & afflictione animi. Con-

¶ Solus Christus. ¶ Aliquis homo. ¶ In redemptione mundi.

c siderans reperi & aliam vanitatem sub sole. † Vnus est, & se-

a ¶ Aliquem hæredem cui congregata seruet. ¶ Portanda peccata nostra.

cundum non habet, non filium, non frãtrem, & tamen labo-

a ¶ Naturæ etiam non satisfacit.

rare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitijs, nec recogi-

a ¶ Quia semper cupit vitam nostram vel salutem.

tãt, dicens, Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? In

d hoc quoque est vanitas & afflictio † pessima. Melius est ergo duos esse simul quàm vnum, habent enim emolumentum societatis suæ. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. † Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem. Et si dormierint duo, † fouebuntur mutuò. Vnus quomodo calefiet? Et si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt

e ei. Funiculus triplex difficilè rumpitur. Melior est puer sermo confertur. Et dicitur quid boni habeat, quia scilicet alterius ruina, alterius solatio subleuetur, & curas domesticas, & noctis requiem melius exigat, qui amicum fidum habeat: quàm qui solis opibus incumbat acquisitis; & si fortior inimicus contra eum surrexerit, alterius solatio sustentatur. Et quantò duo vno differãt, si amore coniuncti sunt: tantò triũplus valere contubernium, quia charitas vera nullo liuore violata, quantò augetur numero, tantò crescit robore. *Melius.* Quia superius quorundam intelligentiam super Christo posuimus, eriã reliqua eodem ordine trãsigamus. Melius est enim habitantem in se habere Christum, quàm solum patere insidijs aduersarij: *Si* enim *ceciderit vnus*, erigit Christus participẽ suum. Væ ei qui cum corruerit, Christum non habet erigentem. Si dormierit vnus, in morte. s. & Christum secum habuerit, calefactus & viuificatus citius reuiuiscet; & si aduersus eum pugnando robustè ei diabolus institerit, stabit homo, & Christus pro homine suo; non quod contra diabolum Christi virtus infirma sit: sed quod liberum homini relinquatur arbitrium, & ruentibus nobis, ipse in prælio de nobis fortior sit. Quod si etiam pater & filius & spiritussanctus aduenerit, non citò rumpitur ista soliditas. Quod autem non facile rumpitur, tamen aliquando rumpitur, vt in Iuda: In Iuda enim triplex funiculus fuit, sed quia post buccellam introiuit in eum satanas, diruptus est. Quod autem suprà, *Et si dor.duo.fo.mutuo.* De Eliseo sumimus exemplum, quod contraxerit se cum puero, & dormierit, & calefecerit corpusculum eius, & ita viuificauerit resurgentem. Nisi igitur Christus nobiscum dormierit, & in morte requieuerit, calorem vitæ æternæ accipere non valemus.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13

Laodicenvs. sic dicit, Ecclesiasten de commutatione bonorum in mala hic habere sermonem, & exprimere insipientem hominem, qui futura non cogitans, præsentibus & caducis, quasi magnis & perpetuis delectatur; & post diuersa, quæ accidunt hominibus, atque mutantur: quasi generalem infert de morte sentẽtiam, quod innumerabilis multitudo intereat, & paulatim consumatur & transeat, vnoquoque alium in loco suo relinquente.

✠ Chromat. Væ illi vni cùm ceciderit, quia non habet qui erigat illum, ostendens quia caro quæ cõcordiam & societatem sancti spiritus habere meruerit, cum in mortem ceciderit, ab eodem spiritu erigatur in vitam & in gloriam sempiternam. Et ideo, Væ vni illi dixit, quia cùm ceciderit, non habet qui erigat eum, id est, quia caro consortium spiritus per infidelitatem suam non meruerit habere, non in vitam æternam erigitur sed in pœnam perpetuam suscitatur, ab eo qui iudex viuorum & mortuorum est.

e *Melior est* p. Hier. Symmachus ita, *melior est puer pauper cum sapientia, rege sene & insipiente, qui nescit pauere vicissitudinem.*

☞ *Alter*

NICOLAVS DE LIRA.

nem ad condemnandum, & sic attenuantur carnes eius.

1 Dicens, Melior est pugillus c. *ad excusationem suæ pigritiæ.*

2 Considerans reperi & aliam vanitatem. *Hic remouetur secundus modus vitiosus, scilicet per auaritiam: Ad statũ enim dominij oportet magnas expensas fieri, quod refugit auarus, non per virtutem, sed per auaritiam, & hoc est quod dicitur*, Considerans reperi & aliam vanitatem *scilicet miseriam auari, de quo subditur.*

3 Vnus est, & secundum non habet, *quia refugit habere familiaritatem & amicitiam cum quocunque, ne oporteat ipsum aliquid expendere: & tamen non cessat acquirere cum magna & animi & corporis afflictione, ideo concluditur quòd est afflictio pessima; & patet littera, propter quod ex opposito concluditur.*

4 Melius est ergo duos esse si. *id est, plures coniunctos amicitia & societate.*

5 Habent enim emolumentum societatis. *s. quia communicant inuicem bona sua.*

6 Si vnus ceciderit. *In aliquod infortunium.*

7 Ab altero fulcietur. *Quia ab eo iuuabitur & consolabitur.*

8 Væ soli, *Id est societatem & amicitiam cum aliquo non habenti.*

9 Et si dormierint duo in lecto vno, *contra malum frigoris, per hoc metaphoricè intelligitur quietatio plurium in vna dilectione: ideo subditur.*

10 Vnus quoque calefiet, *scilicet charitate: vnde dicit Greg. homi. xxxix.* Charitas semper in alterum tendit: vt esse charitas possit.

11 Et si quispiam præualuerit contra vnum, *hoc patet in corpore & anima, quia amicus iuuatur ab amico, non solum in tribulatione mundi, sed etiam in tentatione diaboli.*

12 Funiculus triplex difficile rumpitur. *i. quanto plures & boni sunt amicitia coniuncti, tanto status eorum melioratur.*

13 Melior est puer. *In principio huius capituli ostendit, dominũ non esse appetendũ, rationibus sumptis ex parte plebis; hic idẽ ostendit ex par-*

te

Ecclesiastes 4.

In com.

In com.

* plenus

† dolore

† 7.q.1.c. factus.

In com.

nec recogitat dicẽs

† spiritus Psal 36.b. Prou.16.b

† 7.q.1.c.illud. De ista monac. monach. Ibid.

Ibid.

Rom. 8.c.

Ibid.

In com.

† soliditatẽ

☞ A *Alter enim de carcere exit ad regnum: Alter vero cum etiam rex natus, paupertate opertus est. Vidi omnes viuentes qui gradiuntur sub sole cum adolescente secundo, qui surrexerit pro eo. Infinitus omnis populus qui fuit ante vtrumque, & posteri non lætabuntur in eo, sed & hoc vana & passio venti.*

Apud Hie. In com. † admonitionem videre adhuc

GREG. Ponti. episcoptus ita. Ego præfero adolescentulum sapentem & pauperem, seni regi & stulto, qui non putat, quod possit aliquis de his, quos vinxit; de carcere eijcere, vel exire ad regnum, vel ipse de praua potestate corruere.

B † quando vadis eo † quia propinquior est Deus ad audiendum quàm suscipiendum sacrificium quod dant

Fit enim interdum, vt qui sub adolescentulo sapiente fuerint, sine mœrore sint; ita tamen vt cum sene ante versati sint. Qui enim postea nati sunt, quia mala præterita nescierunt, nec postea adolescentem laudare possunt, qui post resurrexit, abducti opinione peruersa & impetu spiritus seductoris antichristi.

vbi suprà

HIERO. Heb. meus, Baruchiam (quem maximè admirantur) ita exposuisse testatus est, Melior est interior homo, qui post. 14. pubertatis annum in nobis exoritur, exteriori homine, qui de matris aluo natus est, qui nescit recedere à vitio, & qui de domo vinculatorum, id est, vtero, ad hoc exiuit vt regnaret cum vitijs, qui etiam in potestate sua pauper effectus est mala omnia perpetrando. Vidi eos qui in priori homine vixerunt, & cum secundo post conuersati sunt, (eo scilicet, qui priore decessore generatus est) intellexiq; quidem omnes in priore homine peccasse, antequam secundo nascente duo fierent. Qui vero ad meliora conuersi, & post, Y, literam philosophorum sinistro tramite dimisso, ad dextrum apicem contenderunt, & secundũ i. nouissimum hominem sunt secuti, non lætabuntur in eo. i. priore.

Ibidem

ORIG. & Victorinus non multum inter se differunt. Post generalem enim sententiam, quæ omnibus patet, quod melior sit adolescens pauper & sapiens quam rex senex & insipiens: & quod frequenter eueniat, vt ille per sapientiam suam etiam de carcere regis egrediens, imperet pro peruerso, & rex insipiens imperium perdat; Super Christo & diabolo sic interpretati sunt:

Gene 41 c. Puerum pauperem & sapientem Christum, vnde, *Magnum est tibi vocari puerũ meum; pauperem*, verò quia cum diues esset, pauper nobis factus est; *Sapientem*, quia proficiebat ætate & sapientia. Ille natus est in regno senis, & ideo dicit, *Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, meus vtique de. vt non tra. Iu. Nunc autem regnum meum non est hinc.* In illius ergo senis stulti regno, qui ostendit ei omnia regna mũdi, & gloriam eius, natus est optimus puer, & de domo vinculatorum, (de quibus lere. *Vt humiliaret sub pedibus eius omnes vinctos terræ,*) processit ad regnum, & abijt in regionem longinquam, & cõtra illos, qui regnare cum nolebant, post aliquantulum temporis rex reuersus. Vidit ergo in spiritu Ecclesiastes viuentes omnes, qui possunt adolescentis esse participes, dicẽtis, *Ego sum vita*, veteri stulto rege dimisso, Christum sequi: simul duo ex Israel populi significantur, prior qui ante aduentum fuit, & posterior qui Antichristum pro Christo susceptur us est, qui prior non penitus est abiectus, Prima enim ecclesia ex Iudæis & apostolis congregata est, & in fine Iudæi, qui Antichristum pro Christo susceptur i sunt, non lætabuntur in Christo.

D Isai 49. 1. Cor. 8 b. Luc. 2 g. Ioh 18 g. Matth. 4. b.

Tren. 2. d. Luc. 19 d.

E

† 1 Re. 14 c 8 q 1. c. sciẽdum

Ioh. 14. 2.

a *Custodi pedem tuum.* ✠ HIER. Præcepta vitæ dat & non vult offendere euntes ad Ecclesiam. Non enim ingredi in domum Dei, sed sine offensione ingredi laudis est. Et si esset omnium, qui sunt in Ecclesia Dei, audire sermonem, nunquam addidisset, *Appropinqua vt audias.* Denique Moyses solus prope accedebat ad audiendum Deum: cæteri non valebant accedere. Quod stulti nescientes, remedium esse peccati, æstimant, oblatione munerum Deo satisfacere posse: & ignorant hoc quoque malum esse atque peccatum; non obedientia & operibus bonis sed donis & victimis emendare velle, quod fecerint. Huic congruit illud quod alibi dicitur; *Obedientia super sacrificium.* Et, *Misericordiam volo, & non sacrificium.*

In com. F

b *Appr.* Moyses accedit ad audiendum Deum, alij non possunt.

c *Stultorum.* inobedientium, qui donis & victimis volunt emere impunitatem peccatorum: sed dominus ait, *Misericordiam volo, & non sacrificium.*

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *te principis: Et ponuntur hic tres rationes: Prima ratio est; quia frequẽter contingit, quod rex ætate prouectus, est sapientia destitutus: quia deliciose nutritus fuit, & in deliciis viuit, quæ impediunt acquisitionẽ sapiẽtiæ; & ideo melioris conditionis est iuuenis pauper, qui est ad acquirẽdam sapientiam dispositus: quia sicut dicit Secundus philosophus, Paupertas est sapientiæ reparatrix; propter quod Socrates philosophus, & multi alij diuitias contempserunt: & hoc quod dicitur,* Melior est puer pauper. *hoc patet in Ioseph, & Pharaone, Genes. xlj. e. Præuidit enim Ioseph famem futuram, & remedium præuidit contra ipsã, quod rex facere nescit.* 1 Quod & de car. *Hic ponitur secunda ratio, quæ talis est, Illud, quod frequenter terminatur ad magnam miseriam, non est appetẽdum, tanquam huius vitæ summũ bonũ: sic est de dominio tẽporali: vnde Sedechias rex Iuda finaliter exoculatus, & captiuus in Babylonem ductus, & sic miserabiliter mortuus. iiij. Regũ. vltim. Potestas etiã temporalis aliquando casualiter & subito venit ex magna miseria: sicut de Ioseph, qui eductus de carcere statim fuit factus princeps Ægypti, & secũdus à rege. Quod autem sic à casu prouenit, non est summũ hominis bonum ideo subditur.* Quod & de car. caten. *sicut dictum est de Ioseph.*

2 Et alius natus est, *sicut dictum est de Sedechia, qui fuit filius regis.*

3 Vidi cunctos viuen. *Hic ponitur tertia ratio. Frequenter enim accidit, quod senescente rege, populus & maximè iuuenes, adhærẽt filio eius, qui pro eo est regnaturus, & aliquãdo regnũ vsurpat sibi viuente patre; sicut Adonias voluit facere. iij. Regum. i. & eodem modo fit de eiusdẽ filio, quando senescit, & filius eius ad ætatem adultam venit. Quod autem rex in fine vitæ sic contemnatur, vel de eo parum curetur, est sibi doloris materia propter quod talis dignitas non est appetẽda: & hoc est, quod dicitur,* Vi. cun. vi. *id est, multos. Est enim hyperbolica locutio, sicut dicitur:* Omnes de ciuitate currũt ad tale spectaculum, *ad denotandum multitudinem currentium. licet aliquando maior pars remaneat.*

Qui ambu. sub. sol. *id est, in vita præsenti.* 4 Cum adolescente. *i. cum filio regis, qui est secundus ab eo, eò quod regnaturus est post eum, ideo subditur.* 5 Qui consurget pro eo. *scilicet, in regno.*

6 In. nu. est po. *id est, valde magnus, & est hyperbole sicut & supra.* 7 Om. qui fu. an. *adhærentes primo patri, & postea sibi, modo dicto.* 8 Et qui post. futu. sunt, *isto filio seniscente.* 9 Non lætabunt. *id est, parum curabũt de eo, sed magis adhærebũt filio eius, vt dictum est.* 10 Sed & hoc vanitas, *quod rex senior dimittitur sic pro iuuene.* 11 Et affli. spi. *rege sic dimisso.* 12 Custodi. *Superius ostendit dominum terrenum non esse appetẽdum rationibus sumptis ex defectibilitate humana: hic consequenter idẽ ostendit ex sublimitate diuina, Deus enim est summe venerãdus & timendus, vt supponitur ab omnibus: quia quilibet reputat Deum id, quo maius esse, vel cogitari nõ potest, vt dicit Anselmus, sed potestas terrena retrahit à diuino timore & reuerentia, vt patet non solum de regibus infidelibus Deum verũ contemnentibus, scilicet, Pharaone, Sennacherib, Nabuchodonosor: sed etiã de fidelibus: sicut de Dauid, qui ex potestate regia nõ timuit Deũ offendere in adulterio Bathsabee, & homicidio Vriæ. & Salomone in templorum pro idolis fabricatione & adoratione, ergo talis potestas non est appetenda. In hac ratione sic procedit: quia primo ostendit Deum esse summè venerandũ, secundo timendum, quod est huius rationis fundamentum, secunda ibi,* Tu vero. *Prima in duas, quia primo ostendit Deum summè esse venerãdũ in se: secundo in ministris suis ibi,* Ne dicas: *Prima adhuc in duas, quia primo ostendit Deum venerandum opere, & secundo ore, ibi,* Ne temere. *Circa primum dicit,* Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, *vt non ingrediaris pompatice & superbè, sicut solent facere potentes huius seculi sua potestate nimis eleuati.*

13 Et appropinqua *sacerdotibus & legis doctoribus,*

14 Et audias, *scilicet, Dei mandata ad ea fideliter adimplenda.*

15 Multo enim melior est obedientia, &c. *in obseruatione mandatorum Dei.*

16 Quam stultorum victimæ *id est, transgressorum legis, qui per potestatem suam non formidant Dei mandata transgredi, æstimantes eum placare oblationibus & sacrificijs.*

17 Qui nesciunt quid faciunt ma. *Ex hoc enim quod sunt superbi excæcati cognoscere grauitatem nesciunt sui peccati.*

☞ CAP.

CAPVT V.

A a NE teme. Deus. Quia omnia audit, & videt, & ſtultitiam tuam arguit, quamuis ipſe in cœlo, & tu in terra.

1.Cor.13.d. b *Multas.* Q. Sicut qui multa cogitat, ipſa frequenter ſomniat, ſic in ſtultitiam recidit, qui vltra ſe, de Deo diſputat. Vel, quia: modo videmus per ſpeculum & in ænigmate, quaſi per ſomnum, æſtimamus nos tenere, quod non habemus, & tamen nihil habemus.

In com. *Cum vo.vou.* HIER. Meliuseſt nõ promittere, quam promiſſa non facere: quia diſpliceant Deo, & in b ter inſipientes computẽtur, qui vota non expleant. Quod au- B tem ait, *Non eſt voluntas in inſipiẽtibus*: ſubauditur, *Dei*: iuxta illud Apoſtoli, *Et vtique non fuit voluntas, vt nũc venirem ad vos.* Quod ſi volumus & d curioſius aliquid dicere, ꝓcipitur Chriſtiano, vt fidem opere cõpleat: & non ſit ſimilis populo Iudæorum, qui ſpondentes, atque dicentes, *omnia quæcunque Dominus præcepit, faciemus*, adorauerunt idola. Et Poſt verberatos ſeruos, & lapidibus oppreſſos, nouiſſime quoque ipſũ patriſfamilias filium trucidauerunt. Melius eſt ergo ancipitẽ diu deliberare ſententiam, quam in verbis facilem, in operibus eſſe difficilẽ. *Seruus enim qui ſcit voluntatem domini ſui, & non facit eam, vapulabit multis plagis.*

E temere quid loquaris, neque cor tuũ a sit velox ad proferẽdum ſermõnem corã Deo Deus enim in cælo, & tu ſuper terrã: idcirco ſint pauci ſermõnes tui. *Multas curas ſequũtur ſomnia, & in multis ſermonibus inuenitur ſtultitia. † Si quid vouiſti Deo, nẽ moreris reddere, diſplicet enim ei infidelis & ſtultã promiſſio: ſed † quodcunque võueris, redde. Multoq; & melius eſt non vouere, quàm poſt votũ promiſſa nõ reddere. Ne dederis os tuum, vt peccare faciat carnẽ tuam, neq; dicas coram angelo, † non eſt prouidentia: ne fortè iratus dominus ſuper ſermones tuos diſſipẽt cuncta opera manuum tuarum. *Vbi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt vanitates, & ſermones innumeri: Tu verò Deũm timẽ. Si videris calumnias egenorũ, & violenta iudiciã & ſubuerti iuſtitiãm in prouinciã, nõ mireris ſuper hoc negotio: quia excelſior alius eſt, & h ſuper hõs quoque eminentiores ſint alij, & inſũper vniuerſæ terræ rex imperat ſeruienti. † Auarus non implẽbitur pecunia

a ¶ Sicut Iudæi, qui dixerunt Omnia quæcunque præcepit nobis, &c.

a ¶ Vouendo Deo, vel de diuinitate diſputando. b ¶ Voti, vel nimis inquiſitæ diuinitatis.

a ¶ Non comprehendes eum, quia quantum diſtat cælum à terra, tantum noſtra ſcientia ab illius natura.

a ¶ Conſiderati. b ¶ De Deo de quo & vera dicere periculoſum eſt.

a ¶ In multiloquio peccatum non deerit.

a ¶ Autem. b ¶ In baptiſmo. c ¶ Quia dies domini ſicut fur in nocte veniet.

a ¶ Non impleta. b ¶ Indiſcreta. c ¶ Vouere & red.de.vo.t. ¶ Cito.

¶ Ne vltra quam potes vouea.

a ¶ Quaſi: Ne putes omnia caſu agi, nihil à Deo prouideri.

a ¶ Etiam bona opera, & tradat te in reprobum ſenſum.

a ¶ Somnia ne cures, quia vana ſunt.

a ¶ Non ſomnia. b ¶ Iudicem peccati, quia voluntarij, vbi enim non eſt voluntas, non eſt peccatum. ¶ Tamen. c ¶ Ab impijs.

a ¶ Beati pauperes ſpiritu. b ¶ Potentum. c ¶ A iudicibus.

a ¶ Tanquam Deus non videat, vel iniuſte agat. ¶ Tyranno.

a ¶ Tyrannos. b ¶ Angeli, qui prohiberent, niſi tempus expectarent. c ¶ Nunc.

a ¶ Dominus cuncta prouidet, & gubernat, cui cuncta ſeruiunt, vel inuita. b ¶ Semper auarus eget.

CAP. V.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

† Deu 23.d

† quęcũque 1.Cor. 4.d.

† quod ignorat ipſe.

* Quia

Exod.24.b C Matt.21.b.

† 47.diſt.ca. ſicut hi qui Luc.12.f.

c *Multoque* Sicut Iudæi qui dixerunt, *Omnia, quæcunque præcepit nobis Deus, faciemus*: & adorauerunt vitulum.

Exod 24.b Exo. 32. b.

d *Ne dede.os tuum.* Q. Ne dicas te ex infirmitate carnis tuæ peccare, tanquam reflectens culpam in autorem: vnde, *Ne declines cor me. in verba ma. ad excu. ex. in peccatis.*

D Pſal.140.a.

e *Coram ange.* Qui aſtat vnicuique, & omnia Deo nuntiat: ne putes omnia latere Deum.

✠ HIER. Eo loco vbi ait, *Ne dixeris coram angelo, quia ignorantia eſt.* Aquila interpretans verbum Hebraicũ שְׁגָגָה pro ignorãtia, ἀκκλ᾽σιον tranſtulit, id eſt, nõ ſponteneum. Si enim, inquit, hoc dixeris, Deũ prouocas quaſi auctorem mali, atq; peccati vt iratus ſit, & ſi quid videris boni habere, auferat de manibus tuis: Vel certe talia ſentientem tradat in reprobum ſenſum, vt facias ea, quæ non conueniũt.

In com.

* Quia

E

f *Vbi multa ſunt.* Q. *Ne dederis os tuum*, &c. quia hæc vita eſt quaſi ſomnia, & multa videntur vera, quæ ſunt falſa; ſic & excuſatio tua.

Ibid.

F

g *Si vide calu.* Acſi dicat: *Ne dicas coram angelo, non eſt prouidentia*: quod eſt contra eos, qui omnia caſibus agi putant, & Dei prouidẽtiam negant. *Si* tamen *vide.ca.eg. &c.*

Ibid.

h *Vniuerſæ terræ, &c.* Deus patiens & redditor, qui dicit, *Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo.*

Pſal. 74. a.

Qui pecuniam diligit, non explebitur, & qui amauit fructus in multitudine ipſius, hoc etiam vanitas. ✠ OLYMP. Huius ſententiæ poſterior particula, ita conſtruenda eſt: *Et qui amauit fructus*, hoc eſt, quicunque amauit ſibiipſi, non autem communis vtilitatis gratia congerere fructus q.d. qui laborat auaritiæ morbo, ſiue pecuniam congerat, ſiue fructus nunquam expletus, plura ſemper

☞ affe-

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. V.

NE temere. *Hic conſequenter oſtendit Deũ venerandum eſſe ore, & primo in affatu; ſecũdo in guſtu ibi,* Ne deder. *Prima in duas quia primo docet eũ venerari à verbis indecentibus cauendo, cũ dicitur*

1 Ne temere quid lo. *de Deo, vel eius iudicys, ea in aliquo reprehendendo.*

2 Deus enim in cælo, &c. *id eſt, excellentior eſt ſine aliqua menſura.*

3 Idcirco ſint pauci ſer. tui. *loquendo de Deo, ne peccatum incurras ex multiloquio, ideo ſubditur.*

4 Multas curas. *quia ſicut multas curas in vigilia ſequuntur ſomnia in ſomno ſequenti, eò quod in ſomno formantur phantaſmata ſimilia præcedentibus curis in vigilia; propter quod dicit Philoſophus. 3. Ethic. quod ſomnia ſtudioſorum, id eſt, virtuoſorum ſunt meliora quam quorumcunque: ſic in multis ſermonibus, & maximè de diuina excellentia, frequenter ad miſcetur ſtultitia.*

5 Si quid vo. *Hic conſequenter oſtenditur, quod Deus venerandus ſit ore verificando promiſſa cum dicitur,* Si quid vo. Deo, ne mo. reddere, *quia ex tali tardatione ſit homo frequenter impotens ad reddendum, ſicut vouentes ingredi religionem, aliquando tantum tardant, quod ſunt inepti ad receptionem,*

6 Diſp. enim ei infid & ſtul. *Dicitur autẽ* infidelis promiſſio, *votũ in articulo neceſſitatis factũ, & ceſſante neceſſitate ſtatim mutatur propoſitum. Dicitur autem* ſtulta, *quando eſt de re illicita, vel etiam indifferenti: vt ſi aliquis voueat leuare feſtucam de terra, quia hoc in nullo cedit ad honorem Dei; vel etiam ſi ſit de bono tamen impoſſibili vouenti.*

7 Ne de.os tu. *Hic conſequenter oſtendit Deum venerandum in guſtu dicens.* Ne dederis os tuum, *nimis ipſum aperiendo gula.*

8 Ne peccare faciat carnem. *per vitium luxuria, quia ſicut dicit Hiero. Venter & genitalia ſunt membra vicina; ex vicinitate membrorum deſignatur proprinquitas vitiorum.*

9 Neque dicas coram angelo, *à Deo miſſo in miniſterium,*

10 Non eſt prou dentia. *quia Deus non ſolum honorandus eſt in ſe, ſed etiam in miniſtris ſuis; ideo ſubditur,*

11 Ne for. ira. *Non ſolum enim punit peccata contra ſe directe facta, ſed etiam contra miniſtros ſuos, quia redundant in eum. Cætera patent.*

12 Tu vero. *Hic conſequenter oſtenditur, quod Deus ſit ſumme timẽdus, quia iudex eſt ſupremus, & ideo omnia errata ab alijs quantuncunque magnis, ſuo iudicio reſeruantur, per hoc ad timeam iuſtitiæ reducẽda & hoc eſt quod dicitur,* Tu ve. Deũ teme. ſu. omn. *Et ſubditur cauſa,*

13 Si videris calum. *& patet.*

14 Quia excelſio excelſior alius, *quia ſuper præpoſitum eſt balliuus.*

15 Et ſuper hos quoque emi. ſunt a. *quia ſuper balliuos ſunt reges.*

16 Et inſuper vniuerſæ terræ rex, *id eſt, Deus,*

17 Imperat ſeruienti, *id eſt, omni creaturæ ſubiectæ ſibi.*

18 Auarus. *Hic incipit capitulũ ſecundum quotationem. Hier. in quo à fœlicitate humana excluduntur diuitiæ temporales, in quibus aliqui, licet falſo, poſuerunt felicitatem hominis. Ad quod excludendum ponuntur hic plures rationes quarum diſtinctio videbitur proſequendo.*

☞ *Prima*

☞ affectans, vt potius pecuniarũ dici ſeruus quã dominus mereatur.

A a *Dul. eſt ſ.* HIER. Diuitem auarum, quem deſcripſerat, comparat operanti, qui ſine cura dormit: non diſtentus nimietate cibi,
In com. cui poſt laborem gratus eſt ſomnus, & cibus ſimplex, & modicus minus oneroſus, & cito digeritur: Diues autem epulis diſtentus
curis anxius, aut vix
aut nunquam ſomno
Matt. 5. a. fruitur. *Beati pauperes ſpiritu.* beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam, quoniã ipſi Deũ
Lucæ 6. d. videbunt. *Væ vobis diuites qui habetis conſolationem veſtram.*
Ibid. b *Eſt & alia infirmitas.* Poſſumus hæc
B de philoſophis, vel
hæreticis, & eorũ ſectis, vel diſcipulis legere: qui in malum
†diuitiæ ſuum, & ſuorum cõplicum, falſa dogmata congregant, vnde
†Iob. 1. d. fructum non capiant, nec ſuis imitatoribus relinquãt: ſed omnes bonis operibus nudi in terram reuertẽtur, & manentes in tene-
C bris ignorantię, quia
† etiam abiecerunt lumẽ verę ſapientiæ, omnes
c labores ſuos perdant:
†&pulchrũ cum ſcriptũ ſit. *Perdam ſapientiam ſapiẽtum, &c.*
1. Cor. 1. c.

Eſt languor peſſimus quem vidi ſub ſole, &c.

Ibid. ✲ HIERON. Cum ſuperiore iũge quod ſequitur: Eccleſiaſte diuitem deſcribente, qui nec ipſe poſſit ſuis diuitiis frui, &
† eius crebro propter eas in diſcrimen veniat: nec hæredi quod congregauit relinquat: ſed & ipſe, & filius eius, ſicut venerunt nudi, ita nudi reuertantur in terram, & nihil eos ſuorum bonorum comitetur. Nonne enim languor eſt peſſimus, pro diuitiis cogitatione torqueri, & perituras opes, nec quas nobiſcum poſſumus auferre morientes, in triſtitia, in gemitu, in indignatione, in litibus, caſſo labore cõquirere? Et hæc ſecundum ſimplicem ſenſum.

c *Hoc itaque mihi viſum eſt bonum, &c.* Melius dicit eſſe, qui præſentibus fruitur bonis in lætitia & iucundi E tate: hic eſt enim vel parua voluptas: ibi ſolicitudo & miſeria: Pſal. 38. a *& theſaurizat, & ignorat cui conſer. ea.* Melius autem, ſpiritualem eſcam, & potum, & lætitiam à Deo datam intelligere, & videre bonitatem domini, & habere iucunditatem cordis, & in labore bonorum operum ſpe futurę te- F tributionis. Et *hæc pars noſtra*, quamuis non plena, donec videamus facie ad faciem, cuius viſio perfecta beatitudo. Et † Etiam notandum quod hæc occupatio & bona intentio ſpiritualis eſt & vera lætitia, quam inſpirat Dei gratia in adiuuando bona opera.

a ¶ Non dicit qui habet. b ¶ Necſibi ſuſtinet inde benefacere.

& qui amãt diuitias, † frũctum non capiet ex eis. Et hoc ergo 1
a ¶ quia. b ¶ Serui & ancillæ, & alii neceſſarii, qui deuorant congregata 2
vanitas. Vbi multæ ſunt opes, mũlti & qui comedunt eas. Et 3
¶ Ergo. a ¶ Quia non plus aliis vtitur eis. b ¶ Vt Tantalus ſitiens in mediis vndis. 4
quid prodeſt poſſeſſori, niſi quod cernit diuitias oculis ſuis? 5
a ¶ Enim. b ¶ Requies æterna ſitienti. ¶ Bona. ¶ Fatigato. 6
c ¶ Faciens quæ prædicat.

a Dulcis eſt ſomnus operanti ſiue parum ſiue multum comẽ- 7
¶ Superba ſcientia inflat. a ¶ Cibis curiſque grauatum.
dat: ſaturitas † autem diuitis non ſinit eum dormire. Eſt & 8
a ¶ Diuitis auari. ¶ Scilicet. 9
alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole. Diuitiæ conſer- 10
¶ Periculum. ¶ Ei & hæredi. ¶ Ipſius.
uatæ in malum domini ſui. Pereunt enim † in afflictione peſ- 11
¶ Enim. a ¶ Amiſſis diuitiis patris. b ¶ Vterque. 12
ſima. Generauit filium, qui in ſumma ægeſtate erit: † Sicut e- 13
a ¶ Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nu.re. ¶ In terram. 14
greſſus eſt nũdus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, & nihil 15
¶ Moriens.
auferet ſecum de labore ſuo. Miſerabilis prorſus infirmitas.
¶ quaſi. Nihil. a ¶ Congregando diuitias. 16
Quomodo venit, ſic reuertetur. Quid ergo prodeſt ei quod lã-
¶ Vanum. a ¶ Panis abſconditus ſuauior. ¶ Mœroris.
borauerit in ventum? Cunctis † diebus vitæ ſuæ cõmedit in te- 17
nebris, & in curis multis, & in ęrũna, atque triſtitia. Hoc ita- 18
que mihi viſũ eſt bonũ †, vt comedat quis, et bibat, & fruatur
lætitia ex labore ſuo, quo laborauit ipſe ſub ſole numero die-
rum vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus: & hæc eſt pars illius. † Et
¶ Bonorum. a ¶ Sine me nihil poteſtis facere.
omni homini cui dedit Deus diuitias atque ſubſtantiã, pote-
a ¶ Spe.
ſtatẽque ei tribuit vt comedat ex eis, & fruatur parte ſua, et lę-
a ¶ Spe retributionis. b ¶ quia. 19
tetur de labore ſuo: hoc eſt donũ Dei. Nõ enim ſatis recorda- 20
a ¶ Inſpirando. b ¶ Spiritualibus. 21
bitur dierũ vitæ † ſuæ, eo quod Deus occupet deliciis cor eius. 22

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *Prima ratio eſt quaſi duplicata, & eſt talis: In illo non conſiſtit felicitas hominis, quod non ſatiat eius appetitum, & frequenter non eſt ad bonum. Iſta propoſitio per ſe patet, quia de ratione beatitudinis eſt, quod ſit bonum habentis, & terminans eius appetitum: aliter non eſſet vltimus eius finis, quod eſt de ratione beatitudinis. Diuitia autem temporales non ſatiant hominis appetitum, ſed magis excitant, quia qui plus habet, plus cupit. Quod verum eſt, ſaltem de auaro, de quo eſt hic ſermo. Similiter diuitia non ſunt ad eius bonum, quia anxiatur in acquirendo, nec inde delectatur fruendo præ auaritia ſua: ergo, &c. Huius rationis ponit minorem, primo quantum ad primam partem dicens, Auaru*s non implebitur pecunia. *vnde poeta: Creſcit amor nummi quãtum ipſa pecunia creſcit. Secundo quantum ad partem ſecundam, cum dicitur,*

Iuuenalis ſaty. 14

1 Et qui amat diuitias, *eo modo quo auarus,*

2 Fructum non capiet ex eis, *Id eſt, vtilitatem: quia auaritia non permittit eum vti, ideo concludit.*

3 Et hoc ergo vanitas, *ſupple eſt, & non felicitas.*

4 Vbi multæ ſunt opes, multi. *Hic ponitur ſecunda ratio, ad oſtendendum, quod diuitia non ſunt hominis ſummum bonum, etiam ſi eis vtatur ad ſtatum magnificum, dicens:* Vbi mul. ſ. o. m. *ſupple, ſunt, ibi.*

5 Qui come. *inter quos ſunt multi inutiles, & ribaldi: ideo concludit,*

6 Et quid prodeſt poſſeſſo. niſi quod cernit diuitias oculis ſuis, *ſcilicet, expendi, & inutiliter.*

7 Dulcis eſt. *Hic ponitur tertia ratio, quæ ſumitur ex nocumẽto corporali ex diuitijs contracto: quia tales diuites viuunt frequenter delicioſe & laute, & ſic accipiunt nutrimentum vltra conuenientiam naturæ: ex quo frequẽter cauſantur torſiones affligentes & infirmitates: propter*
Iob. 20. ca. *quod dicitur,* Dulcis eſt ſom. ope. *quia labor & laſſitudo corporis inducunt ad quietem ſomni.*

8 Saturitas autem di. non ſinit eum dor. *primo, quia reformidat ire ad lectum donec per ſpatium temporis vigilauerit poſt cibum. Secundo, quia in lecto exiſtens aliquando ex nimio cibo ſentit dyſcraſias ſomnum impedientes.*

9 Eſt & alia infirmi. *Hic ponitur quarta ratio. Et diuiditur in duas partes, quia primo ratio ponitur: ſecundo correlarium concluditur ibi,* Hoc itaque. *Ratio vero iſta accipitur ex concupiſcentia illorum, qui frequenter inuadunt, vel interficiunt hominem pro ſuis diuitijs rapiendis: & hoc eſt quod dicitur,* Eſt & alia in. peſſima. *id eſt, magnum malum.*

10 Diuitiæ con. in malum domini ſui, *quia per hoc raptores & cupidi inſidiantur ſibi: ideo ſubditur,*
8 Et qui in vno pecca.mul. bo. p. *Sicut enim in bellis ex modico defectu in primo cõgressu debellatur aliquãdo totus exercitus: sic ex vno peccato mortali perditur totus cumulus precedentium meritorum, qui stante illo peccato non proficit ad salutem, & ad hoc inducitur exemplum cum dicitur,* Muscæ morientes.

CAP. X.

† Sicut muscæ mortuę fœtere faciũt & exalare vnguẽtũ pigmentarii: sic homines sapientia & gloria preciosũ parua stultitia.

a *Mvsca morientes seu vt in greco est Musca mortificates putrefaciunt aparatam olei suauitatem, &c.*

✠ OLIM. Apparatũ oleum, est vnguentum, sicut & Aquila interpretatus est: musca vero impurum animal, quod putredines & vlcera insidendo exugit, appetitque laceræ cutis scissuras. Mortificat autem & corrumpit oleum vnguentarium musca, cum se in illud temere proiicit:

CAP. X.

¶ Quia. ¶ Sic mali inter bonos, vnde, corrumpunt mores bonos col. pra.

a ¶ Odorem.

† Vscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti.

a ¶ Simplex. b ¶ Humilis. c ¶ Omnia tempus habent.

Pretiosior est sapientia paruâq; gloria ad tẽpus

1 2 3 4 5

iicit: nam & ipsa immoritur, & olei vim extinguit. Iudæi ergo propriam vitam contemnentes, animæque salutem veræ sunt muscæ mortificantes, cum suaue redolens verbum saluatoris Iesu Christi semper vitiare ac fœdare studuerint, semperque causas calumniarum arripere quibus illum vrgere possent.

In dexte. vnde: *Nesciat sinistra tua, quid faciat dexteratua.* Et alibi: *Et*

Eccle. 27.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. X.

1 Mvscæ morientes, *id est languidæ & debiles, quæ de facili cadunt in illa, quæ conficiuntur ab apothecariis;*

2 Perdunt, *id est destruunt,*

3 Suauitatem vnguẽti, *i. eius bonitatem quando cadunt ibi. Et sicut per muscam, quæ est res parua, perditur res bene pretiosa: sic per vnum peccatum cumulus meritorum.*

4 Pretiosior. *Hic infertur primum corollarium, cum dicitur,* Preti. est sa. *Quia locutus fuerat de valore sapientiæ. Et secundum expositores nostros communiter,* sapientia & gloria parua, *sunt nominatiui casus, &* stultitia *ablatiui: & est sensus*

5 Sapientia par. glo. *i. sapientia cum honore paruo pretiosior est quã stultitia cũ honore magno, vt dictũ est supra ca. iiij. c.* Melior est puer pauper & sapiens rege sene, & stulto. *Sed hæc expositio secundum literam Hebraicam stare non potest, quia in Hebræo,* sapiẽtia & gloria *sunt ablatiui casus,* stultitia *vero nominatiuus. Iste ly* parua, *non est adiectiuum cluum huius substantiui* gloria, *sed huius scilicet,* stultitia, *quia ponitur, immediate post ipsum. Est igitur secundum Heb. hæc litera:* Põderosior est sapiẽtia & gloria stultitia parua. *Et est sẽsus, quod defectus paruus in moribus, qui dicitur hic parua stultitia, ponderosior est quam sapientia & gloria: quia frequenter facit eam vilescere in persona aliqua notabili: & secundum hoc hæc litera est confirmatio precedentis sententia, in qua dictum est quod musca, quæ sunt res parua, vilescere faciunt vnguentum pretiosum. Ratio autem diuersitatis inter translationem nostram, & dictum Hebræorum circa hoc nomen,* Pretiosior, *est, quia nomen Heb. hic propositum est æquiuocum ad pretiositatem & ponderositatem: & frequentius accipitur pro pretiositate, sicut accipit translatio nostra, & ideo potest aliter exponi litera nostra, & sequendo Hebraicam veritatem, quantum ad hoc, quod* sapientia & gloria, *sunt ablatiui casus, &* stultitia parua, *nominatiui, vt sit sensus:* Stultitia parua, *id est, stultitia ad horam simulata,* Pretiosior est, *id est, vtilior quam* sapiẽtia & gloria, *vt patet de Dauid. j. Reg. xxj. qui simulando stultitiam coram Achis rege Geth. per hoc euasit mortem.*

Cor

☞ bi: *Si percuſſte in dexte. maxillam, præbe ei & alteram.*

A a *Si ſpiritus habentis, &c.* ✻ HIERONYM. Symmachus verbum Hebraicum מרפא (quod omnes ἴαμα hoc eſt, ſanitatẽ, vel curationem ſimiliter tranſtulerunt) interpretatus eſt ad ſenſum & ait, Si ſpiritus principis irruerit tibi, de loco tuo ne recedas: quia pudicitia comprimit peccata magna, id eſt, Si titillauerit mẽtem tuam diabolus, & te ad libidinem concitauerit, ne ſequaris cogitationẽ peſſimam & blandiẽtẽm voluptatem, ſed ſta fortis, & rigidus frigore caſtitatis, flãmam voluptatis extingue. Hebræus in hoc loco tale neſcio quod ſuſpicatus eſt, Si aliquam in mundo acceperis dignitatem, & ordinatus fueris maior in populis, noli relinquere priora opera tua, & antiquarum virtũtum ne incipias obliuiſci, laboremque priſtinum non habere: quia peccatorum remedium ex conuerſatione bona naſcitur, & non ex tumenti & ſuperflua dignitate.

† ſi vis dominantis proceſſerit contra te.

B b *Locum.* Stationem fidei retine, ne vincaris: & ne perficias ſi iam male cogitaueris, vnde, *Et emundabor à delicto maximo.*

Pſal. 31. d.

c *Qui fodit.* Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit.

✻ OLYMP. Locus hic totus ſoli vacat myſtico intellectui; aliter enim ſemper hoc non contingit, vt qui foueam fodit in eam cadat. Inquit ergo, Peccator ſuam animam priùs excruciat. *Qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam,* & vnuſquiſque ob ea, quæ peccauerit, punietur. Ipſe etiam Moſes legiſlator ita faciendum ſanxit in homicidam, videlicet, *Facite illi eo pacto quo contra proximum ſuum malignatus eſt.*

Ex catena græc.

Pſal. 10.

d *Qui transfert lapides affligetur in eis & qui ſcindit &c.*

† Ienitas.

E ✻ OLYMP. Qui ſibi domum virtutibus extruit, lapides congregat ac bene ædificat: qui verò vel ſacerdotia vana elatione demolitur ac ſoluit, quæ prius erant extructa, lapides aufert, angiturque miſer, dolet ac periclitatur. Aliter lapides ſancti apud Prophetam Zachariam ſancti homines ſunt: Qui ergo huiuſmodi lapides eximit, hoc eſt, perſequitur ſanctos, atque interficit, labore affligitur, hoc eſt, perniciem ſibi attrahit, ſicut Herodes fecit, qui Ioannem Baptiſtam

Ibid.

F Zachar. 9.

Matth. 14. Marc. 6. Luc. 9.

a ¶ Quia intentio. b ¶ Id eſt, vt perueniat ad dexteram, ſtatuet autem dominus oues à dexteris, hædos à ſiniſtris. c ¶ Mundanis, vnde. In ſiniſtra illius diuitiæ & gloria.

1 ſtultitia. Cor ſapientis in dextera eius, & cor ſtulti in ſiniſtra
a ¶ Praua. b ¶ De vitio in vitium. c ¶ Peccator.
2 illius. Sed & in viâ ſtultus ambulans, cùm ipſe inſipiẽs ſit,
a ¶ Sibi ſimiles. b ¶ Immundus. Spiritus princeps huius mundi, & rector tenebrarum harum. c ¶ In filios diffidentiæ.
3 omnes ſtultos æſtimat. Si † ſpiritus poteſtatẽ habentis aſcen-
a ¶ Praua ſuggerendo. b ¶ Virtutum. ¶ Ei. c ¶ Pœnitentia.
4 derit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris: quia † curatio ceſſa-
¶ Actus impios.
5 re faciet peccata maxima. Eſt & malum quod vidi ſub ſole,
a ¶ Sed iuſto iudicio Dei. b ¶ Diaboli, vel cuiuſlibet, qui malos exaltat, bonos humiliat. c ¶ Fauore populi & potentum.
6 quaſi per errorem egrediens à facie principis. Poſitum ſtul-
a ¶ Seculi, vel eccleſiæ, vnde. Propter peccata populi facit Deus regnare hypocritam. b ¶ Sapientia, virtutibus, bonis operibus, Dei donis. c ¶ Deiectos. d ¶ Idem.
7 tum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum. Vidi ſer-
a ¶ Vitiorum. b ¶ In dignitate. ¶ Bonos. c ¶ Depreſſos. d ¶ Cum ſint liberi.
8 uos in equis, & principes ambulantes quaſi ſeruos ſuper ter-
a ¶ Deceptionem. b ¶ Primum ſeipſum iaculo percutiet proprio.
9 ram. † Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui diſſipat ſe-
a ¶ Inſtituta eccleſiæ. b ¶ Hic & in futuro. c ¶ Diabolus. d ¶ Sicut hæretici. e ¶ Ab ædificio eccleſiæ. f ¶ Viuos, ſcilicet ſanctos, qui in Zacharia voluuntur ſuper terram.
10 pẽm, mordebit eum colũber. Qui tranſfert lapides, affligetur
a ¶ Pro. b ¶ Tranſlatis. c ¶ Infructuoſa, ſcilicet hæreticos, & quoſlibet malos. d ¶ Compatiens eis, vnde, Quis infir. & ego non infir. & c. non vror. e ¶ In diuina ſcriptura.
11 in eis: & qui ſcindit ligna vulnerabitur ab eis. Si retuſum
a ¶ Acumen ingenij. b ¶ Acutum. ¶ Quaſi non eſt deſperandum.
c ¶ Pro ſuperbia ſua, vel pro negligentia, vnde, Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. d ¶ Studendo, diſcendo, pœnitendo.
12 fuerit ferrum, & hoc non vt prius, ſed hebetatum fuerit, mul-
a ¶ Sic. b ¶ Reſtauratur. c ¶ Prior.
13 to labore, exacuetur: et poſt induſtriam ſequetur ſapientia.

☞ *Si*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cor ſapientis. *Hic ponitur ſecundum corollarium de ſapientia, & ſtultitia ſibi oppoſita, cum dicitur,* Cor ſapientis in dextera eius, *quia dirigitur in bonum moris, per dexteram deſignatum.*

2 Et cor ſtulti in ſiniſtra illius: *quia ſemper tendit in malum, per ſiniſtram deſignatum.*

3 Sed & in via, *ſcilicet vita præſentis in qua omnes ſunt viatores,*

4 Stultus ambulans, *per vitia & peccata,*

5 Cum ipſe inſipiens ſit *ſecundum veritatem:*

6 Omnes, *à ſua via declinantes.*

7 Stultos æſtimat, *quia non ſequuntur delectabilia huius mundi, quæ ſola reputãt bona: & propter hoc homines vani & mundani viros ſapientes & religioſos reputant ſtultos.*

8 Si ſpiritus. *Poſtquam oſtendit damnum peccati ad quod fomes impellit, hic conſequenter monet reſiſtere fomiti: & primo ponitur hæc monitio, ſecundo infertur quædam concluſio, ibi,* Eſt & malum. *Circa primum dicitur,* Spiritus, *id eſt, impulſus,*

9 Poteſtatem habentis, *id eſt, fomitis, qui dicitur hic* poteſtatem habens, *eo quod multi obediunt ei, vt poteſtatem habenti. Poteſt etiam dici dæmon, de quo dicitur Iob xlj.* Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ ei comparetur. *Et frequenter impulſus fomitis & dæmonis ſimul concurrunt in tentatione, quia dæmon excitat fomitem, & eo vtitur tanquam inſtrumento, vt deiiciat hominem à virtute.*

10 Aſcenderit ſuper te, *impellendo te ad peccatum,*

11 Locum tuum ne dimiſe. *i. ſtabilitatem virtutis, in qua tanquam in loco ſtabili debet homo permanere: & ſubditur cauſa,*

12 Quia curatio faciet ceſſare peccata maxi. *Licet enim reſiſtendo fomiti non auferatur fomes totaliter in præſenti vita: tamen per talem reſiſtentiam eius poteſtas diminuitur, & virtus moralis firmatur & augetur, quæ dicitur quædã ſanitas animæ & per conſequens curatio ab infirmitate, & hæc facit ceſſare peccata, ad quæ impelleret fomes, niſi eſſet talis ſanitas vel curatio.*

13 Eſt & malum quod vidi ſub ſole. *Hic infertur quædam concluſio, Ex hoc enim, quod pauci reſiſtunt fomiti modo prædicto, & multi ſequuntur eius impulſum: ideo homines ſiunt ambitioſi poteſtatis mundanæ, & honoris, & ſic homines defectuoſi ad talia promouentur, & virtuoſi ſine honore dimittuntur, & hoc eſt quod dicitur,* Eſt & malũ quod vidi ſub ſole, *& quod ſit illud ſubditur,* Quaſi per errorem egrediens à facie principis.

14 Poſitum ſtultum in dignitate ſublimi. *Princeps iſte Deus eſt. qui nullo modo poteſt errare ſecundum veritatem: ſed tantum ſecundum hominum inſipientium æſtimationem, qui ex promotione malorum ad magnas dignitates frequenter dicunt, Deum dormire, vel deſipere: tamen ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ & iuſtitiæ nobis occultæ permittit aliquando malos ſublimari, & bonos humiliari, & ideo non dicitur hic* per errorem principis *abſolute, ſed* quaſi per errorem, *quia ſic videtur fatuis & ſimplicibus.*

15 Qui fodit foueam, incidit in eam. *Hic conſequenter oſtendit malum fomitis, inquantũ inclinat ad peccati occaſionem, dicit,* Qui fodit foueã, incidit in eã. *Sic enim contingit aliquando corporaliter. Et per hoc intelligitur, quod querẽs peccati occaſionem incidit in illud: Sicut videns ad ſpectacula inhoneſta, cadit in peccatum luxuriæ, & quærens familiaritatem latronum, in furti peccatũ. Ad idẽ inducit, quod ſubditur,*

16 Et qui diſſipat ſepẽ. *i. honeſtatis diſciplinã à ſapientibus traditã.*

17 Mordebit eum co. *i. diabolus, qui vocatur ſerpens. Gen. iiij. Et ad idem facit quod ſubditur,*

18 Qui tranſ. la. *Sicut enim transferens lapides, & ſcindens ligna, patitur corporale detrimentum: ſic & ille, qui exponit ſe occaſionibus peccatorum, detrimentum animæ.*

19 Si retu. fue. *Hic remouet circa prædicta quandam æſtimationem falſam, qua aliqui æſtimant hominem de facili de vitiis redire ad virtutes, & ideo quærunt facilius peccatorũ occaſiones, ideo hoc remouet per exemplum ferri acuti, quod ſi inde re percutiatur lapis, eius acies perditur, nec de facili recuperatur, ſed cum magno labore. & ſimiliter declinans de virtutibus ad vitia, non de facili, ſed cum multa difficultate redit ad virtutem, & patet per experientiam, & per Philoſophum. j. Ethi. ideo ſubditur,*

20 Et poſt. indu. *i. magnam diligentiam ad recuperandum virtutẽ.*

21 Sequetur ſa. *per quam intelligitur ſtatus virtuoſi.*

a *Simor.* HIE. Q. Sicut serpens occultè mordens venenum infundit, sic & qui detrahit. Vel, serpens. i. diabolus, mordet in silentio, quando qui diabolo suadente peccauit, non vult confiteri.

In com. b *Stultus, &c.* vnde:

1. Reg. 2. c. *Si peccauerit vir in virum, potest ei placari Deus: si autem peccauerit in Deum, quis orabit pro eo?* ✠ HIE. Potest hoc & de hæreticis accipi, qui prudentium virorum dicta non capiunt: sed se ad disputationes contrarias præparãtes, & initium & finem loquendi vanitate cum multo errore conuoluunt, & cũ nihil sciant, plura loquuntur quàm norunt.

c *Labor stultorum affliget eos qui nesciunt, &c.* ✠ HIERON. Cum superioribus etiam hos iunge versiculos, aut generaliter de omnibus stultis, qui ignorãt Deũ, aut specialiter de hæreticis disputationibus. Lege Platonem, Aristotelis reuolue versutias, Zenonem & Carneadẽ diligentius intuere, & probabis verũ esse quod dicitur, *Labor stultorum affliget eos.* Veritatem illi quidem omni studio quæsierunt: sed quia non habuerunt ducem, & præuium itineris, & humanis sensibus rati sunt se cõprehendere posse sapientiã, ad ciuitatem minimè peruenerunt, de qua in psalmo dicitur, *Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum dissipabis, &c.* Siquidem hanc veritatis & sapientiæ ciuitatem, cum firma sit & robusta, omnes sapiẽtes sæculi & hæretici impugnare conãtur. Et quod de philosophis diximus, hoc idem & de hæreticis sentiendum, quod frustra laborent, & affligantur in studio scripturarum: cùm ambulent in deserto, & ciuitatem inuenire non valeant. De quorum errore & psalmista commemorat, dicens, *Errauerunt in deserto & in aquoso, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.* Psal. 106. a.

ibid. d *In risu faciunt panem & vinum, vt epulentur bibẽtes.* Prædicant magis, vt alliciant, quam vt proficiant. ibid. † ad fortitudinẽ, & nõ propter potationẽ.

e *Pecuniæ obediunt omnia, &c.* vnde: *Dextera eorum repleta est munere.* Et sacerdotes in mercede docebãt. ibid. Psal. 25. d.

f *In cogitatione tua, &c.* Simpliciter monet, ne vel ira vel leuitate maioribus maledicamus: quia sæpe eis, etiam cum non timebamus, quæ diximus, nuntiantur, etiam si in cubili. Mich. 3. d.

☞ CAP.

---

a ¶ Diabolus. b ¶ Occultè. c ¶ quia tantundem nocet.

a Si mordeat serpẽs in silentiõ: nihil eo minus habet, qui occulte detrahit Verba oris sapiẽtis gratia & labiã insipiẽtis præcipitãbunt eum, Initium verborum eius stultitia, & nouissimum oris illius error pessimus. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo quid ante se fuerit, & quid post futurum est qũis poterit ei indicare? Labor stultorum affligẽt eos, qui nesciunt in vrbem pergere. Væ tibi terrã cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Beata terrã cuius rex nobilis est: & cuius principes vescũntur in tẽpore suo, ad ✝ refi-

a ¶ Christi vel viri catholici: vnde, diffusa est gratia in labiis tuis. b ¶ Mors & vita in ma. lin. c Diaboli vel hæretici.

a ¶ In infernum. b ¶ Insipientis. c ¶ Quia pertinax in stultitia & impœnitens.

a ¶ Qui ¶ Contra sapientes.

a ¶ Sed tamen. b ¶ Carnalis.

a ¶ Hominum. b ¶ Inquisitio scripturarum & studium vanę doctrinæ. c ¶ Hæreticorum, vel philosophorum. d ¶ Corpore & anima.

a ¶ Nec per se, nec per alios scire volunt. b ¶ Ciuitatem Dei, de qua, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. c ¶ Terrenæ: vel ad literam. d Diabolus qui semper monitate gaudet. e ¶ Cuius ætas leuitati & stultitiæ proxima.

a ¶ Iudices. b ¶ Ante tempus, non curantes publica negotia. c ¶ Econtra. d ¶ Ecclesia. e ¶ Christus.

a ¶ De stirpe regum. b ¶ Prælati. c ¶ In regno Dei. ¶ Tantum comedunt, vt viuant, non viuunt, vt comedant.

a ¶ Magis necessitate, quam voluptate. b ¶ Mundi. c ¶ Nostris vel prælatorum. d ¶ Ad terram. ¶ Aedificium virtutum cuiuslibet, vel ecclesiæ.

a ¶ Pars pro toto. ¶ Tigna, congeries lapidum, vel domorum. b ¶ Operum. c ¶ Vnde, Venerunt flumina & flauerunt venti. d ¶ Status mentis vel ecclesiæ.

a ¶ Quia. b ¶ Quia prælati, vel quilibet delicijs & risui dediti. c ¶ Verbi Dei. d ¶ Id est, vt blandientes, non corripientes, populo placeant, & delicijs affluant & agnum de grege, & vitulum de armento comedant.

¶ Sic. a ¶ Mortificant animas quæ non moriuntur, & viuificant corpora quæ non viuunt. b ¶ Christo, qui regit omnia iustè.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ 1 Si m. *Hic ostendit malum fomitis inquantum inclinat ad malam locutionem, di.* Si mordeat. ser. in silentio. *corporaliter,*

2 Nihil. e. mi. ha, *spiritualiter*, qui occulte detrahit *proximo. Et ideo per oppositum dicitur de bono verbo,*

3 Verba oris sa. g. *quia reddunt eum coram Deo & hominibus gratiosum.*

4 Et la. insi. præcipitabunt eum, *quia reddunt eum Deo & hominibus odiosum. Et quia sicut sapiens procedit de virtute in virtutem augmentando; ita stultus de malo in peius loquendo, ideo subditur,*

5 Initium verborum eius stul. *minor,*

6 Et nouissimum oris il. er. pes. *quia aliquando prorumpit in blasphemaims contra Deum, quod est pessimum: & vnde procedit hoc, statim ostendit,*

7 Stultus verba mul. *quia multiplicando verba fatua, finaliter venit ad verba pessima. Et quia omne malum procedit ex aliqua ignorantia, secũdũ quod dicit Philosophus,* Ignorat omnis malus, *ideo subditur,*

8 Ignorat ho. *scilicet stultus,*

9 Quid ante se fue. *Quia facta precedentium sapientium considerare negligit, quę sunt quadam directiones respectu agendorum.*

10 Et q. post se futu. est quis poterit *q. d. solus Deus, sed stultus talis non est hac reuelatione dignus. Et quia talis errat per diuersa vitia, in quibus est magnus labor, non solum animæ, sed etiam corporis: secundũ q̃ in persona damnatorũ dicitur, Sap, v. b.* Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis & ambulauim⁹ vias difficiles *ideo sequitur,*

11 Labor stultorum & nesc. in vrbẽ p. *i. ad sanctorum requiem, de qua ciuitate dicitur Ezech. vl.* Et nomẽ ciuitatis, dominus, ibidem.

12 Væ tibi terra. *Post quam Salomon ostendit labilitatem hominis ex inclinatione fomitis, hic consequenter idem ostendit ex defectu exterioris regiminis, & primo facit propositum, secundo remouet quoddam periculum, ibi,* In cogitatione. *Prima in duas, quia primo ponitur boni & mali regiminis comparatio, secundo mali prosecutio, ibi,* In pigritijs. *Circa primum dicit,* Væ tibi terra, cuius rex puer est, *moribus & sensu: quia ex hoc subditi insolescunt, & vitia multipliciter increscunt.*

13 Et cuius princi. mane comedunt. *i. inordinate, & per hoc designantur alia vitia, in quibus principi conformantur, eo quod sunt sibi magis propinqui, & ei placere nituntur, & per oppositum dicitur,*

14 Beata ter. cu. rex nobi. est. *Moribus & genere. De hac enim duplici nobilitate dicit Gregor.* Quando altera alteri copulatur, quasi gemma carbunculi in ornamento auro sociatur. *Talis enim rex studet solicite in terra extirpare vitia & virtutes nutrire.*

15 Et cuius principes vescuntur in tempore suo, *id est, tempore competenti sustentationi naturæ: & hoc tempus est completa præcedentis cibi digestione, ideo subditur,*

16 Ad refi. *Quia cibus sic sumptus reficit naturam dum tamen non accipiatur in immoderata quantitate, vel cum nimia voluptate: ideo subditur,* Et non ad luxuriam.

17 In pigritijs. *Hic consequenter ponitur mali regiminis prosecutio quantum ad mala inde consequentia, quia (vt prædictum est,) homines ex hoc efficiuntur carnales, & maxime principes: & ex hoc sequitur pigritia circa bona opera, ex qua dimittuntur peiorari ædificia, & hoc est quod dicitur,* In pigritijs hu. contignatio. *i. summitas ædificiorum in qua coniunguntur tigna, quia disponitur ad casum.*

18 Et in infirmitate manuum, &c. *id est, in remissione manuũ à bonis operibus.*

19 Perstillabit domus, *pluuiis & niuibus intra cadentibus. Secundo ex carnalitate principum sequitur, quod volunt habere magnam familiam, & splendidam mensam: ideo subditur,*

20 In risu *id est, in latitia inepta,*

21 Faciunt panem & vinum: *id est, disponunt super mensam. Hoc enim verbum,* facere, *in Heb. aliquando accipitur pro disponere: vnde Deu. xxj. c. dicitur de muliere Gentili accipienda in matrimonium à Iudæo, quod* radet cæsariem, & circuncidet vngues suos: *In Heb. habetur,* Facies vngues suos. *i. componet, & eodem modo accipitur hic. Et quia ad magnam familiam, & amplam mensam, indigent multa pecunia, inde sequitur, quod subuertunt iudicium propter diuitum munera, ideo sequitur,* Et pecuniæ obediunt omnia.

22 In cogitatio. *Hic remouet quoddã periculum. Ex hoc enim quod dicit de malo regimine regis & principum, posset aliquis prorumpere in verba contra famam ipsorum: ideo prohibet hoc, tanquam periculosum, dicens,* In cogita. tua regi ne de. *Illa enim quæ in cogitatione reuoluuntur, de facili verbo proferũtur, etiã præter intentionẽ proferentis.*

☞ Et

¶ Conscientiæ.

A gi ne detrahas, et in secreto † cũbiculi tui
a ¶ Sancto cælestibus donis ditato. b ¶ Angeli. c ¶ Ad dominum. 2
ne maledixeris diuiti: quia et aues cæli pŏrta- 3
4

† cubilis

¶ Hyperbolice, sicut illud. Si serui taceant, iumenta loquentur. a ¶ Idem.
b ¶ Deo. c ¶ Administratorij spiritus. D
5 bunt vocem tuam, et qui hãbet pẽnnas, † an- † indicabit verbum
6 ¶ Deo. ¶ Tuam.
nuntiabit sententiam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in secreto cubiculi tui, *vbi credis à nullo audiri.*

2 Ne maledixeris diuiti, *Quia potest præter scitum tuum audiri ab aliquo, & reportari; ideo subditur,*

3 Quia & aues cæ. *id est relatores verborum, qui dicuntur hic* aues cæli, *eo modo loquendi quo dæmones dicuntur aues cæli in parabola seminantis, Matt. xiiij. a.*

4 Portabunt vocem tuam, *ad tuam accusationem.*

5 Et qui habet pennas, *id est quicunque relator verborum velox ad talia referendum. Et est repetitio eiusdem sententiæ ad maiorem affirmationem.*

6 Annuntiabit sententiam, *id est verba tua ad tuam condemnationem. Vel per* habentẽ pennas, *intelligitur malus iudex, qui nimis velox est ad proferendum cõtra simplices, de facili loquens durã sententiã.*

CAP. XI.

a B Mitte *panem.* Aptos fructificationi. vnde Esaias: *Beatus qui seminat super aquas, vbi bos & asinus calcant.*

Ex Hiero. In com. Esa. 32. d. Ibid.

b *Da partes septem.* Vetus testamentum, cuius septima dies, scilicet sabbathum, præcipue honoratur; *necnon & octo,* quod est nouum; Sine altero enim non valet alterum.

Da partes septem & quidem octo: quia non scis quid futurum mali sit super terram.

Ibid. ✻ HIERONY. Et in Ezechiele septem & octo gradus ad tẽpli leguntur ascensum. Et post ethicum illum spalmum, id est, centesimumoctauum, & decimum, quindecim graduum psalmi sunt, per quos primum etudimur in lege, & septenario numero expleto, postea per ogdoadem ad euangelium scandimus. Præcipitur ergo vt in vtrumque instrumentum, tam vetus scilicet, quam nouum pari veneratione credamus. Iudei dederunt partem septem credentes sabbathum: sed non dederunt octo, resurrectionem diei Dominicæ denegantes. Econtrario hæretici, Marcion, & Manichæus, & omnes, qui veterem legem rabido ore dilaniant, dant partem octo, suscipientes euangelium: sed eandem septenario numero non tribuunt, legem veterem respuentes. Nos igitur vtrique instrumento credamus. Non enim possumus dignos cruciatus, dignamque pœnam iam nunc mente comprehendere, quæ reposita est his, qui versantur in terra, Iudæis atque hæreticis, è duobus alterum denegantibus. Hebræi ita hunc locum intelligunt, Et sabbathum, & circuncisionem serua: ne si hoc forte non feceris, inopinatum tibi superueniat malum.

E

CAP. XI.

¶ Quasi: Mitte vel absconde Eleemosynam in sinu pauperis, quia in die iudicii cum multo fœnore reddetur tibi, sicut semen in irrigua terra. b ¶ Verbi.

a Mittẽ pãnem tuum super transeuntes aquas: quia
a ¶ In iudicio retributionem. b ¶ Deo credendo, proximos docendo.
b post multa tempora iuuẽnies illum. Da pãrtes se-
a ¶ Nouum propter dominicam diem. ¶ Tibi.
ptem necnon & octo: quia ignõras quid futurum sit mali su-
a ¶ Quasi Mitte pa.t. super transe. quia si re. b ¶ Prædicatores, vel præcepta: vnde. Concrescat in plu. doct. m. c ¶ Prædicatoribus. d ¶ Mortales.
per terrã. Si replẽtæ fuerint nũbes, imbrẽm super tẽrrã effun-
a ¶ Enim. b ¶ In fine. c ¶ Homo. d ¶ In calore charitatis spiritussancti. e ¶ In frigore infidelitatis.
c dent. Sì cẽciderit lignũm ad aũstrum, aut ad aquilonẽ: in quo-
a ¶ Moriendo. b ¶ Metuit. c ¶ Perfectionem aduersorum. d ¶ Facto vel verbo.
d cũq; loco cẽciderit, ibi erit. Qui obseruãt vẽntũ, nõ seminãt,
a ¶ Blandientium adulationes. b ¶ Vitam æternam.
& qui cõsiderat nũbes, nũquã mẽtet. Quomodo ignoras quæ
a ¶ Tui, quomodo in te ingressus est. b ¶ Tua etiam. c ¶ Nemine sciente.
sit via † spiritũs, et qua ratione compinguantur ossa in vẽntre
a ¶ Matris. ¶ Occulta.
prægnãntis: sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17

a *Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post multa tempora inuenies illum.*

b *Da partes septem necnon & octo: quia ignoras quid futurum sit malum super terram.*

c *Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem, quasi diceret:* Locum quem hic tibi præparauerit, in futuro habebis.

d *Qui obseruat ventum, non seminat.* Ac si dicat: omnipotẽti te tribue, vel corporale solatium, vel Dei verbum; (ne forte præter eas eum, qui dignus est accipere) & omni tempore. *Qui obseruat ventum.* In media tempestate seminandum est, quia nescimus quæ sit voluntas spiritus, & hoc est, *Quomodo, &c.*

Ibid. Luc. 6. el Ibid. F Ibid.

☞ *Mane*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XI.

Opera misericordiæ

Mitte panem tuum su. *Superius Salomon induxit ad opera virtutum generaliter; hic consequenter inducit ad opera misericordiæ specialiter: quia speciali modo faciunt ad consecutionem beatitudinis futuræ, secundum quod dicitur Matt. xxv. c.* Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esurui enim, & dedistis mihi mãducare, &c. *Et diuiditur in tres partes, quia primò inducit ad opus pietatis: secundo ad acceleration em cuius operis ibi,* Mane semine, *tertio infert cõclusionem suæ intentionis, ibi,* Lætare ergo *Prima in duas quia primò inducit ad pietatis actum, secundò remouet impedimentum, ibi* Qui obseruat ventum. *Circa primum dicit,*

1 Mitte panem tuum super. *Iargiendo cibum & potum indigentibus, & maximè peregrinis transeuntibus, qui dicuntur hic* aquæ, *eo modo loquendi quo dicitur, Apoc. xvij. d.* Aquæ multæ, populi multi. *Et* aquæ transeuntes, *quia peregrini transeunt ad terram suam, sicut aqua ad mare.*

2 Quia post multa tempora inue. *recipiendo inde mercedem non solum in futuro, sed etiam aliquando in præsenti: sicut Ietro vocauit Moysen ad comedendum panem, credens eum esse peregrinum Ægyptium, Exod ij. Et ex hoc postea receptus est in populo Israel, & vt filij sui haberent partem in terra promissionis:* quia pietas ad omnia valet, promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futuræ. *j. Timo. iiij. c.*

3 Da partes septem, *id est abundãter da de bonis tuis indigentibus:*

4 Quia ignoras, quid fut. *id est in vita præsenti, & ab illo liberari poteris per opera pietatis impensa indigentibus: quia sicut prædictum est, pietas non solum habet promissionem vitæ futuræ, sed etiam præsentis: Vel aliter potest exponi.* Quia ignoras quid futurum. *q. d. forte eueniet mortalitas hominum per pestilentiam, aut gladium, in qua tolleris de vita præsenti, & tunc opera pietatis valebunt tibi: quia sola pietas comes est defunctorum, vt dicit Aug. Ad hoc etiã inducit exemplum sẽsibile dicens:* Si repletæ fuerint nubes *exhalationibus humidis.*

5 Imbrem super ter. effun. *q. d. sic homines diuitias habentes debent eas reddere indigentibus. Ad hoc etiam inducit motiuum ex hominis statu post mortem, quia tunc cessat meritum & demeritũ, ideo dicit,*

6 Si cecide. lig. *id est homo, qui dicitur arbor euersa à philosophis: vnde ij. de Anima dicit Philosophus, quod radices in arboribus sũt similes ori in hominibus: quoniam per illas accipitur arboris nutrimentum. Dicitur ergo lignum cadere, quando homo per mortem absciditur à statu præsentis vitæ.* 7 Ad austrum. *i. ad partem electorũ, vel reproborũ, quæ nomine aquilonis designatur, eo quod dicitur Iere. j. c.* Ab aquilone pãdetur omne ma. 8 Ibi erit. *i. immutabiliter remanebit: propter quod in vita præsenti debet homo de operibus pietatis solicitari, quandiu potest mereri.* 9 Qui obseruat. *Hic remouet quoddã impedimentũ: Impeditur enim homo ab operibus pietatis ex nimia dilatione cogitans quod veniet tẽpus magis opportunũ ad distribuẽdum pauperibus bona sua: & interim auferuntur ei bona, vel etiã vita, & sic priuatur intento: & hoc est quod dicit per simile,* Qui ob. *quia raro aut nunquam est aer sine vento aliquo.* 10 Et qui. *dimittens metere propter apparentiã nubium.* 11 Nunquam. *quia raro contigit, quod aer sit sine nubibus: Et in tali dilatione aliquando irruunt hostes terrænascentia sibi colligentes, remanentia deuastantes. Secundã impedimentum prouenit ex æstimatione longitudinis vitæ propriæ: & sic impeditur homo ab operibus pietatis, quia credit se indigere in futuro bonis suis; hoc remouetur cum dicitur,* 12 Quomodo igno. *i. per quem modum anima infunditur corpori.* 13 Et qua ra. *id est per quem modum.* 14 Compinguantur, *id est formentur.* 15 Ossa, *scilicet pueri.* 16 In ven. præ. *id est matris. Ista enim sunt totaliter occulta nobis.* 17 Sic nescis opera Dei, *quia statim potest te tollere de vita præsenti: propter quod Luc. xij. c. dicitur diuiti diu viuere speranti:* Stulte, hac nocte repetent animã tuã à te, quę autẽ cõgregasti, cuius erũt?

Philosophus.

☞ *Mane*

a ¶ Opera bona, & verba. ¶ Opus.

a Mane semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua: quia 1
a ¶ Placeat Deo remuneratori. b ¶ Oriatur. 2
nescis quid magis oriatur, hoc aut illud: & si vtrumque simul, melius 3
a ¶ Sic tandem: Aliter enim horrendum est incidere in manus Dei viuentis. b ¶ Corporis & mentis. 4
c ¶ In iudicio. ¶ Iustitiæ. ¶ Et. 5
erit. Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem. Si annis 6
a ¶ In prosperitate, vel bonis operibus. 7
multis vixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit, meminisse 8
a ¶ Semper. b ¶ Diem mortis: vnde, In omnibus diebus memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. 9
debet tenebrosi temporis & dierum multorum: qui cum venerint, 10
a ¶ Quia tot mala & aduersa, ergo lætare. ¶ Ironice. ¶ In domino, vnde, Gaudete semper in domino, non in mundo.
b ¶ Antequam senectus veniat, vel captiuitas Babylonica, vel Romana.
b vanitatis arguentur præterita. Lætare ergo iuuenis in adolescentia 11
a ¶ Quod tibi placet.
tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in 12
a ¶ Voluptatis. b ¶ Sapientiæ. c ¶ Tamen. d ¶ Semper meditare. e ¶ quæ facis. 13
viis cordis tui, et intuitu oculorum tuorum: et scito quod pro om- 14
a ¶ Vbi manifesta erunt abscondita cordis nostri.
nibus his adducet te Deus in iudicium.

quam captiuitas superueniat eis, vel miseria senectutis: ita tamen vt cor habeant in lege Dei, & ambulent in mandatis Dei, non in carnis desideriis; & pro omnibus quæ fecerint, se iudicandos sciant. Nos vero hoc superioribus iungimus, quibus ait, *Mane semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua, &c.*

NICOLAVS DE LIRA

1 Mane semina semen tuum. *Postquam Salomon induxit ad pietatis exercitium, hic consequenter inducit ad huius exercitii festinum principium, & etiam profectum continuum dicit.* Mane semi. *id est pietatis opera incipe à tempore iuuentutis.*

2 Et vespere, *scilicet in senectute, in qua solent homines fieri tenaces.*

3 Ne cesset, *facere pietatis opera.*

4 Quia nescis quid mane oria. *id est, Deo acceptius efficiatur.*

5 Et si vtrunque simul. *id est æqualiter Deo acceptum.*

6 Melius erit, *in fructu præmii.*

7 Dulce lumen. *Hic remouet huius accelerationis quoddam impedimentum, quod procedit ex consideratione vitæ præsentis tantum: & sic impeditur homo ab operibus pietatis, quia non considerat tempus suæ mortis, ideo dicitur,* Dulce lumen, *id est delectabile est homini perfrui vita præsenti: Sed quia cum hoc debet de morte cogitare, ideo subditur;* Si annis multis vixerit homo, *& in prosperitate: tamen,*

8 Meminis. debet te.tem. *id est mortis, quod tempus vocatur frequenter nox in scriptura.*

9 Et die. multo. *id est temporis post mortem, quod non habebit finem.*

10 Qui cum vene. vanit. argu. preterita. *id est huius vitæ delectabilia, quæ transierunt vt vmbra.*

11 Lætare ergo iu. *Hic infertur intenta conclusio, scilicet quod homo ex consideratione diuini iudicii debet à malis retrahi, & in bonis exerceri. Dicit igitur,* Lætare ergo. *Et secundum Heb. est ironica locutio sicut aliquando pater dicit filio:* Vade ad tabernam, & bibe & lude: *quasi diceret postea dolebis. & hoc patet ex sequentibus, cum dicitur,*

12 Et ambula in viis cordis *id est secundum modum tuæ propriæ voluntatis.* 13 Et in. *id est sequendo concupiscentiæ impulsum, quod est valde malum: ideo subditur,*

14 Et scito quod pro. &c. *te grauiter puniendo, propter quod infert per oppositum,* auferam de.

CAPVT XII.

HInc vsque ad finem capituli legitur tribus modis, scilicet de iudicio, senectute, captiuitate, & seruiunt quædã glossæ quandoque duabus sententiis, quandoque verò inueniuntur secundum omnes sententias.

CAP. XII.

a ¶ Omnes prauos motus: à parte totum. b ¶ Vitia iuuentutis.
¶ Omnes malas voluntates.

a AVfer †iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne 1
a ¶ Carnis, comes adolescentiæ. b ¶ Transitoria. 2
c ¶ Et. d ¶ Qui te fecit, qui te iudicabit.
tua: adolescentia enim & †volúptas vana sunt. Memẽto creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antè quàm veniat tem- 3 4 5 6
a ¶ Senectutis: mortis, iudicij, captiuitatis.
pus afflictionis tuæ, et appropinquent anni, de quibus 7
a ¶ i. antequam auferantur iudices tui & viri sancti. b ¶ Veniente iudice. 8
c ¶ Sensus corporis qui in senectute debilitantur. 9
b dicas, non mihi placent. Antequam † tenebrescant sol et 10
a ¶ Prophetæ. ¶ Completis quæ prænuntiant. b ¶ Ad completionem verborum suorum. 11
lumen, et stellæ et luna, et reuertantur nubes post pluuiam. 12

a Et repelle iram à corde tuo & auser malitiã à carne tua: quia adolescentia & stultitia vanitas est.

†maleſtiã In com.

✻ HIERON. In *ira* omnes perturbationes animi comprehendit; In *carnis malitia* vniuersas significat corporis voluptates. Sic ergo, inquit, bonis sæculi fruere, ne aut desiderio, aut carne delinquas. Relinque antiquam vitia, quibus in adolescentia tua vanitati stultitiæque seruisti: quia iuuentus insipientiæ copulata est. F

†iuuentus

b *Antequam tenebrescant sol & lumen, & stellæ & luna, & reuertantur nubes post pluuiam, quando commouebuntur custodes do.* Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies domini magnus. *Luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum mouebuntur,* quæ sunt custodes domus, id est huius mundi: & viri fortes errore decepti nutabunt; Vel in morte cuiusque sol & luna, & stellæ & nubes & pluuiæ cessant ei. Et clau-

Ibid.

Iohe. 2. g. Matt. 24. c.

†obtenebrescant

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XII.

1 AVfer iram à corde tuo, *vindictam de aliis non quarendo. Ira enim est appetitus vindictæ: quam solent iuuentes magis quærere, quàm senes, propter caliditatem naturæ.*

2 Et amoue malitiam, *id est luxuriam. Et subdit vtriusque dicti causam.*

3 Adolescentia, *quærens vindictam,*

4 Et voluptas, *exercens luxuriam,*

5 Vana sunt: *quia citò transeunt, & ad finem malum perducunt.*

6 Memento creato. *Superius Salomon induxit multipliciter ad felicitatis humanæ acquisitionem; hic consequenter inducit ad huius acquisitionis acceleratiõnem. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur hæc acceleratio, Secundo, quædam breuis recapitulatio, ibi,* Cumque esset; *Tertiò, infertur intenta conclusio, ibi,* His amplius. *Circa primũ dicit:*

Diuisio.

dicit, Memento creatoris tui, *qui te fecit de nihilo ad imaginem suã, Gen. j. propter quod obligatus es totus ad eius seruitutem.*

7 In diebus iuuentutis *quia tunc potes ei promptius & melius seruire; ideo subditur,*

8 Antequam ve. temp. afflictionis *id est senectutis: quia sicut dicit Horatius: Multa senem circumueniunt incommoda.*

9 Et appro. anni *tua mortis.*

10 De quibus. *Omnes enim mortem refugiunt & abhorrent.*

11 Antequam tene. *Resumendum est quod dictum est in principio ca.* Memento creatoris tui, *in principio huius clausulæ & etiam clausularum sequentium.* Antequam tene. *Dicuntur autem sol, luna & stellæ obtenebrescere seni, & maximè ad mortem appropinquanti, quia deficit virtus eius visiua, & sic non potest claritatem eorum bene videre, nec de die, nec de nocte.*

12 Et reuertan. nubes, *id est tribulatio mortis super tribulationem* ✻ *senis.*

☞ a *Et claudentur oſtia in pla.* ne videant luſus iuuenum: omnia enim talia ſunt eis importabilia.

Senes minus dormiunt. b *Et conſurget.* Quia non poſſunt dormire refrigeſcente ſanguine ſiccato humore quibus alitur ſopor.

Et conſurget ad vocem paſſerculi vel auicula & humiliabuntur mõtes filiæ Cantici, & ab altitudine videbunt & ſtupore in via.

Ex catena græca. ✠ OLYMP. Hoc loco ſapiens noſter Eccleſiaſtes loquitur de extremo iudicij die, quando mortui a conſurgent in iuſſu & voce tubæ Archãgeli. Iuſſu autem paſſeris, hoc eſt, verbi B quod carneum corpus aſſumpſit, qui propter ſolitariam ſuam in cruce manſionem de ſeipſo dixit per prophetam Dauid, *Factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto*; Tunc humiliabuntur filiæ cantici, hoc eſt, animæ rationales mortalium hominum, quæ in deliciis, & in voce organi, & cãtus ſuauitate, C muſiciſq; inſtrumentis oblectatæ nimiũ fuerint. Aut, animas intellige falſa docentium Magiſtrorũ, ac mendacium prophetarum, quæ ſonora volubilitate verborum, quaſi dulci cantico, pernicioſa voluptate occuparint aures & animas auditorum. Sed & ipſæ Iudæorum animæ, quæ filiæ ſunt Cantici prophetarum, humiliabuntur, quoniam non audient cantantes Prophetas, & vocantes eas ad fidem Chriſti, ſicut cecinit Iſaias, *Cantabo dilecto canticum dilecti*, & quæ ſunt generis eiuſdem. Omnes itaque prædictæ peccatorum animæ; ſed forſaſſe & iuſtorum animæ admirabuntur, & obſtupeſcent, quando adducentur in viam iudicij & videbunt ex alto venientem in nubibus filium hominis in gloria patris ſui. D Iſa 5.

a ¶ Recedentes. b ¶ Angeli. cuſtodes domus. ¶ Coſtæ quæ muniunt mollia corporis. c ¶ Turbabuntur.

quando commouẽbuntur cũſtodes domus, & ✝mutabũntur 1 ✝nutabunt Ex Hiero.

¶ In exitu tuo. a ¶ Crura totum corpus ſuſtinentia. b ¶ Debiles, non valentes molere cibum. c ¶ Dentes. ¶ Verba magiſtrorum.

fũri fortiſſimi, & otioſę erunt mõlentes ✝ in minuto numero, 3 In com. quod tam paucæ factæ ſunt

a ¶ Caligabunt. b ¶ Oculi. ¶ Prophetæ, qui de cœlo ſolebant viſionis ſuæ lumen accipere. c ¶ Senes, qui non poſſunt ambulare in domo ſedent. 4

& tenebrẽſcent vidẽntes per foramina, & clãudent oſtia in 5

a ¶ Adueniente captiuitate Ieruſalem humiliabitur. b ¶ Chaldæi. 6

platea, in humilitate vocis molentes, & conſurgent ad vo- 7 8

a ¶ Quaſi Ieremiæ voce inuitati. b ¶ Galli. ¶ Nimia ſenectute nihil valentes discernere.
c ¶ Aures, quæ delectantur carmine, vel chori pſallentium in choro. d ¶ Dei potentiam.

cẽm volũcris, & obſurdeſcent omnes filiæ carminis. Excelſa 9

¶ Laſſis poplitibus. a ¶ Ingredi. b ¶ Ne cadant. ¶ Ipſi hoſtes morte Sennacherib. c ¶ Plana. d ¶ Caneſcet caput. ¶ Metaphora. e ¶ Virga quam Ieremias vidit. 10

quoque timebũnt, & formidãbũt in viã, florebit amygdãlus, 11 12

a ¶ Intumeſcent tibiæ. b ¶ Nabuchodonoſor cum exercitu ſuo.
c ¶ Refrigeſcet libido, organis membrorum deficientibus. 13

c impinguãbitur locuſta, diſſipabitur ✝ capparis. Quoniam 14

a ¶ Amicitia Dei cum Iſrael. b ¶ Sic diſſolutus. ¶ Dei auxilio deſtitutus. c ¶ In terram. d ¶ Obſidione vallati. 15 16

ibit hõmo in domũm æternitatis ſuæ, & circumibunt in pla- 17

a ¶ In funere, vel furore. b ¶ Gloria Iſrael. c ¶ Continuatio vitæ.

d tea plãngentes. Antequam rumpatur ✝ funiculus argenteus, 18

a ¶ Vnde venit. b ¶ Vel catena. ¶ Anima, pretioſa pars hominis. c ¶ Metaphorice. ¶ Homo.

& recurrat vitã aurea, & conteratur hydriã ſuper fontem, & 19

¶ i. donec vobis ſanctaſanctorum præcepta legis & gratia ſpiritusſancti auferantur.

a ¶ Quæ extrahitur aqua b ¶ Corpus. 20 21

e confringatur rõta ſuper ciſternam, & reuertatur pulũs in 22

a ¶ Vnde regreſſus in lumbis Abrahæ. b ¶ Anima. ¶ Gratia prophetiæ, qua quondam fruebaris.
c ¶ Deum. d ¶ Non eſt enim de traduce.

terrãm ſuam vnde erat, & ſpiritus redeat ad eũm, qui dẽ- 23

¶ Commendat ea quæ dixit: & allegorice dicta innuit.

f dit illum. ✝Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, & om- 24

nia vanitas. Cumque eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes, 25 26

docuit ✝ populum, & ✝ enarrauit quæ fecerat, & inue- 27 28

a ¶ Quaſi myſtica.

ſtigans compoſuit parabolas multas. Quæſiuit * ver- 29

ba veritatis, & compoſita ſcripturam rectè & verba veritatis inuenit. 30

Verba luxuriari, noli delicias quærere, cum ſcias te celeri fine tranſire, & ad iudicium feſtinare.

E

✝ deſideriũ

d *Antequam rumpatur funis.* Redit ad ſuperiora, vbi ait. *Memento creatoris tui, &c.* ✝ funis

F

✝ auſcultauit. Eccleſiaſtes

☞ *Verba*

NICOLAS DE LIRA

ſenectutis, ita quod Salomon loquitur hic metaphoricè ſecundum omnes expoſitores Hebræos & Latinos.

1 Quando commoueb. cuſtodes domus. *id eſt, corporis, quod eſt domicilium animæ. Huius autem domus cuſtodes ſunt ſenſus qui præcauent corpori à noxiis: Et dicuntur hic commoueri, quando incipiunt deficere & hebetari.*

2 Et nutabunt viri fortiſſimi. *id eſt, crura & tibiæ, quæ dicuntur viri à virtute, quia ſuſtinent corporis pondus: ſed* nutant, *id eſt tremunt ſeu vacillant in ſenectute, deficiente naturali virtute.*

3 Et otioſæ erunt mo. *id eſt dentes, quibus molitur cibus in ore: ſed appropinquante morte non poſſunt hoc facere.*

4 In minuto nu. *Numerus enim dentium in communi curſu minuitur in ſenectute.*

5 Et tenebreſcent. *id eſt oculi intra foramina capitis collati.*

6 Et claudent oſtia, *id eſt labia in plano faciei ſita, quæ dicuntur claudi, quando non poſſunt bene loqui: ideo ſubditur,*

7 In humilitate, *id eſt exilitate vocis, quod contigit in appropinquatione mortis.*

8 Et conſurgent ad vo. *id eſt galli: Senes enim non poſſunt bene dormire, & ſic excitantur in primo gallorum cantu, & hæc excitatio dicitur hic reſurrectio. Et quia ad lucram non poſſunt diu retinere vrinam propter debilitatem organorum, & ideo oportet eos tunc ſurgere.*

9 Et obſurdeſcent om. fil. carmi. *id eſt aures, quæ dicuntur filiæ carminis, eò quod delectantur in melodiis.*

10 Excelſa quoque. *id eſt ſuperior pars animæ: quia omnes naturaliter timent mortem propinquantem, etiam ſecundum partem ſuperiorem corpori compatientem.*

11 Et form. *quia timent exire viam præſentis vitæ.*

12 Florebit amygdalus. *id eſt caput caneſcet,*

13 Impinguabitur lo. *id eſt venter intumeſcet humoribus indigeſtis.*

14 Et diſſi. *id eſt concupiſcentia carnis, quæ ſic nominatur, eò quod cappa-*

capparis eſt herba, qua luxuria excitatur.

15 Quoniam ibit homo, *per mortem,*

16 In domum æternitatis ſuæ, *quia inde numquam reuertetur ad vitam præſentem.*

17 Et circumibunt. *hominem iam defunctum.*

18 Antequam rumpat. *Reſumatur,* Memento creatoris tui, *antequam rumpatur* funis argenteus, *id eſt harmonia, qua elementa colligantur in corpore viuentes quæ rumpuntur in morte.*

19 Et recurrat vita aur. *id eſt vita futura, quæ ſecundum veritatem melior eſt iuſtis, quàm vita præſens ſicut aurum melius eſt argento.*

20 Et conteratur hydria. *Fons dicitur hic cor, à quo procedunt ſpiritus vitales, ſicut aquæ viuidæ ex fonte: Hydria, cũ qua hauritur aqua de fonte, dicitur hic compago caterorum membrorum, recipiens vitam à corde, quæ conteritur ſuper fontem: quia moritur cum corpore.*

21 Et confringa. Rota *dicitur hic caput, quia appropinquat ad figuram rotundam;* Ciſterna *verò dicitur ipſum cor eo quod inde accipitur vita, vt prædictum eſt: & ſic rota confringitur ſuper ciſternã, quando omnes ſenſus, qui vigent in capite, deficiunt totaliter corde moriente.*

22 Et reuertatur puluis *id eſt corpus humanum, quod pro maiori parte factum eſt de elemento terræ.*

23 Et ſpiritus, *ſecundũ merita eius & demerita iudicandus per ipſum.*

24 Vanitas. *Exponatur, vt ſuprà cap. j.*

25 Cumque eſſet. *Hic ponitur breuis recapitulatio de libris Salomonis, cùm dicitur:* Cumque eſſet ſapien. *id eſt Salomon, cuius ſapientia præcedebat ſapientiam omnium illius temporis, vt habetur. iij. Regum iiij.*

26 Docuit populum, *verbo & ſcripto,*

27 Et enarrauit, *ſuprà ij. ca. & in pluribus aliis locis.*

28 Et inueſtigans, *ſapientiam.*

29 Compoſuit parabolas *ſcilicet tria milia, vt habetur. iiij. Reg. 4.*

30 Quæſiuit verba. *ad bonum regimen populi.*

✠ Et

A a *Verba sapientum.* HIERON. Ne videatur temerè post legem per Moysen ipso Deo præmonente datam, noua præcepta cudere, dicit hæc verba sapientum esse. In com.

b *Finem loquendi.* Quia diuersorum diuersas sententias, tanquam concionator, induxerat: hoc fine omnes conciliat, scilicet *Deum time.* Hoc solùm aiunt Hebræi in autoritate habitum: quia hic intentionem suam ostendit, cùm videatur in multis ad voluptates hortari.

¶ Auditori. ¶ Ideo retinendos.

ba vtilia, & conscripsit sermones rectissimos ac veritate ple-

a ¶ Non mea tantum. b ¶ Acriter pungentes pigros, & excitantes somnolentos, non palpantes. Mentis.

a nos. Verbà sapientum sicut stimuli, & quasi claui in altum de-

¶ Multorum. a ¶ Non temere. b ¶ Ideo digniora. ¶ Magister vester vnus est Christus.

fixi, quæ per magistrorum cõsilium data sunt à pãtore vno.

a ¶ Ergo. ¶ Verbis. ¶ Quia. b ¶ Sed si his contentus non fueris, & vltra quæsieris. ¶ Tibi.

His amplius fili mi, ne requiras. Fãciendi plures libros nullus

a ¶ Infinita curiositas. ¶ Non tantum spiritus.

b est finis: frequẽsque meditatio, carnis est afflictio. Finem

a ¶ Vnanimes. ¶ Nullus excuset se. b ¶ Hunc scilicet. c ¶ Filiali amore. ¶ Sic.

† loquendi ômnes pariter audiamus. Deum time, & mandata

a ¶ Inuiolata. b ¶ Ad. c ¶ Factus à Deo. d ¶ Time, quia cumquæ fi. mala scilicet & bona.

eius obserua: hoc est omnis hõmo. Cuncta quæ fiunt, adducet

a ¶ Districtum. b ¶ Et iudicabit. c ¶ Etiam otioso verbo ignoranter prolato.

Deus in iudicium † pro ômni errãto, siue bonũ siue malũ sit.

Amos. 7. Stabat Amos propheta supra murum litum. Et dixit dominus ad eum: Quid tu vides Amos? Trullam cementarii ego video liniẽtem murũ. In trulla tria considerantur, acumen, lignum, & planicies. Acumine dura eijciuntur, ligno eminentia intus restringuuntur, planicie omnia adæquantur & poliuntur. Murus expolitis & impolitis lapidibus & cemento constat. Murus iste, mundi vniuersitas est, cuius dispositio & diuersitas ex rerũ varietate constat. Sicut in muro quædam latent, quædam prominent, omnia tamen æquantur; ita in mundo quædam quæ latent, ad ortum prodeunt, & quæ sunt ad occasum, tendunt & occidunt: omnia tamen vno fine clauduntur & æquantur. Super hunc murum, id est super hanc varietatem & diuersitatem, stabat Amos, semper se ad interiora mente extendens. Salomon verò subter vel iuxta hunc murum stabat, & non desuper. Tandem considerans subtili inquisitione varietatem & C rerum mutabilitatem, intellexit omnia esse vana & caduca. Moritur enim doctus cum indocto, pauper cum diuite, & huiusmodi similia. Et sicut in principio dictum est, tria edidit volumina: Prouerbia, Ecclesiasticen, Cantica canticorum. In quibus tria hominum genera exprimit, incipientes, proficiẽtes, & perfectos. Inde trinomius dictus est, Idida, id est dilectus: Ecclesiastes, id est concionator, Salomon, id est pacificus. In titulo parabolarum vocat se filium regis Israel; Ibi enim loquitur maioribus & minoribus, insipientibus & rudibus, & ad plures. In Ecclesiaste verò filium regis Ierusalem; iam hic ad prouectos loquitur, & ad paucos. In Cantico tantum Salomon se vocat, ibi perfectis & æqualibus more boni oratoris. In hoc libro loquitur ad populum iam pœnitentem. Legitur enim Salomon Deum offendisse supra omnes coætaneos sui temporis, & intantum, vt idololatra sit 2. Reg. 11 b factus amore mulierum: & templa tribus idolis circa Ierusalem construxisse, vnde & thurificasse dicitur. Hebræi tradunt illum pœnituisse, & in illa pœnitentia hunc librum composuisse, in D quo ostendit omnia vana & caduca esse: & ita reuocat eos ab errore vitiorum & peccatorum ad pœnitentiam sui exemplo. Materia eius est trulla cementarij, id est mundi mutabilitas, vt dictum est. Intentio est nos reuocare ab appetitu rerum mundanarum & contẽptu earũ vt cum Amos non subter vel iuxta, sed supra murum stemus. Modus talis: more prophetico præmittit procemiũ, in quo ostendit quis sit, & qui loquitur, & ad quos loquatur. Notãdum etiã quod non omnes sententiæ, quæ hic ponũntur sunt Salomonis, sed diuersorum. Nõ E enim tam sapienti hoc conueniret scilicet, *Bonum est vt quis bibat & comedat*; Et illud, *Vnus interitus hominum & iumentorum*; Et illud, *Quid amplius habet sapiens stulto, &c.* Positis itaque diuersorum sententijs, more boni concionatoris, qui vt omnes audiant ipsum, manu silentium indicit, suam sententiam promulgat, quam omnes acclamant firmiter tenere. Ita finem loquendi omnes pariter audiamus: *Deum time, & mandata eius obserua: hoc est omnis homo.*

Suprà. 8. c. Ibidẽ. 3. d. Ibid. 6. c.

+ sermonis omnis. B

+ omne ab sconditum,

Finis sermonis verbi vniuersi auditi perfacilis est: Deum time, & mandata eius custodi. Hoc est enim, &c.

✠ HIERO. Ad hoc natus est homo, vt creatorem suum intelligens, veneretur eum metu, & honore, & opere mandatorum. Si quidem cum iudicij tempus aduenerit, quicquid à nobis gestũ est, stare sub iudice, & ancipitem diu expectare sententiam, & vnumquemque recipere pro opere suo, siue mali quid gesserit siue F boni. Pro eo autem quod nos posuimus, *De omni abscondito, siue bonum siue malum sit*; Symmachus & lxx. interpretati sunt *de omni contemptu*, vel certè *de omni ignoratu*: quod etiam de otioso verbo, & non voluntate, sed ignorantia prolato, reddituri sumus rationem in die iudicij. Aliter, quia timor seruorum est, & perfecta dilectio foras mittit timorem, & in scriptura diuina tam insipientium, quàm perfectorum duplex appellatur metus; nunc de consummato in virtutibus metu dici puto, secundum illud, *Nihil deest timentibus eum.* Vel certè qui adhuc homo est, & necdum nomẽ Dei accepit, hanc habet rationem substantiæ suæ, vt in corpore positus Deum timeat. Quia omne factum, id est, omnes homines adducet in iudicium, super vniuersis, quæ aliter, quàm ab eo disposita sunt, & dicta senserunt, siue in hanc partem siue in illam *Va quippe his, qui dicunt bonum malum & malum bonum.* In com. Isa. 5. c. Psal. 33. b.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et conscripsit sermo. *Quia nulla est in eis distortio à veritate.*

2 Ac verita. *Quia cum veritate literali continent plures veritates mysticas.*

3 Verba sap. sicut stimuli *ad excitandum pigros in opere virtutis.*

4 Et quasi claui in altum *id est in profundum, sicut dicitur Ioan. iiij. b.* Puteus altus est. *id est profundus: & ideo sicut claui in profundum ligni defixi, sunt ibi quasi immobiles, sic verba prophetarum non possunt à veritate remoueri.*

5 Quæ per magi. *id est sapientium.*

6 Data sunt à pa. *scilicet ipso Deo, qui omnia regit & pascit. Magistri vero isti possunt dici tres personæ in diuinis, vel angeli, quibus primo reuelantur diuina secreta, & sunt excutores diuinæ voluntatis.*

7 His amplius. *Hæc est vltima pars huius libri, in qua ponitur intenta conclusio, & hoc quantum ad duo: Primũ est, quod homo non sit curiosus in inuestigatione scripturarum præterquam necessariorum, & quantum ad hoc dicitur.* His am. *id est sacræ scripturæ libris, vt exponit Rab. Sa* Amplis fili mi ne requiras, *per hoc tamen non excluduntur libri alij ad intellectum sacræ scripturæ necessarii, sed illi qui non sunt ad salutem necessarii, de quibus subditur*

8 Faciendi plures li. *quia semper emergunt nouæ difficultates in talibus.*

9 Frequensque medita. *circa talia.*

10 Carnis est afflictio, *scilicet affectiue, & sine vtilitate, cum sit de præter necessariis ad salutem, & impediat necessariorum cognitionem: quia impedit studium circa ipsa. Secundum est, quod homo intendat totis viribus necessariis ad salutem, ideo dicit,*

11 Deum time, *timore filiali, per quem receditur à malo:*

12 Et mandata eius ob. *exercendo te in bono: & hę sunt duæ partes iustitiæ quæ faciunt hominem perfectum in virtute: ideo sequitur,*

13 Hoc est omnis homo. *id est totus siue perfectus homo, quia totum & perfectum sunt idem. v. Metaphy. ita quod accipitur hic signum. totius vniuersalis pro signo totius integralis, quia in Hebræo pro vtroque est vna sola dictio æquiuoca ad vtrumque & est sensus:* Hoc est omnis homo *id est, ista duæ partes iustitiæ faciũt perfectum hominem in virtute, & subditur motiuum ad ista duo, cum dicitur,*

14 Cuncta quæ fiunt, *scilicet ab hominibus, qui per liberum arbitrium, possunt mereri & demereri.*

15 Adducet Deus in iudicium, *generale,*

16 Pro omni errato, *In Heb. habetur:* Pro omni celato, *quod ibi manifestabitur.*

17 Siue bonum sit, *vt remuneretur,*

18 Siue malum *vt puniatur. Ad hanc sententiam potest trahi quantũ ad aliquid nostra litera, cum dicitur,* Pro omni errato *id est delicto ex malitia vel ignorantia.* Siue sit bonum *de genere, malum tamen ex circunstantia: sicut cum aliquis dat elemosynam mulieri pauperculæ, vt eam pertrahat ad luxuriam,* Siue malum *de genere, sicut furtum & homicidium. Punitio tamen taliũ cedet ad gloriã electorum, sicut dicitur Psal. lvij. b.* Lætabitur iustus cum viderit vindictam & *ad gloriam Dei: Cui honor & gloria in secula seculorum Amen.*

PRÆFA-

☞ A D

PRÆFATIO IN LIBRVM CANTICVM canticorum Salomonis.

SALOMON filius Dauid regis Israel iuxta numerum vocabulorum suorum tria volumina edidit. Quorum primus est משלי *misle*, quem Græci παροιμίας, Latini prouerbia nominant, eo quod in ipso sub comparatiua similitudine figuras verborum & imagines veritatis ostendit: Ipsam autem veritatem ad intelligẽdum ingenio legentium reseruauit. Secundũ librum קהלת *Coheleth* vocauit, qui Græcè ἐκκλησιάστης vocatur, Latinè concionator: eo quod conciones non solum spiritualiter ad vnum, sicut in Prouerbiis, sed ad vniuersos genera-
B liter dirigantur, docens, omnia quæ in mundo cernimus, vana esse & breuia: & ob hoc minimè appetenda. Tertium librum שיר השירים *sir hassirim* prænotauit: qui in Latinã linguam vertitur in Cantica canticorum. Vbi per epithalamicum carmen coniunctionem Christi & ecclesiæ mystice canit. Dicitur autem Canticum canticorum, eo quod omnibus canticis præferatur. Sicut in lege quædam dicuntur *sancta*, quibus maiora sunt *sancta sanctorum*. In his quidem tribus libris trium generum disciplinas composuit, quibus ad rerum scientiam peruenitur: In primis namque ethicam, ideſt moralem, post hoc Physicam, quæ qualitatem naturæ comprehendit, ad vltimum theoricam, id est, contemplatiuam. In Prouerbiis enim moralia docens, per communem quendam loquendi vsum altiorem intelligentiam edidit, cõseruationemque mandatorum, & doctrinæ cælestis institutionem succinctis verbis, breuibus sententiis coaptat. Sunt autem Prouerbia sub verbis aliis res alias explicantia, quæ aliter quam dicuntur, intelliguntur: plus in virtute sententiarum, quam in sono verborum habent; quæ Græci παροιμίας vocant. Ecclesiastes rerum naturas discutiens, cuncta in mundo vana & caduca esse deprehendit, rerumque omnium fragilitate conspecta, renuntiari
C mundo admonuit; In Canticis canticorum supergressus visibilia, atque contemplans ea, quæ sunt cęlestia, vel diuina, sub specie sponsi sponsęque, Christi ecclesiæque vnitatem declarat, atque animam ad amorem cœlestium excitans, perueniendum ad consortium Dei prouocat. Illud vero non est putandum, quod ab auditoribus nostris traditur, apud Hebræos hanc fuisse conseruationem, ne cuiquam hunc libram legere permitterent, nisi vir o iam perfectæ scientiæ & roboratæ fidei in peritia: ne tam eruditi cognitio lubricas mentes, quam textus ad concupiscentias corporales conuerteret.

Salomon id est pacificus, quia in regno eius pax per quã futura pax ecclesiæ figurabatur; *Idida*, id est, dilectus, & significat illum
Psal. 44 a. de quo dicitur, *Speciosus forma præ filiis hominum: propterea benedixit te Deus in æternum*; Ecclesiastes id est concionator, & significat illum, qui rationabiliter erat allocuturus, & congregaturus ecclesiam. Iuxta numerum vocabulorum, tres fecit libros: Prouerbia, in quo libro docet paruulos non tam ætate quam sapientia, de æquanimi conuersatione in mundo, scilicet qualiter licite possint vti temporalibus; Ecclesiastę, in quo instruit homines prouectioris ætatis, ad contemptum caducorum; Cantica canticorum, scilicet hoc opus, in quo virum consummatum docet de solo amore Dei, vt requiescat inter brachia sponsi. Vnde & Canticum canticorum dicitur sua dignitate omnia alia excellens cantica. Per illa quippe vitantur vitia, cauetur hostis: per ista locupletamur virtutibus, domino coniungimur. Simili ordine etiam philosphi instituiones suas ponunt. Primum ethicam docent postea physicam, & quem in his profeciſſe vident, ad theoricam vsque perducunt. Materia, sponsus & sponsa, id est, caput & ecclesia. Et modus, quali desiderio membra capiti cohæreant, & ei placere contendant, & quæ dona ab illo, vel in præsenti accipiant, vel in futuro expectent, & quali affectione sponsus ecclesiam diligat, eam laudans, & admonens, & confortans. Finis est dilectio Dei.

Cantica cãticorum quare

Prouerbia

Ecclesia

Quatuor mihi in hoc opere inueniſſe videor personas, sponsũ, & sodales ipsius, sponsam, & adolescentulas cum ea. Alia à sponso: alia dicuntur à sponsa: nonnulla à iuuenculis: quædam à sodalibus sponsi. Congruum quippe est vt in initiis sit adolescentularum multitudo cum sponsa, iuuenum turba cum sponso. Sponsum, Christum intellige, sponsam ecclesiam sine macula & ruga: Angelos vero, & eos qui peruenerunt in virum perfectum, intelB 1. Tim. 1. a.
Eph. 5. f.
lige amicos sponsi. Adolescentulę, sunt sponsarum incipientium turbæ, iuxta modum quendam salutem adeptæ.

Ex hoc autem libro Gentiles sibi epithalamium vendicarunt, & istius generis carmen assumptum est. Si vis ascendere ad Canticum canticorum, necesse est de Aegypto egredi, vt post transitum maris rubri submersis inimicis, primum possis canere canticum: *Cantemus domino, gloriose enim, &c.* Sed quia adhuc longe es
Exod. 15. a. à Cantico canticorum, perambula terram deserti spiritualiter, & consequenter Iordanis ad ripam constitutus, secundum canticum canas, *Audite cæli quæ loquor, &c.* Et cum vniuersa transieris, ad al-
Deut. 31. a. tiora conscende, vt possis anima decora cum sponso, & hoc canere Canticum canticorum.

Notandum quòd sponsa semper in domo: vel in lectulo: vel in aliquo interiori loco cum sponso manere concupiscit: quod F mulieribus congruit. Ipse quod masculorum est, ad foriaseca vinearum, vel ad huiusmodi opera amicam euocat: quia nimirum ecclesia, si posset fieri in trãquillitate pacis domino sobolem educare desiderat: At ipse in præsenti eam crebris persecutionibus exercet; quo mundior ad æterna perueniat, ne si prospera contingant incolatu præsentis seculi vel exilij delectata, minus ad cælestem suspiret patriam.

Synagoga congregatio, quod & lapidum ecclesia conuocatio, quod rationabilium. Vtraque autem hæc portio iustorum in eadem fide Christi & dilectione diuersis temporibus, illa expectando vẽturum, ista suscipiendo præsentem consors effecta est. Omnes animæ motiones, vniuersitatis conditor Deus creauit ad bonum: sed vsu nostro sæpe fit, vt res quæ per naturam bonæ sunt, dum malè his abutimur, nos ad peccatum deducãt. Vnus ex animæ motibus amor est, quo bene vtimur si sapientiam amemus, & veritatem: Malè autem si carnem aut sanguinem. Tu igitur vt spiritualis audi spiritualiter amatoria verba cantici cantari, & disce motum animę tuę, & naturalis amoris incendium ad meliora transferre.

☞ CAP.

INCIPIVNT CANTICA canticorum Salomonis.

CAP. I.

a ¶ Delectet, & certificet.

b ¶ Humanam naturam.

c ¶ Incarnatione filij, quæ est quasi quædam prælibatio coniunctionis.

CAPVT I.

A a OSculetur me osculo oris sui. Vox præcedentium aduentũ Christi qui orant ad patrem sponsi, id est, Christi. In mediis precibus exauditur, & videns sponsum ad ipsum loquitur: Tangat me dulcedine præsentiæ suæ, quam à prophetis sæpius promissam audiui, & velut osculũ afferens, etiã mei oris attactum suscipiat; id est, B interrogantem me de via salutis audiat, & vtraque vnum faciẽs, osculum pacis afferat. Osculari pro pacificari ponitur, ad similitudinem illorum qui propter discordiam à dominis suis recesserunt, sed redeuntes se inuicem osculantur, & perfectè pacificantur, sic synagoga Genus humanum à Deo per peccatum C remotum, optat reconciliari per incarnationem filij. Quot præcepta ex eius prædicatione cognoscit, quasi tot oris eius oscula suscipit. Loquitur more amantis, quæ præ feruore dilectionis ordinem loquendi non valet obseruare. Sicut enim in osculo duo corpora diuersa iunguntur: sic in incarnatione filij duæ substantiæ diuinitatis & humanitatis penitus diuersæ

Tria sunt oscula, primũ, pedum secundum, manuũ tertium oris. Primũ est incipientiũ Secundum proficiẽtiũ Tertiũ perfectorum

a OSCVLETVR mẽ osculo oris sui b

c

uersę inseparabili coniunctione vniuntur.

✻ ORIGENES. Introducitur nunc per historiæ speciem sponsa quædam, quæ susceperit quædam sponsaliorum & dotis titulo dignissima munera ab sponso nobilissimo. Sed plurimo tempore moram faciente sponso, solicitari eam desiderio amoris sui, & confici iacentem domi suæ, & agentem omnia, quatenus possit aliquãdo videre sponsum suum, atque oculis eius perfrui; Quæ quoniam nec differri amorem suum, nec adipisci se posse, quod desiderat, videt: conuertat se ad orationem, & supplicet Deo, sciens eum patrem esse sponsi sui. Consideremus ergo eam leuantem sanctas manus sine ira & disceptatione, in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate, ornatam dignissimis ornamentis, quibus ornari decet nobilem sponsam, æstuantem vero desiderio sponsi, & interno vulnere amoris agitatam; orationem, (vt diximus) fundere ad Deum, & dicere de sponso suo, *Osculetur me ab osculo oris sui.*

D E F

☞ *Meliora*

Postilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lira super Cantica canticorum incipit.

CAPVT I.

1 OSculetur me osculo oris sui. *Expedito primo Salomonis libro, in quo traduntur documenta, quæ faciunt ad illustrationem mẽtis: & secundo, in quo inducimur ad contemptum affluentia mobilis; hic consequenter incipit tertius, inducens ad amorem superna felicitatis sicut dictum fuit plenius in principio primi libri, vbi posui quandam præfationem pro istis tribus libris. Appetitus vero felicitatis superna procedit ex amore mutuo Dei, & rationalis creaturæ, qui in hoc libro describitur, vt plenius videbitur prosequendo. Tamen ad maiorem dicendorum intelligentiam aliqua sunt hic præmittenda. Primum est quod translatio nostra in pluribus locis discrepat à litera Hebraica, & similiter signatio capitulorum. Secundum est, quod totus iste liber procedit parabolice nec tamen apparet lucide, quibus personis determinate parabolæ secundum sensum literalem sint applicandæ: & hoc cum prædictis difficultatẽ ingerit in hoc lib. Si enim hoc appareret sicut Iud. ix. b. vbi dicitur,* Dixerunt autem omnia ligna ad rhannum: Veni & impera super nos, *Ex litera sequenti manifeste patet, quod intelligitur de Sichimitis, & Abimelec quem vnxerunt super se regem: tunc facile esset hunc librum exponere: sed hoc non apparet nisi in quodam generali, scilicet quod iste liber loquatur parabolice, de amore mutuo sponsi & sponsæ. Sed quis sit iste sponsus, & quæ sit hæc sponsa, clarè non apparet ex litera: propter quod accipiuntur variè à diuersis. Quidam enim dixerunt, quod hic accipitur sponsus ad literam, ipse Salomon; & sponsa, filia Pharaonis vxor eius prædilecta. Sed hoc non videtur verum, quia licet hic amor inter sponsum & sponsam potuerit esse licitus, vtpote infra limites matrimonij contentus, sicut dixi plenius super tertium librum Reg. iij. tamen carnalis fuit, & frequenter habet talis amor aliquid inhonestum, & illicitum adiunctum; propter quod descriptio talis amoris non videtur ad libros sacræ scripturæ canonicos pertinere, maxime quia huiusmodi libri spiritusancto dictante sunt scripti. Salomon autem amorem sui ad vxorem & econuerso, & delectamenta ad hoc sequentia cognouit per experientiam, & non per spiritussancti reuelationem. Propter quod hic liber qui semper fuit ab Hebræis & Latinis inter canonicos libros reputatus, vt patet per Hier. in prologo galeato, non videtur de hoc amore conscriptus. Propter quod Hebræi dicunt, quod iste liber loquitur parabolice de amore Dei, & plebis Iudaicæ: quam sibi desponsauit in legis datione. Exod. vigesimo & sic habuit eam vt sponsam prædilectam. Expositores vero catholici dicunt communiter, quod iste liber loquitur de amore Christi & ecclesiæ, accipiendo ecclesiam prout diuiditur contra synagogam, quæ processit de latere Christi dormientis in cruce sicut Eua formata fuit de costa dormientis Adæ: & sic tam illi quam isti nituntur ad suas intentiones literam applicare. Saluo tamen meliori iudicio, vtrique videntur in aliquo deficere. Primo in hoc quod sponsam accipiunt nimis stricte Iudæi, dicentes, sponsam pracisè esse plebem Iudaicam cum gente conuersa ad ipsam. Catholici verò plebem Christianam, quia in hoc libro ponuntur aliqua quæ non videntur conuenienter exponi referendo ad statum ve. test. Et econuerso aliqua quæ non possunt conuenienter exponi de statu noui. Et ex hoc sequitur defectus alius quo Iudæi aliqua ad statum noui testa. pertinentia incõuenienter exponunt de statu veteris, & econuerso catholici aliqua ad vetus test. pertinentia minus conuenienter exponunt, de statu noui, loquendo tamen de sensu literali, cui prout potero, insistere intendo. Et est hic sensus literalis, non ille qui per voces significatur, sed qui per res significatas primo intelligitur, sicut patet in exemplo supra posito de Abimelech & Sichimitis: propter hoc dicitur parabola à para, quod est iuxtà, & βολή, quod est sententia, quia iuxta significationem vocum aliud significatur. Igitur in hoc libro sponsus accipi videtur ipse Deus, sponsa vero ipsa ecclesia, complectens statum vtriusque testamenti: quia sicut est vna fides modernorum & antiquorum, variata tamen secundũ maiorẽ & minorẽ explicationẽ: sic est vna ecclesia, variata tamẽ secundũ maiorem & minorem coniunctionẽ ad Deum, quia magis coniuncta est tempore noui testamenti; & hoc modo accipit ecclesiam beatus Gregor. homil. vij. dicens;* Quis similitudinem patris familias rectius tenet, quàm conditor noster, qui eos, quos cõdidit, sic possidet, quasi subditos in domo; qui habet vineam, s. vniuersalem ecclesiam: quæ à primo Abel iusto, vsque ad vltimũ electũ, qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit quasi tot palmites misit. *Ecclesia vero sic acceptare respicit diuersa tempora, & in aliquibus offendit sponsum, & in aliis placauit. Itẽ cõstituta est ex diuersis gẽtibus, scilicet ex Iudæis & gentibus, ex iustis & peccatoribus, ex prælatis & subditis, & hæc & con-*

Materia huius libri

2 *similia*

a *Meliora sunt.* Vbera sponsi Christi nominat, quod muliebre est, vt ipso carminis initio figurate se loqui manifestet. Ideo desidero osculum, quod est etiam redemptio mea; quia instructiones tuæ, quæ sunt lac & nutrimenta puerorum, sunt meliores aliis doctrinis, quæ non fouent, sed occidunt simplices: sicut vinum enecat paruulos. Vnguentorũ odoribus, opinio solet signari virtutum.

✠ BEDA. Ac si patenter diceret: Ideo te aduenire, tuis oculis recreari cupio, quia tuæ dulcedo præsentiæ cunctis incomparabiliter eis, quæ per præcones aduentus tui misisti, muneribus antecellit. Vinũ quippe seruorem scientiæ legalis, vbera vero dicit rudimenta Euangelicæ fidei. De quibus ait Paulus j Corint. iij. *Lac vobis potum dedi non escam.* Et iterum j Cor. 2. *Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.* Vbera ergo sponsi meliora sunt vino, quia rudimenta noui testamenti, quoscunque ex aqua & spiritu regenerant, mox vitæ cœlestis introitu aptos reddunt, quod lõga legis obseruatio nequaquam facere valebat, ne in his quidem qui gustu supernæ suauitatis accensi veraciter dicere Deo poterat cum Psalm. *Et poculum tuum inebrians quàm præclarum est:* probante Apostolo qui dicit, *Nihil enim ad perfectum lex.* Si autem vbera Christi, id est, primordia dominicæ fidei, meliora sunt vino legis: quanto magis vinum Christi, id est, perfectio doctrinæ Euangelicæ, cunctis legalibus cæremoniis præstat? &c.

b *Oleum effusum nomẽ tuum.* Ideo etiam desidero osculum: quia nomen tuum est oleum, &c. Sponsus à patre ad sponsam venit vnctus, vt & sponsam vngat. A chrisma Christus, id est, ab vnctione vnctus; quod nomen per gratiam spiritussancti in baptismate funditur in cunctos fideles. Nondum possum teipsum amplecti, nomen tuum interea ex desiderio tui mecum pernoctabit. Nomen Iesu venit in mundum, & statim prædicatur. *Oleum effu.* id est, in vniuersa terra Christi nomen prædicatur; nunc Moysi nomen auditur in gentibus, quod prius Iudææ tantum claudebatur angustijs.

Vnguentum effusum nomen tibi. ✠ THEOD. Multiplices, inquit, hi ac varij fontes, qui totum orbem terrarum odoris suauitate repleuerunt, vnicam habent venam & originem, vnguentum tuum. In eo namque inhabitauit omnis pulchritudo diuinitatis. Et ipse cuncta simul spiritus dona, vt homo, suscepit. Quocirca clamat etiam Esaias, *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, &c.* Ideo dicit, *Vnguentum effusum nomen tibi.* Non *vnguentum* ait simpliciter, sed *effusũ.* Quẽ admodum enim vnguentum in vase conclusum inclusam continet & ipsam odoris fragantiam: sin autem effũdatur, ipsum quoque replet aerem: sic Dominus Christus ante passionem paucis notus erat: at postea quam crucem mortemque sustinuit, ac veluti corporis vas aperuit, continuo beati apostoli suauitate illa repleti sunt, terram percurrentes & maria traijcientes, omnibusq; Euangelij nuntiantes, odoris suauitate mundum vniuersum compleuerunt. Ob id ait sponsa, *Vnguentum effusum nomen tibi.*

c *Ideo adolescen. dile. te.* Hæc dicens, adolescentulas conspicit, quæ dum prius loqueretur, non aderant, sed in precibus in ædis ingreditur adolescentularum chorus & sponsæ laudatur eloquijs. Vniuersæ ecclesiæ, quæ vnam catholicam ecclesiam faciunt adolescentulæ sunt: non vetustæ per culpam, sed nouellę per gratiam, non senio steriles, sed ætate mentis ad spiritualem congruæ fœcunditatem: Et quia oleo tuæ gratiæ omnes dolores criminum euacuasti, *Ideo ado. dilex. te.*

d *Trahe me post te.* Respondent adolescentulæ: *Trahe me post te.* Sponsa non post tergum sequitur, sed sponsi iuncta lateri, famulę post eam ingrediuntur. *Trahe me post te.* Hucusque vox expectantium incarnationem saluatoris, & dona ipsius commendantium: hinc subinfertur vox illorum, qui post tempora incarnationis ad fidem venerunt. Illa vt veniret, & osculum offerret rogabat; hæc non ad se vltra eum descendere taliter flagitat, sed ipsa potius ad cœlos sequi desiderat: quod quia per se non posse fieri conspicit, eius ducatum implorat, ad quem venire desiderat. *In odore vnguen.* In consideratione miraculorum:

☞ *Intro-*

a ¶ Quia hic gratia adiuuant. & finis vitæ æterna. b ¶ Doctrina & refectio tuæ præsentiæ, quæ dulcis est. c ¶ Legis feruore, vel quibuslibet aliis institutionibus. d ¶ Ad similitudinem vnguentorum, quia odore attrahunt, vel propter dona spiritussancti. e ¶ Quia effectu & natura omnes præcedunt vnctiones veteris legis.

a ¶ De baptismo. ¶ quia teficit, sanat, superenatat. b ¶ Deus homo factus. ¶ Quod prius latebat in paucis, modo notificatur ad salutem omnium. c ¶ Quia effusum est. d ¶ Rudes in fide. e ¶ Quia tein essentia videre non possunt, sola dulcedine nominis tui te omnibus rebus anteponunt.

a ¶ Infer vim corpori. ¶ In vmbra tua, vel etiam imitatione tuorum operum. ¶ Cum singulariter dicitur trahe me, addit ur: Curremus; quia vna per orbem ecclesia de multis fidelibus. b ¶ In fama nominis tui, quod comparatur vnguentis, vel in fide æternorum bonorum, quæ vnguentis sunt comparabilia.

NICOLAVS DE LIRA.

similia faciunt difficultatem in hoc libro, quia frequenter fit transitus de vno tempore ad aliud, & de vna parte ecclesiæ ad aliam, & de ecclesia ad Deum, & econuerso quasi sub eodem contextu literæ: & hoc propter connexionem sponsi & sponsæ ad inuicem, & partium ecclesiæ in vnam fidem: sicut plenius dixi in principio Gen. in regulis de intellectu sacræ scripturæ. Sciendum autem quod licet ecclesia à principio mundi inceperit, vt prædictum est: tamen specialiter nomen sponsæ primo in datione legis in monte Sinai accepit: per quam plebs Israel fuit desponsata Deo per fidem & latriam, aliis gentibus ad idololatriam declinantibus propter quod Salomon spiritussancto dictante describendo amorem Dei & ecclesiæ sub nominibus sponsi & sponsæ, incepit à tempore egressus de Aegyptiaca seruitute, quia tunc lex fuit data. Igitur iste liber diuiditur in duas partes: & in prima describitur amor iste pro tempore veteris testamenti, & in secunda pro tempore noui. Secunda incipit infra. cap. vii Prima diuiditur in tres, quia primo describitur amor prædictus prout respicit egressum de terra Aegypti: Secundo progressum per viam deserti. ibi Dum esset rex. Tertio, ingressum termini, scilicet Iudææ. iiii. cap. ibi. Vadam. *Prima in duas: quia primo ponitur amorosa sponsæ petitio: Secundo gratiosa sponsi responsio, ibi,* Si ignoras. *Prima adhuc in duas: quia primo ponitur petitio amoris: secundo exclusio erroris: ibi,* Nigra sum. *Circa primum sciendum, quod populus Israel, qui sponsæ nomine hic intelligitur, multum desiderauit de Aegypto exire, vt liber à seruitute dura, posset Deo liberius seruire, & ei amore feruentius inhærere, vt habetur Exod. iii. Et istud desiderium exprimitur cum dicitur,* Osculetur me osculo oris sui, *id est vtinam Deus ostendat se mihi per signa & effectus amicabilem, sicut sponsum sponsæ prædilectæ.*

1 Quia me. sunt vbe. tua vi. *In Hebræo habetur:* Quia meliores sunt amores tui: *Nomen enim Hebraicum hic positum, aquinocum est ad amores & vbera. Hebræi sequuntur vnam significationem, translatio nostra aliam. Sed in hoc videntur Hebræi melius dicere, quia secũdum proprietatem Hebraici sermonis sponsa hic alloquitur sponsum. In commendatione vero sponsi non videtur decenter fieri mentio de vberibus. Potest tamen dici quòd per vbera sponsi hic intelligitur plenitudo misericordiæ Dei. Est igitur sensus secundum Hebræos cùm dicitur:* Quia me. sunt amores tui vino. *id est sapidiores menti deuotæ quàm quodcunque sapidum corporale gustui corporali. Et secundum translationem nostram:* Meliora sunt vbera tua vino, *id est tuæ misericordiæ plenitudo dulcior est humanæ menti quàm vinum gustui, quod inter corporalia est magis sapidum.*

2 Fragrantia. *Vel, fragrantes secundum Hebræos.*

3 Vnguentis optimis. *id est, plenitudo tuæ misericordiæ, vel amores tui magis recreant animum deuotum, quàm quodcunque redolens sensibiliter olfactum.*

4 Oleum effusum nomen tuum. *Per* oleum *hic intelligitur liquor aromaticus fluẽs de arboribus aromaticis in Arabia & terra promissionis, & collectus seruatur in vasis, & quando effunditur super aliquem ad refrigerium seu medicinam, emittit odorem suauem, per quem intelligitur in scriptura bona fama, secundum illud Apost. ij. Cor. ij. d.* Christi bonus odor sumus &c. *Est igitur sensus cùm dicitur:* Oleum effusum nomen tuum. *Quod per mirabilia quæ fecit Deus populis Israel in Aegypto, & in mari rubro, fama nominis, & bonitatis eius diffusa est ad alios populos, propter quam multi ad Iudaismum fuerunt conuersi: propter quod subditur,*

5 Ideo adolescentulæ dilexerunt te. *id est alia gentes ad amorem tuum fuerunt conuersæ. Multi enim de Aegyptijs hoc modo fuerunt conuersi & cùm filijs Israel exierãt de terra Aegypti, vt habetur Exod. xii. Similiter Ietro cum domo sua auditis mirabilibus quæ fecerat Deus Israeli Exodi xviii.*

6 Trahe me post te, *Educendo me potenter de Aegypto.*

7 Curremus in odorem vnguent. *Te per viam iustitiæ sequendo.*

8 In odore vnguentorum tuorum, *id est, tactis effectibus bonitatis tuæ. Hoc tamen scilicet,* In odore vnguentorum tuorum, *non est de textu, quia non est in Hebræo, sed ab aliquo doctore fuit appositum per modum interlinearis glossæ, quæ postea inserta fuit textui per imperitiam scriptorum.*

☞ Intro-

a *Introduxit me rex in cellaria sua.* Sponsa in penetrale sponsi ingressa reuertitur ad iuuenculas, & nuntiat illis: *Introduxit me.* Vel, per spem in æternam beatitudinem induxit, pluraliter, pro omnimoda bonorum copia, quasi iam dulcedinem regni cælestis prælibaui, quæ mihi in cælis parata sunt, ipso reuelante cognoui: Móxque ad eum conuersa, qui sibi hoc reuelat, gratias agit pro beneficiis. Quatuor sunt in domo: porta, ascensus, triclinium, cubiculum. Per portam, fidem: per ascēsum, spem: per tricliniū, charitatem: per cubiculū, ipsam beatitudinē intelligimus.

* ORIGE. Cùm indicasset spōso suo sponsa, quod adoleſcētulæ odore eius captæ currerēt post ipsum, cum quibus etiam ipsa cursura esset, vt eis formam præberet in omnibus: nunc quasi laboris sui consecuta iam palmam, pro eo quòd concurreret currentibus, introductam se dicit ab sponso rege in cubiculum eius, vt ibi videret cunctas opes regias. In quo vsque meritò iocundatur & exultat, vt pote quæ secreta iam regis & arcana prospexerit. Hic est, secundum propositum dramatis ordinem, quasi historicus intellectus.

b *Exultabimus & lætabimur.* Non de perceptis muneribus ipsi nos extollimus, sed te: memores per omnia quanta pietate austeritatem legis, gratia fidei euangelicæ mitigare dignatus es: ideo non in nobis, sed in te exultabimus, quia recti omnes diligunt te, & super omnia diligendum didicerunt. Rursus in penetrale sponsa ingressa, adoleſcentulæ, dum illius præstolantur aduentum, lætè concinnunt pro sponsæ perfectione, *Memores vberum.* Et *recti diligunt*, ad sponsæ commendationem refertur.

c *Memores vberum tuorum su.* Illa (quæ maior est) iam tuorum lacte vberum perfruitur: Nos quoque non quidem diligimus, sed diligemus. Deinde loquuntur ad sponsum, *Recti diligunt te.* Recti, omnes qui sunt recti corde super omnia te diligunt, nec recti sunt qui tuo amori aliquid præponunt, à quo solo habent quicquid boni habent.

d *Recti diligunt.* Fruſtra se conditorem diligere credunt, qui eius monita contemnunt. Verè iusti, nec actu, nec cogitatu, nec dicto Deum violant.

e *Nigra sum.* Postquam ecclesia in cellaria est perducta, per cognitionem, scilicet & per spem futurorum bonorum, postquam eum recto corde diligere, & in eius gratia gaudere didicit, restat ostendere, quod pro amore illius & pro acquisitione bonorum. quæ gustauit, certamen subeat, & quid afflictionis toleret. *Nigra.* Quasi dicat: promittitis vos mecum ituras, & potest vos tribulatio deterrere quam patior: sed ne afflictio, nec infamia vos deterreant, quia hæc virtutum formositatem conferent, & post amorem restat patientia ad experimentum amoris. *Nigra.* Rursus adoleſcentulis sponsa respondet, & agitur de manifesta tentatione. *Nigra.* Vilis quidem in oculis persequentium appareo, sed ante Deum veritatis confessione glorioſa refulgeo.

* RVPERTVS. *Nigra*, id est, prægnans inuenta sum: *sed formosa*, id est, salua virginitate de spiritu sancto impręgnata.

a ¶ q. d. Vos adoleſcentulæ currite, quia me currentem, Introduxit, sic & vos introducet.
b ¶ Nondum ad requiem, sed in præsentem ecclesiam, vbi necessaria sunt vitæ.
c ¶ Corpore, cum bonorum operum attestatione. d ¶ Animo, cum bona voluntate opera bimur.

a † Introduxit me rex in † cellaria sua: exultabimus & lætabi-
b
a ¶ Non in nobis. b ¶ Exultabimus quandiu memores erimus donorum, vel doctrinarum tuarum.
c ¶ Existentium super austeritatem legis, vel carnalium desideriorum, quæ inebriant.

c mur in te, memores † vberum tuorum super vinum. Recti
d
a ¶ In pressuris, vel per pœnitentiam. b ¶ Virtutum.
c ¶ quæ iam ad cœlestis patriæ habitationem suspiratis.

e diligunt te. Nigra sum, sed formosa, filiæ Hierusalem,
a ¶ Nigra reputor, & quasi purgamentum mundi, non habens locum inter homines, sed semper militans & exultans. b ¶ Id est, tenebræ. c ¶ Formosa, sicut pelles Salo. d ¶ Nostræ militiæ pacificum verum delectantes. ¶ De pellibus rubricatis fecit sibi tabernaculum Salomon in quo delectabatur. e ¶ Nigra quidem sum, sed nolite mirari si hominibus foris despecta sum obæstus tentationum.

f sicut tabernacula Cedar, sicut † pelles Salomonis. Nōli-
g
a ¶ Non est naturalis hæc nigredo, sed interior fulgor à foris velatur tribulationibus.
¶ Nec solum intueamini, quod patior, sed attendite fructum qui sequitur.
b ¶ Exercitatio tribulationum, vel Christus, pro cuius amore hæc patior.

h te me considerare, quod fuscā sim: quia † decolorauit

1 Bene actum, optime †conclauia
2 prouisum est, vt ventura postmodū mul-
3 titudine ad illud Na-
4 tiuitatis Ioannis gau-
5 dium, reuerteretur in
6 domum suam, ne pri-
7 us ab illis deprehen-
8 deretur in vtero ha-
9 bens quàm ab eo B.
10 Ioseph &c. Dicat igi- † cortinæ
11 tur, *Nigra sum sed* tapetia
12 *formosa, filiæ Hieru-* E
13 *salem.* secundum opi-
14 nionem malè viden- †aspexit
tium nigra, secundum fidem rectè credentium *formosa.* Quàm nigra & quàm formosa; *Nigra sicut tabernacula Cedar*, niger, id est, ferus homo iure fuit eiectus cum matre sua, dicente Sara, *Eiice ancillam & filium eius non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ*, & è regione ōnium fratrum suorum in solitudine fixit tabernacula; ita & ego iure eiicienda visa sum, ita vt vir meus Ioseph nollet traducere, sed vellet occulte dimittere me, &c. Ergo nigra ego sicut tabernacula Cedar: quia sicut ille cum matre sua, ita & ego cum eo quod conceperam, videbar eiicienda, viri mei hæreditate & domo indigna. Galat. 4.

f *Sicut taber. Cedar.* Hic *sicut*, ponitur non pro veritate, sed pro æstimatione insipientium, qui eam putant vitiorum, vel dæmonum mansionem; *sicut pelles Salo.* hic ponitur pro veritate. *Cedar* Ismahelis filius fuit, cuius manus contra omnes, & manus omnium contra eum, nullum inter homines habens locum, sed in tabernaculis pro nequitia & ira semper habitans. Sic & iusti pro meritis suis creduntur expelli & affligi, & quasi hostes omnium iudicantur: vnde dicitur, *Eritis odio omnibus ho. propter nomen meum.* Gene. 16. d. F Matt. 10. c.

g *Sicut pel.* Ecclesia in se carnalia mortificans desideria, & decorata virtutibus, vero pacifico dignum fit habitaculum. Ideo caro dominici hominis vocatur pellis, quia sicut tentorium super aliquem tenditur ne à sole vratur, ita caro Christi in cruce extensa fuit nobis obumbratio vitiorum.

h *Decoloravit me sol.* Solis est vrere & illuminare, sic verus sol exterius suos persecutionibus exurit, dando vires resistendi illuminat.

Ne videatis me quoniam infuscata sum ego, quia despexit me sol.
* ORI. Hæc ipsa, quę nūc nigra dicitur esse, in fine Cātici huius dealbata memoratur ascēdere, incūbens super fratrem suū. Effecta est ergo nigra, quia descēdit: si autē ceperit ascēdere, & incumbere super fratrē suū, & adhærere ei, nec omnino separari

☞ ab eo,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Introduxit me rex, *Cælestis,*

2 In cellaria sua. *Reuelans mihi per Moysen secreta sua, secundum quod dicitur Exodi tertio à. Cumque minasset gregem ad interiora deserti, &c. Sequitur.* Apparuit ei dominus, *&c.*

3 Exultabimus & lætabimur in te, *Quod fuit impletum, quando transito mari rubro latantes dixerunt*: Cantemus domino gloriosè, *&c. Exodi. xv.*

4 Memores vberum tuorum su. vinum *Vel*, amorum tuorum *secundum Hebræos: & exponatur vt supra.*

5 Recti. *id est, iusti.* 6 Diligunt te. *Filiali amore.*

Peccatores semper inueniuntur

7 Nigra sum. *Hic consequenter ponitur exclusio erroris. Circa quod sciendum quod ecclesia militans semper habuit, habet, & habebit vsque ad finem mundi cum iustis aliquos peccatores, & cum fortibus aliquos debiles, propter quod saluator comparat eam sagenæ missæ in mari ex omni genere piscium congreganti. Matt. 13. f. Et ideo fragiles Hebræi in Ægypto existentes, ex seruitute dura per impatientiam fracti, reputabant totam illam ecclesiam Deo abominabilem, sicut sponsa deformis viro suo, cum tamen Deus frequenter permittat electos tribulari ad suam purgationem, & meriti augmentationem: propter quod errorem fragilium remouet dicens,* Nigra sum, *id est, turpis in conspectu Dei secundum imperitorum æstimationem.*

8 Sed formosa, *secundum veritatem.*

9 Filiæ Hierusalem, *id est ô vos imperfecti de plebe Israelitica, propter quod dicuntur* filiæ *in sexu fœmineo & fragili.*

10 Sicut taber. Cedar. *id est, Agarenorum, eo quòd Cedar fuit filius Ismahelis, Gene. 25. qui fuit filius Agar Gene. 16. d. Agareni vero, qui nunc dicuntur Saraceni, tunc habitabant in tabernaculis expositis imbribus & niuibus in hyeme, & solis ardoribus in æstate: propter quod denigrata erant exterius, pulchra tamen interius.*

11 Sicut pelles Salomo. *Nomine Salomonis, qui pacificus interprētatur, intelligitur ipse Deus, secundum Hebræos, qua disponit omnia suauiter: pelles autem eius dicuntur hic operimentum superius tabernaculi, in quo Deus colebatur, quod erat de pellibus arietum, Exod. 26. & erat expositum pluuiis & caumatibus: sicut filij Israel duris laboribus in Ægypto.* 12 Nolite me considerare, *id est, indicare,*

13 Quod fusca sim, *id est, obscura & abominabilis Deo.*

14 Quia deco. me sol. *Mulier enim pulchra de sua natura, si solis ardoribus exponatur, à pulchritudine sua exterius immutatur, tamen talis immutatio accidentalis est, & procedit ab exteriori. Est igitur sensus:* Quia decolora. me sol. *id est ardor tribulationis Ægyptiacæ fecit me nigram & turpem apparere: vnde dicitur de hoc ardore, Deutero. 4. c. Vos autem tulit dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti propter quod subditur.*

Filij